



R
78

~~61-4~~

83 27-1

CANONICARVM

VTRIVSQVE FORI, TAM

exterioris, quàm interioris animæ, Quæstionum Liber
secundus, Authore D. Ioanne Gutierrez, Canonico
Doctorali Ciuitatensi.



SVMMARIVM.

Neq. 303



TESTAMENTVM cõditũ ab aliquo ante ingressũ religionis, validũ est, n. c. postea per ingressum rumpitur nec vitatur, siue ingrediatur monasteriũ bonorũ immobilium incapax, siue capax.

2 Testamẽtũ eius, qui postea inreditur religionẽ bonorũ immobilium incapax, tũc demũ per ingressũ aut professionẽ nõ rumpitur, quoties illud cõdidit cogitans de ingressu religionis: secus verò si de illo nõ cogitauit, quia tũc testamẽtũ rumpitur per ingressũ religionis secũdũ magis cõmunẽ sententiam, vt in num. seq. precipuẽ nu. 10.

3 Testamẽtũ factũ cogitatione religionis bonorũ immobilium incapax, sicut nõ infirmatur per ingressũ religionis, pariter per ipsũ nõ cõfirmatur, do nec testator naturaliter moriatur.

4 Testamentum agnatione posthumi rumpitur. (tur.

5 Monasteriũ loco filij posthumi habetur atq; cõfessio

6 Testamẽtũ ab eo cõditũ, qui religionẽ ingressurus est, vt per eã nõ infirmatur, oportet relinquere monasterio legitimã titulo institutionis, alias rumpitur per professionẽ: sed in contrariũ est verior cõmunis & tenenda sententia, vt in. nu. 12. & nu. 13. quod si aliquid relinquatur monasterio titulo institutionis, proculdubio non irritatur testamẽtum per professionem.

7 Testamẽtũ ingressuri religionẽ adscidũ, an postea rumpatur, necne? distinctio quedã Antonij de Butrio refertur, atq; de veritate ipsius.

8 Monasterium habetur loco filij in casibus à iure expressis, in alijs autẽ nõ habetur pro filio & tunc exprimitur à iure, vbi ingressus monasteriũ, nullũ prius testamẽtũ condidisset.

9 Testamẽtũ etiã factũ ab eo, qui cogitauerat religionis professionẽ, etiã portione legitima monasterio titulo institutionis dimissa, per professionem

rumpitur, quasi per capitis diminutionẽ. secundũ opinionem Salice. & aliorum: sed falsa est.

11 Tex. in auth. nũc autẽ cum simil. C. de Epis. & cleric. cõmuniter intelligitur per DD. quando testator cogitauit de ingressu religionis.

14 Testamẽtũ conditũ ab eo, qui religionẽ ingressurus est, cogitãte de ingressu, an valeat & teneat, licet in eo nõ sit seruata solẽntia iuris communis.

15 Testamẽtũ cõditũ absq; vlla religionis bonorũ capacis cogitatione, sequuta professione reuocatur siue se ipsum & bona expresse religioni dicauerit siue tacitẽ.

16 Testari liberẽ permittitur à iure ingressuris religionem, dum modò eo tẽpore cogitent de hoc.

17 Testamẽtũ factũ ab eo, qui religionis ingressũ minime cogitauerat, professione sequuta rumpitur solum quoad legitimam portionem monasterio cõpetentem.

18 Testamẽtũ ingressuri religionẽ incapacẽ bonorũ immobilium, licet de ea non cogitauerit non rumpitur per huiusmodi religionis ingressũ, ac religionẽ, sed imo ab ipsa vires assumit nõ aliter ac si ipse ingrediẽs naturaliter fuisset mortuũ. & n. 52

19 In dubio quãdo nõ cõstat, vtrũ testator tẽpore testamẽti de religionẽ cogitauerit, necne, ex intervallo tẽporis à testamẽto ad religionis ingressũ, id iudex arbitrabitur, vt hic.

20 Monachũ ante professionẽ posse validẽ testari, ac proinde eius testamẽtũ per professionẽ non reuocari: quod intelligitur, etiã sine licentia prelati, vt in. nu. 25. & in num. seq. an hodie hoc proce-dat stante Concil. Tridenti.

21 Monachus nouitius intra annũ probationis tanquã laicus cõfessus est, nec dicitur monasterium ingressus, qui nondum est professus.

22 Religionis vbi fit mẽtio, intelligitur cũ effecta.

23 Si maritus relinquat aliquid vxori, si ingressa fuerit monasterium, intelligitur de ingressu cum per-

CANONICARVM
VTRIVSQUE FORI, TAM
exterioris, quàm interioris animæ, Quæstionum Liber
secundus, Authore D. Ioanne Gutierrez, Canonico
Doctōrali Ciuitatensi.

SVM MARIVM.



- 1 **T**ESTAMENTVM cōditū ab aliquo ante ingressū religionis, validū est, n. c. postea per ingressum rūpitur nec vitiatū, siue ingrediatur monasteriū bonorū immobilium incapax, siue capax.
- 2 Testamentū eius, qui postea inreditur religionē bonorū immobilium capace, tūc demū per ingressū aut professionē nō rumpitur, quoties illud cōdidit cogitans de ingressu religionis: secus verò si de illo nō cogitauit, quia tūc testamētū rūpitur per ingressū religionis secundū magis cōmunē sententiam, vt in num. seq. præcipuē nu. 10.
- 3 Testamētū factū cogitatione religionis bonorū immobilium capace, sicut nō infirmatur per ingressū religionis, pariter per ipsū nō cōfirmatur, donec testator naturaliter moriatur.
- 4 Testamentum agnatione posthumi rumpitur. (cur. Monasteriū loco filij posthumi habetur atq; cōfessio)
- 5 Testamentū ab eo cōditū, qui religionē ingressurus est, vt per eā nō infirmetur, oportet relinqui monasterio legitimā titulo institutionis alias rūpatur per professionē: sed in contrariū est verior cōmunis & tenēda sētētia, vt in. nu. 12. & nu. 13. quod si aliquid relinquatur monasterio titulo institutionis, proculdubio non irritatur testamētum per professionem.
- 6 Testamentū ingressuri religionē adscidū, an postea rūpatur, necne? dīfīnīctio quædā. Antonij de Eutrio refertur, a: iturq; de veritate ipsius.
- 7 Testamentū ingressuri religionē adscidū, an postea rūpatur, necne? dīfīnīctio quædā. Antonij de Eutrio refertur, a: iturq; de veritate ipsius.
- 8 Monasterium habetur loco filij in casibus à iure expressis, in alijs autē nō habetur pro filio & tunc exprimitur à iure, vbi ingressus monasteriū, nullū prius testamētū condidisset.
- 9 Testamentū etiā factū ab eo, qui cogitauerat religionis professionē, etiā portione legitima monasterio titulo institutionis dimissa, per professionem

- rūpitur, quasi per capitis diminutionē. secundū opinionem Salice. & aliorum: sed falsa est.
- 11 Tex. in auth. nūc autē cum simil. C. de Epif. & cleric. cōmuniter intelligitur per DD. quando testator cogitauit de ingressu religionis.
- 14 Testamētū conditū ab eo, qui religionē ingressurus est, cogitāte de ingressu, an valeat & teneat, licet in eo nō sit seruata solēritas iuris communis.
- 15 Testamētū cōditū absq; vlla religionis bonorū capacis cogitatione. sequuta professione reuocatur siue se ipsum & bona expresse religioni dicauerit siue tacitē.
- 16 Testari liberè permittitur à iure ingressuris religionem, dum modò eo tēpore cogitent de hoc.
- 17 Testamētū factū ab eo, qui religionis ingressū minime cogitauerat, professione sequuta rūpitur solum quoad legitimam portionem monasterio cōpetentem.
- 18 Testamētū ingressuri religionē incapacē bonorū immobilium, licet de ea non cogitauerit non rūpitur per huiusmodi religionis ingressū, ac religionē, sed imo ab ipsa vires assumit nō aliter ac si ipse ingrediēs naturaliter fuisset mortuū. & n. 52
- 19 Indubio quādo nō cōstat, vtrū testator tēpore testamēti de religionē cogitauerit. necne, ex intervallo tēporis à testamēto ad religionis ingressū, id iudex arbitrabitur, vt hic.
- 20 Monachū ante professionē posse validē testari, ac proinde eius testamētū per professionē non reuocari: quod intelligitur etiā sine licentia prælati, vt in. nu. 25. & in num. seq. an hodie hoc præcedat stante Concil. Tridenti.
- 21 Monachus nouitius intra annū probationis tanquā laicus cōfendus est, nec dicitur monasterium ingressus, qui nondum est professus.
- 22 Religionis vbi fit mētio, intelligitur cū effecta.
- 23 Si maritus relinquat aliquid uxori, si ingressa fuerit monasterium, intelligitur de ingressu

Dd cum per-

- cum perseverantia.
- 24 *Vomens ingredi religionem, non satisfacit, si ingrediatur. & exeat.*
- 25 *C. 16. de regular. & monial. s. c. c. Trid. sessio. 25. an servadū sit in testamēto, cū numeris seq.*
- 27 *Verba vniuersalia, omnia includunt.*
- 28 *Indefinita equipollet vniuersali, cum eadem ratio*
- 29 *Examē nouitiarū faciendum. (Subest.)*
- 30 *Praxis obtinuit, vt tēpore quo hoc examen fit, licentia simul ad proficendum, & renuntiandum noutijs concedatur.*
- 31 *Coram iudice cessat omnis p̄sumptio fraudis ac metus.*
- 32 *Dispouēs si aliud vellet, expressisset.*
- 33 *Ea que specia. i. indigent adnotatione, nisi notentur, videntur quasi neglecta.*
- 34 *Menochi intellectus ad c. 16. sessio. 25. Concil. Triden. reprehenditur.*
- 35 *Monachus iam professus an possit testamentum ante professionem à se conditum renocare. & numeris seq.*
- 36 *Testamentum secundum monachi professi, cum duobus vel tribus testibus, valebit contra primum cum septem testibus.*
- 37 *Monachus quoad effectum testandū, seu contrahendi, promortuo habetur.*
- 38 *Monach' an possit in fauorē vnius filij meliorationē facere, vel maioratum constituere: remissive.*
- 39 *Monachus post professionem moritur mundo, & sic non habet velle aut nolle.*
- 40 *Monachus professus non potest renocare testamentum à se factum, etiamsi in fauorem monasterij renocatio fiat.*
- 41 *Dispositio auth. si qua mulier. specialis est, & ex gratia, ac proinde in propria specie, & in suorū casu seruadā, nepe. & c. & n. 88.*
- 42 *L. res vxoris. C. de donat. inter vir. & vxor. & l. se. l. si mors. §. 1. ff. eod. et. intellectus.*
- 43 *Mors ciuilis tunc equiparatur naturali, quando mors ciuilis operatur eundem effectum, quem naturalis.*
- 44 *Mors naturali non equiparatur ciuili, nec à contra, nisi in casibus à iure expressis.*
- 45 *Mors ciuilis non operatur eundem effectū in deponato & relegato, quem mors naturalis.*
- 46 *L. res vxoris C. de donat. inter vir. & vxor. in. 1. respo. nō habet locū in donatione causa mortis, quia illi nō cōfirmatur, sed irritatur per mortē ciuile, ex qua amittitur ciuitas, & libertas.*
- 47 *Bona hereditaria, siue legatū, per professionē monachi testatoris, statim ad iustitium heredē, vel legatariū pertinēt, si monasterium sit incapax bonorū. quod si eorū sit capax, hereditas vel legatū morte naturali ipsius monachi ad heredē vel legatarium pertinebit, in eius verò vita ad monasterium.*
- 48 *Imola distinctio in pradicta specie refertur, & nu. 49. cū sequenti. de eius veritate agitur.*
- 50 *In dubio facta mentione mortis in proposito intelligitur de naturali tantum.*
- 51 *In dubio quando non constat ex mente testatoris, qua mors sit expectanda, naturalis vel ciuilis, nec alicuius mortis mentionem fecerit, quid dicendum sit.*
- 53 *Hereditas vel legatum, relicta, vel relictum, à monacho ingresso religionem bonorum mobilium capax, efficitur caduca, vel caducum, si interim viuentē monacho heres vel legatarius decedat, & nu. 91.*
- 54 *Limitatur quod pradictum est numero precedenti, quando hereditas vel legatum, eius conditionis esset, vt in vita ipsius heredis, vel legatarij monachi verificari aut deferri non posset, sed post mortem eiusdem heredis, vt hic, & num. 59. quem sensum habebit hac in specie voluntas testatoris.*
- 55 *Filius in vita patris nullum ius habet in bonis ipsius, etiam pro legitima, nec in spe considerabile, nisi tantum post mortem patris, & tūc dicitur quasi debita sibi legitima.*
- Renūtiatio filij honorū patris in vita eiusdem, ac cū eiusdē licētia facta, tacite intelligitur facta, si ipsi filio deferatur, & non aliās d. nu. 55.*
- 56 *Filia renuntians hereditati paternæ, nullo accepto, non excludit in filios ab hereditate aui, etiam si præcesserit filia iuramentū, si auus post filiam obierit.*
- 57 *Idem erit si filia tempore renuntiationis dotem congruam receperit.*
- 58 *Impossibile est, vt quis per renuntiationem excludatur à futura successione, nisi demum successione delata, & non ante; quia renuntiatio tacitam habet conditionem, si hereditas renuntianti fuerit delata.*
- 60 *Iussus aliquid restituere post mortem, si fiat monachus ordinis mendicantium, qui nihil proprium habere possunt in communi aut in particulari, an statim post professionem id. restituere teneatur, vel expectada sit mors naturalis ipsius, ita vt interim bona illa permanere debeant apud venientes ab intestato ipsius monachi: cum numeris sequen.*

- 61 Per seruitutem poenae, fidei commissi dies nō intelligitur cedere.
- 62 Monachus ante, & grauis restituere alteri hereditate, vel quid aliud, si superuixerit: fidei commissario, non emanescit fideicommissum, si monasterium sit omnino incapax successionis bonorum.
- 63 Secus erit in monasterio capace bonorū in cōmuni vel particulari, quia in hac specie monasterium durate vita monachi, habebit bona fidei commissi, & apud eum perpetuū permanebunt, si monachus superuixerit fideicommissario.
- 64 Quandiu est locus testamento, successio ab intestato cessat.
- 65 Grauis restituere hereditatem, si dānetur in metallū, statim fit locus fideicommissio: hodie seens, sed expectanda erit mors naturalis ad restitutionem ipsius, & interim si scus potitur dictis bonis, ut in nu 73. (Etus.
- 67 L. ex facto. §. si quis rogat. ff. ab Trebe. intelletus.
- 68 Auth de sanct. Episc. §. sed & hoc praesenti. loquitur in monasterio capace bonorum.
- 69 Hodie nemo bene natus à principio ex supplicio fit seruus poenae & sic non perdit libertatē, neq; matrimonium dissoluitur.
- 70 Serui poenae dicebātur in metallū dānati, & in opus metalli, & si quid eis in testamento datum fuerat, pro non scripto erat, quasi non Caesaris seruo datum, sed poenae.
- 71 Litera. l. 4. Taur. refertur in hoc: hodie est. l. 3. tit. 4. lib. 5. nouae Coll: Reg.
- 72 Hodie cum damnatus ad mortem, siue civilem, siue naturalem, possit testari, ut in d. ll. Regijs, non erit seruus poenae.
- 73 Filius legitimus an in vita patris religionē profitentis bonorū capace possit petere legitimam portionem sibi competentem in bonis patris, necne.
- 74 Legitima filio nō debetur, nisi post mortē patris.
- 75 Cap cum simus. de regular. litera expenditur pro parte affirmatiua.
- 76 Auth si qua mulier. C. de sacros. eccles. expenditur pro ead. parte.
- 77 Filius in vita patris religionem professi nō potest petere legitimam, secundum veriorē & receptiorē sententiam, & proinde tenendū in iudicando & consulendo. & nu 94. limitatur, si pater ingrediatur religionem incapacem bonorum, saltem in cōmuni.
- 78 Filius non dicitur petere debitū ex successione, nisi quando pater est mortuus.
- 81 Integra Ant. Concij Decretalis, Cum simus, de regular. refertur.
- 82 Ex hac integra non constat quod pater viueret, neque quod mortuus esset.
- 83 Integra Anton. Augustini Decretalis, cum simus, de regular. refertur.
- 84 In hac integra adest aduerbium, Recte, quod in Decretali Cum simus, non fuit translatum.
- 85 Aduerbium, Recte, significat, id est iuste, & bien y derechamente.
- 86 Cōsequitur ex supra dictis, aduerbium, Recte, positum in integra, debere intelligi secundum ius, hoc est mortuo iam patre.
- 87 Cap. fin. 20. quae st. 3. intelletus.
- 89 Successiones sunt de iure civili.
- 90 Monasteriū tenetur alere filios monachi, eo uiuente, quia bona transeunt cum suo onere: poteritq; filius hoc casu petere, ut assignetur sibi certa bona, ex quibus possit se alere.
- 92 Filius, qui ingreditur monasterium, patre uiuente, non poterit legitimam consequi.
- 93 Pater, filio uiuente, qui ingressus fuit religionem, & in ea professus est, non potest petere suam legitimam a monasterio in bonis filij professi, nisi demum post mortem naturalem ipsius & nu. 94.
- 95 Pater monachus, qui post ingressū monasterij vult inter filios testari, nō potest plus legitima filijs relinquere, nisi tantū ipsi monasterio relinquat. Idem est in filijs monachis respectu parentum.
- 96 Auth si qua mulier. C. de sacros. Eccles. & l. 17. tit. 1. par. 6. cū ea concordās, licet in descendētib; solū loquatur, ad ascendētes tamē ex paritate rationis extendendae sunt.
- 97 Pater an per ingressū & professionē monasterij bonorū in comuni capace, amittat usum fructum, quē iure patriae potestatis habet in bonis aduentitijs filiorū. & consolidetur proprietati, necne: cum. nu seq.
- 98 Usus fructus, quem ingressus monasteriū habebat, per professionem non extinguitur.
- 99 Monasterium, uiuente monacho professore, regere & gubernabit bona ipsius monachi testatoris, & faciet fructus suos.
- 100 Differentiae ratio inter patrem legitimam administratorem bonorum filij ingredientem religionem bonorum in cōmuni capace, & alios usufructuarios eandem profitescentes respectu amissionis praed. usufructus.

- Etus, vel non amissionis, nulla sufficiens da-
ri potest.*
- 101 *Bona monachi, qui infra annū probationis dece-
sit in monasterio. capaci bonorū, testamento
nō condito, nec renūtiatione legitime facta,
an acquirantur eius venientibus ab intesta-
to, vel monasterio: & nu. seq.*
- 102 *Ingressū monasteriū, expresse bona sua dican-
te, intelligitur tacita conditio, si in monaste-
rio perseverauerit, unde eo redeūte ad secu-
lū, bona recuperabit quod intelligitur, ubi
novitius verè recessit a monasterio infra an-
nū probationis: secus verò erit, ubi in eo per-
manens sine animo recedēdi, ibi decepsit, vt
in num. 103.*
- 104 *Monachus simpliciter ingrediēs monasteriū, nō
declarando quòd illud fuerit ingressus causa
standi in probatione, si moriatur infra annū
probationis, nulla dispositione facta de bo-
nis suis, ad quem ipsa pertineant.*
- 105 *Bona ingrediētis monasteriū decedētis intra an-
nū probationis, an pertineant ad monasteriū,
vel ad venientes ab intestato ipsius novitij,
præterquam in dotibus monialium, vt in nu.
109. & hodie in reliquis bonis, vt in n. 110.*
- 106 *Novitius si reuertitur ad seculum, potest sua
bona recuperare.*
- 107 *Novitius in quibusdā habetur pro religioso, &
talis est de foro Eccles. & gaudet privilegio
canonis: & quid in alijs, vide num. 108.*
- III C. 16. de regular. & monial. sacri Concil. Trid.
sessio. 25. licet loquatur tantum, quādo novi-
tius vel novitia exeunt à religione ante pro-
fessionem, idem tamen videtur hodie dicen-
dum, ex ratione in eo expressa, quando no-
vitius, vel novitia decedit in religione in-
fra annum probationis, vt bona ipsius mini-
mè ad monasterium pertineant, &c.

CAPVT I.

De testamentis eorum qui reli-
gionem postea ingrediuntur, vel
quæ post ingressum con-
duntur.

Testamentum conditum ab ali-
quo ante ingressum religionis,
validum est, & per ipsum ingres-

sum postea subsequutum non rumpitur
neque vitatur: quilibet enim potest an-
te ingressum religionis de bonis suis dis-
ponere prout voluerit: text. est expres-
sus in authent. de monachis. §. illud quo-
que, collation. 1. & in authent. nunc au-
tem. C. de Episcopis & clericis c. si qua
mulier. §. nunc autem. 19. quæst. vltim.
Quod non tantum procedit, quādo quis
ingreditur monasterium bonorum im-
mobiliū incapax, quia tunc ab ipso in-
gressu vires assumit testamentum, non
aliter ac si ipse ingrediens, naturaliter
mortuus fuisset, ac proinde id monaste-
rium non rumpit, vt censuerunt Bart.
Bald. & communiter moderni in l. 1. ff.
de testam. vt testatur Socin. consil. 92.
nume. 2. lib. 1. sequuntur Abbas nume.
50. Felin. 54. Beroi. 400. in c. in præsen-
tia. de probat. D. Costa in cap. si pater. 2.
part. verb. testatore mortuo. nume. 6. in
princip. de testam. in. 6. Jul. Clar. libr. 3.
recep. sententiarum. §. testamētum. quæf.
28. versu. sed retenta. D. Molin. de Hispa.
primogenijs lib. 2. c. 9. nu. 43. sed etiam
quando quis ingressus est monasterium
bonorum capax, quia tunc per professio-
nem non rumpitur, neque vitatur: vt
probatur in d. iuribus: intelligi tamē de-
bet, vt infra dicemus.

2 Hoc autem vltimum procedit, quoties
testator suum condidit testamentum, co-
gitans de ingressu religionis, tunc enim
neque per ingressum, neque per profes-
sionem rumpitur, sed remanet firmum:
vt in d. iuribus, frustra enim permitte-
rent disponere, nisi valeret dispositio: se-
cus verò si de religionis ingressu mini-
mè cogitavit, quia tunc testamentum
rumpitur per ingressum religionis: ita
docent Iacobus Balduin. Odoffred. &
Iacob. Butricar. quos refert & sequitur
Bart. in authenti. si qua mulier. nu. 7. C.
de sacros. Ecclesi. & ibi Bald. & Paul. Ca-
stren. num. 4. quam opinionem dicit ve-
riorem de iure Ioan. de Imol. in l. 1. num.
11. ff. de testam. Dec. in cap. in præsentia
nu. 51. de probat. vbi Imol. col. fin. dicit
eam esse veriore, & ab ea non esse re-
cedendū in iudicando, secundū Fulgos.
& Iaf.

& Ias. in d. authenti. si qua mulier. num. 21. est communis secundum eund. Dec. consi. 31. colu. 2. Ripam in l. si vnquam. quæst. on. 35. C. de reuocand. donatio. Eandem sequitur, & testatur communem, & frequentius receptam D. Co-uar. in capit. 2. num. 5. de testamen. item & Iul. Clar. vbi supra, quæstion. 28. nec non & Crassus de successione. §. testamen- tum, quæstio. 34. nu. 3. & sequitur Guil- lerm. Benedict. in capit. Raynuntius, in verb. mortuo itaque testatore, el. 1. num. 3 297. de testam. † vbi quod sicut tale te- stamentum factum cogitatione religio- nis, nõ infirmatur per ingressum ipsius, pariter non confirmatur, donec testator naturaliter moriatur: vltra quos hanc testatur esse comunẽ opinionẽ Legista- rum, Viglius in principi. num. 3. instit. qui- bus mod. testam. infirm. & Didac. Pe- rez eam sequutus in l. 1. titu. 2. lib. 5. ord. pagin. 67. & 68. eamque sequitur Men- chac. de succes. creat. §. 20. num. 29. dicit comunem plures allegans D. Molin. vbi supra, nu. 44. & 45. & inquit D. Co- sta vbi supra, num. 7. quod in hac specie de qua agimus, inter omnes cõstat, oportere ipsum testatorẽ monachũ naturali- ter mori, vt eius testamentum confirme- tur, & hereditas deferri incipiat.

Verũ contra hãc receptam sententiã, imò quod indistinctè testamẽtũ factum ante religionis bonorum capacis in com- muni ingressum, rumpatur per ingressum religionis, siue testator cogitauerit de in- gressu, siue non, illud vrget, † quia testa- 4 mẽtũ agnatione posthumi rumpitur, vt in l. 1. in fi. & in l. 3. in princip. & in l. posthumorum. ff. de iniusto rup. irritoq; fact. testam. text. in princip. instit. qui- 5 bus mod. testamenta infirmantur. † Sed monasterium loco filij posthumi habe- tur atque censetur, vt in authen. nisi ro- gati. C. ad Trebel. Ias. in rubric. num. 19. ff. de lib. & posth. & in rubri. C. eodem. Bald. & Imol. in l. filius à patre. §. 1. ff. de lib. & post. Menchac. de succes. creat. §. 20. num. 29. & nu. 196. & Tiraquel. plu- res allegans in l. si vnquam, verb. susce- perit liberos, nu. 42. C. de reuocand. do-

nat. diximus latè supra lib. 1. Canonic q. c. 32. nu. 2. cum sequentibus. Ergo testa- mentum vtcunque factum ante religio- nis ingressum, professione rumpitur, si- 6 cut agnatione rumpitur posthumi. † O- portet igitur, vt hoc testamentum non rumpatur, relinqui monasterio legiti- mam titulo institutionis; aliàs rumpe- tur per professionem, iuxta glos. verb. competere, in d. authenti. si qua mulier, & ibi Petrus & Cyn. & Raphael Fulg. glos. etiam in d. §. illud. in authen. de mo- nach. Federic. de Senis consil. 165. & hec opinio est communis secundum Imol. in d. l. 1. nu. 11. ff. de testam. & Ias. in d. auth. si qua mulier. nu. 17. in fi. & in rubri. nu. 2. ff. de lib. & posth. & illam dixit com- munitè seruari Alberic. in d. auth. si qua mulier. post principi. & comunẽ testa- tur Menchac. vbi supra. d. §. 20. n. 196. & Didac. Perez etiã vbi supra, pagi. 68. & sic hec est secũda opinio in hac materia.

7 Rursus, Anto. de Butrio in d. c. in pre- sentia, est in tertia opinione, distinguens nempe inter expressè conferentem bo- na sua tempore ingressus religionis bo- norum capacis, nulla tamen mentio- ne facta de testamento, vt in hoc ca- su si in continenti post testamentum conditum bona sua etiam expressè tra- diderit monasterio, non videatur re- uocasse, sed potius contulisse ad tem- pus vitæ suæ; non enim est verisimile, quod ita in continenti voluerit muta- re animum suum: argumen. l. non ad ea. ff. de cond. & demonstr. secus si ex inter- uallo ingressus religionem bona sua ex- pressè contulit monasterio, quia tunc præsumendum est voluisse mutare: & inter tacitè conferentem bona sua tem- pore ingressus, quia tunc indistinctè non videtur reuocare: ex quo enim ali- ter expressè non disposuit, videtur vel- le suum testamentum præcedens rema- nere: quia licet monasterium debeat ha- bere suam portionem, poterit tamen il- lam consequi aliter quàm rumpendo te- stamentum: quæ opinio magis placet Ab- bati in d. c. in presentia. nu. 52. quã distin- ctio Bart. vbi supra, præterquam in eo

Dd 3 quod

licet in puncto iuris patiatur aliquã difficultatem, in practica tamen obtineret propter authoritatem Bart. & sequaciũ, vt credit Iul. Clar. vbi supra in princip. sed eam nimis nouam, & suspectã putat Mécha. de succes. creatio. §. 21. n. 174. & cõtrariũ cum Nauar. & alijs tenet atque affirmat Molina Theologus de iustitia & iur. in 2. tracta. disputation. 139. pagi. 751. in versu. ad id, estq; verius meo iudicio. †

15 Secundò deducitur ex supra dicta magis comuni distinctio. Bart. & ceterorum, quòd si nulla religionis cogitatione testamentum cõditum fuerit, sequuta professione reuocetur, quasi ex noua voluntate, & propter ingressum religionis, quia monasterium hoc casu loco filij habetur. Quòd procedit, siue testator in ipso monasterij ingressu non solum seipsum, sed etiam bona sua expresse monasterio dedicauerit, siue tacitè, vt ex mente cõmunis patet, quauis contrarium velit Iul. Clar. vbi supra, in versu. reteta, imò quòd præfata cõmunis sit intelligenda tantum quando testator expresse se & bona sua ingrediens monasterio dicauit, secus si tacitè, tunc enim non creditur quòd per huiusmodi tacitam voluntatem dicatur reuocata prior expressa volũtas: quem sequutus est D. Molin. vbi supra nu. 45. hæc namq; moderatio coincidere hac in specie videtur cum sententia Ant. de Butrio. Abb. & Fel. vbi supra, cõtra quos cum magis recepta & veriore distinctio Bart. supra docuimus tenendum: quare eam tenentes, moderationem hanc Iulij Clari, & Molinæ reijcere debemus, ex eo enim quòd testator tempore testamenti de religionis ingressu non cogitauit, præsumitur mutata voluntas per professionem religionis bonorum capacis, siue tacitè, siue expresse tunc temporis dicatio personæ, & bonorum fiat: †

16 quòd enim permittitur liberè testari a iure ingressuris religionem, vt in d. §. illud. & in d. auth. nunc autem. loquitur ac procedit, & necessariò intelligi debet in cogitantibus de ingressu religionis eo tempore, atq; id in animo gerentibus, vt ex ip-

sis iuribus patet, præcipuè ex d. §. illud. per quem cætera iura intelligenda sunt, ex eo enim deducta fuit d. auth. nunc autem. Verba autem d. §. illud, hæc sunt: Illud quoq; decernimus, qui in monasterium introire voluerit, antequàm ingrediatur, licentiam habere suis vti, quo voluerit modo: quare meritò vt tunc per religionis ingressum ac professionem non rumpatur testamentum, cum nihil noui, quòd prius non fuerit cogitatum, contingat: secus si tempore testamenti conditi de religione cogitatum minimè fuerit, tunc enim nouus casus cõtingens religionis, & sic agnatione posthumi, hoc est monasterij, quòd hoc casu profilio habetur, meritò vt testamētum præcedens rumpat, siue dicatio personæ, & bonorum expresse vel tacitè fiat: & hæc est potissima differentie ratio inter hos duos casus distinctionis comunis.

17 Limitatur tamen primò hoc secundum membrum distinctionis Bart. & comunis, vt testamentum factum ab eo, qui religionis ingressum minimè cogitauerat, professione sequuta rumpatur solum quoad legitimam portionem monasterio competentem vt placet Anto. de Butrio in d. c. in presentia. quem sequitur D. Couar. vbi supra d. nume. 5. in versu. ipse verò, quauis eos increpet D. Molin. vbi supra num. 47. intelligens ipsos loqui in casibus, in quibus ipse Molin. dixit testamentum non reuocari facta professione, nempè etiam si de religione non sit cogitatum, quando dicatio bonorum postea monasterio expresse facta non est, sed tacite à iure. Nã cum hoc casu verius, & magis comuniter receptum sit, testamētum rumpi, aduersus opinionem Antonij & Molinæ, atq; sequacium, admitti rectè poterit hæc moderatio Couar. vt rumpatur solum quoad legitimam portionem monasterio competentem: quòd si opinio Antonij & Molinæ sequenda foret (quòd diffitemur) declaratio Molinæ rectè quoque procederet: nos verò, quòd prædiximus, tenemus. Quinimò & Iul. Clar. vbi supra. §. testamentum. quæst. 28. versu. reteta.

tenta. in fin. et si contra præd. secundum membrum distinctionis Bart. tenuerit, vt vidimus, adhuc hanc limitationem sequitur, dicens hoc casu quantum ad institutionem testamenti rumpi, sed quoad reliqua credit testamentum ipsum sustineri iuxta dispositionem auth. ex causa. C. de lib. præter, vel ex hered. cuius opinionem libenter probo, et si D. Molin. vbi supra, dicat eam probare se non posse.

18 Secundò limitatur secundum membrum distinctionis Bart. vt procedat in religione capaci bonorum, & successionum, vt prædiximus: secus in religione incapaci bonorum immobilium, quia tunc absq; dubio testamentum non rumpitur per huiusmodi religionis ingressum ac professionem, sed imò ab ipsa vires assumit, non aliter ac si ipse ingrediens naturaliter fuisset mortuus, vt prædiximus in principio huius. c. & omnes communiter DD. de re hac agentes profitentur, & eos refert ac sequitur D. Molin. vbi supra, nu. 43. post Iul. Clar. & infra latius docebimus.

19 In dubio autem quando non constat, vtrum testator tempore testamenti, de religione cogitauerit, necne, ex interuallo temporis à testamento ad religionis ingressum, id iudex arbitrabitur: vt si in breui religionem profiteatur, arbitretur testatorè de religione cogitasse, ac proinde testamentum non reuocetur iuxta primum Bart. distinctionis membrum commuiter approbatum, cum his, quæ ei adiecta fuere supra pro ipsius declaratione: si verò multum post tempus id contigerit, arbitrio eiusdem iudicis, contrarium existimabit, ac proinde testamentum rumpetur, iuxta superius dicta, quod constat ex opinione. 3. Anto. de Butrio, & sequacium supra adducta, & præterea ab omnibus probatur. vt testatur D. Co-uar. d. nu. 5. vbi supra in versu. his verò addendum est comunis secundum D. Molin. vbi supra, nu. 46. plures referentem, & Crassum de success. §. testamentum. questio. 34. nume. 4.

20 Illud præterea adiiciendum est, monachum ante professionem posse validè

testari, ac proinde ipsius testamentum per professionem non reuocari, vt pote factum eo tempore, quo testator liberam habuit testandi facultatem: cui conclusioni ad stipulatur text. in. c. 4. de regular. & ita tenet glos. in authentic. ingressi. C. de sacrosanct. Ecclesijs, & ibi optimè Bart. in repet. nu. 1. & in lectura. nu. 4. cum sequentibus. Bald. n. 1. & Salicet. 3. Greg. Lopez in. l. 17. glos. 1. titu. 1. part. 6. intelligens eam. l. quæ videbatur contrarium probare, post professionem tacitam vel expressam, & Iul. Clar. vbi supra versu. dixi, & D. Molin. vbi supra. nu. 52. cum sequentibus, & est communis secundum alterum Molinam de iustitia & iur. 2. tractatu. disputatione 139. col. 747.

21 Monachus namq; nouitius intra annum probationis tanquam laicus censendus est: nec dicitur monasterium ingressus, qui nondum fecit professionem secund. Bar. in d. auth. si qua mulier. nu. 20. vbi ceteri scribentes. Fulgos. Paul. Alex. & Corn. in l. si quis heredem. C. de instit. & substit. tex. in c. religioso. de sententia excommunicationis lib. 6. & in. c. non solum, & in c. constitutionem. de regular. Beroi. in d. c. in presentia, nu. 552. Tiracquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 8. nu. 34. cum sequentibus, quos refert, & sequitur D. Molin. vbi supra, nu. 53. sequitur alios referens. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centur. 5. casu 436. nu. 4.

22 Ex quo infertur, quòd vbi fit mentio de ingressu religionis, intelligitur cum effectu, vt ex glos. fin. in d. c. in presentia ibi; Ita quòd teneat monachus, notat Felin. ibi nu. 32. † Vnde si maritus relinquat aliquid vxori, si ingressa fuerit monasterium, intelligitur de ingressu cum perseverantia, vt per Angel. consi. 33. in cip. Constantius Arcol. Bald. & Salicet. in d. l. si quis heredem. & alios, quos refert, & sequitur Felin. d. nu. 32. † Tandem hinc procedit, quòd decidit Archid. in c. cum simus. 12. questio. 2. dicens, quòd vouens ingredi religionem, non satisfacit, si ingrediatur, & exeat: refert & sequitur Felin. vbi supra sed de hac re latius agemus infra c. 22. de requisit. ad vo-

Dd 5 cum

licet in puncto iuris patiatur aliquã difficultatem, in practica tamen obtineret propter autoritatem Bart. & sequaciũ, vt credit Iul. Clar. vbi supra in princip. sed eam nimis nouam, & suspectã putat Mècha. de succes. creatio. §. 21. n. 174. & cõtrariũ cum Nauar. & alijs tenet atque affirmat Molina Theologus de iusticia & iur. in 2. tracta. disputation. 139. pagi. 751. in versu. ad id, estq; verius meo iudicio. † Secundò deducitur ex supra dicta magis comuni distinctio. Bart. & ceterorum, quòd si nulla religionis cogitatione testamentum cõditum fuerit, sequuta professione reuocetur, quasi ex noua voluntate, & propter ingressum religionis, quia monasterium hoc casu loco filij habetur. Quod procedit, siue testator in ipso monasterij ingressu non solum se ipsum, sed etiam bona sua expresse monasterio dedicauerit, siue tacitè, vt ex mente cõmunis patet, quanuis contrarium velit Iul. Clar. vbi supra, in versu. retèta, imò quod præfata cõmunis sit intelligenda tantum quando testator expresse se & bona sua ingrediens monasterio dicauit, secus si tacitè, tunc enim non creditur quòd per huiusmodi tacitam voluntatem dicatur reuocata prior expressa volũtas: quem sequutus est D. Molin. vbi supra nu. 45. hæc namq; moderatio coincidere hac in specie videtur cum sententia Ant. de Butrio. Abb. & Fel. vbi supra, cõtra quos cum magis recepta & veriore distinctio Bart. supra docuimus tenendum: quare eam tenentes, moderationem hanc Iulij Clari, & Molinæ reijcere debemus, ex eo enim quòd testator tempore testamenti de religionis ingressu non cogitauit, præsumitur mutata voluntas per professionẽ religionis bonorum capacis, siue tacitè, siue expresse tunc temporis dicatio personæ, & bonorum fiat: † quod enim

15
16

per quem cætera iura intelligenda sunt, ex eo enim deducta fuit d. auth. nunc autem. Verba autem d. §. illud, hæc sunt: Illud quoq; decernimus, qui in monasterium introire voluerit, antequam ingrediatur, licentiam habere suis vti, quo voluerit modo: quare meritò vt tunc per religionis ingressum ac professionem non rumpatur testamentum, cum nihil noui, quod prius non fuerit cogitatum, contingat: secus si tempore testamenti conditi de religione cogitatum minimè fuerit, tunc enim nouus casus cõtingens religionis, & sic agnitione posthumi, hoc est monasterij, quod hoc casu profilio habetur, meritò vt testamẽtum præcedens rumpat, siue dicatio personæ, & bonorum expresse vel tacitè fiat: & hæc est potissima differentie ratio inter hos duos casus distinctionis comunis.

17 Limitatur tamen primò hoc secundum membrum distinctionis Bart. & comunis, vt testamentum factum ab eo, qui religionis ingressum minimè cogitauerat, professione sequuta rumpatur solum quoad legitimam portionem monasterio competentem vt placet Anto. de Butrio in d. c. in presentia. quem sequitur D. Couar. vbi supra d. nume. 5. in versu. ipse verò, quanuis eos increpet D. Molin. vbi supra num. 47. intelligens ipsos loqui in casibus, in quibus ipse Molin. dixit testamentum non reuocari facta professione, nempe etiam si de religione non sit cogitatum, quando dicatio bonorum postea monasterio expresse facta non est, sed tacite à iure. Nã cum hoc casu verius, & magis comuniter receptum sit, testamẽtum rumpi, aduersus opinionem Antonij & Molinæ; atq; sequacium, admitti rectè poterit hæc moderatio Couar. vt rumpatur solum quoad legitimam portionem monasterio competentem: quòd si opinio Antonij & Molinæ sequenda foret (quod diffitemur) declaratio Molinæ rectè quoque procederet: nos verò, quod prædiximus, tenemus. Quinimò & Iul. Clar. vbi supra. §. testamentum. quæst. 28. versu. retèta.

tenta. in fin. et si contra præd. secundum membrum distinctionis Bart. tenuerit, vt vidimus, adhuc hanc limitationem sequitur, dicens hoc casu quantum ad institutionem testamenti rumpi, sed quoad reliqua credit testamentum ipsum sustineri iuxta dispositionem auth. ex causa. C. de lib. præter. vel ex hered. cuius opinionem libenter probo, et si D. Molin. vbi supra, dicat eam probare se non posse.

18 Secundò limitatur secundum membrum distinctionis Bart. vt procedat in religione capaci bonorum, & successionum, vt prædiximus: secus in religione incapaci bonorum immobilium, quia tunc absq; dubio testamentum non rumpitur per huiusmodi religionis ingressum ac professionem, sed imò ab ipsa vires assumit, non aliter ac si ipse ingrediens naturaliter fuisset mortuus, vt prædiximus in principio huius. c. & omnes cõmuniter DD. de re hac agentes profitentur, & eos refert ac sequitur D. Molin. vbi supra, nu. 43. post Iul. Clar. & infra latius docebimus.

19 In dubio autem quando non constat, vtrum testator tẽpore testamenti, de religione cogitauerit, necne, ex interuallo temporis à testamento ad religionis ingressum, id iudex arbitrabitur: vt si in breui religionem profiteatur, arbitretur testatorẽ de religione cogitasse, ac proinde testamentum non reuocetur iuxta primum Bart. distinctionis membrum commuiter approbatum, cum his, quæ ei adiecta fuere supra pro ipsius declaratione: si verò multum post tempus id contigerit, arbitrio eiusdem iudicis, contrarium existimabit, ac proinde testamentum rumpetur, iuxta superius dicta, quod constat ex opinione. 3. Anto. de Butrio, & sequacium supra adducta, & præterea ab omnibus probatur. vt testatur D. Co-uar. d. nu. 5. vbi supra in versu. his verò addendum est cõmunis secundum D. Molin. vbi supra, nu. 46. plures referentem, & Crasum de success. §. testamentum. quæstio. 34. nume. 4.

20 Illud præterea adijciendum est, monachum ante professionem posse validè

testari, ac proinde ipsius testamentum per professionem non reuocari, vt potest factum eo tempore, quo testator liberam habuit testandi facultatem: cui conclusioni ad stipulatur text. in. c. 4. de regular. & ita tenet glos. in authentic. ingressi. C. de sacrosanct. Ecclesijs, & ibi optimè Bart. in repet. nu. 1. & in lectura. nu. 4. cum sequentibus. Bald. n. 1. & Salicet. 3. Greg. Lopez in. l. 17. glos. 1. titu. 1. part. 6. intelligens eam. l. quæ videbatur contrarium probare, post professionem tacitam vel expressam, & Iul. Clar. vbi supra versu. dixi, & D. Molin. vbi supra. nu. 52. cum sequentibus, & est cõmunis secundum alterum Molinam de iustitia & iur. 2. tractatu. disputatione 139. col. 747.

21 Monachus namq; nouitius intra annum probationis tanquam laicus censendus est: nec dicitur monasterium ingressus, qui nondum fecit professionem secund. Bar. in d. auth. si qua mulier. nu. 20. vbi ceteri scribentes. Fulgos. Paul. Alex. & Corn. in l. si quis heredem. C. de instit. & substit. tex. in c. religioso. de sententia excommunicationis lib. 6. & in. c. nõ solum, & in c. cõstitutionem. de regular. Berol. in d. c. in præsentia, nu. 552. Tiracquel. de retract. lignag. §. 1. glos. 8. nu. 34. cum sequentibus, quos refert, & sequitur D. Molin. vbi supra, nu. 53. sequitur alios referens. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centur. 5. casu 436. nu. 4.

22 Ex quo inferitur, quòd vbi fit mentio de ingressu religionis, intelligitur cum effectu, vt ex glos. fin. in d. c. in præsentia ibi; Ita quòd teneat monachus, notat Felin. ibi nu. 32. † Vnde si maritus relinquat aliquid vxori, si ingressa fuerit monasterium, intelligitur de ingressu cum perseverantia, vt per Angel. consi. 33. in cip. Constantius Arcol. Bald. & Salicet. in d. l. si quis heredem. & alios, quos refert, & sequitur Felin. d. nu. 32. † Tandem hinc procedit, quod decidit Archid. in c. cum simus. 12. quæstio. 2. dicens, quòd vouens ingredi religionem, non fatiscit, si ingrediatur, & exeat: refert & sequitur Felin. vbi supra sed de hac re latius agemus infra c. 22. de requisit. ad vo-

Dd 5 tum

tum obligat. &c. versicul. quòd si quis votum.

25 Et quod prædiximus, monachum ante professionem posse testari, procedit etiam sine licentia prælati secundum Couarr. vbi supra, in fi. d. nu. 5. aduersus Roderic. X Suarez allegat. 20. col. vlti. & Archid. in c. nunc autem. 19. q. 3. aliud volentes, & opinionem Couarr. in hoc sequitur Crassus de successi. §. testamentum. quæst. 34. nu. 5. & Molina Theologus vbi supra.

26 Sed an hodie procedat, stante. c. 16. de regular. & monial. sancti Concilij Trid. session. 25. dubitare quis poterit, ita vt ad hoc vt testamentum monachi validum sit, seruari debeat forma d. c. necne? cuius litera ita se habet: *Nulla quoque renuntiatio aut obligatio antea facta, etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscuque cause pie, valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non aliàs intelligatur effectum inueniri, nisi sequuta professione: aliter verò facta, etiam si cum huius fauoris expressa renuntiatione etiam iurata, sit irrita, & nullius effectus, &c.* V. videtur primò idem seruandum fore in proposito, tum ex eo quòd verba Concilij sunt generalia, ibi, Nulla quæ renuntiatio aut obligatio, &c. quæ nostrum casum comprehendere videntur, † qui enim totum dicit, nihil excludit, & verba vniuersalia omnia includunt.

27 l. Iulianus ff. de leg. 3. Dec. in l. omnia. in princi. ff. si cert. pet. & consil. 245. visis ijs, col. 1. vers. sed tamen supra dictis. Alex. cõs. 46. visis, & accuratè, in princi. lib. 1. & alios referens Becius consil. 100.

28 nu. 16. libr. 1. † tum etiam quia ead. ratio in vtroque casu militare videtur, quo casu rectè indefinita in dispositione. l. equi pollet vniuersali, secundum eund. Becium consil. 57. nu. 30. libr. 1. Concilium etenim in hac parte eam formam renuntiationum nouitiorum introduxisse videtur, vt libertati monialium vel monachorum consuleret, idèdque licentiam Episcopi, siue eius Vicarij requisisse videtur, vt excluderetur omnis metus, ac coactio sanguineorum siue affinium. † Hinc est, vt

idem Concilium statim cap. sequent. in hæc verba prorumpat: *Libertati professionis virginum Deo dedicandarum prospiciens sancta synodus statuit atq. decernit, vt si puella, quæ habitum regularem suscipere voluerit, maior 12. annis sit, non antea eum suscipiat, nec postea ipsa, vel alia professionem emittat, quam explorauerit Episcopus, vel eo absente, vel impedito, eius Vicarius, aut aliquis eorum sumptibus ab eis deputatus, virginis voluntatè diligenter, an coacta, an seducta sit, an sciat, quid agat: & si voluntas eius, pia ac libera cognita fuerit, habueritque conditiones requisitas iuxta monasterij illius, & ordinis regulam, nec non monasterium fuerit idoneum, liberè eam profiteri liceat cuius professionis tempus ne Episcopus ignoret, teneatur præfacta monasterio eum ante mensem certiorare: quòd si præfata certiosem Episcopum non fecerit, quandiu Episcopo videbitur, ab officio suspensa sit: qui quidem Episcopus, siue eius Vicarius, intra quindecim dies hoc examen tenetur facere, aliàs non possunt in hoc se intromittere: & non debent plus interrogare quàm sacrum Concilium vbi supra præcipit, vt cauetur in bulla Pij V. Pontificis Maximi confirmationis, & nouè cõcessiois priuilegiorum omnium ordinum medicat. c. 7. incip. Volumus etiã, data Romæ ann. Incarnat. Domini 1567. 17. Calend. Iulij, † & ita praxis cõtinuit, vt tempore, quo hoc examè fit, licentia simul ad profitendum & renuntiandum monialibus nouitijs concedatur. † Hæc autem omnia militare quoq; videntur in testamenti cõfectione, coram iudice enim cessat omnis præsumptio fraudis ac metus, vt in l. 1. C. de præd. decur. lib. 10. & ibi Bartolus. l. 1. in fin. l. 2. de his qui per met. iud. nõ appellau. l. fi. in princi. ff. quod met. causa, & in terminis ita voluit & tenuit D. Spino. in suo specul. testam. gl. 12. nu. 50. pag. 305.*

His tamen non obstantibus, contraria sententia (salua semper correctione sacrosanctæ matris Ecclesiæ Romanæ, cui in omnibus me submitto) indubiè tenenda videtur, imò quòd monachus nouitius siue monialis possit durante anno nouitiatus testamentum liberè cõdere,

dere absque præd. solennitate, & licentia, de qua in d. capit. 16. sess. 25. Concil. Tridenti. id enim tantum loquitur in contractibus renuntiationum, siue obligationum inter viuos, non verò in vltima voluntate, vt patet ex illis verbis, Nulla quoque renuntiatio, aut obligatio; hæc enim ad actus inter viuos gerendos propriè, & secundum directum sensum literæ referuntur, non verò ad testamen-
 32 ta: † si enim Concilium id voluisset, expressisset argumen. l. vlticæ. §. si autem ad deficientis. in versi. nam si contrariū volebat. C. de caduc. tolléd. & in. c. inter corporalia. ibi: Vnde si citra, de translac. Episcopi, & in. cap. ad audientiam. de decim. Cōgerit plura in proposito Tiraq. in. l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. Roland. à Valle conf. 68. nu. 35. lib. 4 Becius conf. 12. verbo, *libertis*. num. 3. cum sequentibus nu. 44. & consi. 32. num. 16. lib. 1. & præterea idem probatur in verbis Concilij statim sequentibus, ibi: *Ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione, aliter verò facta, &c.* Frustra ergo ac superuacaneè hoc præciperet Cōcilium (quod minimè est dicédum) si de testamēto idem sentiret:
 33 cum vltima voluntas deambulatoria sit ex sui natura vsque ad mortem, vt in. cap. cum Marthæ. de celeb. Miss. cum reliquis. † Præterea, ea quæ speciali indigent adnotatione, nisi notentur, videntur quasi neglecta: argumen. l. item apud Labeonem §. ait prætor, versi ea enim. ff. de iniur. cū simil. ibi à glossa, neglecta, cōgestis. Cum igitur iure communi monachus nouitius, vel monialis nouitia, du-
 34 rante anno probationis, liberè, & absq; aliqua licentia prælati, vel prælatæ, testari possit, vt probauimus, hocq; à Concilio Tridentino expressè non corrigatur, quod non mutatur, quare stare prohibendum est? vt in. l. Mancinus. C. de testam. l. præcipimus. C. de appell. cum sim. Nec obstat prima ratio in contrarium adducta, scilicet quòd verba Concilij generalia sunt, &c. nam responde-
 mus, verum quidem esse, attamen cum adiectione renuntiationis, siue obliga-

tionis, & idè ad specificata referuntur, cum de his tantum senserit Concilium, & sic ad actus inter viuos: argumen. l. si de certa. cum materiâ. C. de transactio. Vnde hoc voluit Concilium, vt nullus contractus inter viuos à religiosis nouitijs fieri possit renuntiationis seu obligationis bonorum, nisi seruata forma d. Concilij: non tamen idè idem dicendū est in testamentis, cum de his nec verbū vllum in Concilio adiectum sit. Non obstat & secundum fundamentum supra in contrarium adductum, nempe ex identitate rationis in testamentis, & in contractibus; hoc namque non ita est, quòd quidem contractus ex sui natura statim irreuocabilis sit, & idè summa libertas in huiusmodi monialibus & monachis nouitijs ad eum celebrandum requiritur, ac demum forma tradita à Concilio vbi supra: ad testamentum verò condendum secus, vt prædiximus, quandoquidè id deambulatorium sit vsque ad mortem, vt prædiximus, & idè diuersum ius statui debet inter contractus & vltimas voluntates hac in specie, cum militet diuersa ratio; quæ est vna ex limitationibus ad d. regulam assignari solita: & ita hanc sententiam principalè tenui, quantis dubius, in mea repetitione. c. quauis pactum. de pact. in 6. in verb. dum nuptui tradebatur. nu. 4: quam nunc certius probo: & post hæc scripta probauit etiam Ludouic. Molin. Theologus vbi supra, pagin. 750. versic. ambiget fortasse, &c. & Ioan. Gratia. nos referens in reg. 456. nu. 7. & nouissime Cauale. 3. p. decisio. 10. n. 113. † Vltimò non possum nō mirari, quòd Iacob. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centuria. 5. casu 436. nu. 8. vir doctissimus, circa intellectum. d. c. 16. de regular. & monial. session. 25. Concilij Triden. opinatus fuerit formam præfatam renuntiationis fiendæ à religiosis constitutam esse, vt minor. 16. ann. (de quo in. c. præcedenti) id agat eo tempore, quò magis fiat proximus ætati maioris; quò circa existimat ipse, locum non esse Cōciliari constitutioni, quando ingressus religionem esset ætatis. 17. anno
 rum,

rum, vel maioris, nam is quodcumque intra annum professionis liberè posset se obligare, & bonis suis renūtiare, cū hoc in casu cesset illa minor ætas 16. annorum, quæ adhuc apta nō est ad profitendū religionem, neque ad se obligandum, vel renuntiandum, iuxta Concilij definitionem: hoc etenim inauditū, & contra literam Concilij Trident. d. c. 16. est, dum generaliter loquitur in omnibus religiosis nouitijs, cuiuscunque ætatis sint, minimè distinguens inter minores & maiores 16. ann. At verò. c. præcedens certam ætatem definiens ac requirens ad professionem faciendam, nō pertinet ad decisionem d. c. 16. statim sequentis, cū hoc diuersam habeat dispositionem à præcedenti, vnde nullam necessariam connexionem habēt inter se hæc duo capita. Firmiter igitur est tenendum, monachum vel monialem, minorem vel maiorem 16. annorum, teneri seruare formam præscriptam à sacro Concilio Trident. in renuntiationibus faciendis, aliàs verò renuntiatio & obligatio erit nulla, vt in d. c. 16. expressè cauetur: quod minimè patitur subauditio- nem & intellectum ac restrictionem Menochij.

35 Superest vt videamus, an monachus iam professus possit testamentum ante professionem à se factum reuocare? In qua quæstione Bart. in d. authē. si qua mulier. n. 11. C. de sacros. Eccles. tenet, quòd quando quis ingreditur religionem fratrum Minorum, nullo modo potest illud reuocare: quia sicut per mortem testamentum cōfirmatur irreuocabiliter ex parte testatoris, ita per ingressum huius religionis: & quia fratres Minores non possunt post professionem factam de rebus mundanis aliquid disponere, vt in Clemen. exiui de paradiso. de verb. signifi. & ita in hoc casu non habet locum dispositio d. authē. si qua mulier, quæ permittit post ingressū disponere: si verò ingrediatur aliam religionem, possit reuocare testamentum, donec vixerit: argumen. l. res vxoris. in fine. C. de donatio. inter vir. & vxor. & in. l. sed & si

mors. §. 1. ff. eod. vbi expressè probatur, non sufficere mortem ciuilem, sed naturalem requiri ad confirmandam irreuocabiliter donationem inter viuos, vel causa mortis, inter virum & vxorem: itaque donatio pendet, vt vir post mortem ciuilem possit eam reuocare. Idem ergo videtur dicendum in specie nostra: & ante Bart. eand. opinionem prius tenuerūt indicta authē. si qua mulier. Petrus & Cyn. colum. fin. nu. 4. & ibi Iacob. Butric. in final. verbis: sequitur etiam ibi Salicet. nu. 7. & Paul. Castr. etiam nume. 7. id permittens tantū in fauorem monasterij, vel filij, non verò in fauorem extranei: quod Bald. ibidem nu. 8. expressè tenuit, & Greg. Lopez in loco statim citado. Idem Bart. in. l. 1. C. de testam. eand. sequitur Archid. in d. c. si qua mulier. 19. quæstio. fi. & Ant. de But. in d. c. in præsentia. nu. 34. & consi. 79. Aret. in d. l. 1. de testam. num. 5. Ant. Rosel. in auth. ingressi. colum. vltim. C. de sacros. Eccles. Guillerm. Benedict. in. c. Raynuntius. de testam. in verb. mortuo itaq; testatore. in. 1. nu. 300. & sequentibus. Iul. Clar. vbi supra d. q. 28. in fin. vbi id permittit inter liberos tantū, secus inter extraneos: & hæc fuit opinio quasi communis & verior, secundū Roderic. Xua- rez allegat. 20. nu. 27. in versi. plus dico, quòd & si non, & c. & ad hoc eum refert Crassus de success. §. testamentum. quæst. 34. num. 8. quam esse communem etiam profitetur Tellus Fernād. in. l. 17. Taur. nu. 6. fallitur tamen, dum allegat Abb. & Beroi. in d. c. in præsentia, pro hac sententia, cū potius ipsi teneant contrarium, vt infra videbimus. † Quinimò ex hoc concludit Ant. de But. vbi supra, quòd licet primum testamentum fuerit conditum cum septem testibus, valebit tamen secundum cum duobus vel tribus testibus, vt in. c. relatum. & in. c. cū esses. de testam. quia nunc actus subijcitur dispositioni iuris Canonici: itē quòd valebit simplex reuocatio, licet non sit elapsum decennium, sicut exigitur. in. l. sancimus. C. de testam.

His tamen omnibus nō obstantibus,
contraria

contraria sententia verior est & tenenda, imò quòd testamentum factum ante professionem, post eam mutari aut reuocari non possit, quia professus testari nò potest, etiam si professus sit eam religionem, quæ communia bona habere possit, quia tēpore professionis omnia eius bona ipso iure transferuntur in ipsum monasterium, vt in d. auth. ingressi, & in c. quia ingredientibus. 19. quest. 3. & in auth. de monachis. §. illud, & eo præsertim, quòd huiusmodi professus mutat statum, & amittit libertatem quoad seculum, & sic nò habet velle nec nolle, quæ uis vera libertas sit seruire Deo. † Monachus namque quoad effectum testandi, seu contrahendi, pro mortuo habetur: text. in l. Deo nobis. C. de Episco. & cleric. & in auth. ingressi. C. cod. & in c. in presentia, de probatio. vbi omnes scribentes. D. Molin. vbi supra. nu. 63. Poterit tamen testari inter liberos, iuxta dispositionem. d. auth. si qua mulier. & l. 17. titul. 1. part. 1. inter alios secus: † & an possit in fauorem vnus filij melioratione facere, vel maioratum instituere, differit latissimè D. Molin. vbi supra. num. 55. & sequentibus, & nu. 64. cum sequentibus, an monachus professus possit testari, & meliorationem facere in fauore ascendentiuni, deficientibus descendentiibus legitimis. De priori agit etiam & consentit cum Molina d. nu. 55. alter Molina vbi supra, disputat. 141. colum. 771. Et quod prædiximus, testamentum factum ante professionem, postea mutari aut reuocari non posse, à fortiori procedit, si monachus, qui illud condidit, ingressus fuerit monasterium bonorū immobilium incapax, quia tempore professionis amisit dominium omnium rerum suarum, & ipsius hæredibus ab intestato venientibus acquiritur: cum igitur professus testari nò valeat (vt prædiximus) neq; testamentum antea conditum mutare aut reuocare poterit: vt in l. si vt proponis. C. de nupt. quia eius est destruere, cuius est construere: argumen. l. tria prædia. ff. communia præd. & in l. 2. ff. de re iud. & in c. cum inferior. de maio-

rit. & obed. atq; destituere, cuius est instituere: vt in c. cum ex iniuncto. in fin. de hæret. & in c. 1. & 2. de capell. monach. diximus in consi. 31. nu. 18. & 19. Nec ex sola voluntate absque alio testamēto reuocari potest, vt in d. l. sancimus. & in §. ex eo autem. instit. quibus mod. testam. infirm.

Præterea, si vera est magis recepta sententia eiusdem Bart. quam supra defendimus, nempe testamentum conditum ante ingressum religionis, cum cogitatione eiusdem, minimè reuocari per professionem subsequutam, inde consequitur, ipsum post professionem mutari aut reuocari non posse: aliàs enim nò esset firmum, sed potius reuocabile, & sic deambulatorium vsque ad mortem naturalē: sed professione non rumpitur (vt prædiximus) ergo fit irreuocabile. † Tertio, quia monachus post professionem moritur mundo. c. placuit. 16. questio. 1. & sic amplius non habet velle aut nolle. c. si religiosus. de elect. in 6. quare ne notetur proprietas in eo sic disponēdo de rebus temporalibus ad libitum, non poterit testari, neque testamētum antea conditum mutare vel reuocare. Quarto, per text. in d. auth. si qua mulier, per locum ab speciali: si enim ibi est speciale, quòd post ingressum monasterij monachus possit aliquid ordinare in fauorem filiorum, & sic ex gratia illud sibi permittitur, regulā est in contrarium, vt in l. ius singulare. ff. de legib. & ita in specie hanc sententiam contra Bart. & sequaces probant ac tenent Abb in d. c. in presentia. num. 61. Angel. in l. 1. ff. de testam. & ibi Imol. nu. 13. hanc latè probat, & dicit veriorē Ias. etiam in d. auth. si qua mulier. nu. 27. Dec. in d. c. in presentia. nu. 68. & in d. auth. ingressi. num. 13. Rubeus consi. 155. colum. fin. & latè hanc probat Augustin. Beroi. in d. c. in presentia. nu. 337. reprobantes opinionē Bart. contrariam. Hanc secundam apertò ore probauit etiam D. Couarr. d. c. 2. nu. 9. & hanc opinionē plures allegans testatur veriorē & receptiorē cōtrariorem Velazquez in l. 17. Taur. glo. 6. nu. me.

rum, vel maioris, nam is quocumque intra annum professionis liberè possit se obligare, & bonis suis renūtiare, cū hoc in casu cesset illa minor ætas 16. annorum, quæ adhuc apta nō est ad profitendū religionem, neque ad se obligandum, vel renuntiandum, iuxta Concilij definitionem: hoc etenim inauditū, & contra literam Concilij Trident. d. c. 16. est, dum generaliter loquitur in omnibus religiosis nouitijs, cuiuscunque ætatis sint, minimè distinguens inter minores & maiores 16. ann. At verò. c. præcedens certam ætatem definiens ac requirens ad professionem faciendam, nō pertinet ad decisionem d. c. 16. statim sequentis, cū hoc diuersam habeat dispositionem à præcedenti, vnde nullam necessariam connexionem habet inter se hæc duo capita. Firmiter igitur est tenendum, monachum vel monialem, minorem vel maiorem 16. annorum, tene-ri seruare formam præscriptam à sacro Concilio Trident. in renuntiationibus faciendis, aliàs verò renuntiatio & obligatio erit nulla, vt in d. c. 16. expressè cauetur: quod minimè patitur subauditio- nem & intellectum ac restrictionem Menochij.

35 Superest vt videamus, an monachus iam professus possit testamentum ante professionem à se factum reuocare? In qua quæstione Bart. in d. authē. si qua mulier. n. 11. C. de sacros. Eccles. tenet, quòd quando quis ingreditur religionem fratrum Minorum, nullo modo potest illud reuocare: quia sicut per mortem testa-mentum cōfirmatur irreuocabiliter ex parte testatoris, ita per ingressum huius religionis: & quia fratres Minores non possunt post professionem factam de rebus mundanis aliquid disponere, vt in Clemen. exiui de paradiso. de verb. signifi. & ita in hoc casu non habet locum dispositio d. authē. si qua mulier, quæ permittit post ingressū disponere: si verò ingrediatur aliam religionem, possit reuocare testamentum, donec vixerit: argumen. l. res vxoris. in fine. C. de donatio. inter vir. & vxor. & in. l. sed & si

mors. §. 1. ff. eod. vbi expressè probatur, non sufficere mortem ciuilem, sed natu- ralem requiri ad confirmandam irreuo- cabiliter donationem inter viuos, vel causa mortis, inter virum & vxorem: ita que donatio pendet, vt vir post mortem ciuilem possit eam reuocare. Idem ergo videtur dicendum in specie nostra: & ante Bart. eand. opinionem prius tenuerūt indicta authē. si qua mulier. Petrus & Cyn. colum. fin. nu. 4. & ibi Iacob. Butric. in final. verbis: sequitur etiam ibi Sa licet. nu. 7. & Paul. Castr. etiam nume. 7. id permittens tantū in fauorem mona- sterij, vel filij, non verò in fauorem ex- tranei: quod Bald. ibidem nu. 8. expressè tenuit, & Greg. Lopez in loco statim citado. Idem Bart. in. l. 1. C. de testam. eand. sequitur Archid. in d. c. si qua mulier. 19. quæstio. fi. & Ant. de But. in d. c. in præ- sentia. nu. 34. & consi. 79. Aret. in d. l. 1. de testam. num. 5. Ant. Rosel. in auth. in- gressi. colum. vltim. C. de sacros. Eccles. Guiller. Benedict. in. c. Raynuntius. de testam. in verb. mortuo itaq; testatore. in. 1. nu. 300. & sequentibus. Iul. Clar. v- bi supra d. q. 28. in fin. vbi id permittit inter liberos tantū, secus inter extra- neos: & hæc fuit opinio quasi commu- nis & verior, secundum Roderic. Xua- rez allegat. 20. nu. 27. in versi. plus dico, quòd & si non, & c. & ad hoc eum refert Crassus de success. §. testamentum. quæst. 34. num. 8. quam esse communem etiam profitetur Tellus Fernád. in. l. 17. Taur. nu. 6. fallitur tamen, dum allegat Abb. & Beroi. in d. c. in præsentia, pro hac sen- tentia, cū potius ipsi teneant contra- rium, vt infra videbimus. † Quinimò ex hoc concludit Ant. de But. vbi supra, quòd licet primum testamentum fuerit conditum cum septem testibus, valebit tamen secundum cum duobus vel tri- bus testibus, vt in. c. relatum. & in. c. cū- effes. de testam. quia nunc actus subijci- tur dispositioni iuris Canonici: itè quòd valebit simplex reuocatio, licet non sit elapsum decennium, sicut exigitur. in. l. sancimus. C. de testam.

His tamen omnibus nō obstantibus,
contraria

37 contraria sententia verior est & tenenda, imò quòd testamentum factum ante professionem, post eam mutari aut reuocari non possit, quia professus testari nò potest, etiam si professus sit eam religionem, quæ communia bona habere possit, quia tẽpore professionis omnia eius bona ipso iure transferuntur in ipsum monasterium, vt in d. auth. ingressi, & in c. quia ingredientibus. 19. quæst. 3. & in auth. de monachis. §. illud, & eo præsertim, quòd huiusmodi professus mutat statum, & amittit libertatem quoad seculum, & sic nò habet velle nec nolle, quãuis vera libertas sit seruire Deo. † Monachus namque quoad effectum testandi, seu contrahend, ipro mortuo habetur: text. in l. Deo nobis. C. de Episcò. & cleric. & in auth. ingressi. C. cod. & in c. in præsentia, de probatio. vbi omnes scribentes. D. Molin. vbi supra. nu. 63. Poterit tamen testari inter liberos, iuxta dispositionem. d. auth. si qua mulier. & l. 17. titul. 1. part. 1. inter alios tecus: † & an possit in fauorem vnus filij melioratio nẽ facere, vel maioratum instituere, differit latissimẽ D. Molin. vbi supra. num. 55. & sequentibus, & nu. 64. cum sequentibus, an monachus professus possit testari, & meliorationem facere in fauore ascendentiuni, deficientibus descendentiibus legitimis. De priori agit etiam & consentit cum Molina d. nu. 55. alter Molina vbi supra, disputat. 141. colum. 771. Et quod prædiximus, testamentum factum ante professionem, postea mutari aut reuocari non posse, à fortiori procedit, si monachus, qui illud condidit, ingressus fuerit monasterium bonorũ immobilium incapax, quia tempore professionis amisit dominium omnium rerum suarum, & ipsius hæredibus ab intestato venientibus acquiritur: cùm igitur professus testari nò valeat (vt prædiximus) neq; testamentum antea conditum mutare aut reuocare poterit: vt in. l. si vt proponis. C. de nupt. quia eius est destruire, cuius est construere: argumen. l. tria prædia. ff. communia præd. & in. l. 2. ff. de re iud. & in. c. cum inferior. de maio-

rit. & obed. atq; destituere, cuius est instituere: vt in. c. cum ex iniuncto. in fin. de hæret. & in. c. 1. & 2. de capell. monach. diximus in consi. 31. nu. 18. & 19. Nec ex sola voluntate absque alio testamẽto reuocari potest, vt in d. l. sancimus. & in. §. ex eo autem. instit. quibus mod. testam. infirm.

Prætereà, si vera est magis recepta sententia eiusdẽ Bart. quam supra defendimus, nempe testamentum conditum ante ingressum religionis, cum cogitatione eiusdem, minimẽ reuocari per professionem subsequutam, inde consequitur, ipsum post professionem mutari aut reuocari non posse: aliàs enim nò esset firmum, sed potius reuocabile, & sic deambulatorium vsque ad mortem naturalẽ: sed professione non rumpitur (vt prædiximus) ergo fit irreuocabile. † Tertio, quia monachus post professionem moritur mundo. c. placuit. 16. quæstio. 1. & sic amplius non habet velle aut nolle. c. si religiosus. de elect. in 6. quare ne notetur proprietas in eo sic disponẽdo de rebus temporalibus ad libitum, non poterit testari, neque testamẽtum antea conditum mutare vel reuocare. Quarto, per text. in d. auth. si qua mulier, per locum ab speciali: si enim ibi est speciale, quòd post ingressum monasterij monachus possit aliquid ordinare in fauorem filiorum, & sic ex gratia illud sibi permittitur, regulã est in contrarium, vt in l. ius singulare. ff. de legib. & ita in specie hanc sententiam contra Bart. & sequaces probant ac tenent Abb in d. c. in præsentia. num. 61. Angel. in. l. 1. ff. de testam. & ibi Imol. nu. 13. hanc latẽ probat, & dicit veriorẽ las. etiam in d. auth. si qua mulier. nu. 27. Dec. in d. c. in præsentia. nu. 68. & in d. auth. ingressi. num. 13. Rubeus consi. 155. colum. fin. & latẽ hanc probat Augustin. Beroi. in d. c. in præsentia. nu. 537. reprobantes opinionẽ Bart. contrariam. Hanc secundam apertò ore probauit etiam D. Couarr. d. c. 2. nu. 9. & hanc opinionẽ plures allegans testatur veriorẽ & receptiorẽ cõtra priorem Velazquez in. l. 17. Taur. glo. 6. nume.

nu. 5. & in l. 44. glos. 7. nu. 3. Eandem sequitur & dicit communem cum Nauar. & Couarr. quos citat Molina Theologus vbi supra, disputatione 140. colum. 756. † Quæ sententia non solum procedit, si reuocatio testamenti fiat in fauorem extranei, sed etiã si in fauorem monasterij: adhuc enim huiusmodi reuocatio nõ valebit: quod expressim probarunt August. Beroi. & Couar. vbi supra, ex mēte eorum, qui secundam præfatam sententiã tenent: tamen Baldus & Paul. Castr. in d. auth. si qua mulier. (vt prædixim⁹) contrarium in terminis probent, ac itē ibidem las. nu. 33. & Dec. in d. c. in præsentia, num. 68. & Grego. Lop. in l. 17. in glos. p̄cede partit. titul. 1. par. 6. iuxta decisionem d. auth. si qua mulier, quæ id permittit in fauorem filiorum. Verum tex. ille, vt modò dicebamus, tãtum abest vt non solum non probet hanc partem, sed potius contrariam, & sic nostram: † decisio enim d. auth. si qua mulier, specialis est, & ex gratia, ac proinde in propria specie, & in suo tantum casu seruanda, nempe cum inter proprios liberos legitimos & naturales, quibus pater nocere non potest, monachus testari vult, propriaque bona inter eos diuidere, legitima non diminuta: & quod eis non dederit, monasterio competet; illis namq; nõquã pater præiudicare potuit quoad portionem legitimam eis debitam: monasterio autem potuit per testamentum factum cogitatione præmissa ipsius ingressus, etiam tacitè, instituendo extraneum ante professionem: quod non impedit d. auth. si qua mulier. nec Regia. l. ei similis. 17. tit. 1. par. 6. vt optimè respōdet Couar. vbi supra, & idèd veriolem existimo & tenendam supra dictam secundam sententiam negatiuam, cū sua ampliacione iam relata.

42 Superest vt respondeamus ad d. l. res vxoris, & ad d. l. sed & si mors. §. 1. C. & ff. de donat. inter vir. & vxor. in quibus iuribus contraria sententia suum robur facit. Sed re vera nihil obsunt nostræ veriori: prior etenim lex loquitur in contractu donationis inter viuos: secunda

in donatione causa mortis, quæ magis accedit contractui, quàm vltimæ voluntati; vt notatur in l. 1. in princip. ff. de dot. prælegat. & idèd cum deportatus sit capax contractus, vt in l. si mandauero. §. 15. cuius bona. ff. mand. nil mirum, si donationes illæ non publicentur per publicationem bonorum ipsius donatoris, vt ibi patet, & sic merito quòd possit ille eas ante mortem reuocare: secus quando agitur de reuocatione testamenti faciendâ per illum, qui nullo modo potest testari, vt in casu proposito, nam tunc stat regula, quòd sicut non posset facere de nouo, sic neq; reuocare, nec tollere iam factum, vt prædiximus: nec sola reuocatio verbalis testatoris sufficeret, nisi institueretur hæres, vt notat Bar. in l. si iure. ff. de leg. 3. Ita respōdet Imol. in d. l. 1. n. 13. ff. de testam. Vel verius & secundò ipse respondeo, quòd deportatus siue relegatus, quanuis amiserit libertatem, non tamen voluntatem neq; facultatem cõtrahendi: at verò monachus per professionem, cum transierit in ditionem ac potestatem sui prælati, se & sua Deo dicendo, ac proinde non habeat velle nec nolle (vt modò dicebamus) consequitur, testamentum antea factum non posse reuocare, neq; immutare, ac diuersitatis rationem satis iuridicam esse inter vtrunque casum. Quod comprobari potest ex illo Matthæi. 19. cum Simon Petrus dixit ad Iesum: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis? (Apostolorum enim fuit vera religio) & idèd dixit Petrus, Reliquimus omnia; quia propriam voluntatem reliquerunt, ac Magistrum sunt sequuti, idèdque meruerunt habere vitam æternam. Qui igitur relinquit suam propriam voluntatē, alteriq; eam tradit cū sua persona, vt facit monachus cū proficitur, ea caret, ac per consequens reuocare testamentum antea factum minimè poterit. † Præter eã, tunc mors ciuilis æquiparatur naturali, quando mors ciuilis operatur eundem effectum, quem naturalis, vt in d. l. res vxoris. in 1. responso: secus verò si eundem effectum nõ operaretur, vt in ead.

l. in 2. responſo, & in d. l. ſed & ſi mors. §. 1. per quē text. hęc eſt cōmunis theoricā ibidem, quā ſequuntur Cyn. Bart. Bald. & Salic. in d. l. Deo nobis. C. de Epifco. & cleric. & alij plures, quos refert Roderic. Xuarez d. allegat. 20. in verſi. omnes iſti capiunt fundamentum, &c. & Emanuel Coſta in d. §. & quid ſi tantum. 2. part. nu. 13. ff. de lib. & poſthumi. communis ſecundum Ioan. Vinc. Hondedei conſi. 62. nu. 35. eſtque communis opinio, vt plures allegans teſtatur Merichac. de ſucceſſ. creat. §. 21. nume. 172. in in verſi. eſt tamen verum, vbi dicit eſſe tutiorem, & communem etiā ſententiam, cū alijs pluribus doctoribus, quos
44 citat, † vt mors naturalis nūquā equiparetur ciuili, neque è contra, niſi in caſibus à iure expreſſis, vt ibi latius per eum & Hondedei vbi ſupra, numer. 4. quas comunes etiā refert Pelaez de maiorat. 2. part. quæſtion. 3. numer. 36. & Velazquez in l. 4. Tauri gloſ. 4. nu. 2. & 3. & vltimam præd. D. Spino in ſuo ſpecul. teſtam. gloſ. 12. num. 35. ſed in noſtra ſpecie mors ciuilis, hoc eſt, profeſſio monachi, eundem effectum operatur, quem naturalis, quantum ad voluntatem: quia ſicut ipſa extinguitur morte naturali, vt in l. 4. ff. locati, cum ſimil. ita per profeſſionem, vt prædiximus: ſine voluntate enim teſtamentum reuocari non po-
45 teſt, vt patet: † at verò indeportato & relegato mors hæc ciuilis non operatur eundem effectum, quē naturalis, deportatus namque, vel relegatus, habet voluntatem, ac proinde poteſt reuocare donationem vxori ſuæ inter viuos, vel cauſa mortis à ſe prius factam, vt in dictis iuri-
bus: quod mortuus facere non poteſt: ergo meritò quod prædicta mors ciuilis in illa ſpecie non operetur eundem effectum, quem naturalis operaretur. Inde eſt, quòd ſi vir ille eſſet damnatus in metallum, per quam damnationem perderet ciuitatem & libertatem, cū per illam efficiatur ſeruus pœnæ, cōfirmaretur donatio inter viuos ab eo vxori facta, quia præd. mors ciuilis tunc temporis operatur eundem effectum diſſolu-

tionis matrimonij, quē operaretur mors naturalis, vt expreſſim probatur: vt in d. l. res vxoris. in. 1. responſo. ſed quia in ſecundo non idem operatur, vt prædiximus, idèd poteſt maritus deportatus, & ſic mortuus ciuilitèr, eam reuocare, vt
46 vt ibidem deciditur: † præmaximè quod d. l. res vxoris in. 1. responſo, non habet locum in donatione cauſa mortis, quia illa non confirmatur, ſed irritatur per mortem ciuilem, ex qua amittitur ciuitas & libertas, vt ibi dicit gloſ. & DD. quòd ſequitur Rodericus Xuarez vbi
47 ſupra.

Facto igitur teſtamèto, quod per profeſſionem rumpi non poſſit, iuxta ſupra dicta, ſtatim facta ipſa profeſſione, bona hæreditaria, ſiue legatum ad inſtitutum hæredem, vel legatarium, pertinebunt, ſi monaſterium ſit incapax bonorum: quòd ſi eorum ſit capax, hæreditas vel legatum morte naturali ipſius monachi ad hæredem vel legatarium pertinebit, in eius verò vita ad monaſteriū: ita Bar. in d. auth. ſi qua mulier. nu. 9. & 11. & ibi Paul. Caſt. nu. 4. & alij relati per Iaſ. ibi, num. 26. idem Bart. in l. res vxoris. C. de donat. inter vir. & vxor. & in l. 1. nu. 7. ff. de teſtam. vbi Aret. num. 6. dicit hanc eſſe communem opinionem, eamq; ſequuntur Ant. de Butrio, & Abb. in d. c. in præſentib. nu. 58. Felin. 55. & Dec. 97. & hæc eſt communis ſententia, ſecundum Alex. conſi. 13. volumi. 3. & Roderic. Xuarez d. allegat. 20. in verſi. præter eà eſt communis ſententiā, vbi plurimos refert: ſequitur etiā & communè proficitur D. Couar. d. c. 2. de teſtam. num. 6. & eam probat Guillerm. Benedic. vbi ſupra in verb. mortuo itaque teſta: ore, cl. 1. nu. 297. & nu. 302. eſt communis, vt plures, allegans loquens in ſubſtituto, teſtatur Hondedei vbi ſupra num. 37. & 38. ſequitur Molina Theologus vbi ſupra pag. 755. Quanyis Feli. vbi ſupra, nu. 56. aliud teneat, quando ingreſſus eſt teſtator monaſterium incapax bonorum, nepe vt tunc quoq; expectāda ſit mors naturalis: ſed communis & tenenda ſententia habet contrarium.

Imol.

48

Imol. autem in l. 1. n. 15. de testam. aliter in hac specie resoluit, distinguens in hunc modum: quod aut constat de mente ipsius disponentis, quod voluerit expectari mortem naturalem, & tunc illa expectabitur. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisc. etiam si quis ingressus fuerit religionem mendicantium, secundum Bald. in d. l. 1. idem erit, si sciens se ingressurum monasterium, voluerit & ordinauerit disposita statim sortiri effectum post mortem suam: nam intelligitur in dubio de morte naturali: argumen. l. ex ea. §. infulam. ff. de verb. oblig. l. si. C. de his qui veniam ætatis impetrauerunt. aut constat quod ipse disponens voluit, vt statim post mortem ipsam civilem (quæ in ipso ingrediente dicitur esse demum facta professione, & nõ antè, per notata in c. beneficiũ, de reg. iur. in. 6.) testamentum sumeret effectũ, seu per ingressũ religionis, & tunc statim sumet effectum: argum. eorum, quæ habentur in l. in conditionibus primum locũ, in princip. ff. de cond. & demonstr. & in auth. de monachis. §. illud quoque, sepe allegat. aut sumus in dubio, & tunc considerandum est, quod aut quis fecit testamentum, sciens se ingressurum monasterium, & tunc satis videtur posse dici, quod velit dispositionem suam statim sortiri effectum, per id quod habetur in d. §. illud. non enim videtur tunc esse mens eius, quod transeat in monasteriũ illud, quod eidem non relinquit, sed alteri, cum sciret ingressum monasteriũ haberi pro mortuo, vt in d. l. Deo nobis. C. de Epif. & cleric. Et hoc procedit, siue sit ingressus professionem mendicantiũ siue non mendicantium, cum vtroque casu eadem ratio videatur concurrere. Si autem quis fecit testamentum, nõ cogitans de ingressu monasterij, licet postea ex post facto illud ingrediatur, si intrauit religionem fratrum Minorum, cum illi sint funditus incapaces ex eorũ regula, & præsertim successionum, vt in Clementi. exiui de paradiso. §. cupientes. de verb. sig. tunc tale testamentum statim sortietur effectum, cum illa mors sta-

tim habeat eundem effectum, quem naturalis: si verò ingrediatur religionem Prædicatorum, vel alium ordinem mendicantium, & tunc fortè posset tolerari opinio Angeli, scilicet vt fratres possint accipere, vt vendant commoditatem percipiendi fructus illorum bonorum ad vitam illius ingressi, & pretium illud conuertant in necessitates monasterij, quia isti non videntur ad eò incapaces, vt sunt Minores: quod si velint accipere, vt teneant ipsa immobilia, hoc nõ possunt, tanquã eorum incapaces: vt in c. 1. de religiof. dom. isti enim non sunt mendicantes ex regula, sed solũ ex cõstitutionibus, vt notat Federic. de Senis. consi. 12. Ex quo patet, quod si monasterium esset bonorum mobilium capax, seruanda foret præcedens communis resolutio doctorum, quæ habet, vt morte naturali monachi hæreditas & legata ad heredem & legatarios pertineant: in vita verò ipsius ad monasterium, vt ex mente Imolæ ibidem colligitur.

49

Nunc videndum est, an hæc dicta Ioã! Imolæ iure procedant. Et quidem quoad primum & secundum membrum, quando constat demente ipsius disponentis, siue quod expectetur mors naturalis sui ipsius, vel civilis, hoc est, vt statim post mortem suam civilem, id est, facta professione, testamentum suum sortiatur effectum, benè loquitur meo iudicio, dum tenet, quod in vtroque casu seruetur voluntas testatoris, quando clara est, vt in auth. de nuptijs. §. disponat. collatio. 4. & in d. auth. de monachis. §. illud quoque; & in d. l. in conditionibus primum locũ. Per quam doctrinam declaratur & moderatur singulariter præcedens communis, vt non procedat, quando aliud constiterit manifestè ex voluntate testatoris, quia tunc ipsa erit seruanda in proposito. & ita opinionem Imolæ in d. secundo membro, nempe quando testator expressè in testamento cavit, se velle hæredem institutum bona accipere, eisque vti & frui statim post religionis ingressum, vt tunc monasterium, etiam viuentem monacho, à testatore excludatur, probat

probat etiam Couar. in d. c. 2. num. 8. ad fin. de testam. post Ludouic. Gozadin. consi. 41. num. 11. & 17. quem refert est que res manifesta, secundum Molin. 50 Theologum vbi supra. † In dubio autem, facta mentione mortis, intelligitur de naturali tantum, secundum Imol. vbi supra, cui in hoc etiam consentio: & sequitur Roderic. Xuarez d. allegat. 20. versi. præterea est communis sententia, ibi, in tantum, &c. sequitur Hondedei vbi supra, nu. 2. quod notatur in. c. susceptum. de rescript. in. 6. notat Petrus de Ancharr. in d. c. in præfætia. in. 5. notab. de probat.

51 Quo ad tertium verò membrum doctrinæ Imolæ in primo casu, nempe quã do sumus in dubio, quia non constat ex mente testatoris, quæ mors sit expectanda, an naturalis, vel ciuili, nec alicuius mortis mentionem fecerit, vt tunc sit dicendum, voluisse testatorem dispositionem suam statim fortiri effectum, quando fecit testamentum sciens se ingressurum monasterium, & sic quòd hoc casu statim facta professione hæres institutus, vel legatarius habebit hæreditatem, seu relictum, non expectata morte naturali: certè meo iudicio in hoc lapsus est doctissimus Ioan. Imol. tum quia loquitur contra communem doctorum resolutionem superiorem, quæ hoc casu expressè tenet, quòd quando monasterium est bonorum capax, in vita monachi debeat gaudere prædictis bonis, & post mortem naturalem ipsius ea pertinent ad hæredem vel legatarios: nam si monasterium est incapax bonorum, nulli dubium quòd morte ciuili monachi sortiatur plenum effectum suum testamentum, vt prædiximus: tum etiam, quia testator hoc casu non est cõfendus velle derogare iuri comuni supra dicto, quinimò potius se cum illo conformare, vt tradunt DD. in. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. sicque in dubio non potest mens contraria elici, sed potius conformis iuris dispositioni: fallitur igitur Imola conuerarium existimans: & ita in terminis Paul. Pa-

ris. in additio. ad Bart. in d. aũthenti. si qua mulier. numer. 9. litera. F. agens de præfata opinione Imolæ, inquit, Considera de veritate eius, quia dura est decisio: & contrarium etiam videtur velle Paul. hic, & omnes alij: sicque est contra mentem communis opinionis prædictæ, & idè nec vera nec tenenda, vt existimo.

52 Restat secundus casus tertij membri doctrinæ Imolæ, quando quis fecit testamentum, de ingressu religionis minime cogitans, & ingressus est postea religionem incapacem bonorum, quòd tunc testamentum statim per religionem sortiatur effectum, non expectata morte naturali: & in hoc rectè dicit, estque communis opinio, vt modò diximus, & prius in principio huius capituli.

53 Si verò in hac specie ingrediatur ordinem Prædicatorum, vel aliorum mendicantium, vel etiam aliam bonorum capacem, dum sentit Imola, hoc casu post mortem monachi naturalem bona pertinere ad institutum, vel legatarium virtute præd. testamenti, & in vita ipsius ad monasterium, modo quo ipse Imola hoc moderatur, vt vidimus, & sic præsupponit valorem testamenti, hoc est contra doctrinam Bart. magis communiter approbatam, quam supra defendimus atque probauimus, quæ habet, vt testamentum eius, qui eo tempore non cogitauit de ingressu religionis, rumpatur per professionem, quasi agnatione posthumi, ac proinde non est tenenda opinio Imolæ contra communem opinionem præfatam, vt supra monuimus, sicque monasterium hoc casu, si est bonorum capax, vel pretij eorum, id habebit ac consequetur pleno iure.

Ex supra dicta doctrina cõmuni, quæ habet, vt in præfata specie expectanda sit mors naturalis monachi, vt ipsa sequuta, hæreditas vel legatum ad hæredem vel legatarium pertineat, in vita verò monachi ad monasterium, consequitur, q̄ si interim dum viuit præfatus monachus, hæres ab eo institutus, vel legatarius,

Et rursus,

rius, cui aliquid est à se relictum, decedat, ita quod testator superuiuat eadem, hæreditas huiusmodi vel legatum erit caducum, ac per consequens ad suos hæredes non pertinebit, sed remanebit perpetuò monasterio: argumen. d. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iur. fisci. vbi probatur, fideicommissum relictum in diem mortis hæredis, non cedere ante diem mortis naturalis, etiam si hæredis bona ob delictum sint confiscata: & reddit text. ratione, quia posset prius ipse fideicommissarius mori. Idem in donatione facta à viro vxori, probat l. res vxoris. C. de donat. inter vir. & vxor. per quæ iura hæc sententiã in nostris terminis tenet Bart. in d. auth. si qua mulier. nu. 10. Abb. in capit. in presentia. numer. 58. & 59. & ibi Felin. numer. 55. de probat. sequitur etiam plures allegans, inuens esse communẽ, Roderic. Xuarez d. allegat. 20. versi. præterea est comunis sententia: est comunis sententia, vt alios allegans affirmat Molina d. colum. 755. Sed contra hanc sententiam primò considero, quod per professionem monachi, & sic morte ciuili eiusdem, testamentum præcedens, factum cogitatione ingressus, firmum ac irreuocabile efficitur, iuxta superiora omnia, quæ prædiximus: ergo si hæres vel legatarius monachi viuat tẽpore prædictę professionis, licet postea decedat in vita monachi, ius hoc irreuocabile, quod ex testamento ac professione monachi acquisiuit, ad hæredes transmittet, cum sit certum ac in re, & per consequens hæreditas nõ erit caduca, neque legatum, sed ad hæredes hæredis vel legatarij pertinebit. Secundo, quia licet in vita monachi monasterij capax bonorũ debeat frui eius bonis, de quibus in testamento disposuit, dominium tamen ipsorũ statim per professionem acquisitum videtur hæredi, vel legatario. Tertio, quia licet testamentum huiusmodi monachi nõ confirmetur nisi morte naturali eiusdem, hoc verum esse videtur, quatenus & respectu effectus atque executionis ipsius: respectu tamen valoris irreuocabilis per professionem inducitur, vt probauimus: ergo per eã

acquiritur ius irreuocabiliter hæredi, vel legatario, licet postea in vita monachi is decedat. Quarto, quia si testamentum huiusmodi, quando quis ingreditur monasterium incapax bonorum, statim post mortem ciuile ipsius monachi, hoc est, per professionem, effectum habet consummatum, ac si tunc naturaliter moreretur, absque eo quod venientibus ab intestato eiusdem vllum ius competat in vita monachi, ita & eodem modo videtur dicendum in nostra specie, vt quanuis monasterio bonorum capaci in vita monachi competat vsusfructus prædictorum bonorum, cum tamen ius irreuocabile acquisitum fuerit hæredi vel legatario monachi per professionem ipsius, quanuis præd. hæres, vel legatarius postea in vita sui testatoris decedat, nihilominus hæreditas vel legatum huiusmodi per mortem monachi deferatur ac pertineat ad hæredes, præfati heredis vel legatarij.

His tamen non obstantibus, sententia Bart. supra dicta & comunis tenenda ac obseruanda erit in praxi, tum propter ipsius autoritatẽ, & quia neminẽ contradicentẽ inuenio: tum etiam, quia supra adducta contra eum facili negotio diluuntur si consideremus, quod quanuis testamentum huiusmodi professione monachi firmetur, & irreuocabile fiat, hoc tamẽ verum est & procedere videtur, quoad firmitatem ipsius, ne reuocetur aut rumpatur mutatione status, vel alio testamento: secus tamen quoad alios effectus iuris, quos operatur in proposito mors naturalis testatoris, non verò ciuilis: ac proinde hæc non est ita fortis in proposito, ac naturalis, nec operatur eundem effectum, iuxta communes traditiones. Præterea quod testamentum monachi confirmetur & irreuocabile fiat per ipsius professionem, intelligitur, dum tamen hæres vel legatarius superuiuat, & sic ipsis possit deferri hæreditas vel legatum, aliàs secus, quia efficitur caducum. Insuper verum nõ videtur, quod in vita monachi solum vsusfructus competat monasterio, dominium verò hæredi vel legatario: vtrumque enim monasterio competit

competit durante vita monachi, vt sentit recte Imol. in d. l. i. n. 15. ff. de testam. cum onere restituendi hæredi vel legatario post mortem monachi: ergo si interim decedat hæres vel legatarius, nõ est quid transmittat ad hæredes, sed iure caduci penes monasterium bona prædicta pleno & perpetuo iure permanebunt, sicut in casu d. §. Cornelio Felici, moriente fideicommissario in vita hæredis grauari, euanesceat fideicommissum. Nec instantia successorum ab intestato, quãdo monasterium incapax est bonorum, quod ipsi non succedant, aliquid concludit: in illa etenim specie, stante causa testati, nõ habet locum successio ab intestato: in nostra verò monasteriũ non iure intestati occupat bona, sed iuris dispositione. † Hęc autẽ cum ita se habeat, recte q; procedat vno tamen casu videtur locũ non habere, nepe quando hæreditas vel legatum eius conditionis esset, vt in vita ipsius hæredis, vel legatarij monachi verificari aut deferri non posset, sed post mortem eiusdem hæredis, siue legatarij: veluti si monachus testaretur de hæreditate, vel legitima sibi debita, vel de parte ipsius in bonis parentis viuentis in fauorẽ eiusdem parentis, nõ enim præfata hæreditas monacho deferri potest in vita ipsius patris, quia viuẽtis nulla est hæreditas: vt in l. qui superstitis. c. u. simil. ff. de acqui. hæred. necessarium q; est vt parens in vita filij monachi decedat, ad hoc vt eidem filio patris hæreditas deferatur.

Si enim filius præcederet, nihil haberet neq; transmitteret ad alios hæredes in bonis parentis: † quia in vita patris nullũ ius habet in bonis ipsius, etiã pro legitima, neq; in spe cõsiderabile, nisi tantũ post mortẽ patris, & tũc dicitur quasi debita sibi legitima, vt in l. i. §. si impubere ff. de colla. bon. ibi: Præmatura est enim hæc species collationis, cũ adhuc uiuat is, cuius de bonis quarta debetur: & ita per illum text. ex pluribus authoribus comprobatur late Becius consi. 34. nu. 17. cum sequẽtibus lib. 1. & iterũ consi. 74. nu. 5. cũ sequẽtibus eod. lib. 1. vbi nu. 24. quod quanuis filius ius nõ habeat in bo-

nis patris purũ & de præfenti, habet tamen ius conditionale, scilicet si filius patri superuixerit, & hæreditas fuerit delata, quia spe, & legis quadã ordinatione hæreditas patris debet ad filios peruenire, & tale est votum parentũ l. scripto. ff. vnde lib. l. cum ratio. ff. de bon. damnat. licet talis exequutio viuo patre fieri non possit: & allegat Ripam dicentem, quod quantum ad effectum disponendi, filius nullum ius habet in bonis patris, secus quantum ad effectum conseruandi & admittendi spem successionis deuoluẽdã ab intestato. Vnde est, vt renuntiatio filij bonorum parentis in vita eiusdem, ac cum ipsius licentia facta, tacite intelligatur facta, si ipsi filio deferatur, & non aliã. † Quo fit, vt si filia tempore renuntiationis hæreditatis paternæ, nihil pro dote acceperit, ipsius pactum, etiam iuratum, non excludet eius filios ab hæreditate aui, qui mortem post filiam obierit: quippe renuntiatio præd. intelligatur, si hæreditas patri eius filia deferretur, vt tenet Roma. in d. l. qui superstitis, cuius opinionem sequuntur & testantur esse communem Alex. & Dec. in l. pactũ dotali. n. 18. C. de collat. & plures referens D. Couar. in c. quanuis pactum. 3. part. relect. §. 2. num. 6. vers. sed si filia. de pact. in. 6. † Quinimo, & si idem Roman. vbi supra diuersũ esse iudicet, quoties filia, dote congrua ei constituta, id pactum fecerit, & eius opinionem veriorẽ esse in hoc etiã existimẽt Dec. vbi supra, & consi. 181. nu. 7. & Guiller. Benedict. in c. Rainũtius. de testã. verb. duas habens filias. nu. 181. & Anto. Rub. consil. 42. num. 6. adhuc in hac eadem specie verius & receptius est, nepotes iure proprio, quanuis ex persona matris admittendos esse: renuntiatio enim prædicta matris eum sensum habuit, si ei non renuntianti foret delata hæreditas patris, secundũ Bal. in d. l. pactũ dotali. questio. 2. & ibi Alex. & alij idem probant, & est magis cõmunis, & melioribus rationibus fulcita, secundũ Marãt. disputatione. 10. nu. 13. & nu. 8. refert auctores huius opinionis: sequitur etiã &

Ec 2 testatur

testatur communem plures referens D. Couar. vbi supra, num. 4. & inquit Bald. consil. 437. quædam puella, in princip. 58 lib. 1. quod impossibile est vt quis per renuntiationem excludatur à futura successione, nisi demum successione delata, & non antè: & quod renuntiatio tacitam habeat cõditionem, si hæreditas renuntianti fuerit delata, tenet alios allegans Becius consil. 74. nu. 12.

Consequitur igitur ex supra dictis (vt ad limitationẽ, de qua supra in versi. hæc autẽ, redeamus) eius mētis videri esse in ea specie testatorẽ, dũ in fauorẽ eiusdem parentis testatus fuerit de re vel rebus hereditatis eiusdem sibi deferendæ, moriente ipso parente in vita monachi, ad huc effectum habere suam dispositionẽ & testamentum, cum aliàs, nisi hoc casu & modo sortiri effectũ non posset, & sic iuxta doctrinã Imolę vbi supra. in. 2. mēbro, cum constet ex mēte testatoris hoc voluisse (imò & necessarium esse ita voluisse, ne reddatur aliàs illusoria sua dispositio) seruanda erit eius voluntas, ac proinde ante mortem naturalem ipsius monachi, cum mors ciuilis sufficiat, & operetur hoc casu eundem effectum, quem operaretur naturalis, effectum habebit suum testamentum, † in hũc sanẽ sensum, vt ipse parens, ac idem hæres, vel legatarius, liberẽ possit de rebus suis testari in fauorem tertij, ac si monachus eius filius non superuueret eidẽ: hæc tamen subtilia ac noua sunt, & de rarò contingentibus (nunc tamen pendet lis similis) & ideò sit deliberationi locus: nihil enim nũc firmo in hoc cum securitate: sufficit prædicta insinuasse: iudices maturiùs re cõsiderata, quod iustius fuerit eligant. In alijs autẽ bonis aliũde acquisitis, si monachus in fauorẽ parẽtis testatur, seruanda erit proculdubio sentẽtia Bart. supra dicta cõmuniter approbata, vt decedente hærede, vel legatario monachi in vita ipsius, bona remancãt perpetuo ac pleno iure penes monasterium bonorum capax, hoc siquidẽ casu cessat consideratio noua supra facta, & in eo propriẽ loquitur Bart. vbi supra.

60 Iam se nobis obuiam exit quæstio illa satis difficilis examinanda, vt rùm si iussus restituere hæreditatem, vel aliquid aliud post mortem, fiat monachus ordinis mendicantium, qui nihil proprium habere possunt in cõmuni, aut in particulari, statim post professionem restituendum sit fideicommissum, an verò expectari debeat mors naturalis ipsius monachi, ita vt interim bona illa permanere debeant apud venientes ab intestato ipsius monachi, qui post monachi decessum ea bona restituent fideicommissario?

Et primò videtur expectandam esse hac in specie mortem naturalem ipsius monachi, neq; sufficere ciuilem, quæ per professionẽ inducitur à doctoribus, nomine potius magistrali, quàm iuridico, quia tunc mors ciuilis æquiparatur naturali, quando illa operatur eundẽ effectum, aliàs secus, vt in. l. ex ea. §. in sulã. ff. de verb. oblig. est communis resolutio, vt supra probauimus: sed in proposito non idem operatur professio, quod mors naturalis, propter dilationẽ restitutionis, quæ vsui esse poterit venientibus ab intestato monachi, & poterit præterea præcedere fideicõmissariò, siq; nõ erit locus fideicõmissio, vt in. l. 1. §. vbi autẽ. C. de caduc. tollend. & in. l. 1. C. de his qui ante apert. tab. ergo mors naturalis ipsius expectanda est ad restitutionem fideicõmissi faciendam.

Secundò facit, nã licet monachò per professionẽ dicatur mortuò, vt in. l. Deo nobis, cũ simil. C. de Epif. & cleric. nõ tamẽ dicitur mori sine liberis, cũ monasteriũ habeatur loco filij, ita vt faciat deficere fideicommissum, vel conditionẽ si sine liberis decesserit, vt in auth. de scẽtis. Epif. §. sed & hoc præfẽti. & in d. c. in præsentia. cũ simil. de probatio. Tertio pro hac parte facit, quia si aliud dicerem, videretur per id impediri vita cõtẽplatiua, quia ne fortẽ bona vadãt ad fideicõmissariũ, abstinebit grauatò ab ingressu religionis, & sic militat ratio d. §. sed & hoc præfẽti. Quarto, pro eadẽ parte facit d. l. Stariò Florò. §. Cornelio Felici. ff. de iure fisci.

fici. vbi si ille qui iussus fuit restituere post mortē, deportatus sit, nō statim admittitur fideicommissarius, sed demū post mortē naturalē illius, & interim fiscus gaudet vsufructu bonorū: simile in. l. Tiro & ei. ff. de leg. 2. Sed monachus nō tā dānato in metallū, quā deportato alsimilatur, secūdū Bar. in. l. cūm pater. §. hæreditatē. n. 3. ff. de legat. 2. ergo, & c. Quin ed, quia in cōditionibus implēdis mors civilis nunquā æquiparatur morti naturali, vt latē disserit D. Emanuel Costa in l. Gallus. §. & quid si tantū. in. 2. p. circa princip. ff. de lib. & posthum. quia cōditiones debēt adimpleri in specifica forma. l. qui hæredi. in principi. & l. Mæuius. ff. de cōd. & demonst. Sexto, ex tex. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. el. 2. in fi. ff. ad Trebell. vbi † per seruitutē pœnæ (quā pleriq; cōtrariæ partis authores huic casui cōpararūt) fideicommissi dies nō intelligitur cedere, quāuis verisimile videri potuit, filio hærede in metallū damnato fideicommissum nepotibus statim esse repræsentādū: argu. l. si ita liberis. in. fi. ff. quando dies legati cedat. & l. mulier. ff. ad Trebe. vt latē probat cū Alex Costa vbi supra. n. 8. cū sequen. & Méchac. de succes. creat. §. 21. nu. 174. & in terminis nostrę quæstionis hęc partē probarunt Salice. in. l. 1. n. 6. versi. itē prædicta. C. de hæred. inst. & voluit Raphael Cumā. & tētauit Ioā. de Imola in d. l. cū pater. §. hęreditatē. n. 1. ff. de legat. 2. Alex. in d. §. si quis rogatus. nu. 5. & 6. & ibi Vincētius de Herculan. col. 2. qui constātius hanc opinionem tuetur, & Socin. latē in repetitione. l. cū auus. nu. 104. ff. de cōd. & de monst. Feli. in d. c. in præsentia. nu. 56. de probatio. Ioā. Crot. in d. §. & quid si tantū. n. 13. & veriorē esse in pūcto iuris opinatur Ripain d. l. ex facto. §. si quis rogat. nu. 12. eaq; amplecti videtur D. Costa in d. §. & quid si tantū. in. 2. p. nu. 12. & expressē pbat, appellās eā cōmunē opinio nē modernorū, Mécha. vbi supra d. §. 12. nu. 171. & idē Costa plures allegās in c. si pater. 1. p. verb. si absq; liberis. n. 61. de testa. in 6. & ploriq; ex supra dictis cōcludūt, q̄ si hoc casu monach⁹ superuixerit

fideicommissario, euanesceit fideicommissū. His tamē nō obstātibus, cōtraria sententiā verior & receptor est, ac tenēda in iudicādo & cōsulendo, nēpe vt in prædicta specie fideicommissū statim post professionē monachi religionis bonorū incapacis huiusmodi, restituendū sit fideicommissario, nō expectata morte naturali monachi, cū civilis præfata eūdem reuera effectum operetur, quoad acquisitionem non fiendam monasterio, quem naturalis operaretur, nullo siquidē tempore monasterium huiusmodi succedere potest in præd. bonis: ad quid igitur mors naturalis expectanda est? huiusmodi enim monachi, siue religiosi dicuntur mortui mūdo quoad acquisitionē & dispositionem bonorū. c. placuit. 16. q. 1. & c. nullus. 2. q. 7. Monasteriū etiā eorū est incapax, & inhabile ad succedendū, vt habetur in Clemen. exijt qui seminat. §. porrò. & in Clemē exiui de paradiso. §. rapientes. de verb. signifi. Secundò, per tex. in d. l. Staius Florus. §. Cornelio Felici. quem adduximus secūdum aliā cōsiderationem pro contraria parte, nunc verò in alijs verbis pro hac nostra & tenēda eum citamus, dū dicit, quod grauatus potuit interim acquirere: ergo à cōtrario sensu, cū isti religiosi, neq; in cōmuni, nec in particulari sint capaces, non est necessarium expectare mortem naturalem grauati in nostrā specie. Nec obstat quòd tex. ille nō tātūm ea ratione mouetur, sed etiam aliā, nempe q̄ potuit fideicommissarius interim decedere, ac proinde licet illa cesset, adhuc tamen sustinetur dispositio, vt in. §. affinitatis. cūm similib. inst. de nup. quia hęc in proposito non venit in cōsideratione, vt infra dicemus in responsione ad fundamenta cōtrariæ partis. Tertio hęc pars cōprobatur ex cōmuni doctrina quā supra resoluiimus atq; tenuimus in principio huius. c. quæ habet, vt testamētū monachi monasterij incapacis bonorū statim per pfessionē cōfirmatur, ac debitū suum effectum sortitur, non expectata eius morte naturali: ergo, & c. & ita merito hanc secundā sententiā tenēt Pau-

lus de Leazar in sua disputatione, quæ in
cipit, substitutus. Bart. nu. 3. & Bal. in d. l.
cū pater. §. hæreditatē. el. 1. ff. de legat. 2.
idem Bart. in tractat. Minoric. in. 4. p.
in versi. isti etiā hæredes instituti. & An
ge. in d. l. ex facto. §. ex facto. per text. in
d. §. si quis rogat. el. 2. eiusdē. l. versi. sed
si seruus pœnæ, iuncta glo. & in. l. interci
dit. ff. de cond. & demonstr. Ioā. de Imola
& Paul. de Cast. in lectu. Boñoniē. in d.
§. si quis rogatus. el. 2. cōmunis secūdum
Alex. consi. 13. circa primū. n. 2. cū sequē
tibus lib. 3. & secūdum Rip. vbi supra,
n. 12. vbi plures allegat: sequitur & dicit
cōmunem, & ab ea nō esse recedendū in
iudicādo & cōsulendo, Socin. consi. 92.
nu. 1. & 2. vol. 1. vbi & num. sequē. eā de
fendit, ac respōdet fundamētis cōtrariæ
partis: & hæc sentētia est receptor, secū
dum Costā vbi supra, eamq; defendit ele
ganter ex præsumpta defuncti volūtate
Fortun. Garzia in d. §. & quid si rātū, col.
32. & sequuntur cōmuniter DD. in d. o.
in præsentia. vt testatur D. Couar. eā am
plexus, cōmunemq; esse profitēs in d. c.
2. n. 6. de testam. est cōmunis secūdū Ro
land. à Valle consi. 97. n. 41. vol. 2. vbi eū
sequitur alios allegās, & nouissimè eā te
statur cōmuniter approbatā plures alle
gans idē Costa in. c. si pater. i. p. verbo si
absq; liberis, nu. 61. de testam. in 6. sequi
tur etiam, loquens in successore maiora
tus D. Spino in suo specul. testam. glos.
12. princip. nu. 34. & 37.

63 Ex qua communi opinione infertur, q̄
si is monachus superuixerit fideicōmis
sario, ad huc nō euanesceat fideicōmissū,
quia eius dies per professionē monachi
cessit, vt tenet frequētius authores mo
dō relati, esseq; cōmunem profiteretur Mé
chaca vbi supra, quāuis ipse contra eam
teneat existimans falso, quōd forte ho
diciam desijt esse communis, quam mo
dō profiteremur receptiorem sententiam.

64 Infertur etiā, secus esse in omnibus su
pra dictis in monasterio capace bonorū
in comuni, vel in particulari, hoc ete
nim casu monasteriū, durāte vita mona
chi, habebit bona fideicōmissi: q̄ si mo
nach⁹ fideicōmissario superuixerit, per

manebūt perpetuō penes monasterium;
verūm si fideicōmissarius superuixe
rit monacho, eidem fideicōmissario re
stituentur, vt tenet Bart. in d. §. hæredita
tem. nu. 3. & Felin. in d. c. in præsentia. n.
55. estq; communis omnium vtriusque
partis authorū, atq; receptissima opinio
secūdum Menchac. vbi supra, qui eā se
quitur, & D. Costa in d. c. si pater. verb. si
absq; liberis. n. 62. & Matienç. in. l. 3. tit.
4. gl. 3. n. 3. lib. 5. nouæ Coll. Reg. fol. 11.

Reliquū est, vt satisficiam⁹ per ordinē
fūdamentis supra iactis pro priori parte.
Et quidē primo responū est in primo se
cundæ receptoris & tenēdæ sententiæ:
nec obstat, q̄ expectatio mortis natura
lis monachi, vsui esse poterit veniēibus
ab intestato ipsius, quoniam id stāte causa
testati, nō est habēdū in cōsideratione, t̄
quia quādiu est locus testamēto, succes
sio ab intestato cessat, vt in. l. quādiu. cū
similib. ff. de acquirē. hæred. Bar. & DD.
in. l. neq; is. §. hæres institutus. ff. eodem.

66 Nec etiā curatur in hac materia, q̄ po
terit interim decedere fideicōmissarius:
q̄d probatur, quia si rogatus de restituē
da hæreditate, dānetur in metallū, statim
fit locus fideicōmissio: vt in. l. ex facto. §.
ex facto. ff. ad Trebell. per quem tex. ita
tenet Ange. Raphael & cōmuniter DD.
in d. §. si quis rogatus, vt testatur Socin.
d. consi. 92. n. 2. Menchac. d. §. 21. n. 173.
vbi post Costā vbi supra. n. 7. refert alios
eiusdem opinionis authores: & tamen si
hoc casu expectaretur mors naturalis,
posset deficere fideicōmissū per præde
cētiā fideicōmissarij: ergo hoc nō est in
cōsideratione. Cū igitur hoc sit statutū
in dānato in metallū, à fortiori idē cri
dicendū in professo ordinis medicantiū,
qui veri⁹ dicitur mortuus, vt probat So
ci. vbi supra. n. 2. versi. sed pro solutione.

67 Nec cōtra modō dictā cōmunē senten
tiā Angeli & sequaciū obstat inductio
tex. in d. §. si quis rogatus. el. 2. versi. si. fa
ctā per D. Costā vbi supra. n. 11. ad probā
dum, q̄ fideicōmissum post mortem hæ
redis alicui datum, nō debeat nisi post
mortē hæredis, etsi maximè seruus pœ
ne effectus fuisset. Nā in primis tex. ille
solum

solum agit de electione filij, cui restitutio fideicommissi faciēda est, an amittatur per deportationem, vel damnationē in metallum: & in. i. casu, nepe deportationis, probat tex. ille non amitti: in secundo verò eam non esse dandam seruo pœnæ constituto: non verò agit, an statim per constitutionē seruitutis pœnæ, morte naturali minime expectata, sit restituendū fideicommissum, necne. Præter eā, tex. ille in vers. si. incipit, sed si seruus expressè loquitur, quando grauatus restituere fideicommissum, nullo antè cōcepto filio, fuit cōstitutus seruus pœnæ: arguit tamen Costa à contrario sensu, quòd si cōceptis antè filijs, seruus pœnæ fuisset effectus, nō statim sine liberis videtur decessisse, & fiscus cū suo onere bona vendicaret: hoc autē tex. nō asserit: & quāuis verū sit, hūc nō videri statim sine liberis decessisse, quando quidē filios haberet antè cōstitutionē pœnæ, vt colligitur ab ex mēte Iurisconsulti à cōtrario sensu: nō tamen ibi probatur, aut innuitur, q̄ fiscus statim bona vendicabit. Deniq; ad amittēdā illam electionē, de qua in illo tex. in seruo pœnæ, nihil interest quòd filij ante præd. pœnā sint nati, vel nō, vtroque enim casu seruus pœnæ amittit eā, cū pro mortuo habeatur, vt rectè ibi existimauit glo. verb. nullo ante, que cōmuniter tenetur secundū Claudiū ibi in fine, vt refert Costa d. n. ii. in. si. tamen si eam expositionē Accursij absurdam esse dicat, & plerisq; non probatā, sed nihilominus vera est, cū glo. illa nō dicat, seruum pœnæ, qui antè liberos suscepit, decedere sine liberis (hoc enim falsū esset, & quod voluit & potuit Costa iure improbare) sed amittere præd. electionē, siue ante constitutionē præd. pœnæ liberos suscepit, siue nō. Nec glossę opinionem, & cōmuni obstant verba tex. ibidē, Nullo ante cōcepto filio, que conditionē importare videtur: ergo ipsis ante cōceptis, cessat dispositio illius tex. nā fatemur, filijs ante natis, posse hūc seruum pœnæ parere cōditioni, & cū liberis videri decessisse: nō tamē inde sequitur, electionē illā nō esse amissā, quāuis libe-

ti antè nati fuissent, vtroque enim casu seruus pœnæ effectus electionem illam iure amisit; cū habeatur pro mortuo: & hoc est quod dixit glo. præd. & quidē rectè, potuit enim in habitu eligere, quia habebat filios ante constitutionem seruitutis pœnæ, & sic parere conditioni, licet in actu eam electionem exercere nō valeat, propter constitutionem pœnæ, qua habetur pro mortuo, & sic amisit, vsum siue exercitium electionis, habuit enim ius eligendi, & sic parendi conditioni, quāuis eius vsu sit priuatus.

Non obest secundum fundamentum cōtrarię partis de tex. in aūth. de sanctis. Epil. §. sed & hoc præsent. & tex. in. c. in præsentia, de probatio. vbi probatur, q̄ monasterium habeatur loco filij, & facit deficere fideicommissum relictū sub cōditione, si sine liberis decesserit, quia hæc iura procedunt, quando tale monasteriū fuisset capax bonorum in comuni: sed quando quis ingreditur monasterium, quod in cōmuni non est capax bonorū, vt in nostra specie, tunc cōmuni est opinio, quòd admittatur substitut⁹, quia vt prædiximus, tex. in d. §. sed & hoc præsent. loquitur in monasterio capace bonorum, ad quod transeunt bona, sicq; resultat fauor monasterij, vt probat ille tex. dum dicit, Monasterio cōpetere voluit; quæ ratio cessat in præd. nostra specie: ita Socin. vbi supra, nu. 2.

Ad tertium respondeo, non impediri ex hoc vitam contemplatiuam, cum huiusmodi monachus intrare possit aliam religionem quàm incapacem, vt bene probat Socin. vbi supra, num. 3. Alio modo, & rectè, respondimus lib. i. Canon. quæst. c. 32. nu. 57. Ad quartum respondeo, quòd deportatus non habetur pro mortuo, quādo quidē non amittit libertatē, sicut monachus professus, ac proinde per deportationē nō cedit dies fideicommissi: præmaximè q̄ in d. §. Cornelio Felici. mater grauata restituere, nō fuit deportata, sed condemnata ex delicto, ex quo bona sua fuerunt publicata, vt patet ex tex. iuncta glos. verb. condemnata. Ad quintum respondeo, id procedere,

Ec 4 cūm

cum mors ciuili non operatur eundem effectum, quem naturalis, aliàs secus, vt in proposito contingit, iuxta communem opinionem, cuius non semel supra meminimus.

Sextum etiam & vltimū non obest, quoniam tex. in d. §. si quis rogatus, el. 2. non id probat, sed potius facit in contrarium, & sic pro nostra receptiori sententia, quam tuemur, dum ibi fit differentia inter deportatum & condemnatum in metallum, & sic seruum pœnæ, vt ille liber factus eligere possit, cui liberorum restitutionem facere debeat hæreditatis (fuit enim grauatus, vt cui vellet liberorum, hæreditatem restitueret) hic verò, nullo ante concepto filio, seruus pœnæ factus parere conditioni præfatæ non possit, decessisseque sine liberis videtur, & cum decedit, electionē illam, quam Papinianus deportato dedit, huic dari non oportet: & ita Angel. ex illo tex. potius desumpsit argumentum pro hac secunda sententiâ (vt prædiximus) quinimò, vt supra vidimus, secundum communem opinionem, rogato restituere hæreditatem damnato in metallum, statim cedit dies fideicommissi: quo fit, vt præfatum sextum fundamentum Costæ, præterquam quòd in illo tex. non probatur, iure non subsistit, nec huic secundæ parti, quam defendimus, aliquid obsit.

- 69 Hodie tū nemo bene natus à principio ex supplicio fit seruus, & sic nō perdit libertatem, neque matrimonium dissoluitur, vt in auth. de nuptijs. §. quod autem, colla. 4. & in auth. sed hodie. C. de donat. inter vir & vxor. † Serui enim pœnæ dicebātur in metallum damnati, & in opus metalli, & si quid eis in testamento datum fuerat, pro non scripto erat, quasi non Cæsaris seruo datum, sed pœnæ, vt in l. quidam. ff. de pœnis, & olim iure communi testari non poterāt, eius tamen bona certo modo diuidebantur inter filios, vt in l. cum ratio. §. si plures. ff. de bonis damnatorū. l. 5. tit. 31. par. 7. auth. bona damnatorum. C. de bon. damnat. Sed lege fori. 5. titul. de las

- mandas lib. 3. fori, de parte bonorum, quæ non confiscabatur, poterant testari, vt latè hæc declarat Tellus Bernard. in l. 4. Taur. numer. 14. cum seqq. † Hodie autem ex l. 4. Taur. quæ est l. 3. tit. 4. lib. 5. nouæ Coll. Reg. *El condenado por delito a muerte ciuil o natural, puede hazer testamento o codicilos, o otra qualquiera vltima voluntad, o dar poder a otro que lo haga por el, como sino fuisse cōdenado, el qual y sus comisarios pueden disponer de sus bienes salvo de los que por el tal delito fueren confiscados, o se uieren de confiscar, o aplicar a la Camara de su Magestad, o a otra persona alguna.* Cum igitur condemnato ad mortem, siue ciuilem, siue naturalem, permittatur factio testamenti actiua, vt in d. l. Regia, iam non est seruus pœnæ ex damnatione, † quia nullus seruus pœnæ potest facere testamentum, vt prædiximus: ita Greg. Lop. in d. l. 5. in glossa magna, incipient. *sonalados*, ac per consequens poterit etiam hodie capere ex testamento, non ex vi extensionis, neque correlationis, neque ex vi maioris efficacis, sed ex vi defectus causæ, ex qua simul oriebatur effectus pœnæ, scilicet non posse testari, vt subtiliter ac verè deduxit ac probauit Tellus ibidem num. 32. resoluens, quòd cum hæc causa defuit, quia ex damnatione non efficitur seruus pœnæ (cum possit facere testamentum) omnes effectus simul pereunt, non quia fuerint, & desierint esse, sed quia nunquam fuerunt, propterea quia dānatus ex d. l. 4. Taur. non subdit se tali pœnæ. † Ex quibus & nouissimè inferri poterit, quod cum hodie damnatus ad mortem, non efficitur seruus pœnæ, propterea quod lege Regia permittitur ei testari, & ideo omnes effectus seruitutis perierint, quæ per damnationem in metallum non fiat statim locus fideicommissi; sed expectanda sit mors naturalis ad restitutionem ipsius, & interim fiscus potietur dictis bonis, & sic hodie non procedit communis opinio modò relata, quam ex Nicolao de Neapol. Angel. Raphael. & alijs communiter DD. attulimus, vt ex d. auth. sed hodie. contra cōmunem tenent

tenent & latè probant Alexan. in d. §. si quis rogatus. el. 2. nu. 6. & D. Costa in d. §. & quid sit tantum. 2. part. nu. 8. cum sequētibus, & Menchac. d. §. 21. de success. creat. nu. 174. respondens d. §. si quis rogatus. el. 2. inducto supra in contrariū: & eandem sententiam sequitur & dicit communem D. Spino vbi supra, nu. 36. Hoc tamen planius contra comunem fit hodie ex supra dicta consideratione noua. l. 4. Tauri, & ideo tenendū in dam nato ad metallum.

74 Nihilominus tamen in monacho professo ordinem bonorum incapacè procedet etiam hodie nostra magis recepta sententia, vt statim fieri debeat restitutio fideicommissi, morte naturali ipsius monachi minimè expectata: quoniam monachus huiusmodi, neque testari potest, nec bona possidere, sicut nec ipsius monasterium, ac proinde cum mors hęc civilis in eo idem operetur quoad propositum, de quo agimus, quod mors naturalis, vt supra probauimus, meritò vt naturali æquiparetur: secus in damnato ad mortem civilem, is namque cum hodie non dicatur ita mori, sicut qui naturaliter moritur, quandoquidem iam nõ efficitur seruus pœnæ, quia testari potest, non tenebitur statim restituere fideicommissam, quia etiam si per damnationem in metallum dicatur mori, mors hæc hodie non operatur in eodẽ, quod mors naturalis operaretur: præmaximè cum etiam condemnatus ad mortem naturalem, possit hodie testari, vt in d. ill. Regijs.

75 Sed est quæstio summè difficilis, atq; inter vtriusque iuris interpretes satis controuersa, vtrum filius legitimus in vita patris religionem profitentis bonorum capacem, possit petere legitimam portionem sibi competentem in bonis patris, & ad illam soluendam, viuo patre, monasterium compelli possit, necne? Qua in re Alberi. Iacob. Butric. & Bar. in authen. si qua mulier. nu. 22. C. de sacros. Eccles. tenet, quòd filius eam petere minimè possit, sed demum post mortem naturalem patris. Primum, per tex. in:

d. authen. si qua mulier. cui consonat. l. 17. tit. 1. par. 6. vbi pater ingressus monasterium, habet postetatem in vita sua diuidendi bona sua inter liberos, prout vglucrit, legitima non diminuta: ergo ad id compelli non potest, neque necessitas inducitur, sed tantum post mortem ipsius compelli poterit monasterium, cum text. ille aliud non expresserit. Secundo, quia portio legitima filio non debetur nisi post mortem naturalem patris, vt in. l. 1. §. si impubere. & ibi Bart. ff. de collat. bon. & in. l. lex Cornelia. ad fi. ff. de vulga. & pupill. subst. est comunis opinio, vt plures allegans testatur Méchac. lib. 1. controuer. illustrium. c. 37. num. 2. Tertio, quia possibile est quod iste filius moriatur antequam pater: ergo interim est in suspensio, vel pendenti: argumen. l. Statius Florus. §. Cornelio Felici. ff. de iure. fisci. cū simil. cui sententiæ fauet expressius d. l. 17. ibi *Empero si despues q̄ entrasse en la religio, se muriesse ante que pariesse solo suyo a sus herederos, assi como subredicho es, sus hijos deuen auer su legitima parte, è el monasterio lo erro:* & in expresso hanc sententiam tenet doctores comuniter in d. authen. si qua mulier. præcipue Reerus & Cyn. colum. fin. verli. quarto vndecimo, & ibi Salicet. & Ias. nu. 50. testantur eam esse magis comunem, & sequuntur Ant. de Butrio, & Fel. in d. c. in præsentia. nu. 56. vbi plures allegat, de probat. & ibi Dec. nu. 67. testatur esse comunem eam sequutus: hanc dicit veriorem Abb. in. c. cum simus. de regular. Alex. in. l. si cum dorem. nu. 13. ff. soluto matrimonio: & istam veritatè esse dicit Bald. in. c. si pater. de testam. in. 6. prout eum refert Alex. vbi supra: idem tenet Aret. in. l. 1. ff. de testam. & cum eadem videtur transire, latè agens & dicens esse comunem, Ioan. de Anania in. c. 2. nu. 16. de delict. puerorum, & testatur comunem eam sequutus Greg. Lopez, in d. l. 17. in glol. sus. hijos, per illam. l. & per d. authen. si qua mulier. & Menchac. plures allegans, dicensque esse comunem Legistarum, & interminis iuris civilis indubitatam, & quòd etiam de iure cano-

nico sit tenenda, de succes. creat. §. 21. n. 175. Testatur etiã comunem eam sequi tus Guillerm. Benedic. in d. c. Rainuntius. verb. mortuo itaq; testatore. el. 1. nu. 299. de testam. eand. longè veriore affirmit, & pluribus fundamentis comprobatur idem Menchac. controuer. illust. lib. 1. c. 37. num. 10. licet dicat non facile discerni, quæ nam sit receptior opinio: est magis communis secundum Didac. Perez, qui eã tenet in. l. 1. pagi. 75. versi. dubitatur præterea, tit. 2. lib. 6. ord. & in monacho intestato hanc partem dicit esse veriore, securiore & receptiorem, Angul. in. l. 1. glos. 6. nu. 6. tit. de las mejoras. lib. 5. nouæ collectio. regio.

77 Contraria tamè pars probari expressè videtur hodie in d. c. cum simus. de regular. quo tex. iuris pontificij professores moti sunt omnino ad tenendũ contrariũ: inquit enim text. Sanè nostris auribus est relatum, quòd cum. B. miles secum filio suo discretionis annos nullatenus attingente, ad quoddam monasterium cum bonis suis etiam contulisset, dictum filium suum fecit habitum suscipere monachalem, & infra. Discretionituz taliter respondemus, quòd si dictus puer ad annos discretionis peruenerit, & habitum retinere noluerit monachalem, si ad hoc induci nequiverit, non est ullatenus compellendus: quia tunc sibi liberum erit eum dimittere, & bona paterna, quæ ipsi ex successione proueniunt, postulare. Ecce ergo tex. qui videtur expressus in finalib. verb. ibi: Et bona paterna, &c. nam illud verbum, Proueniunt, est præsentis temporis, & sic statim in vita patris potuit filius ille legitimam suam postulare: & tex. ille est singularis ad hoc secundum Abb. ibi, & eum commendat Bald. in d. authen. si qua mulier. colu. si. nu. 14. dicens, hoc videtur verũ de æquitate canonica, quia filij poterunt intentare cõditionem ex canone pro ista legitima, statim facta professione per patrem, per d. c. cum simus. Ioan. Andr. & DD. in d. c. cum simus. ad idem est glos. in. c. transmissæ. verb. mota, in versi. sed quomodo. ibi: Dicunt quidam,

&c. qui filij sint legit quæ alibi non est, secundum Abb. ibi, & est singularis secundum Aret. in. l. 1. num. 6. ff. de testam. sed illa glos. refert opinionem quorundam, non tamen in ea permanet.

78 Secundò, pro hac eadem parte inducitur tex. in d. authen. si qua mulier, quatenus permittit patri religionem professo portiones legitimas filijs assignare, quæ minimè permitteretur, si bona illa à monasterio, patre viuente quoad legitimã filiorum auferri non possent: si enim filius non posset petere legitimam in vita patris monachi, quorsum daretur ibi patri facultas diuidendi substantiã post ingressum inter liberos, cum ius esset acquiritum monasterio retinendi illam legitimam toto tempore vitæ patris: sed quia filij poterant petere, & debebat pater ante ingressum bona diuidere inter liberos, ideo fit illa specialis gratia, vt possit ea diuidere inter eos post ingressum: ita Abb. qui expresse hanc opinionem probat ex supra dictis in d. c. in presentia, nu. 59. dicens, quòd quicquid sit, maximam habet hæc opinio æquitatè: ex quo enim pater abijcit filium à cura sua, æquissimum est vt non habeat mendicare alimenta à monasterio: hanc etiã opinionem defendunt Corset. & Anan. eosque referens D. Couar. in d. c. 2. num. 7. de testam. vbi quoq; citat Bald. Nouell. de dote. 1. part. colum. 3. & est in nu. 11. dicentem hanc opinionem esse communem Canonistarum, non inficiens re dubiam esse, fatetur tamen hanc opinionem esse æquiore, & quòd in utroque foro seruari oporteret propter maximã æquitatem, cui innititur: eandè esse communem Canonistarum plures allegans testatur Menchac. vbi supra, referens etiam nonnullos Legistas eam tenentes de æquitate canonica per d. c. cum simus.

79 Quid tenendum in re hac? Ego veritati, & puro iuri inheredo existimo, priorem sententiam Legistarum esse veriore ac receptiorem, & proinde tenendam in iudicando & consulendo, quantum secunda opinio, & sic Canonistarum sit æquior: hanc tamen æquitatem non intelli-

intelligo teneri iudices sequi: quinimo rectius ac securius eos facturos, si priorum iudicam sententiam amplectantur, per fundamenta eiusdem, quæ magis concludunt quàm secundæ.

Tota difficultas pendet super intellectu text. in d. c. cum simus. de regularib. quæ em. Canonistæ pro se expressum putant; sed tamen facilis est responsio, nepe text. illum minimè probare, quòd in vita patris monachi professi, eius filius petere possit legitimam, quia de hoc verbum nullum in eodem text. Cum igitur in eo non dicatur in vita patris, quis poterit, vel audebit id intelligere, vel supplere, in derogatione iuris civilis, quod habet, vt filius non possit petere legitimam à patre in vita sua iuris enim correctio in dubio non presumitur, nec inducenda est, nisi expressè fiat, quia quod non mutatur, quare stare prohibetur? vt in l. sancimus. C. de testam. & in l. precipimus. C. de appell. Nec obstat, quòd principium text. loquatur de patre viuo, & de filio simul religionem ingredientibus, quia in fine, vbi sunt verba præfata, quibus Canonistæ fundant suam opinionem, hoc non repetitur, quin potius manifestè ostenditur contrarium, patrem scilicet esse iam mortuum naturaliter, quando quidem, vt patet ibi, Et bona paterna, quæ sibi ex successione proueniunt postulare. illa enim verba, ex successione, & c. indicant, patrem tunc fuisse mortuum, † quia non dicitur filius petere debiturum ex successione, nisi quando pater est mortuus, vt notat glos. singularis in c. 1. 18. quæst. 1. quod latè probat Ioan. de Anan. in c. 2. de delict. puerorù, nu. 16. Dec. in d. c. in præsentia, nu. 67. post Salicet. in d. auth. si qua mulier. & ita patet ex integra d. cap. cum simus. quòd pater erat mortuus, vt testatur eam vidisse Felip. in d. c. in præsentia. nu. 56. quem refert & sequitur Guillerm. Benedict. vbi supra d. nu. 299. licet D. Couar. vbi supra n. 7. contrarium dicat, nempe ex integra decretali constare, patrem viuere eo tempore, quo portio legitima tradenda erat

81 Ego integrè vidi ex Ant. Contio, quæ

post primam partem text. illius, dum dicitur, Secundo & infra, prosequitur huiusmodi. Cumque ipsi puero disciplina monasterij propter alperitatem regulæ displiceret, & infra spatium decem hebdomadarum à monasterio & habitu taliter suscepto resiliens, bona patris ab abbatia illa coepit cum instatia postulare, & cum super hoc ad diocesanus Episcopum quæstio lata fuisset, & coram eo aliquandiu disceptatum: quia pleriq; dissentire de rigore Canonum videbantur, si consanguinei pueri prædicti possent testibus comprobare illum, quando fuit oblatu, infra annos discretionis existere, ipsum tali voto nullatenus obligari, dictus Abbas ad Maguntinæ sedis audientiam appellauit, & quidam ex consanguineis eiusdem pueri ad Romanam Ecclesiam ad appellationem (sicut ex literis Aug. Episcop. cõperimus) transtulerunt, idèdque, & statim sequitur secunda pars text. hoc est decisio ipsius, ibi: Discretionis tuæ taliter respondemus.

82 Ex integra igitur prædicta minimè constat, quòd pater viueret, neque quòd mortuus esset, sed tantum quod reperitur esse in licera illius text. ex qua, vt prædiximus, colligitur, patrem esse mortuum: & præterea quia verisimile est, quòd si pater tunc temporis vixisset, filius non recusaret habitum monachalem retinere, propter reuerentiã & cohabitationem paternam, cù quo simul intraerat, vt cù iudicio considerauit Anan. in d. c. 2. in fide delict. puerorù. Præterea in integra post verba, cum B. miles. adijciuntur sequentia; quæ non sunt in decretali, nempe, Lepre morbo esset, permittente Domino, resperfus: vnde facile credi potest breui mortuum fuisse: & dato quòd pater non esset mortuus, debet text. ille intelligi secundum prædicta, vt scilicet bona, quæ filio ex successione proueniunt, possit postulare tunc, cum successio deferatur, & sic mortuo patre, secundum Anan. vbi supra, & Dec. in d. c. in præsentia, num. 67. & Menchac. dicto libr. 1. controuer. illust. capit. 37. nu. 11. sed quòd text. ille loquatur patre mortuo, non magis quàm si filius

si filius habitum non suscepisset religio-
nis, & sic quod in hoc nihil noui indu-
cat, tenet Menchac. vbi supra. in 1. loco,
nempe de succes. creat. §. 21. n. 175. versi.
hec cõmunis, ibi: Nam tex. dicens, quod
hec est vera mens, verusq; sensus illius,
sequitur simpliciter D. Spino vbi supra,
nu. 32. Adde aliam integram illius decre-
talis, cum simus, relatam ab Ant. Augu-
stino, ex qua clarius constat, esse intelli-
gendum, patrem fuisse mortuum, in illis
verbis, Quæ ipsi rectè successione pro-
ueniunt, &c. inquit enim integra Anto-
nij Aug. hoc est ab eo relata in collectio-
ne. 2. decretal. lib. 3. ti. 18. Integra. c. cum
simus 14. de regularibus.

Celestinus III. aliàs Cle- mens III.

83 **C**um simus, &c. & infra. Sanè nuper
auribus nostris est relatum, quod cum
C. Miles lepræ morbo (Domino per-
mittente) est resperſus: se cum filio suo discre-
tionis annos nullatenus agente, ad quoddam mona-
sterium cum bonis etiam suis, quæ à monaste-
rio ipso tenuerat contulisset, dictum filiũ suum
habitum fecit ſuſcipere monachalem: cumq; ip-
si puero disciplina monastica propter asperita-
tẽ regulæ displiceret, infra decem hebdomada-
rum spatium à monasterio, & habitu taliter
suscepto resiliens (aliàs resiliuit) bona patris ab
Abbatia illa coepit cum instãtia postulare &
cum super hoc ad dioecesãnum Episcopum qua-
stio delata fuisset, & coram eò aliquandiu dis-
putatum (aliàs disputasset) quia pleriq; sentire
de rigore canonum videbantur, si consanguineis
dicti pueri possent testibus comprobare, illum
quando fuit oblatuſ infra annos discretionis exi-
ſtere, ipsum tali voto nullatenus obligari: di-
ctus Abbas ad Maguntina sedis audientiã ap-
pellauit, & quidam de consanguineis (aliàs ex
consanguineis) eiusdẽ pueri ad Romanã Ecclesiã
appellatiõẽ, sicut ex literis Augustini Episco-
pi cõperimus, tranſulerũt: ideoq; discretionẽ ve-
stra significatiõẽ præſentiũ intimamus, quod si
dictus puer ad annos discretionis peruenit (aliàs
peruenierit) & habitũ retinere noluerit mona-
chalẽ, si ad hoc ipsum induci nequiverit, non est

cõpellendus, quia tũc liberũ erit sibi eũ dimitte-
re, & bona paterna, quæ ipsi rectè successione
84 proueniunt, postulare. † Ecce quomodo in
hac integra adest aduerbiũ, Rectè, quã in
decretali cùm simus, non fuit translatus:
85 † Rectè igitur significat, id est iustè. g. io.
& Bart. in. l. 2. ff. de inofficioso testam.
Dec. latè in. l. lecta. nu. 21. ff. si certũ. pet.
cum sequentibus, & ibi Alciat. nu. 15. idẽ
Alciat. in. l. hæc verba. 73. in ordine. nu.
2. ff. de verb. sig. Firaquel. in. l. si vnquã.
in præfatione. nu. 33. cum sequentibus. C.
de reuocãd. donat. & Menoch. de arbit.
iud. lib. 5. q. 67. n. 24. Significat etiam re-
ctè, id est, bien y derechamẽte. Antonius Ne-
brissenſis in suo diction. Latin. Præterea
rectè, id est, iustè, & ordine. Calepi. verb.
86 rectè. † Cùm ergo in fine huius integræ
dicatur, & bona paterna, quæ ipsi rectè
successione proueniunt, postulare: & re-
ctè significet, id est iustè, bien y derechamen-
te, consequitur, debere intelligi, secundũ
ius, hoc est mortuo iam patre, quando
quidem eo viuo, nõ rectè neq; iustè, aut
secundũ ius filio debeat legitima, ne-
que successio detur, vt probauimus. Nõ
igitur corrigit tex. hic iuris Põtificij iu-
ra ciuilia in hoc loquentia, sed imò po-
87 tius iuxta ea loquitur. † Nec obstat si di-
catur, quod monacho viuẽte, successio
datur, vt in. c. fin. 20. q. 3. vbi quod mo-
nachi, qui per auaritiã vel simoniam
prælatorũ sunt recepti, in eo quod acce-
perunt, perseverare coguntur, res verò
eorum hæredibus redduntur. Ecce igitur
tex. expressum, vbi in vita monachi res-
cius redduntur hæredib⁹, & sic successio
eis in vita datur: igitur verba illa, Quæ
sibi ex successione proueniunt, d. c. cum
simus. intelligi debent in vita eiusdem
monachi.

Respondemus enim tex. in d. c. fi. in fina-
libus verbis, ibi: Res verò eorũ hæredib⁹
reddatur, intelligi posse post mortẽ ipso-
rũ monachorũ, quandoquidem agit de
hæredib⁹: hæredes enim proprie, & secũ-
dũ cõmunem vsum loquẽdi Iuriscon-
sultorũ nõ dicuntur nisi mortuo testato-
re, vt est notũ. Vel secũdo, & veri⁹, etiã si
intelligatur tex. ille in vita monachorũ
id nullum

id nullum nobis impedimentum facit, quia illud ideo ibi, in poena nepe & odium doli, violentiae atque avaritiae praetorum, qui non in fructum animarum, sed in avaritiam & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines circumveniundo, res eorum tali persuasione surripuerunt, ut idem text. in principio sui praefatur: quare merito dictos praetatos poenitentiae Canonice (ut turpis lucri sectatores) subiacere praecipit ille text. at in nostra specie hoc cessat, quia ingressus monasterii fuit liber atque sine deceptione: ergo nulla poena monachis est imponenda bonorum, sed ius commune servandum, ut hereditas necessarius monachi solutio legitima non anticipetur, sed suo debito tempore persolvatur, nepe post mortem naturalem ipsius monachi.

88 Non obstat etiam d. auth. si qua mulier. poederata ut supra pro secunda opinione, quoniam illud, quod pater monachus possit bona sua inter liberos in vita dividere, servata forma illius text. procedit ex gratia & iuris indulgentia, etiam si ex illa dispositione & divisione praedictum aliquod monasterio inferatur in vita monachi dividendum, cum aliis, si praedicta divisio in vita non fieret, monasterium in vita monachi bonis omnibus eiusdem potiretur, & post mortem solueret legitimam filijs: hoc tamen ipsius permittit pariter in fauorem liberorum, non tamen inde consequitur, debita esse legitimam in vita patris monachi ipsius filijs, ita ut eam petere possint. Idem igitur ius, quod monasterio detulit post mortem monachi residuum legitimarum portionum filijs debitarum, patri monacho facultatem concessit disponendi in vita, ac dividendi bona sua inter liberos, legitima non diminuta, & residuo monasterio remanente, ut in d. authen. si qua mulier. & in d. l. Regia. 17. quod autem ius hoc potuerit disponere nemo sane mentis debuit unquam dubitare: † successiones enim sunt de iure civili, ut plurimos referens resoluit Martienc. in l. 3. glos. 3. nume. 2. & 3. titul. 4. lib. 5. nouae Coll. Reg. fol. 112. & cum his remanet sufficienter satisfactum fundamentis contrariae sententiae, & prima Legis

tarum & magis communis perspicua ac satis defensata: quae aequior etiam est, quam illa Canonistarum, nepe ut filius non possit petere legitimam viuo patre monacho professo, sed expectet interim, donec pater naturaliter moriatur, per iura supra dicta, praemaxime cum ex bonis patris interim sit alendus, ut statim dicemus.

90 Qua opinione Legistarum magis recepta retenta, obseruandum erit, quod monasterium hoc casu tenebitur alere filios monachi, eo viuento, quia bona transeunt cum illo onere. l. si quis a liberis. §. rescriptum. ff. de liberis agnoscend. possidet; filius petere, ut assignentur sibi certa bona, ex quibus possit se alere: & si contingat ipsum superuiuere patri, remaneant penes ipsum filium pro sua legitima, & si transcendat legitimam, restituet monasterio excessum: si vero filius praemoriatur, restituat omnia monasterio, quia tunc apparet quod legitima non fuit sibi assignata, & sic erit assignatio facti, non iuris, nec transibit dominium in filium: ita Paul. Castr. in d. authen. si qua mulier. nu. 7. quem refert & sequitur Felin. in d. cap. in praesentia. num. 56. dicens bene notandam istam praeticam: & Bald. Nouell. ubi supra, dicens hoc de alimentis videri indubitanter dicendum: & plerique ex supra dictis, qui tenent primam opinionem, id concedunt, praecipue Guillerum. Benedict. d. nu. 299. qui verba praed. Pauli refert & sequitur, † dicens ex hoc clare demonstrari, quod si haeres institutus in testamento talis monachi prius decederet, quam testator professus, tunc haereditas pertineret monasterio, corruente testamento propter defectum haeredis praemortui.

92 Et sicut viuo patre in monasterio, filius, qui remansit in seculo, non potest legitimam petere, ut resoluiimus: ita de conuerso, filius, qui ingreditur monasterium patre viuento, non poterit legitimam consequi, ut tradunt Petrus de Anchar. & Ioan. de Anan. in d. capit. 2. de delict. puerorum. prout eos refert & sequitur Felin. nu. 56. & Dec. d. nu. 67. in d. cap. in praesentia. Pro qua sententia est

est textus optimus, iuncta sua glossa. verb. restituat, in. c. 1. 18. questio. 1. vbi quod ius succedendi non competit nisi post mortem defuncti.

93 Ex supra dicta magis communi sententia Legistarum infertur, idem esse in filio ingrediente religionem, ut pater ipsius, filio viuo, eadem ratione non possit petere suam legitimam à monasterio in bonis filij professi, nisi demum post mortem naturalem ipsius, per supra dicta, & constat ex mente communis.

94 Limitatur tamen prædicta magis communis sententia, si pater ingrediatur religionem incapax bonorum, saltem in communi, tunc enim statim professione facta, poterit filius petere legitimam suam, morte naturali parentis minime expectata, cum monasterium succedere non possit in illa legitima, nec in alijs bonis, ut in Clementi. exiui de paradiso, de verborum signif. & ita tenet plerique ex supra dictis, estque communis opinio, secundum Menchac. d. c. 37. nu. 12. quanuis ipse teneat contrarium: & confirmatur ex supra non semel adductis in proposito: idemque erit in patre respectu filij professi in religione incapace bonorum.

95 Illud denique pro complemento supra dictorum addendum decreui, nepe quod sicut ex decisione text. in d. auth. si qua mulier. & d. l. 17. tit. 1. p. 6. patet monachus, qui post ingressum monasterij vult inter liberos testari, astrictus est filijs legitimam absque diminutione relinquere, & omne illud, quod legitima filijs relicta, superest monasterio deferre, quia cum omnia bona ingredientis monasterium efficiantur eiusdem monasterij, iuxta text. in dicta authentica ingressi, & in d. authent. nunc autem. C. de Episcop. & cleric. cum similib. ita etiam consequens est, ut omne illud, quod legitima filijs relicta supererit, monasterio competat, nec pater poterit plus legitima filij relinquere, nisi tantumdem ipsi monasterio relinquendo, quantum filio, ad quem plus ex bonis eiusdem peruenit, relictum fuerit, ex d. authent. si qua mulier. Similiter id ipsum facere poterit filius respectu

parentum, seu aliorum ascendentium: quod si id non fecerit, ascendentes debent obtinere integram legitimam: quia licet d. auth. si qua mulier. cum d. l. 17. de descendibus solum loquatur, ad ascendentes tamen ex paritate rationis extendenda erit, cum eis, sicut descendibus, legitima debeat, ut in l. scripto. cum similib. ff. vnde liberi. & in l. nam etsi parentibus. ff. de inofficioso testam. cui consonat. l. 4. tit. 13. part. 6. & in specie ita resoluit Alberic. nu. 2. Bart. 18. cum sequentibus, communiter scribentes in dicta auth. si qua mulier. vbi Paul. Castren. nu. 5. hanc dixit comunem. Innocent. etiam & comuniter DD. in d. c. in presentia. vbi Abb. nu. 53. & 61. & Augustin. Beroi. nu. 523. hanc opinionem comunem esse profitentur, & eam esse comunem Legistarum & Canonistarum, & quod eam tenent magis comuniter DD. testatur etiam Greg. Lop. in d. l. 17. in verbo descendentes, vbi quod procedit hæc opinio, præmaxime stante. l. 6. Taur. & D. Molina lib. 2. de Hispanorum primogen. c. 9. n. 64. & Velazquez in d. l. 6. Taur. gloss. 8. num. 1. & in l. 40. Taur. gloss. 4. nu. 23. qui omnes eam sequuntur atque probant, reiecta contraria opinione Azonis, & sequacium: imò ut cetero, id vterque facere poterit sine licentia superioris: ius si quidem illis hanc facultatem concedens ex dispensatione, nullam superioris requirit licentiam: si enim hæc esset necessaria, id exprimeretur, quando quidem forma in hoc necessario seruandam præfigit, & præd. licentiam non requiritur etiam, quia si aliud diceremus, illusoria, & sine effectu esset profectò præd. iuris facultas: superior enim prædict. licentiam minime concederet in præiudiciu sui monasterij: tandem quia frustra precibus impetratur, quod à iure communi conceditur, ut in regul. iuris vulgarib.

97 Superest nunc ut examinemus illam celebrem ac cõtrouersam questionem, an pater per ingressum atque professionem monasterij bonorum in communi capax, amittat vsum fructum quem

quem iure patriæ potestatis habet in bonis aduentitijs filiorum, & consolidetur proprietati: an verò monasterio acquiratur durante vita ipsius patris monachi? In qua primò videtur dicendum, patrem hac in specie amittere præd. vsufructum, cumque ad proprietatem redire: quia per professionem pater amittit patriam potestatem, & subiicitur potestati Abbatis & superioris, qui enim sub alterius potestate est, nõ potest habere aliũ sub sua potestate, per tex. in l. sic eueniet. in fi. ff. de adult. Patria igitur potestate extincta, videtur eum amittere quoq; vsufructum. Secũdò, quia vltus fructus datur patri ob custodiam & administrationem, quæ cessat in monacho ergo, &c. Tertio, quia si filius potest petere legitimam in vita patris monachi, non expectata morte naturali ipsius, vt in. c. cũ simus. de regular. iuncta cõmuni opinione Canonistarũ, de qua supra, eodem iure pater monachus per professionem amittet prædictũ vsufructũ, filiusq; cum sibi vindicare poterit, vt in terminis tenuit primus omniũ hanc opinionem Martin. Seluan. antiquissimus doctorum, quem refert Cyn. ibi. nume. 10. ad fin. Salicet. quæst. 7. Iaf. colum. fin. num. 48. in authen. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles. eamq; profitetur comunẽ ibidem Salicet. & in d. auth. idem est, & sequitur alios allegans & dicẽs comunem D. Couarr. d. c. 2. num. 8. de testam. vbi latè eam nititur probare, saltem de æquitate Canonica, etsi non ignoret eam dubiam esse, & refert esse magis comunem ex Salicet. vbi supra. D. Anto. Gom. in. l. 48. Taur. num. 8. & sequuntur alij relati à Pinelo in. l. 1. part. 1. nu. 47. C. de bon. mater. & Ignatius Salcedo in additionibus ad reg. 794. Bernard. Diaz de Lugo: refert etiam esse comunem plures allegans Matienç. in. l. 9. tit. 1. lib. 5. nouæ Coll. Reg. glos. 2. nume. 2. & Didac Perez in. l. 1. pag. 103. tit. 2. lib. 5. ordin. quanuis ipsi eam non probent, sed contrariam, vt infra dicemus. Sed hanc priorem videtur probare Greg. Lopez in. l. 5. tit. 17. par. 4. in glos. *el vfo*.

fructo. ibi, Idem est, dicẽs esse comunẽ: quia quanuis relinquat cogitandum, addit, quòd non videtur recedendum à dictis Saliceti, per sua fundamenta.

Rursus, glos. in auth. idem est. glo. 1. in versi. & ideo. C. de bon. quæ lib. tenet cõtrariam sententiam omnino, imò quòd in præfata specie vsufructus patris, eo viuente, ad monasterium pertineat, quia monachus non dicitur mori per professionem quoad comedendum, & ideo nõ finietur: quasi velit dicere glos. quòd vsufructus patris in bonis aduentitijs filiorum à iure sibi defertur in alimenta ob legitimam administrationem bonorum filiorũ: quanuis igitur pater monachº efficiatur, adhuc eget alimẽtis, quia quoad actus naturales, prout sunt comedere & bibere, & similia, non dicitur mori, sed quoad alia, quæ supra dicta sũt: vnde cùm mors ciuili hoc casu nõ operetur eundem effectum, quẽ operaretur mors naturalis, vt patet, meritò vt eidem non æquiparetur, iuxta comunem doctorum resolutionem. Secũdò facit pro hac parte, quia pater, licet monachus, naturaliter viuat, vt modò dicebamº, & sic durat vsufructus, in iure enim nõ legitur, qd hic vsufructus finiatur per monachationem patris, sed morte naturali ipsius: monasterio autẽ, quatenº capax est, omnia deferuntur, quæ monachus habebat, vt in d. auth. ingressi. cum similib. C. de sacrosanct. Eccles. † Tertio, quia idẽ videmus esse in alio quocunq; vsufructuario extra patrem, non enim per ingressum & professionem monasterij vsufructus, quem monachus habebat, extinguitur, sed monasterio quoad vtilitatẽ, durante vita monachi, debetur & acquiritur, sicq; per huiusmodi mortem ciuilem minimè finitur, sed per naturalem tantũ, vt tenet expresse glos. verb. dedicant. ad fin. in d. authen. ingressi. vbi. Cyn. nu. 12. Alberic. 22. Bart. 42. & ceteri cõmuniter sequuntur, Innocẽ: in d. c. in præsentia. n. 5. est comunis secũdum Abb. in. c. vlt. col. 2. n. 2. de pignor. Soci. cõsi. 10. q. 6. lib. 1. & Ioan. Crot. in. l. Gal. lus. §. & quid si tantũ. nu. 30. ff. de lib. & posth.

98



post Roderic. Xuarez allegat. 20. in verficul. hinc est, quod licet vsusfructus, & Guillerm. Benedict. in. cap. Rainútius. verb. mortuo itaq; testatore. cl. i. n. 298:

99 **O** vbi quod dum viuit testator professus, monasterium reget & gubernabit bona testatoris, & facit fructus suos: & D. Couar. vbi supra d. nu. 8. qui eam expressè sequitur, professus hoc esse rectissimi iuris: eandem testatur communem. plurimos allegas, & eam sequutus, Ant. Gom. vbi supra, & Arias Pinel. vbi supra. nu. 47. cum sequen. & nemo, qd sciam, ab hac opinione discedit, quando quidem omnes tenentes priorè partè, & sic contrariam, in patre vsufructuario bonorù aduentitiorum filij, hanc fatentur in cæteris vsufructuarijs. Quinimò Cyn. & Alberic. in d. auth. idem est, agentes de quæstione vsusfructus in bonis aduentitijs filij, & sic glossæ ibidem tenentes hanc secundam partem principalem, se ad ea, quæ dixerunt in d. auth. ingressi. remittunt, vbi agunt de quæstione glossæ ibidem, quam in fauorem monasterij ipsi & omnes indiscriminatim definiunt, & sic potius hanc secundam partem videntur probare, quàm priorem, quando quidem in quæstio. glos. in d. auth. idem est, quæ est nostra principalis, se remittunt ad dicta per se in d. auth. ingressi, vbi in quocunq; vsufructuario probant cum glos. ibi, vsufructu per professionem non extinguui, sed acquiri monasterio durante vita monachi: ex quo plane deducitur, non bene Cynù & Albericù citasse D. Couar. vbi supra, & Riminald. in. §. 1. nu. 128. inst. per quas personas, & c. pro priori opinione supra relata in nostra quæstione principali, quado quidè, vt ad oculù videmus, in remissione quâ faciunt ad se ipsos, constat contrariù, vt aduertit Pinel. vbi supra. nu. 48. nec video rationè vllam legitimã aut sufficientè distinctionis factæ à Couar. vbi supra in hac specie inter patrè vsufructuariù, & alios vsufructuarios, religionè capace bonorum. in cõmuni ingredientes, atq; ipsã profitentes, pater enim vsufructu præd. habet in bonis aduen-

100

titijs filiorù famil. pro toto tempore vitæ suæ: ingrediens igitur monasterium cum se & sua dedicit Deo, vt in d. auth. ingressi, cum similib. & nullo iure probetur per monachationem patris amitti hunc vsufructum; proprietatiq; filiorum consolidari, consequitur, monasterio acquiri pro toto tempore vitæ patris: mors enim ciuilib non æquiparatur morti naturali, nisi in casibus à iure expressis, iuxta comunem doctorum resolutionem, quam supra retulimus: hic autem ingressus religionis nõ est huiusmodi igitur, & c. Quis quis igitur aliud dixerit, id probare iure debet, hoc est, exceptionem eam in specie, aliàs non erit audiendus: authores igitur prioris partis contrarium tenentes, cum id iure solido minimè fundent, explodendi sunt, tanquam ius monasterij absque vllò iuridico fundamento præciso lædentes, quod minime licet in neutro foro, nedù aduersus piã causam, prout est in monasterio, sed neq; etiam contra priuatù: & ita merito hæc secundam partè cum glos. expressa in d. auth. idem est, probantur ibidem Bald. Paul. Castrenf. & Cornuus. Bart. in d. auth. ingressi. in repeti; nu. 49. & illic Ant. Rosel. nu. 18. Guido Pape quæf. 595. & Dec. in d. c. in præsentia. nu. 66. & ibi Aug. Beroius num. 529. Palat. Rub. in rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 42. nu. 15. Ant. Gom. vbi supra, & hanc profitetur receptam (licet eam non sequatur, sed priorem, vt prædiximus) D. Couar. plures ex supra dictis allegas nu. 8. & hæc latè probat & sequitur plurimos allegans, testatus esse receptiorè, & magis cõmunem, & veriorè, Arias Pinel. vbi supra. n. 49. & 51. quæ etiã plures allegas sequitur & dicit veriorè atq; cõmunè Ignat. Saleed. vbi supra: nouissimè eadè sententiã probat ac dicit veriorè & receptiorè Matiéc. vbi supra, & etiã Didac. Perez vbi supra: sequitur D. Spino in suo speculo testam. glos. 12. princip. nu. 21. vers. sed alia est prior, & reuera omni proculdubio hæc est receptior sententiã, & meo iudicio verior & tenenda in iudicando, & consulendo.

Non

Non obstant modò fundamēta prioris partis, & non quidem primum de patria potestate amissa per profefsionē patris, quia per hoc non tollitur vsusfructus sibi iam quæsitus, imò in consequentiā personæ transit in monasterium: argumento d. auth. ingressi, & l. si adoptauero. ff. de precario. nec quòd filius videatur emancipatus factò patris in proposito quicquā obest, vt infra dicemus in tertia opinione. Nec nobis contradicit, quòd vsusfructus patri detur ob custodiam & administrationem, quæ cessat in monacho. Respondemus enim, quòd non cessat in monasterio habente ministròs & officiales, qui sua gubernant: imò, vt experientia docet, diligentius sua tuentur, quàm laici. Non etiam obest tertium ex. c. cum simus. de regularibus, iuncta còmuni opinione Canonistarum, quia vt supra latè disseruimus, nec text. ille id probat, ad quòd còmuniter Canonistæ eum allegant, nec sua opinio est vera, nec tuta, nec tenēda, vnde nullum iuridicum fundamentum ab ea desumi potest ad nostrum propositum.

Tertiam opinionem tentauit in proposito Bar. in d. auth. idem est, & ibi sequitur eum Angel. nempe, vt in hac specie nostra dimidia pars vsusfructus patris maneat penes monasteriū, altera verò ad filium spectet, sicut quando pater eum emancipat, iuxta l. cum oportet. §. cum autem. C. de bon. quæ lib. & cum hac Bart. opinione transit Abb. in d. c. in præsentia, num. 57. & Ferdinand. Arias in l. 46. Taur. col. 2. Siluester in summa, verb. religio. 6. & Riminaldus sibi contrarius in. §. 2. num. 19. instituit per quas personas, & c. Sed eam reprobāt pleriq; ex supra dictis, præcipuè Anton. Gom. Arias Pinel. & Ignat. Salced. vbi supra, & meritò, agitur enim in d. §. cū autem. l. cū oportet. de emancipatione factò patris immediatè id agentis: at in nostra specie pater ingrediens religionem, longè aliud intendit: licet ergo accessoriè resultet filium exire à patria potestate, non potest dici emancipatio ex factò voluntario patris, quando non di-

rigebatur ad talem effectum, iuxta regulam text. in l. si quis neq; causam. cum sim. ff. si certum pet.

101 Vltimò illa quæstio venit hìc examinanda, vtrum bona monachi, qui infra annum probationis decessit in monasterio capaci bonorum, testamento non condito, neq; renuntiatione legitimè facta, acquirantur eius venientibus ab intestato, vel monasterio? In qua specie Abb. in d. c. in præsentia, nu. 58. resoluit distinguendo in huc modum; quòd aut iste intrando probationis causa, expressè bona sua contulit monasterio, ita quod id fecit ratione transitus, & tunc cū sit clarum, quòd data perseuerantia, volebat ea esse monasterij, nec amplius in vltima volūtate reuocabit, applicantur monasterio: aut expressè non contulit, sed simpliciter intrauit causa probationis, & tunc applicantur venientibus ab intestato, quia iste non fuit religiosus cum effectum, vt in c. religioso. de sententia excò. in. 6. & sic bona, nec tacitè, nec expressè transeunt ad monasterium: & quia adhuc habebat facultatem condendi testamentum, & sic decessit ab intestato, ac per consequens venient proximiores: quam sententiam Abb. probarunt Imol. & Andreas Sicul. in c. 2. de testam. & Benedic. Capra consi. 145. incipient. Punctus, quidam iuuenis Pandulfus. & Sebastianus Sapia in additio. ad Abb. in d. c. in præsentia, nu. 68. litera D. & in primo membro Abb. sequitur Paris. in d. c. in præsentia, nu. 187. & Menoch. consi. 396. nu. 3. lib. 4. idem lib. 6. præsumpt. 84. nu. 3. vbi eam probat, & in secundo membro opinio Abb. præd. est còmunis secund. Paris. vbi supra nu. 188. vers. alius est casus, post Barbat. ibi, vt refert Menoch. d. præsumpt. 84. num. 8. & ita est tenendum in iudicando & consulendo, secund. Bero. còsi. 28. nu. 12. vers. secundò nò obstat, lib. 1. vbi etiam dicit opinionē istā magis còmuniter approbari, allegās alios, vt vtrūq; referēs ex eo testatur nouissimè Ioan. Vinc. Hondeci consi. 94. num. 7. & secund. istam opinionem obseruari testatur additio

Ff ad Dec.

Dec. in d. auth. ingressi, sub nu. 4. litera B. addit Cald. conf. 9. in titulo de regn. Beroi. vbi supra nu. 8. nec nõ & Honde dei vbi supra nu. 8. quòd mortua moniale infra annũ probationis, & ante professionẽ, monasteriũ tenetur restituere etiã eleemosynã receptã, & omne id quod 104 pro huiusmodi ingressu dedit.

Nec cõtra pred. distinctionem Abb. in primo membro obstat consideratio Dec. qui in d. c. in presẽtia, nu. 73. ab Ab. discessit, tenendo, non esse differentiam inter expressam & tacitã bonorũ oblationẽ, collationẽq;: Inã quando expresse ab ingrediente bona monasterio dicata sunt, tacita cõditio intelligitur, si professio sequatur, quæ non dicitur subsequuta, ob id quòd intra annũ probationis decesserit, atq; ita oblatio ipsa dicitur resoluta: vnde eo redeunte ad seculum, bona recuperabit, vt idem Abb. cõcludit in. c. quod à te. de cleric. coniug. & notatur in. c. cõstitutus de regular. id quod in sacro Conc. Trid. sess. 25. c. 16. de regul. expresse innuitur, quando quidem renuntiationes monialiũ solẽniter & iuxta formam illius. decreti factæ, nõ aliàs intelliguntur effectum suum sortiri, nisi sequuta professione: & postea in fine dicitur, & vt ab eũtibus ante professionem omnia restituãtur, quæ sua erãt: quod vt rectẽ fiat, Episcopus etiam per censuras ecclesiasticas, si opus sit, compellat. Non inquam, obstat obiectio hæc, cùm expressa oblatio iam obligauerit ipsum ingressum ad religionem, de suoq; animo iam cõstet: quod nõ contingit in eo qui tacitẽ se & sua obtulit: q̃si ingressus ante annum recesserit à monasterio, nil mirum, si recuperet bona, etiã si expresse ea prius cõtulerit monasterio, vel alijs, cum non fuerit professus, nec in religione perseuerauit, cuius prætextu ea contulerit. † At verò vbi in eo 103 permanens sine animo recedendi, ibi decessit, qui prius bona sua expresse contulerat monasterio; aliud profectò est dicendum, nempè vt monasterio acquirantur propter perseuerantiam simul cùm morte subsequutam, præcedente dedi-

catione expressa cùm persona Deo facta; ita etiam dissolui possunt, quæ aduersus Abb. in d. primo membro suæ distinctionis adfert Bero. in d. c. in presẽtia, nu. 553. & hæc quoad dictum primum mēbrum Abbatis.

Secundum autem limitabat Sapia vbi supra, quando monachus in specie præfata ingressus fuit monasterium simpliciter, non declarato quòd illud ingrediebatur causa standi in probatione, quia tunc si moriatur infra annum probationis, qui iure conceditur ad probandum, vt in. c. l. icet de regularibus. nulla facta dispositione de bonis suis, putat quòd habuerit animum permanendi in religione, & sic bona applicẽtur monasterio; licet tandem censeat multum cogitandum super hoc. Hæc tamen Sapie opinio mihi non placet, cum taciti & expressi idem sit iudicium, vt in. l. cū quid. cum similib. ff. si cert. pet. Siue igitur certum sit quòd simpliciter intrauerit causa probationis, siue hoc non expresserit, cùm in dubio iure id intelligatur, idẽ erit in vtroq; casu, vt cum cõmuni cõtra Sapiam resoluemus infra.

105 Similiter Paris. vbi supra nu. 188. vers. secundus casus, prædictũ secundũ distinctionis mēbrũ Abb. verũ esse intelligit, atq; limitat, præterquã si cõstet præsumptionibus & cõiecturis ingressum voluisse mutare vitam, & religionẽ ingredi, & deinde decesserit intra annũ probationis, quia hoc in casu bona acquisita censentur monasterio, rationibus de quibus ibi per eũ: quẽ in hoc sequitur Menoch. d. conf. 39 6. nu. 10. & d. præsumptione 84. nu. 4. in princ. vbi nu. 5. dicit, præsumptionẽ & cõiecturã sumi, vt si alicui donauit bona sua irreuocabiliter, vel bonis renuntiauerit ad cõmodũ fratrũ, & aliorũ succedẽtũ ab intestato: vel si obtinebat aliquod beneficiũ, illud renũtiauit in manib⁹ eius ad quẽ collatio pertinebat, vel aliũ similẽ actũ fecit, quod demonstrauerit spernere ea, quæ huius seculi sunt, secũd. Abb. in. c. cõsulti. in fi. de regul. et in. c. statuim⁹. in fi. eo. ri. & Paris. vbi sup.

Sed hæc limitatio vera quidẽ non est, cum

cum semper ingressuri monasterium, eo animo ingrediantur, ut mutent vitam, & seculum relinquunt, & nihilominus annus probationis sibi à iure conceditur, ut eo durante minimè obligentur, nec bona sua monasterio, sed liberè possint exire, licet præd. renūtiationē solēniter & irrevocabiliter fecerint, ut prædiximus: præsertim hodie attento d. decreto sancti Concilij Trident. ergo non censentur bona acquisita monasterio ante realem & solennem professionē: aliās enim regulariter ipsis decedētibus infra annum probationis, bona pertinerent ad monasterium, etiamsi expressè ea non essent ipsi collata, non verò ad venientes ab intestato, contra doctrinam Abbat. vbi supra communiter receptam: hoc autem verum non est, quia licet habeant præd. animum mutandi vitam, nihilominus intelliguntur tacitè eum habere sub ordinatione & dispositione iuris, nempe si sibi intra annum religio non displicuerit, sicq; videntur conformare animum suum cum dispositione iuris de hoc agentis: ergo interim eorum bona monasterio non acquiruntur, professione postea non sequuta, quamvis animum à principio haberint mutandi vitam: conducat à nobis tradita infra cap. 22. de requisit. ad votum oblig. nume. 3. cum sequentibus de vouente religionem ingredi, an teneatur perpetuè in religione permanere. † Præterea huiusmodi novitius, quamvis animo mutandi vitam, ingressus fuerit religionem, non propterea censetur effectus religiosus in genere, ut dici possit ita obligatus religioni, quin ad seculum redire, & uxorem ducere possit, tametsi peccet, ut in terminis scribunt Calder. consil. 27. in fin. in titulo de regular. Ioan. Andre. & Archid. in cap. constitutionem. de regular. in. 6. & apertius Nauarr. in cap. non dicatis, numero. 35. vers. quarto quod monachus. 12. questione. 1. à quibus videtur recepta opinio Abb. in hac specie contra limitationem & declarationem prædictæ Paris. ut profitetur idē Menoc. d. præsumpt.

84. nu. 4. vers. verū, dicens dubiā esse ex hoc Paris. opinionē, tametsi ipse adhuc videatur cum ea trāsire: ego autē ex prædictis existimo esse falsam & nō tenēdā, ut præmonui, præmaximè attento decreto. 15. de regular. sacri Concilij Trident. sess. 25. ut infra dicemus.

Nec contra hoc secundum distinctionis Abbatis membrum obstat etiā consideratio Dec. in d. c. in præsentia. nu. 73. & in auth. ingressi, n. 4. C. de sacrosanct. eccles. post Ancharr. consil. 69. contra donationē, colū. penultima, quia ab Abbate in hoc etiam discessit, dicentis, bona ingressi, etiam ante professionem dici acquisita monasterio, sub conditione tamen resolutiva, hoc est, quod si contingeret eum reuerti ad seculum, eidem restituantur, & ideo si decesserit in monasterio, non dicitur reuersus ad seculum, & per consequens conditio non euenit, & ob id bona remanent apud monasterium: hæc enim opinio Decij subtilis est: attamen periculosa, & minimè vera: non enim bona ingressi acquiruntur monasterio ab initio, sed solum facta professione, hoc est post annum probationis. Quod vel ex eo constat, quia existens intra annum probationis, potest de bonis illis testari & disponere, ut in d. auth. ingressi, & in cap. 2. de testam. & diximus supra latius.

Ex quibus à fortiori idem est dicendum cum Abbate & communi, vbi supra contra Sapiam, quando sumus in dubio, an novitius fuerit: ingressus monasterium animo probandi & experiendi, vel profitendi, & intra annum decessit: hoc namque casu vera & recepta sententia est: existimantium. bona non acquiri monasterio, sed reuerti atq; deferri venientibus ab intestato, ut voluerunt Abbas vbi supra, & sequaces, & plures referens affirmat Menoch. d. præsumptione. 84. numero. 13. & 14. vbi citat inter alios se ipsum d. consilio. 396. numero. 8. lib. 4. & Paris. in d. cap. in præsentia, numero. 188. vers. cul. vltimus casus est, & Nauarr. vbi supra numero. 81. sequitur nouissimè Molina de iustitia & iur. 2.

Ff 2 tract.

quod tenet Ant. de Butrio, vt hoc casu monasterium debeat habere portionem suam, hoc enim nullo iure probatur, imò potius innuitur contrarium in d. §. illud. vbi probatur, quòd potest de bonis suis disponere, prout voluerit: & huius tertiæ opinionis Butrij quatuor fundamenta refert Decius in d. capit. in præsentia. numer. 61. quam sequitur ibidem Felin. numer. 54. & contra Bartol. sententiam Pontificij crebriori calculo probant secundum Alciar. in rubrica. ff. de lib. & posth. numer. 47. & 48. allegantem Anton. Abbat. Decium, & Felin. vbi supra, & eam late probat, nempe vt indistinctè hoc casu testamentum valeat, per d. §. illud. in authenti. de nuptijs. licet de ingressu monasterij tempore conditi testamenti testator non cogitauerit, quanuis præteritione monasterij rumpatur (sed, vt vides, aliter Pontificij præfati sentiunt distinguentes vt supra.) Eandem sententiam Ant. de Butrio probauit D. Molin. vbi supra numer. 45. eam reducens ad duos casus tantum indistinctè, nempe quando monachus faciens professionem, omnia bona sua expressè contulit monasterio, vt tunc censeatur ex hoc primum testamentum reuocatum, sicut si omnia bona sua alteri donasset, vel ea alienasset: & quando fecit professionem simpliciter, in cuius consequentiam censeatur tacitè bona sua monasterio dicare, vt tunc ex hac tacita & præsumpta bonorum translatione in monasterium facta, non censeatur prima dispositio testamenti expressa reuocata, ex textu in d. authenti. nunc autem, qui sic est intelligendus allegatque hanc sententiam tenentes Anton. Abbat. Decium, & Felin. vbi supra, & Augustin. Beroi. in d. capit. in præsentia. numer. 517. cum sequentibus, sequitur etiam Iuli. Clar. vbi supra, in versicul. sed retenta, & indistinctè cum supra dictis & alijs eam sequitur Molin. Theologus vbi supra; column. 753. dicens quòd inter recetiores iam hodie communis est hæc sententia.

Sed nihilominus præfata distinctio Bart. supra relata verior est, & magis communis & recepta, ac proinde tenenda in iudicando & consulendo. Neq; obstat, quòd monasterium habetur loco filij posthumi, ac proinde per ipsius ingressum rumpi debeat testamentum: † quia respondemus, hoc procedere posse in casibus à iure expressis; in alijs autè non habetur pro filio, vt diximus in d. c. 32. num. 56. libr. 1. Canonicar. questio. hoc est, vbi ingressus monasterium, nullum prius testamentum condidisset: quia si illud condidisset, iam est expressum contrarium: voluntati namque expressæ, quæ in testamento habetur, non videtur ex tacita derogatum: argument. l. fin. in principio, & quod ibi notat Bar. ff. de leg. 2. & præterea hoc in terminis expresse probatur in d. authenti. nunc autem. C. de Episcopis & cleric. ibi: Si prius testatus non sit, & ex inde iudicio eius cessante idemque innuitur in d. §. illud, in auth. de monachis, inducto vt supra. Quare præfata secunda opinio, et si communis affirmetur ab Imol. vera quidem minimè est, vt ex supra dictis patet, & eam expressè improbat D. Couar. vbi supra, vbi ex eisdem minori negotio tolli hac in re affirmat, quod Salicet. in d. auth. si qua mulier probare nititur, dicens, † testamentum, etiam factum ab eo qui cogitauerat religionis professionem, etiam portione legitima monasterio titulo institutionis dimissa, per professionem rumpi, quasi per capitis diminutionem, vt in l. conficiuntur. §. post testamentum. ff. de iure. codicill. & in §. alio autem modo. & §. sequenti. instituta quibus mod. testament. infirm. nam & si testator se alteri in adoptionem dedit, & in ea mortem obierit, irritum fit eius testamentum: vt in d. iuribus probatur, & in l. 18. tit. 1. part. 6. & opinionè Salicet. sicq; contra communem, quã supra retuli ex Imol. existimant esse veriorè Fulgos. & Ias. nu. 21. in d. auth. si qua mulier. & defendit Roman. consil. 237. hæc nãq; Salicet. & aliorum opinio falsa est, siquidem iure civili hæc capitis diminutio,

nutio, quæ per religionem contingit, irritum non facit testamentum, ut expressim probatur in d. §. illud, & in d. auth. si qua mulier, & in d. auth. nunc autem, hæc enim mutatio status fit in melius, cum feruire Deo regnare sit, ac proinde per eam non reuocatur testamentum ut in d. iuribus, & ita etiam præfatam opinionem Salicet. Bartolū defendens increpat Dec. in d. c. in præsentia, dicto nu. 61.

10 Superest igitur ex veriori & receptiori traditione, testamētum factum ante ingressum religionis in cōmuni bonorum capacis, ab eo, qui tunc temporis de religionis ingressu cogitauit, minimè rumpi per ipsum ingressum, neque per professionem, imò per eam firmum remanere: quam etiam opin. sequitur ac procul dubio veram: & communem appellat hoc casu D. Molina vbi supra. nu. 49. secus si de religione non cogitauit.

Non obstant modò duæ rationes D. Molin. vbi supra nu. 45. quibus hanc magis communem sententiam Bart. (in secundo membro, nempe cum testator tempore testamenti de religione non cogitauit) stare non posse affirmavit, ipsæ nã que militant ac procedere possēt, vbi testator tempore testamenti cogitauit de ingressu religionis, aliàs verò eo de religione non cogitante, rumpitur testamētum præcedens, non tam ex cōtraria voluntate tacita vel expressa, quã agnatio ne posthumi, hoc est, monasterij, quod loco filij hoc casu habetur, ut prædiximus, † tex. autem in d. auth. nunc autem cum simil. communiter intelligitur per DD. quãdo testator cogitauit de ingressu religionis.

11

12 Nunc autem magis communis præd. sentētia ampliatur, ut procedat, etiam si testator in eo testamēto nihil reliquerit monasterio, adhuc enim monasterium conqueri ex hoc non potest, neq; ei aliqua portio competit in monachi bonis ac patrimonio, ut expressim tenet Bart. in d. auth. si qua mulier. d. nume. 7. versic. ex hoc dico, cuius opinio est communiter approbata secūd. Rip. in d. l. si nquã. d. quæstion. 35. num. 94. C. de reuocand.

donat. qui arbitratur esse purã v. eritatē, & secundum Couar. vbi supra, qui illam sequitur, & esse communem testatur D. Costa in cap. si pater. 2. part. versic. testatore mortuo, numer. 10. de testam. in 6. Eandem profitetur hodie esse magis communem Iul. Clar. vbi supra illam sequutus, dicens, quòd ab ea non recederet in practica, attenta dispositione d. §. illud, generaliter loquentis, & quia sibi iustior & æquior videretur, & magis fauet testamento (saluo tamen semper iudicio sanctæ Ecclesiæ, cui in omnibus se subijcit, prout nos quoque facimus) existimantque hanc sententiam esse veriore, magis communem & tenendam, cōtra eam, quam Imol. vbi supra communē etiam esse existimauit, & nostram hanc probarunt vbi supra Augustin. Beroi. nu. 519. cum sequētibus & D. Molin. nu. 47. licet contraria opinio sit cōmunis Canonistarū, quã resoluit & sequutus est Andreas Alciat. in rubrica nu. 48. ff. de lib. & posth. prout eum refert Costa vbi supra. Si tamen aliquid relinquatur monasterio titulo institutionis, sine dubio non irritatur testamētum per professionem secundū omnes, ut testatur Imol. in d. l. 1. nu. 11. de testam. est communis secūdum Abb. in d. c. in præsentia, nu. 49. in fi & Iul. Clar. vbi supra, præsupponētē, † idem esse, si id titulo institutionis non relinquatur, sed alio relicti titulo.

13

14

Secundò ampliatur magis recepta sententia, ut procedat, etiam si in præd. casu non sit seruata solennitas iuris communis, quia si hoc permittitur militi armatæ militiæ, qui pugnat pugna corporali, multo magis debet permitti ei, qui de proximo cingendus est cœlesti militiæ, vel militi cœlestis patriæ, vel qui pugnat pugna mentali, & contemplatiua: ita tenet Bart. in d. authentica si qua mulier, numer. 7. versic. ex hoc dico. C. de sacrosanct. Ecclesijs, & in l. 1. nume. 12. C. eodem. Abbas & Decius in d. capit. in præsentia, numer. 6. post Anton. de Butr. ibi est communis opinio secundum Decium d. consil. 31. nume. 3. &

Dd 4 licet

tractat. disputatione. 140. col. 754. & ita proculdubio est tenendum in iudicando & consulendo cum magis cõmuni sententia, vt supra resoluius nu. 101. & testantur Beroi. & Honded. vbi supra, tamen si Decius in duobus locis præcitatis, nonnullos sequutus cõtrariũ defendat, dicens magis cõmunem opinionem esse in hoc contra Abb. ex quo eam testatur cõmunem idem sequutus Menoch. sibi contrarius de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 5. casu. 436. n. 5. vbi nu. 6. plures allegãs inquit, quòd si nouitius reuertitur ad seculũ, potest sua bona recuperare, cũ, resoluta religione quoad personam, censeatur etiam resoluta quoad bona: sed quamuis hoc vltimum fateamur, præcedens tamen dictum contra Abbat. & communem verum esse negamus. † Nec obstat, hunc nouitium dici religiosum quoad multa, esseq; de foro Ecclesiæ, secund. Angel. in. l. 1. ff. de pœn. per text. quem allegat in. l. statuliber. ff. de quæstion. quod tenent Ancharran. & Decius vbi supra, & Tiraquel. de retract. linagier. §. 1. gloss. 8. numero. 21. & quòd nouitius gaudeat priuilegio fori, & Canonis, probat contra Innocen. & Abb. D. Spino. d. gloss. 12. numero. 59. in fin. Quia respondemus, id esse in casibus claris, nos verò versamur in dubio, in quo standum est regulæ, quæ habet, religiosum esse propriè, qui professionem emisit: sed ante professionem remanet laicus, vt in cap. religioso. de sententia excommunicationis lib. 6. cap. non solum cap. constitutionem. de regular. in. 6. Beroi. in d. cap. in præsentia, numero. 552. versic. sed aduerte. Rota Florent. decis. 141. numero. 1. Hondedei d. consil. 94. numero. 6. & ingressus monasterium non appellatur monachus, nec efficitur de corpore monasterij ante professionem. cap. porrectum. de regul. Bart. & alij in auth. si qua mulier. C. de sacrosanct. ecclesi. & alios plures referens Hondedei vbi supra numero. 5. Nõ etiam obest, quòd præsumatur religiosus velle in eadem voluntate perseuerare. l. 3. ff. de probat. cap. maiores.

de baptism. & idèd sicut si iste vixisset, monasterio quæsiuisset, ita etiam moriendo. Respondemus namq; morientem non dici in eadem voluntate perseuerare, quia illa finitur morte. l. 4. ff. locat. Bart. in. l. centesimis. §. vltimo. ff. de verbor. obligat. & in his terminis Capra dict. consil. 145. numero. 12. 13. & 14 qui alia scribit: ita respondet cum eo præd. duobus oppositionibus Menoch. dict. præsump. 84. numero. 14. cum sequentibus, & hic mori dicitur in statu, in quo reperitur, hoc est nouitiali, qui religioni non est obligatus, & cum hoc iure se conformare: argumento. l. hæredes mei. §. cum ita, & quæ ibi tradunt Bart. & communiter. ff. ad Trebel. Nec aduersatur, quòd in dubio fauendum sit piæ causæ. l. sunt personæ. ff. de relig. & sumpt. fun. quia respõdeo, id procedere in his, quæ de se immediate sunt pia, & religiosa, non autem quando agitur de vtilitate pecuniaria: argumento cap. ex parte, de cõs. vbi si fiat votum ecclesiæ de aliqua mensura, intelligitur de minima, vt declarat Moder. Parisiens. in commentar. ad consuetud. Parisi. §. 22. numero. 130. & cum referes Menoch. vbi supra numero. 18. Nec repugnat. l. Titia. §. vl. ff. de aur. & arg. leg. quia ibi legatum verificari non poterat in alijs signis quàm aureis: vt declarat Decius in. l. semper in obscuris. ff. de regul. iur. Menoch. vbi supra, numero. 19. & lib. 4. præsump. 106. num. 33.

Et sententia Abbatis præd. verior & communiter recepta atq; tenenda vt prædiximus aduersus Decium & sequaces, multo magis procedit in eo, qui ob ætatem religioni se obligare non potest, veluti si puella minor duodecim annis ingrediatur religionem, cui pater dotis causa aliquam summam dedisset; nam si moritur intra annum, non acquiritur dos monasterio; quia sicuti matrimonium carnale esse non potuisset intra illam ætatem, ita nec spirituale: legitima enim ætas requiritur ad emittendam professionem: vt in cap. 1. & in cap. constitutionem, de regul. lib. 6. hodie requiratur

quiritur ætas. 16. annorum per sacrum Concil. Trident. sessione. 25. c. 15. de regular. ubi q̄ alioqui professio sit ipso iure nulla: & in terminis ita tenet Calder. consil. 9. colum. 1. versi: vel posito. de regul. & cū eo Meno. d. præsmpt. 84. n. 20.

Quinimo & generaliter idem nobis videtur in omnibus dotibus, quæ pro monialibus etiam maioris ætatis (& sic quibuscūq;) admittendis atq; recipiendis in monasterijs constituuntur atq; promittuntur, hæ enim dotes cū ea mente atque intentione dentur atque recipiantur, vt pro matrimonio spiritali monialium, atq; in earum alimenta cedant, consequitur, tacite actum inter partēs, vt professio necessariò subsequi debeat, per quam matrimonium spirituale perficitur atq; celebratur, ad hoc vt monasterium morte monialium prædictas dotes tanquam suas acquirat: aliàs si monialis decedat ante professionem infra annū probationis, nullo modo monasterium dotem eius acquirat, ac persequens constitutam, siue promissam exigere non possit, & solutam reddere teneatur, sicut contingit in matrimonio carnali, de quo ad spirituale validum est argumentum, & e contra: vt in c. inter corporalia, cum simil. de transl. Episcopi: dos enim pro matrimonio carnali viro constituitur pro oneribus matrimonij: sustinendis. l. pro oneribus. cum simil. C. de iur. dot. & vt matrimonium consummetur, decedente autē quolibet eorum ante celebrationē matrimonij de præsentī, dos promissa nullum habet effectū: sic in proposito dos monialis eo animo constituitur, ob eam q; causam assignatur, vt religio perficiatur professione subsequēta, vnde decedente moniali ante professionem, dos exigere non poterit, solutaq; reddēda erit. In eo tamen differunt dos monialis, & dos matrimonij carnalis, illa enim, sequuta professione, remanet perpetuò monasterio, quia habetur loco filij: hæc autem, soluto matrimonio sine liberis, ad hæredes mulieris pertinet, quia maritus non habetur loco hæredis, præter-

quam si aliud pacto dotali, testamento mulieris, vel statuto caueatur: & in terminis nostris post hæc scripta ita inueni tenere nouissimè Menoch. dict. præsumpt. 84. numero. 14. cum Calder. consil. 9. in titulo de regul. & Berol. consil. 28. numero. 13. lib. 1. quos ibi refert, & sequitur: licet enim iure communi attentō, ingressus monasterium, se & sua dedit Deo, eiusq; bona monasterio ipso iure acquiratur, vt in dict. auth. ingressi. & ibi Ias. numero. 1. & cæteri, & plures referens Vincent. Hondedei dict. consil. 94. numero. 12. & numero. 13. cum alijs pluribus probat, in monasterium ipso ingressu dominium & possessionem bonorum ingressi transferri; requiritur tamen ad hoc quòd subsequatur professio expressa seu tacita, iuxta gloss. Bart. & cæteros in dict. auth. ingressi. Hondedei. vbi supra nu. 19. Sed hodie per S. Conc. Trid. nulla acquiritur monasterio actio ante professionē, vt statim dicemus.

Quæ sententia principalis planiùs hodie procedit in quocūq; nouitio vel nouitia, attento decreto. 16. de regul. sacri Concil. Trident. sessione. 25. quo cauetur, ne ante professionem, excepto victu & vestitu nouitij, vel nouitiæ, illius temporis, quo in probatione est, quocūq; prætextu à parentibus, vel propinquis, aut curatoribus eius, monasterio aliquid ex bonis eiusdem tribuatur: ne hac occasione discedere nequeat, quòd totum vel maiorem partem substantiæ suæ monasterium possideat, ne faciat, si discesserit, id recuperare possit: quin potius præcipit sancta Synodus sub anathematis poena dantibus, & recipientibus, nec hoc vilo modo fiat, & vt ab eū tibus ante professionem omnia restituatur, quæ sua erant: si enim nihil tribuendum est monasterio ex bonis nouitij, vel nouitiæ ante professionem, excepto victu & vestitu pro tempore probationis, consequitur, monasterium morte ipsius nouitij ante professionem nihil acquirere, vt voluit post hæc scripta, allegans dict. decretum Concilij Trident. (et si id non aperiatur) Menoch.

d. presump. 84. num. 12. & expresse post hæc scripta hodie ita tenendū. Et ex d. decreto Concilij, contra Dec. affirmat Vicent. Hondedei d. consil. 94. num. 8. Quinimò argumēto sumpto ex illis verbis, Ne facillè si discesserit, id recuperare possit (salua in omnibus correctione sacrosanctæ matris Ecclesiæ, & dominorum Cardinalium congregationis Concilij Trident. quorum munus est declarare decreta eiusdē Concilij) apertè colligitur, quòd decedente monacho, vel moniali in monasterio infra annum probationis, bona sua, cuiuscunq; generis sint, dotis nempe, vel aliàs, ad monasterium nò pertineant: præsupponit enim, quòd si tradita sint monasterio, recuperari postea possint, decedente nouitio vel nouitia ante professionem: aliàs frustra diceret, Ne facillè si discesserit, id recuperare possit: si enim monasterio acquireretur, non erat opus rationem cōstituere in difficultate recuperationis: cum igitur ob id præcipiat, ne quid ex bonis nouitij, vel nouitiæ monasterio tribuatur ante professionē, clare innuitur ab eodē Concilio, quòd si aliàs tradatur, & nouitius vel nouitia tempore probationis decesserit, datum exigi ac recuperari possit; tamen si non facilis exactio sit: nam si monasterio acquireretur, improprie difficilis recuperatio appellaretur, cum potius esset impossibilis de iure, quia nulla daretur: fit igitur, vt ante professionem bona nouitij vel nouitiæ nullo modo monasterio acquirantur. Decedēte ergo ipso nouitio, vel nouitia, ante professionem in monasterio, ei non acquiruntur. † Et quāuis Concilium in verbis supra relatis tantū loquatur, quādo nouitius vel nouitia exeunt à monasterio ante professionē, vt possunt: nihilominus tamē ex ratione in eo expressa, vt supra perpensa, idē est dicendū ex mēte eiusdē, quando nouitius vel nouitia in religione decedit infra annū probationis, vt bona ipsius minimè ad monasteriū pertineāt, nec ipsi acquirantur, sed potius venientibus ab intestato ipsius nouitij vel nouitię ipsis ab intesta-

to decedentibus, vel renuntiatione legitima non facta, cū ex d. Concilio constet, ante professionē nullā acquiri monasterio actionem nec retentionem ad bona nouitij vel nouitiæ, præter victū, & vestitū: & ita obseruatur, vt affirmat Hondedei vbi supra d. nu. 8. in moniali defūcta in monasterio ante professionē.

Idem à fortiori comprobatur ex decreto. 15. de regular. eiusdē sessio. 25. dū in eo sancitur, omnē professionē in quacunq; religione etiā, non mendicantiū, intra annū probationis factā, ipso iure nullam esse, & nullum penitus effectū parere posse: ex hoc enim consequitur, minimè posse quē dici obligatum religioni, eo quòd intra annū probationis voluerit mutare vitam, & sic contra limitationē Parisij & Menoch. vbi supra, contra quos ibi tenuimus: ita in terminis expendit in proposito Conciliū Nauarr. in. c. nullā nu. 45. 18. q. 2. quem refert & sequitur Menoch. d. presump. 84. num. 6.

In sūma, ex supradictis quinque casus resolutiue colligo. Primus est, quando quis ingreditur religionē bonorū capace, cui expresse obitultit se & sua, & demū intra annū probationis decedit, & tunc eius bona monasterio censentur acquisita, secundū Abb. & magis cōmuniter DD.

Secundus casus est, quando ingressus religionē, expresse bona sua eidem non contulit, sed simpliciter intrauit causa probationis, ibiq; decessit intra eius annū, absq; renuntiatione, vel testamento, & tunc applicatur venientibus ab intestato secūd. opinio. Abb. magis receptā.

Tertius casus est, quando cōstat præsumptionibus & cōiecturis voluisse mutare vitam, & religionem ingredi, vt in exēplis præfixis, & tamen decessit intra annū probationis intestatus, & absq; renuntiatione, & tunc secūd. opinio. Abb. veriorē, & ab alijs receptā, eius bona nò acquiruntur monasterio, sed venientibus ab intestato: præmaximè attento decret. 15. de regular. sacri Conc. Tridentini, vt supra inducto.

Quar-

Quartus casus est in dubio, quando non constat, an nouitius fuerit ingressus religionem animo profitendi, vel probandi, vel experiendi religionem, & tunc si decedat intra annum probationis intestatus & absque renuntiatione, eius bona non acquiruntur monasterio, sed ad venientes ab intestato reuertuntur, eisq; deferuntur, secundum veram & receptam sententiam, atq; tenendam in iudicando & consulendo: quæ multo magis procedit in puella ingrediente religionem minore. 12. annorum. Idem regulariter est tenendum in omnibus dotibus monialium, etiam maioris ætatis, decedentium infra annum probationis, & in quibuscunq; nouitijs, maribus vel foeminis, decedentibus infra annum probationis, bona namq; sua monasterio non acquiruntur, sed venientibus ab intestato deferuntur, præcipuè attento sancto Concilio Tridentino, vt supra expenso.

Quintum casum definit nouiter Menoch. d. præsumpt. 84. numer. 7. in nouitio, qui bona sua religioni expressè non obtulit: constat tamen præsumptionibus & coniecturis, voluisse mutare vitam, atque religionem ingredi, & deinde decedit post annum probationis, nulla alia expressa professione facta, retento adhuc habitu nouitiorum, nempe bona huiusmodi censi acq;uisita illi monasterio, sicuti in specie præmissa responderat idem Menoch. d. consil. 396. numero. 12. lib. 4. quod vtrobiq; bene probat, verumq; mihi videtur.

Omitto alium casum, vt potè omnidubio carentem, nempe quando quis ingreditur religionem incapacem bonorum in communi & in particulari, vt puta fratrum Minorum, quia tunc apertum est bona huius decedentis intra annum probationis non acquiri monasterio, cum eorum capax non sit, vt in specie docuit Paris. in dicti. cap. in præsentia, quem retulit Menoch. d. consil. 396. numero. 2. lib. 4. & in dicti. præsumpt. 84. nume. 2.

- 1 **I**ndex ordinarius potest iterum iudicare, si sententia, quam primò tulit, nulla sit.
- 2 Hoc tamen intelligitur, quoties questio nullitatis venit incidenter; secus si simpliciter, nã potest coram eodem iudice proponi, & coram superiori: hoc tamen vltimum intelligitur, quando superior non habet limitatam iurisdictionem, aliàs oportet simul appellare tunc, cum agitur de nullitate, vt in nu. 3.
- 4 Appellans saluo iure nullitatis, quid velit sentire.
- 5 Appellans non dicat, Saluo iure nullitatis, ne ex hoc sibi obijciatur reseruisse nullitatem: sed dicat, No haziendo alguno, lo que en si es ninguno.
- 6 Natura dictionis, Saluo, est modificare & restringere præcedentia.
- 7 Index nullitatis sententia, non solum poterit super nullitate pronuntiare, sed etiam super causa principali.
- 8 Index delegatus non potest cognoscere de nullitate sue sententia diffinitiva.
- 9 L. si vt proponis. 1. C. quomodo & quando in iudex, intellectus.
- 10 Index posteaquam. ff. de re iudic. procedit, non solum in iudice delegato, sed etiam in ordinario.
- 11 L. iudex posteaquam. ff. de re iudic. non loquitur de sententia nulliter lata, sed de æqua, vel iniqua.
- 12 Dictio, Bene, idè significat quod dictio, Rectè. Dictio, Rectè, non solennitatem, sed ius partis ostendit.
- 13 Differentia inter dictiones, Rite, & Rectè; rite enim ad solennitatem refertur: rectè verò ad iustitiam.
- 14 Corrige idè est quod emendare: emendare verò nihil aliud est, quã actum in se validum aliqua parte reficere, substantia ipsa permanente.
- 15 Auditores sacri Palatii Rotæ non possunt cognoscere de nullitate sue sententia diffinitiva quia quamuis in cognoscendo habeant ordinariam potestatem, in pronuntiendo tamen & definiendo habent delegatam.
- 16 Index delegatus non potest declarare suam sententiam, sed delegans.
- 17 Index delegatus an ex noua delegatione possit de eadem re iudicare.

- 18 Delegatus principis ad causam non potest cognoscere de nullitate sententiæ.
- 19 Delegatus à principe, ordinario equiparatur, ac proinde subdelegare potest, sicut ordinarius.
- 20 L. si ut proponis. r. C. quomodo & quād. ind. loquitur in delegato inferioris à principe.
- 21 Dictio. Denuo, causam iam semel commissam insinuat.
- 22 Postquā semel causa corā iudice tractari cœpit, illius manus nō egreditur, sicq; in eā inferior intrmittere se nō potest, nisi ex principis commissione.
- 23 Delegatus à Papa potest intra annū suam sententiā exequi, non tamen annullare.
- 24 Delegatus ad vniuersitatem causarū potest de nullitate suæ sententiæ cognoscere, & nu. 25.
- 26 Delegatus ad vniuersitatem causarum equiparatur ordinario.
- 27 Auditor generalis Camere Apostolicæ, vrbis gubernator, Vicarius, senatus Marescalcus, & auditor contradictarū, qui in Romana curia pro ordinarijs iudicib; reputantur, suas sententiā nullas reuocare, & ex integro pronūtiare poterunt.
- 28 Delegatus, qui iudicauit contra formam mandati, iudicare iterum potest.
- 29 Delegatus iudicans contra formam mandati, abutitur potestate.
- 30 Delegatus, qui nulliter iudicauit per errorem facti an cognoscere possit de nullitate suæ sententiæ, atque eā reuocare? & numeris seq.
- 31 Arbitr postquā laudauit, functus est officio suo, siue bene, siue malè, etiā si per errorem pronūtiauerit.
- 32 Arbitri. redacta sunt ad instar iudiciorum.
- 33 Delegatus datus a dco se dē dū beneficiū, nulliter conferens, potest iterum conferre.
- 34 Delegatus an possit restitutionē in integrū concedere aduersus suā sententiā diffinitiuā, cōstito de latione. & numer seq. præcipuè n. 37
- 35 Delegatus à principe potest restitutionē in integrū concedere aduersus suam sententiā.
- 36 Minor læsus per sententiā, potest à iudice contra eam restitutionem petere.
- 38 Aduersus sententiā eius, qui vice principis cognouit, solum princeps restituit.
- 39 L. fin C. vbi & apud quem, procedit in restitutione petita corā iudice delegato aduersus suam sententiā interlocutoriā, quā concedere potest, si non habeat vim diffinitiuā: aliās secus.

- 40 Iurisdicctio iudicis delegati à principe durat post sententiā intra annū, quo ad executionem ipsius sententiæ, non verò quo ad restitutionem contra eam concedendam.
- 39 L. si. tit. 25. p. 3. intelligi debet de ordinario iudice, de quo ipsa lex agit, nepe ut is restitutionē in integrū aduersus suā sententiā diffinitiuā concedere possit, non verò in iudice delegato.

CAPVT II.

An iudex delegatus possit cognoscere de nullitate suæ sententiæ diffinitiuæ, vel restitutionem in integrum aduersus eam concedere?

- I QV ANVIS iudex ordinarius iterum iudicare possit, si sententiā diffinitiuā, quam primò protulit, nulla sit, iuxta glos. fi. in fi. in. l. iudex posteaquā. ff. de re iudic. vbi Bart. & Alex. nu. 20. tex. in. l. 4. C. de accusat. & ibi glos. fin. ad fin. l. si præses. & in. l. si ut proponis. la. 2. C. quomod. & quando iudex. Bart. in. l. si expressim. numer. 14. ff. de appellat. Alexand. in rubrica. ff. de officio eius, cui mand. est iurisd. numer. 15. Felin. in. c. qualiter & quando. el. 2. numero. 37. de accusat. latè Dec. in cap. in literis. numer. 6. de officio deleg. Rip. in. l. quod iussit. nu. 62. ff. de re iudicata. Vantius in tractat. de nullit. in tit. coram quo nullitas proponi possit, num. 9. & in titul. de nullit. sententiæ ex defectu iurisd. ordin. num. 114. verfi. fallit in ordinario. Tiraquel. in. l. boues. §. hoc sermone, in. r. limitatione. num. 40. ff. de verb. signifi. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. quæst. 67. numero. 2. † hoc tamen intelligendum est, quoties ego volo petere principaliter, quod iterū causa decidatur, & sic quoties quæstio nullitatis venit incidenter, quia tunc ipse idem iudex debet adiri, vt in dict. l. 4. cum siml. C. de accusat. secus si simpliciter dicam sententiā nullam, sicut in dict. l. si expressi-

preſim, quia tunc poſſum petere, vel coram iudice primo, vel coram ſuperiore; ita diſtinguit Bar. in dict. l. iudex poſteaquam, num. 4. & in d. l. ſi expreſſim. numero. 14. & eſt cōmunis diſtinctio, ſecundum Vantium vbi ſupra numero. 8. qui etiam videndus eſt in numero. 10. & eſt magis cōmuniter recepta hęc diſtinctio, vt teſtatur alios allegans Menoch. vbi ſupra num. 8. quicquid ipſe numero. 12. & 13. pungat contra cōmunem. ¶ Illud tamen, quod prædiximus in. 2. caſu, ſuperiorem adiri poſſe ſuper nullitate, intelligendum eſt in eo ſuperiore, qui nō habet limitatam poteſtatem; vt habet Archiepiſcopus, qui ſine appellatione adiri non poteſt, & ſic in ſimilibus: ſi enim eam limitatam habebat, oportet tunc cū agitur de nullitate, ſimul appellare, hoc modo, nempe: Dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello; aliàs ſecus. c. Romana in princip. de foro cōpet. lib. 6. ita Peruſinus in c. dilecto, queſt. 27. de appellat. Felin. & Dec. in d. c. in literis, & ita magis cōmuniter cōcluditur ſecundum Vantium vbi ſupra numero. 20. ¶ Hoc tamen ſubintelligendum eſt, vt procedat, quādo dicitur ſententia nulla, & ſimpliciter appellatur; ſecus ſi referuetur nullitas, tunc enim neq; de nullitate ſententiæ, neq; ſuper cauſa principali, iuſtitia, vel iniuſtitia cauſe iudex ſuperior pronuntiare vel cognoscere poteſt, ſed tantum pronuntiare, ſuperuacue & fruſtratorie fuiſſe appellatum, vt bene probat alios allegans Alexand. conf. 59. num. 8. cum ſequent. lib. 4. Dec. in c. dilecto. num. 5. de appellat. ¶ Quare appellans non dicat, Appello, ſaluo iure nullitatis, ne ex hoc ſibi obijciatur referuaſſe nullitatē, ſed dicat, *No haziendo alguno, lo que en ſi es ninguno*: quamuis & in hūc ſenſum interpretari queāt verba illa, Saluo iure nullitatis, ſecundum tacitam mentem ea proferentis, nempe vt voluerit intelligere, ne per appellationem videatur conſentire nullitati ſententiæ, vel actorum, vt ſuſtineatur appellatio: ¶ natura enim dictionis, Saluo, eſt modificare & reſtringere præce-

dentiam. ¶ gloſſ. in. l. item Labeo. §. ſed ſi p. ff. famil. herciſcund. verb. ſuprad. gloſ. per tex. ibi in. l. ſi debitor. §. 1. ff. quibus mod. pignus vel hypothe. ſoluitur. ſequitur plures allegans Becius c. nſ. 74. numero. 14. lib. 1. ¶ Iudex igitur nullitatis ordinarius, ſue ſuperior, iuxta præcedentem diſtinctionem, non ſolum poterit ſuper nullitate pronuntiare, ſed etiam ſuper cauſa principali, reformando ſententiam diſſinitiuam, & ſic ſuper iuſtitia vel iniuſtitia cauſa, vt tenet Bart. in dict. l. ſi expreſſim, numero. 4. ſequitur Alexand. conſilio. 118. numero. 4. lib. 6. & hęc eſt cōmunis & magis communis ſententia, ſecundum eundem Alexand. conſil. 79. numero. 2. & 5. lib. 2. ſequitur Dec. in dict. c. dilecto. numero. 5. & plures allegans Vantius vbi ſupra num. 12. Didac. Perez in. l. 2. titul. 15. lib. 3. ordinament. colum. 1275. in fine, & in princip. colum. ſeq.

Hęc tamen licet ita ſe habeant, rectèque procedant in iudice ordinario, iudex tamen delegatus non poteſt cognoscere de nullitate ſuæ ſententiæ diſſinitiuæ, quia per pronuntiationem ipſius extinguitur iuriſdictio delegata, vt in. l. ſi vt proponis. la. 1. C. quomodo, & quando iudex. iuncta gloſſ. final. ibi, vbi Bart. Bald. & alij, idem probat Innocent. in dict. cap. in literis, de officio delegat. vbi ceteri omnes antiqui & moderni, præcipue Felin. numero. 1. & ſequētib. Dec. numero. 5. Alexand. in dict. l. iudex poſteaquam. numero. 12. tenet Rota in nouis deciſ. 341. incip. dubitatur vtrum, Vantius vbi ſupra numero. 14. Rip. in dict. l. quod iuſſit. numero. 63. ff. de re iudic. Tiraquel. & Menoch. vbi ſupra numero. 21. Ruinus conſil. 142. num. 1. lib. 4. ¶ Quæ ſententia ſatis probatur in d. l. ſi vt proponis, ibi enim iudex delegatus protulit ſententiam nullam, die nempe feriata, & altera partium abſente non citata, & inquit text. non immeritò præſidem denuo negotium alterius iudicis notioni terminandum, cōmiſſiſſe. Rectè igitur conſequitur, iuriſditionem ipſius delegati, qui ſententiam

tiam nullam tulit, expirasse ob hoc, quãdò quidem idèò meritò alteri iudici causa committitur; aliàs enim ipsemet, si iurisdictione sua delegata non expirasset, posset de eadem causa & sententiæ nullitate cognoscere, sicut ordinarius; sed cum in delegato per pronuntiationem sententiæ diffinitivæ, etiam nullitè, expiraret iurisdictione, meritò ut ipse hoc non possit, sed alij causa committenda sit; ut in dicta. l. si ut proponis, cuius hic est communis intellectus, secundum Abb. in dict. cap. in literis numero. 4. & ibi Dec. numero. 5. quem etiam tenuit Dynus in regula quod semel. de regul. iur. lib. 6. quamvis eius additio ibi, & Dec. ubi supra velint contrarium, respondendo textui in dict. l. si ut proponis, nempe quòd prolatio sententiæ iniustæ ibi à delegato facta, fuit iusta causa quòd alteri causa committeretur, & propter hoc primus iudex non habeat ulterius potestatem iudicandi. l. iudicium soluitur. ff. de iudic. Sed si non fuisset facta reuocatio, non dicitur ibi quòd iterum iudex delegatus non posset iudicare; nihilominus tamen communis intellectus præfatus verus est & tenendus, quandoquidem si iurisdictione delegati non expirasset per sententiam diffinitivam, etiam nullam; non esset opus nova cõmissione; si ipse quidem posset iterum de causa cognoscere: & quamvis hoc expresse ibi non caueatur, satis tamen innuitur: quare communis hæc sententia & differentia inter iudicem ordinarium & delegatum receptissima est per omnes vtriusque iuris professores, ac proinde temerarium esset aduersus eam tenere in iudicando & consulendo.

10 Nec contra eam obstat text. in d. l. iudex posteaquam. ff. de re iudic. dum generaliter loquens inquit: Iudex posteaquam dixit sententiam, iudex esse definit, & hoc iure utimur, ut iudex, qui semel, vel pluris, vel minoris condemnauit, amplius corrigere suam sententiam non possit, semel enim, malè, seu bene, functus est officio: videtur

enim ex hoc tam in iudice delegato quam in ordinario probare extinguam iurisdictionem ipsius per pronuntiationem sententiæ diffinitivæ: intelligere enim præd. l. in iudice delegato, esset diuinare, cum neq; verbum vnum in ea de delegato habeatur: quare verius eam intelligere videtur Bart. ibi numer. 3. in iudice ordinario, cum de iudice simpliciter loquatur, & idèò de ordinario in dubio, tanquam in potentiori significato, intelligi debet; iuxta doctrinam Federic. de Senis consi. 205. quem sequitur Corraf. & Dec. eos q; referens Menoc. ubi supra num. 23.

11 Non obstat inquam dicta. l. in ordinario intellecta, cõmuni resolutioni ac differentie supra traditæ, quia ipsa lex non loquitur de sententia nulliter lata, sed de æqua, vel iniqua, hoc est, contra ius partis, quem sensum verba illius tex. suadent, illa nempe, Semel enim, malè, siue bene, functus est officio suo: † quia dictio, Bene, idem significat, quod dictio, Rectè, ut docet Bald. in. l. eos, columna. 2. versic. & nota, quòd ad uerbium, Bene. C. de appella. quem sequitur Ias. in. l. lecta. numero. 16. ff. si cert. pet. & in. l. iustè possidet, numero. 8. ff. de acquirend. posses. Sed dictio, Rectè, non solennitè, sed ius partis ostendit. l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bonorum possessione contra tabul. l. 2. & ibi gloss. ff. de inofficioso testamen. † hæc namq; differentia est inter dictiones, Rite, & Rectè: rite enim ad solennitatem refertur, rectè vero ad iustitiam, ut supra cap. præcedenti numero. 78. latè deduximus. Cum ergo ille tex. dicat malè, intelligitur, non nulliter, sed iniustè, & sic contra ius partis latam fuisse sententiam. meritò ergo si ordinarius non sit amplius iudex, sententiam suam corrigere non valeat, quia causa per appellationem deuoluitur ad superiorem. l. eos. in principio. C. de appellat. Præterea conducunt ad hunc sensum verba alia eiusdem. l. iudex posteaquam. ea nempe, Amplius corrigere

14 sententiã suã nõ possit; quia corrigere est

est idem quod emendare : at emendare, nihil aliud est, quam actum in se validum in aliqua parte reficere, substantia ipsa permanente, vt post Bart. docuit Dec. in l. edita. numer. 19. & 20. C. de edendo. Text igitur ille, cum asserendo corrigere nõ possit, præsupponit actum sui natura validum; & ita cum nouiter, & bene intellexit Menoch. vbi supra num. 24. & 25. Non ergo ille text. sic intellectus: nocet receptissimæ differentia supra adductæ, quandoquidem illa loquitur, quando sententia est nulla: text. verò in d. l. iudex posteaquam, in sententia valida, iusta, vel iniusta, quam amplius iudex, etiam ordinarius, corrigere, vel emendare non potest, addendo vel minuendo.

15 Ampliatur primò cõmunis sententia loquens in delegato, vt procedat etiam in auditoribus Apostolicis sacri palatij Rotæ, hienim quamuis in cognoscendo habeat ordinariam potestatem, in pronuntiando tamen & definiendo: habent delegatam, & idè suas sententias definitiuas, etiam nulliter prolatas, non poterunt reuocare, neque reformare; ad instar delegatorum, prout tenent ipsemet reuerend. Patres domini Auditores dicta decis. 341. in nouis, refert & sequitur Ripa in dict. l. quod iussit. numero. 63. Cassiodor. decis. 5. de rescript. numero. 3. Vantius alia adducens vbi supra numero. 15. estq; sine dubio: & idè quotidie in Romana curia. sũt cõmissiones & rescripta, quibus datur illis exercitium iurisdictionis habitu competentis, vt in decisione. 429. in causa beneficiali, & decisione sequenti, circa finem, in nouis, quas adducit Vantius vbi supra.

16 Secundò eadem cõmunis sententia extenditur, vt procedat etiam quoad solam sententiæ declarationem, quam delegatus ipse non potest facere, sed solus delegans, ex verbis tamen delegati, vt tradunt DD. in c. ex parte. 3. de verborum signific. & clarè Alciat. responso 439. in fin. qui ita respondit senatoribus Mediolanensibus, qui quoad causas sibi

cõmissas delegati dicuntur, prout refert & sequitur Menoch. vbi supra nu. 26. Tertiò ampliatur, vt etiam non possit amplius ex noua delegatione de eadem re iudicare iudex delegatus præfatus, iuxta glos. & Bald. in l. i. C. de sententijs ex periculo recitandis, & Felin. in c. ad hæc. col. 1. in fi. de appell. hoc tamen verum est & procedit ex noua delegatione inferioris à principe; secus verò ex delegatione supremi principis, qui potest delegare causã, etiã iudici à quo, iuxta glo. in l. eos. C. de appell. ita Ripa in d. l. quod iussit, n. 63. ff. de re iudicata.

18 Quartò & vltimò ampliari potest præfata magis communis sententia in delegato principis ad vnã tantum causam. Quod primò probatur ex generalitate dictæ. l. si vt proponis. Secundò, quia non reperitur iure cautum, aliud specialiter esse indultum delegato principis: quare hanc sententiam rectè probarunt Bald. in d. l. si vt proponis. Imol. & Ripa in dict. l. quod iussit, numer. 63. vbi testatur esse cõmunem sententiam & veram, quicquid dicat Angel. quam etiam tenet Rota d. decisione. 341. sequitur Felin. in dict. c. in literis, num. 1. & ibi Dec. nu. 5. testatur communem: sequitur Felin. in d. cap. qualiter & quando, num. 39. de accusatio. Marant. de ordine iudiciorum. 4. parte. 5. distinctione, num. 47. Alexan. in rubrica nu. 5. & sequentibus. ff. de officio eius, cui mand est iurisdictione. vbi latissimè eam probat, & Lanfranc. in c. quoniã contra. in parte, Interlocutoria, nu. 54. cum sequentibus, de probatio. glos. & Alex. in d. l. iudex posteaquam. nu. 12. Felin. in c. cum cessante, num. 1. de appellatio. decisio Cappellæ Tolosana. 38. & ibi Aufrerius: est cõmunis secundum Boeri. q. 5. nu. 6. & magis cõmunis secundum Menoch. vbi supra nu. 28. alios allegantem.

19 Sed cõtra hæc ampliatione facit, quia delegatus à principe, ordinario æquiparatur, ac proinde delegare alteri potest, sicut ordinarius. l. à iudice. de iudic. & ibi DD. c. pastoralis, in princip. de officio delegat. cum simil. & est maior ordinario

nario in causa sibi cõmissa: cap. sanè. de officio delegat. Nec obstat dict. l. si vt proponis, quia ipsa loquitur in delegato inferioris à principe, vt patet ibi, Nõ immeritò præles de nouo negotium terminandum cõmisit: ¶ dictio enim, De nouo, causam iam semel commissam fuisse insinuat: quia idem est quòd dictio, Iterù. gloss. in. l. i. C. de aduocat. diuers. iudic. & in. l. cum prior. C. de distractione pignorum, & sic à præside, non à principe fuit ibi causa primo commissã. Nec dictio Denuo, ad verbum terminandum referri oportet, vt sit sensus, præsidem cõmisisse negotiũ iterum terminandum, quod princeps semel prius commiserat: hoc namque stare non potest, ¶ quia postquam semel causa coram principe tractari cõepit, illius manus non egreditur, sicq; in ea inferior intromittere se non potest, nisi ex principis commissione. cap. vt nostrum, de appell. cap. studuisti. cap. licet. de officio delegati. Dec. consil. 137. Ias. consil. 9. & 20. in fine, lib. 4. Alciat. responso. 410. numero. 1. Albanus consil. 78. numero. 1. Menoch. vbi supra nu. 30. qui ita post Bellon. quem refert, respondet ad. l. si vt proponis. Non obstat etiam, quòd non reperitur in iure cautum, vt delegatus à principe possit cognoscere de nullitate sententiæ diffinitiuæ, quia imò hoc argumentũ potest retorqueri, quia nõ reperitur iure cautum, quòd sit functus officio suo; quo fit, vt hanc sententiam aduersus cõmunẽ præcedentem sequatur Angel. in. l. iudex posteaquam. circa ff. de re iudic. quẽ sequitur Dec. in d. c. in literis. nu. 5. & Bellõ. lib. 3. supput. iur. c. 18. & eã esse equã, & maiori benignitate fulciri affirmat Boer. d. c. 6. nu. 6. qui nu. 1. cũ sequentib. refert purã arresta secundum eã lata, quem refert, & cum eo transit Vantius vbi supra nu. 14. in fi. & esse veriorẽ eã sequutus testatur Meno. vbi supra n. 30. Sed nihilominus magis cõmunis sententia est in contrariũ, vt vidimus, quæ est verior, tanquam verior & cõmuniõis sententiæ probatur ex regula cõmuni generali, atq; ex ip-

sus mente, quæ habet, vt delegatus non possit cognoscere de nullitate suæ sententiæ, quia expirauit sua iurisdictio; eadem nãq; ratio militat in hac specie in delegato à principe ad vnã tantum causam, quæ in alio delegato ab inferiore; in vtroq; siquidem extinguitur iurisdictio delegata per prolationem sententiæ: differentia enim nulla ratio assignari potest, ¶ præterquã quoad executionem suæ sententiæ infra annum in delegato à Papa: vt in. c. quærenti, de officio delegat. non verò ad eam impugandã, vel retractandã, secundum Paul. Castren. ita intelligentem dict. cap. quærenti. in. l. aduersus. numer. 1. C. si aduersus sententiam. cùm vterq; sit iudex particularis vnus tantum causæ, & idem meritò amplius in ea se intromittere non potest: ¶ si enim esset delegatus ad vniuersitatem causarum, tunc rectè id facere posset, vt norant Auferrius, & Marant. vbi supra. Quinimò & delegatus ab alio quã à principe ad vniuersitatem causarum, id poterit, vt infra dicemus. Neque quòd delegatus à principe, sicut ordinarius subdelegare possit, nobis obest in proposito, id siquidem est à iure expressum, non verò ob id idem in nostra specie inferri potest, cùm sit diuersa, in qua non reperitur expressum, quod Angel. & sequaces volunt, sed potius contrarium simpliciter & in genere: & quamuis in casu d. l. si vt proponis, fateamur, delegatum illum fuisse à præside; non verò à principe constitutum, nihilominus tamen cõmunis sententia indistinctè loquitur, & habet, vt delegatus non possit cognoscere de nullitate suæ sententiæ diffinitiuæ ex defectu iurisditionis; quæ per prolationem sententiæ fuit extincta. Deniq; magis cõmunis sententiæ ex eorum redditur, atq; contraria excludi debet, quòd auditores Rotæ, quãuis in cognoscendo habeant potestatem ordinariã, quia tamen in definiendo habet delegatã, non possunt reuocare suas sententias diffinitiuas, etiã nulliter prolatas, vt prædiximus in prima ampliacione; & tũ

sunt

sunt delegati à Principe: ergo à fortiori nec alij delegati.

25 Primò, còmunis præfata sententia, quæ habet, quòd delegatus non possit cognoscere de nullitate suæ sententiæ, fallit in delegato ad vniuersitatem causarum, is enim cùm non desinat esse iudex, quoad vniuersas causas, quæ contingunt suboriri, meritò vt remaneat iudex in causa nullitatis, si postea proponatur. † Hinc est, quòd talis delegatus æquiparatur ordinario, secundùm glos.

26 verb. delegatus, in fi. in. c. causam. de appell. nam vtriusq; iurisdictio vniuersalis est, & iste delegatus potest subdelegare, sicut ordinarius. Bar. & còmuniter DD. in d. l. à iudice. C. de iudic. & in terminis ita tenet Ange. Imo. & moderni in d. l. quæ iussit. Bal. & Salicet. in d. l. si vt proponis. Innocent. Ant. de Butrio. Abb. & Fel. in d. c. qualiter & quãdo, de accusat. num. 40. idem Fel. in d. c. in literis, num. 1. & Rip. in d. l. quod iussit. nu. 64. & Menoch. vbi supra num. 31. tametsi Imol. in d. l. iudex posteaquam, dicat hanc opinionem non transire sine dubio; & contra communem quibusdam fundamentis nititur tenere Dec. d. num. 5. sed nihilominus còmunis est tenenda, quam plures allegans sequitur etiam Vantius vbi supra, in titulo coram quo nullitas, nu.

27 17. † ex ea inferens, quòd Camerarius, auditor generalis ipsius Camere Apostolicæ, vrbis Gubernator, Vicarius, senatus Marscalcus, & Auditor contradictarum, qui in Romana curia pro ordinarijs iudicibus reputantur, ex quo sunt ad vniuersitatem causarum delegati ad instar ordinariorum ipsorum sententias nullas reuocare, & ex integro pronuntiare poterunt in causis, quas ipsi tanquam ordinarij, ac virtute generalis illorum delegationis & facultatis cognoscunt; secus si ex speciali rescripto còmissio alicuius causæ illis demãdaretur, quia stãte huiusmodi speciali rescripto, illa prima generalis còmissio cessare videtur.

28 Secundò limitatur còmunis sententiæ prior in delegato, qui iudicauit contra formam mandati, is etenim iudicare ite-

rum potest, cùm data iurisdictio consumpta non fuerit, vt in. c. cum dilecta. de rescrip. sicut in arbitrio dicitur in. l. quid tamen, in principio. ff. de arbit. ita tenent omnes DD, qui supra, & testatur còmunem plures allegans Felin. numer. 1. & Dec. in d. cap. in literis, numero. 6. idem Felin. in d. cap. qualiter & quando, numer. 41. cum sequentibus, & Rip. vbi supra, numer. 66. & Menoch. nume. 27: sequitur etiam plurimos referens Mexia in. l. regia Toleti de los terminos, in vltimæ partis conclusione numer. 1. & 39. fol. 198. in fin. & fol. seq. & ita est tenendum, quamuis contrarium teneant Ioã. And. Ant. & Calderin. in. d. c. qualiter, Ancharr. in Clem. 1. de re iudicat. Imol. & Dec. in d. c. in literis, nu. 6. vbi dicit, quòd probabilis videtur opinio: eius tamen fundamentis respondet Rip. vbi supra d. num. 66. vbi alia ratione mouetur contra còmunem, † nempe quòd delegatus iudicans contra formam mãdati, abutitur potestate, ergo sua potestas debet magis finire per abusum, quàm per simplicem vsum: argumento. c. priuilegia, de priuileg. Sed huic obiectioni respondeo, quòd ipsi delegato nullum damnum vel lucrum sequitur, seu priuilegiũ versatur in eo quòd dicatur functus officio suo, sed tantum partibus: ergo cessat regula d. c. priuilegia.

30 Tertio eadem còmunis regula, quòd delegatus non possit cognoscere de nullitate suæ sententiæ diffinitiuæ, limitatur ab aliquibus doctoribus in delegato, qui nulliter iudicauit per errorem facti, is enim poterit de nullitate sententiæ cognoscere, atq; eam reuocare: ita Innocent. in. c. 1. de re iudic. arg. l. error. ff. de iuris & fact. ignor. vbi loquitur in iudice delegato exequutore dato ad conferendum beneficium vni, quando vacabit, qui illud còtulit cuiusdã, qui putabatur mortuus, cùm re vera viueret, & inquit quòd poterit iterum conferre, existente vera vacatione beneficij, quia fuit error facti: eandẽ limitationem tenet Bar. in d. l. iudex posteaquam. & ibi Alexan. nu. 15. & Paul. de Castr. in. l. cū quærebatur.

tur eod. tit. Petrus de Ancharr. in dict. Clé. i. de re iudicat. & Tira. in d. l. boues §. hoc sermone limitatione prima, nu. 41 ff. de verb. sig. Menoch. vbi supra, num. 32. & alij, népe Dec. in d. c. in literis, n. 9.

- Hæc tamen limitatio in terminis nostræ regulæ cōmunis nō est vera, ac proinde tenendum est cōtrarium in specie ipsius. Primò per tex. in d. l. si vt proponis, quia ibi iudex credebat illū esse verū contumacē, qui non erat contumax, & nihilomin⁹ ibi probatur, quòd iudex functus est officio suo, & ideò ibi notat Bald. illum tex. cōtra Innoc. in d. c. i. de re iudicat. † Secūdò per text. in l. dicere. in fi. cū duobus sequētib. ff. de arbit. vbi probatur, quod arbiter postquā laudauit, functus est officio suo, siue bene, siue malè, etiamsi pronuntiauit per errorē:
- 32 † sed arbitria redacta sunt ad instar iudiciorū, vt in l. i. ff. de arbit. ergo, & c. & ita in hac limitatione cōtra Innoc. vbi supra tenent Hostien. Ant. & Abb. in d. c. i. de re iudic. Imol. in d. l. iudex posteaquā. nu. 6. in vers. fallit etiā quartò. Bal. & Salic. in d. l. si vt proponis, per illum tex. Fel. in d. c. in literis, nu. 2. & in d. c. qualiter & quādo, nu. 45. Rip. in d. l. iudex posteaquā, nu. 65. & ita est tenendū.
- 33 † Et pleriq; ex supra dictis saluāt exēplū supra relatū ex Innoc. in d. c. i. de re iudic. nempe in delegato dato ad cōferendū beneficiū, qui si nulliter conferat, nō ob hoc impeditur, quin ipse iterū possit conferre, si primò nulliter cōtulit, quia hic est exequutor, non verò delegatus, & quia princeps videtur mandasse prouisionē effectualem: & beneficia Principū debent interpretari benignè, & ideò in hoc casu dictū Innoc. approbāt DD. cōmuniter, secūdum Alex. in d. l. iudex posteaquā, n. 15. ff. de re iudic. & Fel. vbi supra, & sequitur plures referens Mexiā vbi supra, n. 48. Sed alię limitationes ad vtrāq; regulā, tam iudicis ordinarij, quā delegati, assignantur per DD. vbi supra, apud quos possunt vtrāq; nunc autē sufficiant supra exar. † Reliquum est, vt veniamus ad determinationē quæstionis non triualis, nec in locis ordi-
- 34

narijs prædictis ab vllò scribentium, quod viderim, tacte, superioribus tamen nimis concinæ, ac in praxi contingentis, pro vt à me existente assessore cuiusdam negotij Apostolici fuit iam aduocatis causæ in dubium reuocatum, an iudex delegatus possit restitutionem in integrum concedere aduersus suam sententiam diffinitiuam, constituto de læsione minoris, Ecclesiæ, Reipublicæ, vel alterius communitatis gaudere debentis prædict. restitutionis beneficio, nec ne?

- 35 Et primò pars affirmatiua decisa videtur per text. in l. in fin. C. vbi & apud quem cognitio in integrum restit. agitata sit, circa fi. vbi probatur, restitutionem concedere posse, qui, vel certæ administrationis, cui & iurisdicctio adheret, præpositi sunt, vel ab his fuerint dati, & multo magis delegati à principe, siue hoc specialiter eis fuerit mandatum, vel si generaliter dati sint iudices, vel in alijs speciebus inciderit quædam quæstio restitutionis. Secūdò per text. in cap. quærenti, de officio delegat. vbi iurisdicctio delegati à principe non finitur per diffinitiuam. † Tertio ex. l. 16. titulo. 11. partit. 3. in vers. *mas si algun juyzio*. vbi minor læsus per sententiam, potest à iudice petere restitutionem contra eam: quod & iure communi probat Anton. Gom. in titulo de restitutione minorum, numero. 5. licet non aperiat coram quo iudice petenda sit ea restitutio, neque quis eam concedere valeat. Quartò, & magis accedendo ad nostrā quæstionem, per text. in l. in fin. titulo. 25. partit. 3. afferentem: *Delante aquel juzgador que dio el juyzio contra los menores, è delante su mayor al pueda ser fecha demanda, que se desate por manera de restitucion, &c.* & in terminis hanc sententiam probauit ex d. cap. quærenti. Raphael in l. aduersus. C. si aduersus rem iudicat. & c. & ante eum gloss. in l. minor autem. §. idem Imperator, versicul. non fiet. ff. de minor. & ibi Bart. & alij, est communis sententia, vt plures citās testatur Sfortia Oddo in tractat. de restitut. in integr. i. parte, quæst.

37 quæ. 32. art. 18. nu. 139. vers. in cōtrariū.
 38 His tamen non obstantibus, contra-
 ria sententia est omnino tenenda, imò
 quòd delegatus etiam à Principe ad vnā
 causam (puta super fundo, decimis, vel
 alia re) non possit restitutionem in in-
 tegrum aduersus sententiam diffiniti-
 uam concedere, nisi specialiter sibi esset
 commissam, aduersus tamen interlo-
 quutoriam non habentem vim diffiniti-
 uæ, & sic incidenter, bene possit, licet
 sibi non sit commissum. Primò, quia
 lata sententia, delegati officium est fi-
 nitum, vt in d.l. iudex posteaquam. ff.
 de re iudicat. igitur vt priuatus nihil de-
 bet posse: quamuis lex illa, vt vidimus,
 in iudice ordinario loquatur, & absq;
 remedio restitutionis, ideò non mul-
 tum astringit in proposito. Secundò ex
 d.l. si vt proponis. C. quomodo & quād.
 iudex, quia si lata sententia nulla, iudex
 delegatus amplius non cognoscit, vt
 ibi, à fortiori, vel multo minus, non
 cognoscet, vbi est valida: & hoc funda-
 38 mentum satis vrget. Tertiò, ne ambu-
 lemus per mendicata suffragia, per text.
 expressum in dict. l. aduersus, in fin. C.
 si aduersus rem iudic. ibi: Nam aduer-
 sus eius sententiam, qui vice principis
 cognouit, solus princeps restituet. idem
 probat. l. minor autem. §. idem Impera-
 tor. ff. de minor. cuius verba sunt hæc:
 Idem imperator Licinio Frontoni re-
 scripsit, insolitum esse, post sententiam,
 vice sua, appellatione dictam, in in-
 tegrum restitutionem tribuere nisi solum
 principem, & postea: Sed & si ab Impe-
 ratore iudex datus cognoscit, restituo
 ab alio nisi à principe, qui iudicem
 destinauit, non fiet: si solus princeps po-
 test hoc casu restitutionem concedere,
 ergo ab eo delegatus, nec alius adiri mi-
 nimè poterit. Perperam igitur ibi Ac-
 cursius, & contra verba. l. expressa ad-
 dit: Item ipse, scilicet delegatus: quòd
 si hoc ita statutum est in delegato à prin-
 cipe, vt restitutionem aduersus suam
 sententiam concedere minimè possit,
 sed solus princeps, idem erit à foirtori
 dicendum in cæteris delegatis inferiori-

rum à principe, vt latè cum Bellamera
 probat Sfortia vbi supra d. articulo. 18.
 per totum, & prius articulo. 6.

Ex quibus iuribus, tanquā in hoc ex-
 pressis, hanc sententiam secundam ad-
 uersus priorem probarunt vtrobique
 DD. & præcipuè Bar. in d.l. aduersus, &
 ibi eius additio, & ibi etiam Bald. num.
 2. Paul. Castrenf. 1. Salicet. numer. 2. di-
 cens esse cōmunem: sequitur Abb. in c.
 causa restitutionis, num. 7. de in integrū
 restit. idem Bart. in l. 1. in fin. ff. de quæ-
 stion. & quòd delegatus possit concede-
 re restitutionem in integrum incidenter,
 Marant. de ord. iud. 5. part. princip.
 num. 36. quam sententiam & distinctio-
 nem magis cōmunem, plures allegans &
 eam sequutus, testatur Sfortia vbi supra
 in versic. pro concordia: & postea nu.
 141. limitat illud de interlocutoria, quā
 do ea absorberet totam causam, secund.
 Alberic. & Anchar. quos refert.

39 Non obstant modò adducta in con-
 trarium, & non quidè primum, hoc est
 d.l. si. C. vbi & apud quæ. quia procedit
 in restitutione petita corā iudice delega-
 to aduersus suā sententiā interlocuto-
 riā, quam cōcedere potest, si non habeat
 vim diffinitiuæ; aliàs secus: dicta verò
 l. aduersus. cum similib. in sententia
 diffinitiuā iudicis delegati; quia aduer-
 sus eam is restitutionem in integrum
 concedere nno potest, sed solum prin-
 ceps, nisi sibi specialiter id cōmittatur:
 vt in d. l. ita tenet ibidem Bar. & cæteri
 cōmuniter DD. Idem Paul. Castrenf. in
 d. l. fin. nu. 1. vers. 3. potest intelligi, vbi
 illud de restitutione, quæ incidenter pe-
 titur, exemplificat aduersus lapsum ter-
 mini, vt minor possit probare: secus si
 principaliter petatur restitutio, nisi spe-
 cialiter mandetur, vel sit delegatus ad
 vniuersitatem causarum: est q; recep-
 ta & vera resolutio, per quam prædictæ
 omnes leges reducuntur ad cōcordiā.

40 Non obstat secundū, id est cap. quære-
 ti. de officio delegati, vbi iurisdicctio iu-
 dicis delegati à principe, durat post sentē-
 tiā intra annū: nam illud procedit quo-
 ad executionē ipsius sentētiæ, nō verò
 quod

quoad destructionem: ita Paul. Castr. in d.l. aduersus nu. 1.

Tertium, hoc est. d.l. 16. tit. 11. par. 3. nihil contra nos probat, quia nõ agitur ibi, corã quo iudice petẽda sit in integrũ restitutio, nec quis cõcedere eã debet.

Quartum de. l. fin. tit. 25. par. 3. intelligi debet de ordinario, de quo. l. illa agit, non verò de delegato. Remanet igitur supra dicta cõmunis resolutio satis defẽsata, quæ est vera, & tenenda in iudicando & consulendo. Nec obstat si dicatur, prout mihi respõsum fuit ab vno ex aduocatis d. causæ, stylum contrariũ induxisse hoc casu, vt idem iudex delegatus concedere possit restitutionem in integrum aduersus suam sententiam diffinitiuam, sicut ipse testabatur se sæpe vidisse: nam respondeo primò, hoc nos non credere, & præterea errore introductũ esse, atq; proinde nihil præstare, vt in. l. quod non ratione, cum sim. ff. de legib. & non quod fit, sed quod fieri debet feruandum est, vt in brochardico iuris habetur: cùm enim aduocatus ille ad hoc non aduertisset, & captus reperiretur, quærebat asylum styli contrarij, & non fuit admissus.

S V M M A R I V M.

- 1 Præceptum diuinum de non occidendo, se ipsum occidentem comprehendit.
- 2 Occidens se ipsum, in ecclesia sepeliendus non est.
- 3 Occidens se ipsum, cum psalmis sepeliendus non est, sed in canina sepultura.
- 4 Occidens se ipsum, in flumine est projiciendus.
- 5 Occidens se ipsum secundum Platonis sententiã in solitaria est sepeliendus sepultura, vbi alius nemo condatur, & in his locis, quæ de duodecim partibus vltima deserta, nec ei statua, nec inscriptio sepulchrum notetur.
- 6 Quamuis publicè non liceat pro se occidente orare, priuatim tamen licet pro eo qui creditur in vltimo vita spiritu criminis dolorem, & contritionem poenitentia ductum habuisse.
- 7 Ob id inter alia hoc crimen periculosissimum est, quia non restat tempus, vt poenitentia expietur.
- 8 An cùm constat de poenitentia in articulo mortis eius, qui se ipsum occidit, sit sepeliendus in ecclesiastica sepultura.
- 9 Decedens in torneamentis iure Canonico prohibitis, non est sepeliendus in ecclesiastica sepultura, etiam si Sacramento Poenitentia & Cõmunionis munitus accesserit.
- 10 Occidens se ipsum, ad hoc vt ecclesiastica careat debeat sepultura, ante omnia constare debet de hac qualitate, quod se ipsum occiderit.
- 11 In dubio licet aliquis reperitur mortuus, non est præsumendum se ipsum occidisse, cùm nemo immemor suæ salutis præsumatur.
- 12 Occidens se ipsum quocunq; modo, causa, aut tempore, carere debet ecclesiastica sepultura.
- 13 Inuentus laqueo suspensus, præsumitur se occidisse, & sufficit ad hoc vt ecclesiastica careat debeat sepultura, vel si alijs violentis & indubitatis indicijs arguatur sui proprij occiso, nisi aliquibus probis coniecturis ea excludi possint; secus aliàs, quamuis reperitur mortuus, per prædicta.
- 14 Si coniecturis aliquot præsumi potest, aliquem furore, aut mentis alienatione se ipsum occidisse, ecclesiastica tunc gaudebit sepultura, quamuis laqueo suspensus inueniatur.
- 15 Repertus mortuus in puteo, vel fonte, non est priuandus ecclesiastica sepultura, quia non præsumitur se ipsum precipitasse, casu enim potuit ibi decidere. Idem dicendum est in reperto in amne vel flumine suffocato, etiam vestito, vt in nu. 16. Idem in reperto in via, vel in alio loco, mortuo, vel ex fenestra proiecto, vt in num. 17.
- 18 Se ipsum occidens, quomodo & quando, quibusq; poenis puniatur iure civili, & ms. 19. idem esse in his, qui propter hæresim vincti se ipsos in carcere occiderunt.
- 20 Si quis se in puteum precipitauerit, & mortuus fuerit, non debent eius bona confiscari, nisi appareat quòd id fecerit conscientia criminis, vt hic.
- 21 Vbi quis non esset accusatus, inquisitus, vel deprehensus de aliquo crimine, si reperitur mortuus, eius bona nõ publicantur, si ipsius heredes parati sint eius defensionem suscipere,

perere, atque innocentiam probare, nisi à fisco contrarium probetur, scilicet seipsum occidisse, præterquam si tunc temporis occisus pariebatur dolorem, furorem, vel aliã iracundiam, &c.

- 22 Cadaver eius, qui seipsum occidit, furca suspendi non debet.
- 23 Intestabiles quando fiant hi, qui seipsum occiderunt.
- 24 Condemnatus ad mortem, seruus poena existimatur, ac proinde intestabilis: quod hodie cessat, attenta l. 4. Taur. vt in n. 25.
- 25 Titulus ff. & C. de bonis eorũ, qui mortem sibi conseruauerunt, non est hodie correctus per authen. bona damnatorum. C. de bonis proscriptor.
- 26 Titulus de bonis eorum qui mortem sibi conseruauerunt, procedit in vtraque morte, ciuili nempe & naturali, qua erat imponenda accusato vel inquisito pro delicto, si probaretur.
- 27 Dispositio d. auth. bona damnatorum. C. de bonis proscriptor. non habet locum in eo, qui damnatur ad mortem ciuilem, & sic remanet viuus, nam tunc bona publicantur.
- 28 L. 4. Taur. concedit damnato ad mortem ciuilem vel naturalem, factionem testamenti, non verò tollit confiscationem honorum à lege inductam in eo, qui se interficit: vel limitatur in hoc, qui se interficit, antequam damnetur ad mortem.
- 29 L. 24. tit. 1. p. 7. ibi: Deue morit. por. ende; & ibi: Prender muerte, ad vtramque mortem, tam ciuilem quam naturalem referri potest.
- 30 Volens seipsum occidere, sed occursum hominum, vel alias non se occidit, an puniatur poena capitis.
- 31 Poena extraordinaria præd. casu imponenda est, non verò ordinaria, secundum praxim Hispania, nempe aliquando flagellorũ, aliquando verò exiliũ.
- 32 Poena eius qui se occidit, de qua in iure cõmunis et in l. 24. tit. 1. p. 7. iuncta l. 2. tit. 27. p. 7. an. procedat etiam hodie stãte l. 8. tit. 23. De los homicidios, libr. 8. noue coll. Regia, vel per hanc. l. sit correct. & num. seq.
- Stantibus heredibus descendentibus eius, qui se occidit, quocumque modo, causa. vel

tempore se occidat, bona ipsius ad fiscum minime pertinent, sed ad suos heredes descendentes:

C A P V T III.

De his qui mortem sibi conseruere.

1 **I**VS Diuinũ violẽtas manº sibi mortiferẽ inferẽtes morte aeterna plectit; præceptum enim illud; Nõ occides, & seipsum occidentem comprehendit, quemadmodum Diuus Augustinus lib. 1. de ciuitate Dei. c. 18. (quod continetur c. si non licet. 23. quæsti. 5.) scriptum reliquit, & tradunt D. Tho. 2. 2. q. 64. art. 5. Dominic. Sor. libr. 5. de iust. & iur. quæsti. 1. artic. 5. & alij plures, vt constat ex Andrea Alciato libro 4. parergon iur. c. 4. ad fin. & libr. 6. c. 27. & latè Tiraquel. de nobilit. c. 31. num. 560. cum sequẽ. D. Couar. libr. 1. variarũ resol. c. 2. nu. 8. & 9. Petrus Plaça de delict. lib. 1. c. 23. num. 1. & 2. & 8. & hæc est receptissima Theologorum sententia, vt constat ex supradictis, & præterea testatur in specie Menoch. libr. 2. de arbit. iud. cent. 3. casu. 284. nu. 38. Ius Pontificium idem omnino damnat, vt in. c. displicet. vers. noli ergo iam dicere. 23. quæsti. 4. & in c. si non licet, & in cap. tu dixisti, & c. non est nouum, & cap. placuit. 23. q. 5.

2 Quinimò iure canonico seipsum occidens, in Ecclesia sepeliendus non est, vt in d. c. placuit. cuius verba sunt hæc: Placuit, vt is, qui sibi ipsis volũtariẽ, aut per ferrum, aut per venenum, aut per suspendiũ, vel quolibet modo inferunt mortẽ, nulla processu pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadauora deducantur. multi enim sibi hoc per ignorantiam usurpant, quem text. singul. censet Ludouic Rom. singul. 264. ad hoc nempe, quod occidens seipsum, debeat carere Ecclesiastica sepultura, & probauit Siluester in summa, verbo se-

G g pultura,

pultura, q. 9. Bart. de different. iur. ciuil. & Canonic. n. 47. Navarr. in c. 1. titul. 4. de poenitent. dist. 7. Palat. Rub. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 70. n. 7. Plaça vbi supra n. 14. D. Couar. lib. 2. varia. resol. c. 1. n. 11. vers. illud profectò, D. Simac. de Catho. inst. tit. 18. n. 31. Ludouic. Carrerius in pract. crimin. §. homicidium, nu. 54. pagi. 201. & Franciscus de March. q. 876. nu. 5. p. 2. Didacus Perez alios allegans in. l. 9. titulo 13. libr. 8. ord. glos. magna, pagin. 266. & Menoch. vbi supra nu. 36. Nec refragantur verba illa tex. à contrario sensu sumpta, Neque cum psalmis ad sepulturam, &c. Ergo sine psalmis benè possunt in Ecclesia sepeliri, vt in c. quicumque 23. q. 8. † hoc namque de sepultura Ecclesiastica verum non est, quandoquidem cum psalmis prædictæ personæ se occidentes non sepeliuntur, sed tantum de canina, vt ibidem notat glos. in verb. ad sepulturam. & in d. c. quicumq; verbo sepultura. ad finè. notant DD. ex text. ibi in. l. 1. §. ad bestias. ff. de his qui notant. infam. & Palat. Rub. vbi supra. vbi quoddam tales, in detestationem criminis, ad montana & loca horribilia deferuntur. DD. in c. ex parte, el. 2. de sepult. † Et quod huiusmodi se occidens in flumine sit proijciendus, quia cum iniuriã fecerit reipublicæ se occidendo, ab eius territorio arcendus est, testatur Didac. Perez vbi supra dicens, quod ita communiter fit & obseruatur in Hispania: & quod se cõsultò occidens, carere debeat Ecclesiastica sepultura, probat expressè text. in d. c. ex parte, el. 2. de sepult. ibi: Cum illa non sponte præcipitauerit se de ponte, sed casu ceciderit: ergo à contrario sensu si se sponte præcipitasset, careret Ecclesiastica sepultura.

Sed apud Aegessippu lib. 3. de excidio Hierosolymitano. cap. 17. Iosephus, dux quidam Iudeorũ, afferit, legibus prohibitam esse sepulturam iustissima ratione ijs, qui se ipsos occiderint, vt refert D. Couarr. d. n. 11. colu. fin. Quinto & antè ius Canonicum in huius criminis reos eadem poena sancita erat, vt constat ex

sententia Platonis libr. 9. de legibus dicentis: Qui sibi mortem consciuerit, ei sepultura fiat solitaria, vbi alius nemo condatur: deinde in his locis sepeliatur, quæ de duodecim partibus vltima deserta; nec ei statua, nec conscriptione sepulchrum notetur.

6 Nunc autem decisio tex. in d. c. placuit, venit primò limitanda, vt quamuis non publicè, priuatim tamen liceat pro eo orare, qui mortem sibi consciuit, scilicet, qui creditur in vltimo vite spiritu criminis dolorem & cõtritionem poenitentia ductum habuisse, sicuti Paludanus explicat in 4. sentent. disti. 20. q. 1. col. 1. quod veluti quotidianum & rarò decisum memorabile dicit D. Navarr. in c. 1. n. 4. de poenitentia dist. 7. sequitur Couar. d. lib. 2. c. 1. n. 15. vers. illud profectò, & Petrus Plaça vbi supra n. 14. † Sed ob id inter alia hoc crimen periculosissimum est, quia non restat tempus vt poenitentia expietur, vs. explicat D. Thom. vbi supra. d. q. 64. artic. 5. in solutione ad 3. & ante eum Origenes in cõmentar. in Iob. c. 2. Lactantius libr. 3. diuin. inst. capit. 18. Augustin. in epistola ad Paul. prout eos refert, Petrus Plaça vbi supra.

8 Sed an hoc casu, nempe cum constat de poenitentia in articulo mortis eius, qui se ipsum occidit, sit sepeliendus in Ecclesiastica sepultura? quæstionis est, in qua Abb. in cap. cum ad monasterium. numero 15. de statu regular. ex glo. ibi, verbo, in sterquilinio, ibi de poenitente, deducit, quod si quis decedat ex facinoroso actu, si tamen in vltimo vitæ, seu puncto mortis ostendat cõtritionem, nõ debet priuari sepultura; hoc que adduci posse affirmat pro illis, qui se ipsos mortaliter vulnerant, nam si eos poenitet in puncto mortis, non priuabitur sepultura: quem refert & sequitur Greg. Lopez in. l. 10. titu. 13. p. 1. in glo. Robadores. Sed contra hanc sententiam Abb. obstant primò iura superius adducta, quæ indistinctè prohibent se ipsam occidentem in Ecclesiastica sepeliri sepultura. Secundo contrarium mani-

manifestissime deducitur ex sententia Paludan. & Nauar. vbi sup. si enim priuatim tantum licet orare pro huiusmodi delinquente poenitente, non vero publice: ergo publica, hoc est, Ecclesiastica sepultura gaudere non debet, vt ipsi met præsupponunt, & constat ex d. cap. placuit, ibi: Nulla prorsus pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducatur: nam est ibi tex. quod ille, pro quo publice non oratur, vt est huiusmodi, quamuis poenitens, caret Ecclesiastica sepultura. Denique & tertio, quia quod occidens se ipsum, careat Ecclesiastica sepultura, est poena exterior sui reatus, vt alij eo exemplo moti à similibus delictis arceantur, vt constat ex dictis iuribus: † at hæc poena nõ tolet per confessionem & sacram comunione tolli, sicut videmus in decedente in torneamentis à iure Canonico prohibitis, vt in cap. 1. & 2. de torneament. & in l. 10. tit. 13. p. 1. diximus supra lib. 1. Canonic. q. c. 7. n. 3. Ex quibus hanc partem contra priorem existimo veriore & tenendam in puncto iuris, quamuis opinio Abb. contraria humanior, equiorque sit, ac consanguineis defuncti iocundior atque solatior.

10 Secundò, decisio d. c. placuit: & d. c. ex parte. de sepultur. intelligi debet, vt procedat, quoties constiterit aliquem se occidisse, hæc enim qualitas ante omnia probari debet ad infligendam præd. poenam, cum in ea se fundent iura: argu. l. eius qui in prouintia. vers. quoniam. ff. si cert. pet. & in l. si seruus. §. si. ff. de actio. empt. & in l. Póponius. §. si. ff. de acquir. poss. & in l. non ignorat. C. qui accusare non possunt. tradit Anto. Gom. in. 3. to. c. 1. de delict. n. 44. & de captura reorum. n. 1. & plures allegans Decius cons. 12. n. 14. libr. 1. † Quare in dubio, licet aliquis reperiat mortuus (cum nemo immemor suæ salutis præsumatur.) se ipsum occidisse non est præsumendum, nisi hoc probetur; vt tenet Azo in summa. C. de bonis eorum, qui mortem sibi conscuer. Dec. consil. 438. numer. 2. & alios

allegans Plaça d. c. 23. n. 9. vers. in dubio.

12. Quocunq; autem modo, aut causa, tẽpore ve, se quis spõte occiderit, carere debet Ecclesiastica sepultura, vt in d. c. placuit. & in d. c. ex parte. debet tñ de hoc costare Ecclesie, vt prædiximus; & in terminis traditur per tex ibi. in cap. à nobis. de sententia excõmunicationis, tenet Palac. Rub. in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 70. n. 7. in vers. ex quo infertur. las. in l. 1. n. 6. C. de seruis fugitiuis. & in l. 2. n. 4. C. qui testam. facere poss. Plaça vbi supr. nu. 14. in fine & Didac. Perez etiã vbi supr. pagi. 266. colu. 2. Sufficiet tñ meo iudicio, si quis inueniatur laqueo suspensus, vel si alijs violētis & indubitatis indicijs arguatur sui proprii occisio, nisi aliquibus probis cõiecturis eaexcludi possit; secus aliàs, quãuis reperiat mortuus, per prædicta.

14 Ex quibus infertur primò, quod si cõiecturis aliquot præsumi queat, eum furore, aut mentis alienatione se ipsum occidisse, Ecclesiastica tunc gaudebit sepultura, quamuis laqueo suspensus inueniatur; ita tenet Ioan. Gallus in quæstione parlamenti. 127. quem refert & sequitur D. Couarru. libr. 2. variarum resol. cap. 1. n. 11. & Petrus Plaça vbi supra nu. 10. & 14. in fi. vbi in eandem sententiam citant Guiller. Benedict. in cap. Rainuntius, verbo, mortuo itaque testatore, cl. 1. n. 5. de testam. & Palac. rub. vbi supra n. 6. & 7. tenet Didac. Perez in d. l. 19. tit. 19. lib. 8. ord. pagi. 371. col. 1. vbi etiam allegat Guiller. Benedict. vbi supra, nume. tamen 41. vers. fallit. & c. & probatur respectu aliarum poenarum, de quibus infra agemus, in l. 1. & in l. si. vers. si quis autẽ. ff. de bonis eorũ, & c. & in l. 2. C. qui testam. facere possunt. & in l. 24. titu. 1. p. 7. in vers. *Esso mismo deue ser guardado*, & c. & in l. 1. tit. 27. par. 7.

15 Secundò infertur ex prædictis, quod repertus mortuus in puteo, vel fonte, nõ erit priuandus Ecclesiastica sepultura, quia nõ præsumitur se ipsũ precipitasse; vt in hac specie probauit Marian Socin. Jun. cons. 51. libr. 1, quem refert & sequitur D. Couarru. vbi supra. Decius cons.

438. in princip. ante numer. 1. Plaça d. capit. 23. numer. 15. Menoch. vbi supra nume. 36. Didac. Perez vbi supra, neminem referens, in versu. quid autem esset: casu enim potuit ibi decidere: argumen. d. c. ex parte. cl. 2. vel ab alio eijci: quare cum non probet hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, vt in. l. non ob hoc. C. vnde cognat. & in. l. neque natales, cum siml. C. de probatio. in dubio non delictum, nec in peiorem partem, sed in meliorem præsumendum est: argumen. l. merito. ff. pro socio. & c. dudum. de præsumptio. Alciat. in tractu de præsumptio. 3. regu. præsumptione. 2. & 3. ne dicamus huc carere ecclesiastica sepultura: quod homini Christiano grauissimum est: &
- 16 ita in praxi obseruauimus. † Quare idem existimo esse dicendum in reperto in anime, vel fluuio, suffocato, etiam vestito; potuit enim ibi casu cadere, prout sæpe contingit, præmaxime vbi fluuius inter rupes defluit, crepidinibusque est sociat^o, qd̄ potius præsumendum est, quam quodd ibi consulto præcipitatus fuerit; & præcipue si tempore natationis nudus suffocatus inueniatur. † Idem in reperto in via, vel alio loco, mortuo, vel ex fenestra proiecto, vt exemplificat Didac. Perez vbi supra, existimans, quod qui contendat, illum se præcipitasse, cum id sit fundamentum suæ intentionis, probare teneatur. l. verius. l. ab ea parte. ff. de probat. nec bona eius sunt publicanda, secundum Marian. Socin. vbi supra. Tadem addit bonam. l. 111. del. stylo, probantem, quod carcerarius deferens regi incarceratum, asserens illum se proiecis se in fluuiū, atq; mortuum fuisse, teneatur id probare, aliàs pro illa morte tenebitur.
- 18 Sed & iura Cæsarea se occidentem puniunt, in huc sanè modum: quod si quis commiserit aliquod delictum, ex quo veniebat imponenda pœna mortis, & confiscationis bonorum, & postquam reus in eo fuerit deprehensus, vel accusatus, & metu pœnæ se ipsum interficiat, ha-

uam illo tempore fuisset condænatus: si tamen antequam accusetur, vel in crimine deprehendatur, se interficiat, nō habetur pro cōfesso, nec incurrit pœnam confiscationis bonorum, nec etiam si delictum erat tale, ex quo non veniebant bona confiscanda, quia tunc non habetur pro confesso, nec bona eius confiscantur; quocunq; tempore se interfecerit: si verò quis se interficiat tædio vitæ, vel impatientia doloris, vel quavis alia causa, non confiscantur ipsius bona, nec pars eorum, sed ea habebit hæres ex testamento vel ab intestato: ita probat tex. in. l. 3. §. si quis autem. ff. de bonis eorum, & c. tex. in. §. 1. vers. ergo eadem lege. l. si quis filio ex hereditate. §. ei^o. ff. de iniur. rupto, & c. & alia plura iura allegata per Ant. Gom. 3. tom. varia. c. 3. de homicid. nu. 13. vbi ita distinguit, atq; resoluit materiam hanc, & Couar. alios allegans d. lib. 2. variar. resol. c. 1. nu. 11. ad fin. Et primum membrum supra dictum approbatur in. l. 24. tit. 1. par. 7. vbi in priori casu requiritur, quod lis sit contestata super accusatione, & ibi latè Greg. Lop. Secundum vero membrum prædictæ distinctionis probatur in. l. 2. tit. 27. part. 7. vbi etiam Greg. & Petrus Plaça latè vbi supra nu. 9. cum sequen. Paul. Paris. consi. 155. volu. 4. Didac. Perez plura requisita cumulās in d. l. 19. tit. 19. lib. 8. ord. pag. 370. cū sequen. & hæc est cōmunis resolutio, vt testatur Iul. Clar. in pract. criminal. §. si. q. 68. in versu. se ipsum occidere, ibi: Regulariter tamen. † Idem est in his, qui propter hæresim victi se ipsos in carcere occidunt, credendi sunt enim cōscientia criminis mortem sibi consciuisse, nisi fortè aliud hæreses eorum ostendere potuerint, quibus nihil probantibus, illi punientur, perinde ac si illorum hæresis fuisset plenè pbata: ita tenet Palac. Rub. vbi supra, in rubric. §. 70. nu. 7. & plenè probat D. Simanc. de instit. catho. ti. 18. nu. 31. post Gonsal. de hæret. q. 22. sequitur Petrus Plaça vbi supra. nu. 17.

- 20 Ex qua cōmuni resolutione primò infertur, qd̄ si quis se in puteū præcipitauerit, & mortuus fuerit, nō debet ei^o bona confiscari,

confiscari, nisi appareat quòd id fecerit conscientia criminis, prout in casu, in quo consuluit Dec. consil. 438. & Parisius d. consil. 155. lib. 4. & Corneus consil. 195. libr. 2. quos sequitur Iul. Clar. vbi supra.

21 Secundò deducitur, quòd vbi quis non esset accusatus, inquisitus, vel deprehensus de aliquo crimine, si reperiatur mortuus, eius bona minimè publicabantur, si ipsius hæredes parati sint eius defensionem suscipere, atque innocentiam probare, nisi à fisco huiusmodi delictum probetur, scilicet se ipsum occidisse, vt in l. fin. §. final. ff. de bonis eorum, qui ante sententiam mortem sibi conscuer. præterquã si tunc temporis occisus patiebatur dolorem, furorem, vel aliam iracundiam, quia tunc in mitiorem partem propter illam causam, & non quòd ob conscientiam criminis se interfecerit, præsumendum & interpretandum est, vt in l. 2. C. de bonis eorum qui mort. sibi conscui. l. præses. cum simil. ff. de pœnis. ita Abb. post Iacob. de Rau. & Petrum in l. 2. C. qui testam. facere possunt. & Salicet. in l. 1. C. de bon. eorum, & c. Bart. in d. l. fina. §. fin. Greg. Lop. in l. 24. in glos. de la pena. tit. 1. part. 7. Ant. Gom. in 3. tom. cap. 3. de homicid. nu. 13. Petrus Plaça vbi supra, nu. 9. 10. & 17.

22 Tertio infertur, quòd licet secundum consuetudinem, se interficiens ex quacunque causa debeat furca suspendi, vt refert Anton. Gom. vbi supra, & Iadocus in sua pract. crim. cap. 83. num. 6. & iure idem probari videtur in l. 2. C. qui testam. facere possunt, & ibi Rom. & Iaf. num. 21. & Ludouic. Carrer. in pract. crimin. §. homicidium. num. 223. pagin. 24. verius tamen & receptius iure est contrarium, imò quòd cadauer hoc casu nõ puniatur, vt probat Ant. Gom. vbi supra & latius plures allegans Petrus Plaça vbi supra, nu. 13. in versu. illud profectò præmittendum: quinimò nec hoc consuetudine obseruatur, secundum Iul. Clar. vbi supra, & nos nunquam id vidimus, sed in campo, eremo, vel sterquilinio cadauer huiusmodi sepelitur, prout debet

sepeliri, & sic asinorum more bestijs, auibus, siue piscibus commendandi sùt, secundum Didac. Perez vbi supra, pagi. 266. colum. 2.

23 Quarto infertur, quòd in casu primi membri communis resolutionis præfata, nempe cum quis post accusationem de aliquo crimine, pro quo veniebat imponenda pœna mortis & confiscationis bonorum, liteque in eo contestata, vel postquam in eo fuit deprehensus, se ipsum occidat, cum ex hoc habeatur pro confesso, bonaque ipsius confiscentur, efficietur intestabilis, eiusque testamentum iritabitur: vt in l. 2. & ibi DD. C. qui testam. facere poss. D. Simanc. vbi supra, ac proinde testamentum ab eo conditum nullum erit. l. eius qui. §. final. ff. de bonis eorum. Cum enim se occidendo, crimen fateri videatur, vt est prædictum, ex confessione habetur pro condemnato. † Condemnatus autem seruus pœnæ existimatur, ac proinde intestabilis, vt in d. l. 2. & ibi Bart. & in l. final. ff. de bon. eorum. Alexan. & communiter DD. in d. l. 2. latè Guiller. Benedict. vbi supra, in verb. mortuo. itaque testatore. in. 1. nume. 48. vbi testatur hanc esse communem opinionem. Petrus Plaça vbi supra, nu. 16. & Iul. Clar. etiam vbi supra.

25 Quod hodie cessat, attèta. l. 4. Tauri, vt tenet pro constituto Gregor. Lopez in d. l. 24. in glos. para el Rey. † vbi etiam latè pluribus probat, hodie iure regio titulum. ff. & C. de bonis eorum, qui mort. sibi conscuer. & pœnam supra dictam non esse correctam per authentic. bona damnatorum. C. de bon. proscript. iuxta opinionem Iacob. de Rau. quæ est hodie iure regio approbata aduersus communem opinionem doctorum aliud existimantium de iure communi: eandem sententiam Gregor. Lopez in omnibus supra dictis probauit Plaça vbi supra, nu. 9.

26 Quintò infertur ex superioribus, idem eadem specie procedere, non tantum quando mors naturalis imponenda est pro illo delicto, pro quo erat

Gg 3 accusa-

accusatus vel inquisitus, vel in eo reper-
tus, si probaretur, sed etiam si mors ci-
uili tantum, quia adhuc si se occidat, 30
bona ipsius erunt publicanda fisco: in
utraque enim morte procedit titulus il-
le de bonis eorum, &c. vt probat text.
in d. l. fin. in vers. vt autem diuus. ff. de
27 bonis eorum, &c. † præmaximè, quia
dispositio d. authen. bona damnatorum,
non habet locum in eo, qui damnatur
ad mortem ciuilem, & sic remanet vi-
uus, nam tunc bona publicantur, vt no-
tatur in d. authenti. & præterea tradit
Paul. Castr. in d. l. 2. in fin. nume. 8. C. qui
testam. facere poss.

28 Nec obstat. l. 4. Taur. dum in ea caue-
tur, quòd damnatus ad mortem ciuilem
vel naturalem, possit testari, quia loqui-
tur respectu tantum testamenti, vt pos-
sit disponere, non verò tollit confis-
cationem bonorum à lege inductam in
eo, qui se interficit: vel secundò, quod
limitetur d. l. 4. Tauri in eo, qui se in-
terficit, antequam damnetur ad mor-
tem ciuilem vel naturalem, & quia si
iste se non occidisset, per sententiam
bona eius publicarentur: ita voluit,
quanuis relinquens cogitandum, Grego-
gor. Lopez in d. l. 24. in glossa *prender*
muerte, per totam, discedens à contra-
ria sententia, quam ex verbis d. l. in glos.
præcedenti, in verb. *sus bienes*. tenuerat:
sed quam probamus sequitur etiam Pe-
trus Plaça vbi supra, numer. 11. † Nec
29 obstant verba dictæ. l. 24. ibi, *Deue mo-
rir por ende*, & ibi, *Prender muerte*, quia ad
vtramque mortem, tam ciuilem, quàm
naturalem, referri possunt & debent,
iuxta iuris communis dispositionem, de
qua in d. l. fin. §. vt autem diuus, vbi
mors naturalis & ciuili æquiparan-
tur in proposito. Quo fit, vt si constar-
et, se ipsum occidentem, morte tan-
tum ciuili afficiendum fuisse, eius bona
confiscanda erunt, nec ad hæredes eius
pertinebunt, ac si morte naturali pu-
niendus esset, bonis confiscatis ob cri-
men, pro quo captus erat, si proba-
tum fuisset, non obstantibus supra in
contrarium adductis, quibus plene fa-

tisfecimus.

Sextò deducitur, quòd quanuis de
stricto iuris rigore volens se ipsum oc-
cidere in prædicta specie primi mem-
bri communis præfatæ resolutionis, &
occurso hominum, vel ab aliis se non oc-
cidit, puniatur pœna capitis, vt in. l. si
quis aliud. §. final. ff. de pœnis, & idèd
punitur perinde ac si delictum consum-
masset, vt probant Cyn. Alberic. Fulgo-
sius, Paul. & Iaf. in d. l. 2. numer. 5. C. qui
testamen. facere possunt Anton. Gom.
vbi supra, numer. 14. & est frequentio-
ri doctorum calculo recepta opinio, se-
cundum Petrum Plaça vbi supra, nu-
mer. 18. & Iul. Clar. etiam vbi supra. ni-
hilominus tamen, stante generali con-
suetudine quòd conatus non puniatur,
nisi sequatur effectus, vt dixit idem Iul.
Clar. in practi. crimi. §. final. quæstion.
92. fortè contrarium esset dicendum
in practica, prout etiam in facti con-
tingentia conclusisse testatur Ludoui-
cum Carrerium in practi. crimin. §. ho-
micidium. numer. 127. fol. 230. in quo-
dam se suspendere volente, qui tamen
concurso hominum viuis euasit, & ita
pronuntiatum fuisse in Regio Neapo-
litano Consilio. † Erit igitur pœna ex-
traordinaria hoc casu imponenda, non
verò ordinaria, vt sæpe consuluisse
testatur & practicari vidisse Petrus Pla-
ça vbi supra, numer. 19. dicens, quòd in
Hispania praxis id obseruat, ac vsu re-
ceptum est, & quandoque etiam fuf-
tium pœna ac flagellorum huius crimi-
nis reos puniendos esse, ex. l. 3. §. sin au-
tem. ff. de bon. eorum qui mort. sibi con-
sciuer. & in. l. si quis. §. final. ff. de pœn.
& ante eum quòd pœna arbitraria sint
puniendi, tenuit D. Anton. Gom. vbi
supra, numer. 14. allegans Bonifac. in
tractat. de malef. fol. 7. in vers. sed qui-
dam, est in titulo de insultu, percussio-
ne, defensione, & qui excusantur à de-
licto, numer. 34. foli. 232. column. mi-
hi 3. & inquit idem Anton. Gom. hunc
casum vidisse de facto Salmanticæ, &
quòd tandem iudex huiusmodi delin-
quentem condemnauit in pœna exilij,
& iterum

& iterum in alia persona aliter iudex condemnauit eum in pœna flagellorū: pro quo facit l. si quis aliquid. §. si. ff. de pœnis. & in l. omne delictum. §. qui se vulnerauerit. ff. de re milit. & dicit mēti tenendum, tanquam notabile & quotidianum.

Supereſt modò videre, an prædicta binembris diſtinctio iure cōmuni, & l. 24. titulo 1. par. 7. in ſ. l. 2. titu. 27. eadem 7. partit. probata circa conſiſcationem bonorum illius, qui ſe occidit in primo caſu, nempe quando deprehenſus in crimine, accusatus vel inquiſitus, pro quo aliàs veniebat imponenda pœna mortis & conſiſcationis bonorum, lite demum conteſtata ſuper eo, ob conſcientiam criminis ſe occidit: ſecus verò aliàs, vel quando tædio vitæ, impatiētia doloris, aliave cauſa ſe interemit, quia tunc bona ipſius nō publicantur, ſed ad hæredes occiſi, & ex teſtamento, & ab intetato pertineant: hodie iure nouiori regio procedat, vel an ſit correctæ, ſtante l. 8. tit. 23. *De los homicidos*, lib. 8. nouæ coll. Regiæ: qua ita cauetur: *Todo hombre o muger que ſe matare a ſi miſmo, pierda todos ſus bienes y ſean para nueſtra Camara, no teniendo herederos deſcendentes.*

In primis illud abſq; dubio eſt, quòd ſtantibus hæredibus deſcendentibus eius, qui ſe occidit, quocunq; modo, cauſa vel tempore, ſe occidat, bona ipſius ad fiſcum minimè pertinent, ſed ad ſuos hæredes deſcendentes, vt expreſſè cauetur in d. l. 8. Quod procedit, ſiue teneamus l. illam præcedentem diſtinctionem non corrigere, ſed tantùm loqui, eſſeque intelligendā in caſu prioris, nempe dict. l. 24. titu. 1. par. 7. cū ipſa hoc temperet, *No teniendo herederos deſcendentes*: ipſis ergo ſtantibus, bona non conſiſcantur, à contrario ſenſu, quod argumentum fortiffimum eſt in iure: ſiue teneamus quòd attempta illa l. 8. indiſtinctè hodie bona ſe occidentis conſiſcantur, cū adhuc ipſa hoc intelligat, *No teniendo herederos deſcendentes*, ergo *tenendolos*, bona non conſiſcantur,

ſed ipſis applicantur, niſi aliter ſit diſpoſitum per legem expreſſam ratione delicti, ex l. 4. Taur. vbi optimè Ciſuentes numer. 3. ita Didac. Perez in dict. l. ordinam. gloſ. magna, pagina 266. Quod autem adhuc ſub iudice eſt, atque in opinione variatur, illud profectò eſt, quod prædiximus, an dict. l. 2. nouæ collectio. Regiæ intelligenda ſit iuxta diſtinctionem præcedentem iuris communis, & legum Partitarum, an verò indiſtinctè accipienda ſit, vt in omni caſu bona ſe occidentis ad fiſcum Regium pertineant, deficientibus hæredibus deſcendentibus? In qua quæſtione hanc poſtremam partem probauit ex profeſſo Anton. Gomez vbi ſupra num. 13. ad fin. dicens, quòd hodie de iure regio indiſtinctè ille qui ſe interficit, modò tædio vitæ, vel impatiētia, vel dolore, modò metu pœnæ delicti commiſſi, modò ex qualibet alia cauſa, & quocunq; tempore. incurrit pœnam conſiſcationis omnium bonorum, præterquam ſi habeat filios, vel alios deſcendentes, vt diſponit. l. 9. titu. 13. libr. 8. ordinam. & l. 19. titu. final. eodem libro, quæ hodie collectæ ſunt in dict. l. 8. nouæ collect. reg. Eandem ſententiam tenere videtur Olanus in ſua concordia iuris, litera O. numero 14. & expreſſius in ſuo epilogo legum Partit. correct. ad fin. dict. concordia ſuper dict. l. 24. titulo 1. parti. 7. numero 125. Et huius opinionis fundamentum vnicum eſt, nempe verba dict. l. 8. quæ generaliter hoc diſponunt abſque vlla diſtinctione vt vidimus: ergo nec nos diſtinguere debemus, iuxta iura vulgaria. Item, quia pœna hæc imponitur pro ipſo delicto occiſionis propriæ, quod vtroque caſu reperitur commiſſum.

Verior tamen & tenenda videtur cōtraria opinio, nempe quòd dict. l. 8. Regia poſterior intelligenda ac diſtinguenda ſit iuxta diſtinctionem communem iuris cōmunis, & legum Partitarum præfatam. vt euitetur legum correctio. cap. cū expediat de electione in. 6. cum ſimilib. argum. l. non eſt no-

uū & l. sed & posteriores. ff. de legibus. quod primus omnium in terminis videtur sequutus Montaluis in l. i. titulo 27. part. 7. in final. verb. dicens, quod licet dicta l. ordinamenti indistinctè teneat, quod occidens se ipsum, perdat omnia bona, nisi habeat hæredes descendentes, aliqui tamen credunt habere locum cum distinctione supra allegata, & sic cum hac sententia remanere videtur: eandem etiam sequi videtur, relinquens tamen cogitandum, D. Couarru. libr. 2. variarum resol. capitul. 1. numer. 11. circa fin. sed ex professio eam affirmat Auendaño in suo dictionario legum Partit. in verb. *desperado*, in 2. limitatione, & sub dubio Petrus Plaça d. cap. 23. numer. 9. sed affirmatiue numer. 11. in versicul. quibus & illud, ibi, Atq; idè præcitata, & cum verbo fortè, Gregor. Lopez in l. 2. glossa vnica, titul. 27. partit. 7. resoluens videndam esse dictam l. ordinamenti in originali, vbi fortè colligetur, an voluerit corrigere ll. antiquas in hoc, vel eis addere: sed in noua collectione Regia, cui est standum, litera dict. l. se habet prout eam retuli, ex qua, cum generaliter & in distinctè loquatur, sicut in ordinamento veteri, colligi perspicuè non potest, an voluerit corrigere in hoc iura antiqua, vel eis addere: in dubio autem malo adhærere huic sententiæ, quam priori, cum dicta l. 8. expresse iura antiqua nõ corrigat, sed generaliter loquatur: ergo in dubio non est inducenda eorum correctio, vt est de iure, per l. sancimus. C. de testam. & in l. præcipimus C. de appellat. & in d. c. cum expediat. & hanc partem sine dubio etiam probauit Didac. Perez in dict. l. 2. ordin. glossa 1. pagina 266. aduersus aliquos practicos existimantes per dictam l. corrigi, l. fin. C. de iure fisci & dict. l. 24. Partit. cum similibus.

S V M M A R I V M.

Ebrietas omnium vitiõrum fomes ac nutritrix est.

- 2 Multum & immoderatum bibere, multorum malorum causa est.
- 3 Noe ebriatus vino denudatus est, &c.
- 4 Loth etiam inebriatus incestum cum filiabus commisit.
- 5 Dominus ad Aaron dixit: Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis, &c. Leuit. 10.
- 6 Amnon in conuiuio Absalõ tumultuosus vino, eo quod violasset Thamar sororem suam, occisus fuit.
- 7 Holofernes bibit multum vinum, & Iudith eum interfecit.
- 8 Phelemæus conuiuium fecit summo Sacerdoti, ac duobus filiis eius, & cum ebriati essent, occidit eos.
- 9 Operarius ebriosus non locupletabitur, & qui spernit modica paulum decider.
- 10 Vinum & mulier apostatate faciunt sapientes.
- 11 Fornicarij, neque idolis seruientes, nec molles, nec masculorum concubitores, nec adulteri, neque ebriosi Regnum Dei possidebunt.
- 12 In huius criminis detestationem Apostolus ad Ephes. 5. inquit: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.
- 13 Luxuriosa res est vinum, & tumultuosa ebrietas.
- 14 Commorantibus in vino, & studentibus calicibus epotandis, rixa, fons, & sine causa vulnera, & suffosio oculorum.
- 15 Sanitas est animæ & corporis sobrius potus, & vinum multum potatum, irritationem, & iram, & ruinas multas facit.
- 16 Nabal Carmelus erat vir durus, pessimus & maliciosus, & in conuiuio cor eius iocundum, quia erat ebrius nimis.
- 17 Vinum cupiditatem Veneris in primis accendere potest, secundum Philosophum, & qui vino indulgent, sunt ad Venerem proniores.
- 18 Potus maximè noxius est corpori & animæ: vir inebriatus vacillat. Num. 6. præceptum erat, vt quicumque votum fecerit Domino à vino abstineat, numero 18.
- 19 Vinum non moderatè sumptum detegit arcana, soletque manus ad arma vocare.

- 20 De ebrietate plura alia remissive.
- 21 Legis tertia titulo quinto partita 1. pulchra verba de ebrietate agentia referuntur.
- 22 Foeminae sunt huic bibacitatis vitio ex more & sexus natura admodum obnoxia.
- 23 Beatus Apostolus Paulus mulieres sobrias esse praecipit, & ne annus multo vino seruiat.
- 24 Nihil est turpius ebriosa muliere, & num. 25. sacrilegium esse, ut pote deestabile in foemina.
- 25 Mulier ebriosa, ira magna & contumelia: & turpitude eius minimè tegetur.
- 27 Lex antiquitus lata fuit, ac vsu receptum apud plerosque populos, ut vini vsus esset inter dictus foeminis.
- 28 Reipublice maximè hoc conuenit, ut foeminae abstinentes sint, siquidem omnis mulier vinolenta eadem quoque, & meretrix est.
- 29 Mulieres sua ingluuie, voracitate, bibacitate, victus intemperantia sunt podagra obnoxia.
- 30 Ebrietas voluntaria, an peccatum mortale sit, vel veniale? & num. seqq.
- 31 Inebriatus non totaliter, quia scit quid facit licet sit valde grauatus, quia sibi videtur quod domus mouetur, an peccet mortaliter.
- 32 Vinum moderatè potatum; plurimas corporis praestat utilitates.
- 33 Vinum moderatè potatum, exultatio animae & corporis: & sobrius potus sanitas est animae & corporis.
- 34 Vinum si malum esset ex sua natura, Saluator noster non vertisset aquam in vinum, neque initium signorum illius fuisset vinum ex aqua factum: nec si non liceret bibere vinum, idem Dominus praecipisset ministrantibus in conuiuio nuptiarum, ut ferrent vinum Architriclino.
- 35 Christus Saluator noster coenans cum Discipulis, accepit calicem, & gratias agens, vinum in sanguinem suum conuertit, deditque illis. &c.
- 36 Damnata est heresis Seueri docentis non licere villo pacto bibere vinum.
- 37 Vina de per se sunt excellentiora omnibus alijs rebus habentibus liquorem.
- 38 Vinorum probatorum qualitates.
- 39 Vina Balnensia meliora omnibus alijs totius orbis, secundum Chassanum.
- 40 Vina oppidi de Robledillo y Descargamaria, Ciuitatenf. diocesis. y de Sanmarrin de Valdiglesias, y de Ribadauia, in Hispania excellentissima reputantur.
- 41 Vina spissa, non adeo profunt morbis sicut subtilia: & sicut subtile vinum multos spiritus procreat atque subtilis, ita grossum grossos.
- 42 Vinum Palmeum, siue album, est melioris saporis & odoris, quam caetera vina.
- 43 Vina mixta, si vetera sint atque subtilia, tempore caloris ad coenam indulgentiora plerumque reputantur.
- 44 Exhortatio ad sobrietatem.
- 45 Sobrietas virtus valetudinem nostram conseruat, corporis, animaeque sensus ad vltimum vsque vita nostra finem perducit integros atque incolumes.
- 46 Qui vino ciboque se immergunt, stolidi, ignaui, obrusique fiunt, raroque longau sunt, facile egrotant, difficiliter curantur, a corporis viribus, animaeque virtute quam primùm destituuntur, fiuntque deliri, & omnibus contemptui ludibrioque sunt, adeo. ut necessarij, ac familiares omnes eis interitum optent.
- 47 Cibi omnes potusque vitandi; qui vltra sitim, famem ve sedadam appetitum longius producant.
- 48 Clerici in conuiujs debent se ostendere honestos, sobrios in cibo & potu & verbis, & numero 49. quod honestati ita debent studere, ut nec fabulas inanes ibi referant.
- 50 Clerici in conuiujs non debent alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatone ingurgitare, neque plausus, & risus, & fabulas inanes ibi referre.
- 51 Ecclesiasticos oportet viros in conuersationibus sacrorum Evangeliorum lectionem audire.
- 52 Clericos adeo in potu sobrios esse oportet, ut vltra trinam vicem bibere non debeant: & clericus hoc non seruans peccat: sed nu.

53. hoc intelligitur, quando appetitus naturalis ultra non exigit.
- 54 Clerici à crapula & ebrietate diligenter abstineant, unde vinum sibi temperent, & se vino: & alia in proposito.
- 54 Crapula dicitur quantum ad superfluitatem ciborum, quasi crudæ epula: ebrietas verò quantum ad potum, & dicitur ab eo, quod est sine & ebria, quod est mensura: unde ebrius est, qui sine mensura bibit.
- 55 Clerici debent vinum aqua temperare.
- 56 Clericus bibens vinum durum, peccat mortaliter, nisi ex causa aliud faceret, quia pinu est minus potens.
- 57 Clerici in conuiujs non debent alios inuitare ad bibendum, hoc est brindar.
- 58 Clerici in conuiujs non debent se obligare ad æquales potus, hoc namque maxime perniciosum est, vt hic.
- 59 Poena Concilij Agathensis contra clericos ebrios.
- 60 Miles armata militia propter ebrietatem deponi potest, ab omni militia.
- 61 Poena dicti Concilij Agathensis sic fuerunt disiunctiue descriptæ, vt discretus index, quem huic vitio deditu animaduertent, & quod à communicatione priuetur, parui pendere corporali potius supplicio castiget.
- 62 Hodie per decretal. à crapula, de vita & honest. cleric. alia mitior poena clericis ebrijs iubetur imponi, nempe vt nisi à superiori cõmoniti satisfecerint, ab officio & beneficio suspendantur arbitrio superioris.
- 63 Distinctio Cardinalis & aliorum in proposito potius conuenit concilio Agathensi, de quo supra, quàm dispositioni dicti. capit. à crapula.
- 64 Clericus non debet priuari beneficio, nec etiam suspendi propter crapulam vel ebrietatem, si vult agere poenitentiam.
- 65 Monitio prelati precedere debet poenam dicti. cap. à crapula, ac reincidentia in crimine ebrietatis post monitionem &c.
- 66 Clericis est prohibitum ingredi tabernas, nisi peregrinationis vel itineris necessitate compulsi.
- 67 De poena clerici ingredientis frequenter tabernam, & num. 69 & 70.
- 68 C. nulli 44. dist. intellectus.
- 69 Poena clerici frequentantis tabernam, est arbitraria, considerando vt hic, &c.
- 70 Tabernarij sunt de genere prædonum.
- 71 Hospitalitas questuaria, quam cauponariam vocamus, illiberalis ac sordida admodum est.
- 72 Clerici possunt habere tabernas, & etiã vidi facere vinum in domo, dummodo per alios id faciant.
- 73 Capitul. si constiterit. de accusatio. intellectus.
- 74 Qui post cibum & potum, etiam minimum, diuina celebrauerit, excommunicationi subicitur, & Concilium Braccarense seuerius animaduertens in hoc, est rigidum.
- 75 Quare index, attenta persona, & excessus qualitate, ac facti publicitate, poena carceris aut suspensionis in delinquentem huiusmodi poterit animaduertere.
- 76 Sacramentum Eucharistia, necessitate imminente, nempe mortis periculo, licite potest post alios cibos sumi, non tñ consecrari.
- 77 Somnus non est de substantia digestionis, vt quis dicatur ieiunus, sed satis est quod sit perfecta digestio, ad hoc vt clericus celebrare possit sine dormitione.
- 78 Poena eorum, qui per ebrietatem, aut voracitatem Eucharistiam euomunt.
- 78 Iebriari consuetus minimè potest sacris ordinibus initiari.
- 79 Abstemijs, hoc est, vinum non bibens, ad Sacerdotium promouendus non est.
- 80 Ebrius homicidium cõmittens, an debeat poena mortis condemnari? & num. 15 sequenti. Delinquere per ebrietatem, lata culpa est. Ebrj si percuterent, plus punirentur quàm sobrii, quia pluries iniuriantur, secundum legem statutam à quodam Pythagorico: & quomodo hoc intelligatur nu. 103.
- 81 Ebrius omnino homicidium committens, non punitur poena ordinaria, sed mitiori: secus si ebrietas erat leuis: hodie iure Regio poena exilij in quinquennium imponetur omnino ebrio pro homicidio. nu. 87.
- 82 Ebrius non punitur propter culpam criminis ab eo commissi, sed propter ipsius ebrietatis causam.
- 83 Ebrietas modica non excusat, neque minuit delictum, vt in exhilarato, seu gaudente.

Iebrians

- 89 *Inebrians se maliciose, ut excusaretur à delicto, quod prius deliberauerat committere, poena ordinaria plectendus est, & nu. 90. Idem in eo, qui post ebrietatem gloriatur de delicto.*
- 91 *Is, qui data opera inebriatur, sciens se solitum manus ad arma impellere, hominesque percutere, cum inebriatus est, an poena ordinaria, vel extraordinaria plectendus sit? Resoluitur, quòd extraordinaria. Limitatur. n. 92* *quanti quis se consultò inebriauit, ut occideret quendam.*
- 93 *Si aliquis absque eius culpa, dolo tamen alterius, ineluctatus esset, & omnino inebriatus homicidium committeret, non tenebitur aliqua poena ob prædictum homicidium.*
- 94 *Ebrius, qui durante ebrietate, hominem occidit, an efficiatur irregularis: cum numeris sequentibus.*
- 95 *Furiosus, etiam sua culpa, occidendo alterum durante furore, non efficitur irregularis.*
- 96 *Dormiens occidens hominem, qui in vigilia valde iratus erat contra illum, non efficitur irregularis.*
- 97 *Causa occisionis ad hoc ut operetur irregularitatem, oportet esse propinquam & immediatam.*
- 98 *Homicidio ab ebrio commissio, tres actus considerantur primus, ipsa potio: secundus, ebrietas: tertius, hominis occisio: in primum fertur voluntas directè, in secundum indirectè, & per accidens, in tertium neque per se, neque per accidens.*
- 99 *Secundùm Diuum Ambrosium apud sapientes indices venia datur his, qui per vinum deliquerunt, & de sola leuitate illos damnari dicit.*
- 100 *Cap. inebriauerunt. 15. questio. 1. intellectus.*
- 101 *Quæ non sunt voluntaria per se & ratione sua sed per accidens ratione sua cause, non sumunt illam bonitatis aut malitiæ dominationem, quæ illis conueniret, si essent in se ipsis voluntaria, sed illam, quæ conuenit cause, in qua dicuntur esse voluta.*
- 102 *Furiosus aut ebrius, quanuis sit sua culpa vsurpationis priuatus, non potest nouam culpam committere, sed circumstantiam, quæ aggravat ebrietatem, aut furia peccatum.*
- 104 *Inebrians se consultò, ut hominem occideret, si ipsum occidat, est irregularis.*
- 105 *Ebrius si consueuisset in ebrietate arma sumere, & homines offendere, erit irregularis, si aliquem occiderit.*
- 106 *Ebrius absq; sua culpa, sed dolo alterius, non erit irregularis, si aliquem occiderit.*
- 107 *Ebrius matrimonium contrahere non potest, si ebrietas illum consensum impediat.*
- 108 *Furiosus matrimonium contrahere non potest, & si de facto contrahatur, erit nullum, ob defectum consensus.*
- 109 *Ebrius testis esse non potest, neque facere testamentum.*
- 110 *Ebrius contrahere non potest, etiam cum iuramento in sui præiudicium & contrahens cum eo, quem inebriauerat in prædico, ad quod eum inebriauerat, dolo dicitur contraxisse, ut in num. 111.*
- 112 *Superiora sunt intelligenda in penitus ebrio: secus aliàs in parum ebrio.*
- 113 *Nemo præsumitur ebrius, nisi probetur: probatio tamen ebrietatis difficilis est, & ideò non creditur testi deponenti super ebrietate, nisi assignet concludentem rationem, etiam non interrogatus, ut in. nu. 114.*

C A P V T IIII.

De ebrietate, prohibita præcipue clericis, deq; eorum pœnis, & de vino plura differuntur.

IN diuinis literis maximè detestatum inuenitur crimen ebrietatis, quia ipsa omnium vitiorum fomes ac nutritrix est. c. fin. 35. distinctio. † Habetur enim Ecclesiastici. 31. quòd multum & immoderatum vinum bibere, multorum malorum causa est. † Noe siquidem inebriatus vino denudatus est, &c. Genes. c. 9.

4 † Loth etiam inebriatus incestum cum filiabus commisit. Genes. c. 19. & Leuit. 10. dixit Dominus ad Aaron: † Vinum & omne quod inebriare potest, non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis tabernaculum testimonij, ne moriamini.

6 † Amnon in conuiuio Absalon tumultuosus vino, eo quòd violasset Thamar sororem suam, occisus fuit. 2. Regum. cap. 13.

- 7 cap. 13. † Holofernes bibit multum vinū,
& Iudith ipsum interfecit. Iudith. 13.
- 8 † Ptholemeus conuiuium fecit summo
sacerdosi, ac duobus filiis eius, & cum
inebriati essent, occidit eos. libr. 1. Ma-
chab. c. 16. † Operarius ebrius non lo-
cupletabitur: & qui spernit modica, pau-
latim decidet. † Vinum & mulier apo-
statare faciunt sapiētes. Ecclesiastici. 19.
- 11 † Quare extat Apostoli Pauli verissima
atque infallibilis sententia, quod neque
fornicarij, nec idolis seruiētes, neque
molles, neque masculorum concubito-
res, nec auari, nec adulteri, nec ebriosi
regnum Dei possidebunt. Ex quibus, cū
inter tam graua delicta ebrietas annu-
meretur, facile perpenditur, quanta sit
eius grauitas: de qua agit Cardin. de Tur-
re cremat. in. c. sexto die, & in. c. sequen-
ti. 35. distinctio. † Et in huius criminis
detestationem Apostolus Paulus inquit
ad Ephes. 5. Nolite inebriari vino, in quo
est luxuria. c. vinolentum. 35. distinctio.
cuius meminit glos. in. l. quæ adulteriū.
13 verb. intemperantię. C. de adulter. † &
Prouerbiorū 20. habetur: Luxuriosa res
vinum, & tumultuosa ebrietas, quicum-
14 que his delectatur, non erit sapiēs. † Rur-
sus. c. 23. cui vix? cuius patri vix? cui rixæ?
cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suf-
fossio oculorum? nō ne his, qui commo-
rantur in vino, & student calicibus epo-
15 randis? † & Ecclesiastici. 31. Sanitas est
animæ & corporis sobrius potus: & vi-
num multum potatum irritationem, &
16 iram, & ruinas multas facit. † Sic. 1. Re-
gum. c. 25. legimus de Nabal Carmelo,
qui erat vir durus & pessimus, & mali-
tiosus, quod cū vxor eius Abigail ve-
nisset ad eum (post placatum Dauid) in-
quit Scriptura, Et ecce erat ei conuiuiū
in domo eius, quasi conuiuium regis, &
cor Nabaliocundum, erat enim ebrius
17 nimis. † Philosophus etiam libro proble-
mat. 30. c. 1. scribit, Vinum cupiditatem
Veneris in primis accendere posse: &
Diodor. Sicul. libr. 5. biblioth. Qui vino
18 indulgēt, sunt ad Venerem proniores. †
& Homer. lib. 6. Illiad. inquit, potū ma-
ximè noxium esse, & corpori, & animæ:
vir inebriatus vacillat. Ideò Num: 6. præ-
ceptum erat, vt quicumque votum fece-
rit Domino, à vino abstineat. Alia in de-
testationē huius criminis refert in pro-
posito S. Thom. 2. 2. quæstio. 147. artic.
8. in responsione ad primū. & Aegidius
Romanus de regimin. principat. part.
2. capit. 12.
- 19 Vinum etiam non moderatè sumptū
detegit arcana: vnde Horat. lib. 1. episto.
*Quid non ebrietas designat: opera recludit,
Spes iubet esse ratas, in prælia tradit incermē.*
- 20 † Sed præcipuè de hac re vidēdus est bea-
tus Augustin. in sermone de ebrietate,
qui inter sua opera impress⁹ habetur, &
Isidor. in tractat. de summo bono. lib. 2.
c. 43. de ebrietate. & sanctus Ambros. E-
piscopus in libro de Helia & ieiunio. c.
9. extatq; elegantissima & mirabilis ho-
milia Basilij in. 1. tom. homil. 14. de ebrie-
tat. & luxu. & ex nostris plurima in pro-
posito ex diuersis authoribus cumu-
lant Tiraquel. l. 9. connubial. nu. 153. &
Petrus Plaça in epithom. de delictis. lib.
1. c. 30. per totum, vbi quot, quantaque
21 mala ex ebrietate & crapula emanaue-
rint. † Interim videnda est. l. 36. ti. 5. p. 1.
cuius pulchra verba hic inserere libuit,
quæ sūt huiusmodi: *Mesurado deue ser aq̄ l
que eligieron por alguno de los perlados mayo-
res, en comer, en beber, en guardar se de comer
mucho à demas, e beber de manera que torne en
beodex: porque este es vno de los mas estraños
pecados que en el pueden ser: cà por el deçono-
ce ome à Dios y à si mismo, e à todas las otras
cosas que ay son, mas ayua que por otro: cà se-
gun dixero los sabios antiguos, el vino es carre-
ra que aduxo à los omes à todos los pecados: e
porende la primera cosa de que el perlado deue
ser vedado, es esta: cà derecho es que el que à
de dar consejo à muchos, que siempre aya si se
so apercebido.* Desumpsit hoc lex hæc Re-
gia ex 35. distinctio. per totam & ex epi-
stola. 1. Beati Paul. ad Timoth. c. 3. ibi:
22 Non vinolentum, &c. † Nedum solos
masculos hoc vitium ac crimen ebrieta-
tis cōtigit, sed & etiam fœminas: hæ si-
quidem sunt huic bibacitatis vitio ex
more & sexus natura admodum obno-
xiæ, vti ex Comicis constat, item & ex
Mantuanano

- 23 Mātuanō ecloga. 4. & alijs. † Quare beatus Paul. Apostolus 1. ad Timoth. 2. mulieres sobrias esse præcepit; & ad Ti-
- 24 tum. c. 2. ne anus multo vino seruiat: † & inquit Chrysoſtom. in Matthæum ho mil. 16. & earum, quæ sunt ad populum Antiochi. de reb. diuers. homil. 71. nihil esse turpius ebriosa muliere, † & diuus Hieron. in regula sancti non. ad Eusto chium. c. 36. sacrilegium esse, vt pote de-
 25 terribile in fœmina: † & apud Ecclesiã- stic. scriptum est. cap. 26. Mulier ebriosa ira magna & contumelia: & turpitude eius minimè tegetur: & lege Romuli v-
 26 xor adultera, & bibens vinum, æquipa- rantur, ex Balduino ad ll. Romuli. l. 16. Refert Cōnanus lib. 1. comm. c. 12. n. 1.
- 27 Qua occasione antiquitus lata lex fuit, ac vsu receptum apud plerosque po- pulos, vt vini vsus esset interdictus fœ- minis, sicuti apud Romanos obseruatū fuisse commemorat Dionysius Halicar-
 28 nas. lib. 2. Polibius lib. 6. Marcus Cato in oratione pro dote. Tullius lib. 3. de natu- ra deorum, & lib. 3. de Repub. Valer. Ma- xim. de stat. antiq. Plinius lib. 14. c. 13. a-
 29 lijque plures: & scribit Blondus libr. 5. triumphans Rom. se legisse instrumen- tum dotale ante annos plus minus 300. apud Roman. vsu receptum esse, cum pa-
 30 tri puellę sponsus promittebat, quoties peperisset, vinū illi octo primis diebus, quantum deceret, bibendum daret: itidē de Medici consilio quandiu ægrotasset: insuper omni festo solenni vnico potu illam oblectaret: idq; maximè reipubli-
 cæ conuenit, vt fœminę abstineas sint, † si quidem omnis mulier vinolenta, ea- dem quoque meretrix est, vt in hac spe- cie existimat diuus Chrysoſtom. enarrās illud Matth. c. 1. Cū esset desponsata
 29 Maria, &c. † Hinc est, quod mulieres sua ingluuie, voracitate, bibacitate, & vi- cētus intemperantia sunt podagræ obno- xie, vt existimat Hippocra. lib. 8. apho- rismorum c. 29. & luculenter Galen. in enarratione eiusdem aphorism. 29.
- 30 Illud autem hic opportunè est viden- dum, an ebrietas voluntaria peccatum mortale sit, aut veniale? Et primò vide-

tur, quod ebrietas nisi assidua sit, pecca- tum mortale minimè sit: vt in. c. vnum orarium. §. aliàs ea demum, in versicul. & quanuis Apóstolus, ibi: Et ebrietas, si assidua sit, in eorum numero computa- tur (scilicet capitalium) 25. distinctio. & ibi glossa verb. ebrietas, & in terminis hoc tenet per text. ibi, dicens esse ad hoc menti tenendum, Abb. in. c. à crapula. nū. 2. de vita & honest. cleric. & Feli. in c. si constiterit. nū. 3. de accusatio. & col- ligit duodecim fundamenta Maior in 4. distinct. 15. quæstio. 8. ad probandum, quod ebrius non peccat in eo quod fa- cit, dum manet sibi iudicium: & hanc re- statur communem alios referens additio-
 nat. Villadieg. de irregul. c. 6. nū. 55.

Sed in hoc vera, clara, & communis Theologorum ac nostrorum doctrina est, quod ebrietas voluntaria peccatum mortale simpliciter sit, nempe quando aliquis bene aduertit potum esse immo- deratum & inebriantem, & tamen ma- gis vult ebrietatem incurrere, quàm à potu abstinere, quia secundum hoc ho- mo volens & sciens priuat se (intellige sine causa rationabili) vsu rationis, quo secundum virtutem operatur, & pec- cata declinat, & sic peccat mortaliter periculo peccandi se committens: si au- tem quis nesciens potum esse immodera- tum, & inebriare potentem, se inebria- uerit, potest non peccare, veluti si debi- tam adhibuerit diligentiam ad cauē- dum, aliàs peccabit venialiter: si verò perspicuus potum esse immoderatum, non tamen credit potum inebriare po- tentem, inebrietur, peccabit venialiter, vt in d. c. vnum orarium. §. aliàs, dum dicit: Quoties aliquis in cibo aut potu plus accipit quàm necesse est, ad minuta peccata nouerit pertinere: peccata autē minuta dicuntur venialia: ergo quod cau- satur ex immoderato potu, est peccatū veniale. Hoc verū est, nisi ebrietas sit as- sidua, tunc enim esset peccatum morta- le, vt in d. text. non propter solam itera- tionem actus, quia multiplicatio actūū venialium non facit mortale, sed quia non potest esse, quod homo assiduè inebrietur,

brietur, quin sciens & volens, vel notabiliter negligens in sciendo & cauendo ebrietatem incurrat, dum multoties experitur fortitudinem vini, & suam habilitatem ad ebrietatē: ita in effectu resoluit S. Thom. 2. 2. quæst. 150. artic. 1. & 2. & ibi Caieta. optimè eum defendit, quæ sequitur Greg. Lop. in d. l. 36. ri. 5. in glo. *estrãnos pecados*, part. 1. & colligitur ex glos. in d. 5. aliàs, verb. ebrietas, & ibi cõmuniter doctores, & in. c. à crãpula. de vita & honest. cleric. & est communis secundum Anan. in d. c. si cõstiterit. nu. 8. & 9. de accusat. dicentem, quòd simplex ebrietas sit peccatum veniale, sed sit mortale, si ebrietas sit studiosè, vel frequenter: sequuntur summistæ, præcipuè Angel. Syluest. & Armilla, verbo ebrietas, vbi etiam quòd si ebrietas sit nõ propter delectationē, sed ratione medicinæ, excusat, & non est mortalis, & excusat etiam à peccatis ex tali ebrietate prouenientibus, nisi talia sint præuisa, & non prouisa, nam talis sciens suam conditionē, debet prouidere, ne possit talia committere, quando erit ebrius; sed quando ebrietas est culpabilis, non excusat à peccatis sequētib; licet ea aliquantulum alleuiet, dat enim operam rei illicitæ, idè sibi imputantur mala sequētia. † Addit Siluester, quòd quando quis nõ inebriatur totaliter, quia scit quid facit, licet sit valde grauatus, si hoc scienter & sponte facit sine causa, tractus dulcedine vini, non videtur, aut vix videtur excusari à mortali, quia notabiliter lædit vsum rationis sine causa, & cum periculo peccandi: sed si hoc facit ex causa, ratione sanitatis, est veniale, vel nullū, etiam si frequenter contingat, vt ipse Siluester ibi credit. Intellige tamen, vt prædiximus, prouidendo peccata præuisa, ex ea ebrietate prouenientia: & hoc verius videtur quàm quod tenet Armil. vbi supra, nu. 2. nempè quòd ebrietas non plena, vt cum quis est bene confortatus, & sibi videtur, quòd domus mouetur, quando est voluntaria, non est mortalis, licet sit graue peccatum; citra tamen mortale, quia ratio non obumbratur, hocque de

ducit ex mente sancti Thomæ vbi supra. Possunt tamen hi duo summistæ in hoc concordari, vt idè in hac specie sentiant, secundum magis aut minus, vt constat ex verbis ipsorum. Siluester enim loquitur in valde grauato, licet non inebriato totaliter, quem dicit vix excusandum à mortali, quia notabiliter lædit vsum rationis sine causa, & cum periculo peccandi: Armilla verò agit in ebrietate non plena, vt cum quis est bene confortatus, & sibi videtur quòd domus mouetur, vnde si hoc non lædit notabiliter vsum rationis, poterit à mortali excusari, licet aliàs grauius peccet, secus verò si notabiliter lædat vsum rationis, quia tunc vix poterit à peccato mortali excusari, secundum Siluestrum vbi supra.

32 Hæc tamen omnia de immodico vino, & sic de ebrietate, quæ vitium sonat atque delictum, intelligenda sunt: secus verò de vsum modici vini, quoniam et si vinum immodicè sumptum multum noceat, vt vidimus, moderatè tamen potatum plurimas corporis præstat utilitates, † & idè Ecclesiastici. 31. dicitur, † Exultatio animæ & corporis vinū moderatè potatum: sanitas est animæ & corporis sobrius potus. † Præterea si vinum malum esset ex sua natura, Saluator noster Ioan. 2. non vertisset aquam in vinū bonum, neque initium signorum illius fuisset vinum ex aqua factum: nec si nõ liceret bibere vinū, idem Dominus præcepisset ministrantibus in conuiuio nuptiarum, vt ferrent vinum Architeclino: † & rursus Matth. 26. Marci. 14. & Lucæ 22. idemmet Saluator cum discipulis cœnans accepit calicem, & gratias agens, vinum in sanguinem suum conuertit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, &c. Item & apud Paul. 1. ad Corinth. 11. habetur: Ego enim accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quoniã Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit: Accipite & manducate: Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationē. Similiter & calicem postquam cœnauit dicens:

dicens; Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine; hoc facite quotiescunque biberis, in meam commemorationem. Deinde Apostolus Paulus 1. ad Timoth. 5. scribens consulit, vt aquam non bibat, sed modicum vino vteretur propter stomachum, & frequentes eius infirmitates. Quare merito damnata est hæresis Seueri, à quo Seueriani hæretici originem dixerunt, docentis, nõ licere vllò pacto bibere vinum, eo quòd fabulosa quadam vanitate. (vt Augustinus ait) dicebat de Satana & terra geminasse vitem: quam hæresim improbavit etiã Diuus Hieronymus (eam Tatiano tribuens) in commentar. super Prophetam Amos, interpretans illũ Prophetæ locum, Propinabitis Nazaræis vinum, &c. Sed nullus ex his, qui de hæresibus scripserunt, hunc errorem tribuit alicui alteri quàm prædicto Seuero, vt affirmat Alfons. à Castro libr. 14. aduersus hæreses. c. de vino. colu. mihi 987. vbi eam hæresim improbat, docens nocere non solum animæ; sicut & quamlibet aliam, sed etiam corpori, vt locis sacræ Scripturæ modò proximè citatis: quibus adde Psal. 103. Vt educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis. & Iudicum 9. dicitur, Vinum lætificat Deum & homines. † Et vina de per se sunt excellentiora omnibus alijs rebus habentibus liquorem: & de laude vini scripsit Plato librũ vnum. Cælius verò libro antiq. lection. 16. cap. 64. multum laudat vinũ ex dictis Aesculapij & Platonis; & de eius vtilitate scribit lib. 7. c. 32. & libr. 15. c. 22. & 34. cum pluribus alijs cc. illius libri, Plinius etiam lib. 14. natural. histor. multum etiam laudat vinum. † Inter vina autem illa probat schola Salernitana, quæ habent sequentia.

Vina probantur odore, sapore, nitore, colore. Et subdit:
Si bona vina cupis, hæc quinque probantur in illis.
Fortis, formosa, fragrantia, frigida, frigida,
 39 *De vinis Balneniibus affirmat Chafsanæus in catalogo gloria mundi. 12.*

par. consideratione 84. vers. quis enim, fol. mihi 315. in toto orbe non reperiri meliora illis, & quòd ad omnes partes mundi vehuntur propter eorum excellentiam, vt norunt etiam extere nationes, Angli, Flandrenses, & alij, pro eorum singularitate, & quorum bonitas omnes bonorum bonitates superat: sunt enim fortis, formosa, fragrantia, frigida, in odoribus fumantia, in sapore delectabilia, & suauis; in nitore limpidissima, in colore clarissima, & non spissa; quæ sunt signa ad probationem boni vini.

Sed & plurimæ aliæ prouintiæ laudantur bono vino, quarum ipse ibi latè meminit, inter quas & Tarraco in Hispania etiam vino claruit, & apud Græcos plura celebrantur, de quibus ibi. Ego profectò illa vina non gustavi, † sed scio in nostra Hispania alia oppida excellentissimis vinis clarere, quæ vbiq; circumferuntur, atque hoc nomine insigniuntur, & præcipuè inter alia, quæ omitto oppida de Robledillo, y Descarganaria, ciuitatenf. diocesis, Sanmartin de Valdiglesias, Toletanæ, seu Abulensis diocesis, Ribadauia in Galloecia: habent enim omnes qualitates atq; bonitates supra enumeratas, si melius ac vetustius vinum ex illis partibus eligatur, vt omnes fatentur, qui ea norunt, & illud de Ribadauia in longinquas partes per mare defertur, in Italiam nempe, atque ad Indos, & in alias nationes, vbi purius, perfectius & subtilius fruitur.

41 Vina spissa non adeò profunt morbis, sicut subtilia: & sicut subtile vinum multos spiritus præcreat atq; subtiles, ita grossum grossos: vnde schola Salernitana dicit:

Gignit & humores melius vinũ meliores. Si fuerit nigrum, corpus tibi reddit pigrum. Vinum sit, clarũque, vetus, subtile, maturũ, Ac benè limphatum, saliens, moderamine

42 *sumptum.*

Et inquit Galen. vinum palmeum, 43 siue album esse melioris saporis & odoris quàm cetera vina. † Adde quòd vina mixta, si vetera sint, atque subtilia, tempore

pore caloris ad cœnam indulgentiora plerumq; reputantur.

- Vidimus hucusque mala ingentia ebrietatis, & plurima bona sobrietatis. Oportet igitur homines summo studio niti, vt sobrietati operã dent, quæ cibi,
- 44 viniq; optima moderatrix est: † qui enim ea caret, omnes alias virtutes, quas in se habuerit, obscuriores reddet, & ab omni humanitatis cõmercio excidisse videbitur, & cum belluis potius quàm
- 45 cum hominibus censendus erit: † Sobrietas enim virtus valetudinem nostram cõseruat, corporis animeq; sensus ad vltimum vsq; vitæ nostræ finẽ
- 46 perducit integros atque incolũmes. † Qui verò vino, ciboq; se immergunt, stolidi, ignaui, obtusi q; fiunt, raroq; longè ui sunt, facilè ægrotant, difficiliter curantur, à corporis viribus, animæ que virtute quam primum destituuntur, fiuntque deliri, & omnibus cõtemptui ludibrioq; sunt, adeò vt necessarij ac familiares omnes eis interitum optent.
- 47 † De Socrate refertur dicẽte, cibos omnes, potulq; vitandos esse, qui vltra sitim, famemve sedandam appetitũ longius producerent. O Christianum consilium, quamuis à Gentili præstitũ! atq; vtinam vt bonum est, ita caperetur.
- Quòd si in laicis ita reprehensibile crimen, ac vitium ebrietatis & damnabile existimatur, in clericis, præcipue sacris ordinibus insignitis, multo turpius atq;
- 48 indecentissimum habetur. † Quare clerici in conuiujs hunc modum seruare debent, nempè honestos, ac sobrios in cibo & potu & verbis se ostendere, ac gerere debere, vt constat mirabiliter ex tex. in c. deniq; 4. dist. & ferè per tot. 35.
- 49 distinctione. & 44. distinctio. † & honestati ita debet studere, vt nec fabulas inanes ibi referant, vt in capit. nullus, de consecrat. distin. 5. & in c. nullus. 2. 2. quæsti. 1. c. clericum. 34. distin. & in c. presbyteri. 44. dist. nec alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatone in-
- 50 gurgitare, † neq; plausus, & risus, & fabulas inanes ibi referre, vt per supradicta iura tenet Cosmas Guimier in prag-

mat. sanctione Gallic. titulo de spectacul. in Eccles. non faciend. in glos. conuiuia, fol. 159. pag. 2. † Quinimò Ecclesiasticos oportet viros in conuersationibus sacrorum Euangeliorum lectio-nem audire, vt constat ex capit. pro reueretia. & c. quando. 44. dist. c. his ergo. 52. 23. distin. †. Et adeò in potu clericos sobrios esse oportet, vt vltra trinã vicem bibere nõ debeant, vt in d. cap. quando. in fine, ibi; Et maxime vltra terciã vicẽ poculũ nõ contingant: & Cosmas vbi supr. Quinimò hoc clericus nõ seruans peccat. Nauarr. in man. Latin. c. 25. nu. 53. 110. vers. 24. † Hoc tñ intelligẽdum est, quando appetitus naturalis vltra non exigit, voluit enim tẽperare homines immoderatos, vt recenset Abb. in c. à crapula. nu. 2. de vita & honest. cleric.

54 Quare sanctissimè Inocent. III. Sũmus Pontifex in concilio generali Lateranensi (vt habetur in c. à crapula. de vita & honest. cleric.) præcepit, vt omnes clerici à crapula & ebrietate diligẽter abstineant: vnde & vinum sibi tẽperent, & se vino: neque ad bibendum quisquã incitetur: cũ ebrietas, & mētis inducat exilium, & libidinis prouocet incentiuum: vnde illum abusum penitus decernit abolendum, quo in quibusdã partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores, & ille, iudicio talium, plus laudatur, qui plures inebriat, & calices fœcundiores exhaurit.

55 In primis aduertẽdum est, crapulam dici, quantum ad superfluitatem ciborum, quasi cruda epula: ebrietas verò, quantum ad potum, & dicitur ab eo, qd est sine & bria, quod est, mensura, vnde ebrius est, qui sine mensura bibit: vnde Horatius:

Fœcundi calices, quem non fecere disertũ?

Tũc surgũt rixa, tunc pauper cornua sumit.

Ita declarant glos. Abb. & cæteri in d. c. à crapula. de vita & honest. cleric.

56 Secundò est obseruandum, clericos debere vinum aqua temperare ad bibendum, vt patet ibi, Vinum sibi tẽperent: itaque clerici potissimum vinum potantes, aqua dilutum bibere id debent: quod

57 quod etiam constat ex Homero lib. 5. Odisseæ cum nymp̄ha Calypso Vlyss̄em al loquens ita ait : Sed ego panem & aquam, & vinum rubrum apponam placide, quæ à te famem repellât. † Quod adedò procedit, vt clericus vinum purum bibens peccet mortaliter, quia contra prohibitionem Concilij id facit : nam in calice etiam ponitur de aqua, vt in c. cum Marthæ. de celeb. Missarum, vt tenent DD. secundùm Abb. in d. c. à crapula, n. 2. vbi limitat, nisi casu, id est, cù causa aliud faceret: nam reperiuntur quædã vina minus potetia: satis est enim quòd se temperent vino, vt sequitur in littera Concilij : & dicitur se temperare vino, quando habetur respectus ad potetiam vini. Imò credit Abb. quòd etiam nõ apponendo aquam vino, non peccet quis mortaliter, nisi assiduè inebrietur, per tex. in d. c. vnum orarium. §. aliàs ea demum. 2 §. distinct. quem sequitur Armilla aurea, verb. ebrietas. nu. 7. dicēs, quòd non peccet mortaliter contra faciens, nisi propter ebrietatē, vel si se periculo ebrietatis verisimiliter exponit.

58 Tertiò est notandus text. in d. capit. à crapula, contra clericos, qui in conuiuio alios incitant, vel inuitant ad bibendum, quod vulgò nunc dicitur brindar, hoc namque clericis non licet, quibus hoc inhonestum ac indecens est, vt patet ex text. ibi, Neque ad bibendum quis incitetur.

59 Quarto & denique ex eodem text. tollitur abusus, quo se potatores obligant ad æquales potus, hoc namque maximè perniciosum est, quia vt alios alienent à mente, se fortiores reddunt ad bibendũ, & tot, tantisque vicibus poculum attingunt, vt se quoque in precipitium reddant, atque ludibrio omnibus se exhibeant, extrahentes se à recto hominum iudicio, à rectaque semita deuiantes.

60 Vt ergo ab ebrietate se absteineant clerici, pœna contra eos antiquitus à Concilio Agathensi, de qua in c. fi. 35. distinct. est inducta, vt clericus, de quo fuisse ebrium constiterit, aut 30. dierũ spatio à

comunionem submoueatur, aut corporali supplicio subdatur: quod intelligit Hostiens. in summa, titulo de tempor. ordinand. §. & cui, versic. pœna autem, quando clericus semel ebrius fuit: secus si Episcopus, Presbyter vel Diaconus deseruiat ebrietati, nam tunc si nõ desinat deponitur. Subdiaconus verò, vel inferior, siue clericus, siue laicus, si non desinat, communionem priuatur: vt in c. Episcopus. 35. distinct. vbi glo. Aut desinat, inquit: non ergo pro quolibet delicto statim Episcopi debent fulminare, vt vel excommunicent vel deponant: nam, *Si quoties peccat homines, sua fulmina mittat Iuppiter, exiguò tempore in ermis erit.*

Quam distinctionem Hostiensis refert & sequitur Bernard. Diaz de Luco in sua practica crimin. Canon. cap. 71. ebrij. numer. 2. & Rebuffus in sua praxi benef. titulo de cleric. ad sacros ordin. male promot. glof. 4. numer. 8. pagin. mihi 441. & Armilla aurea verb. ebrietas, nu. 6. Petrus Plaça libr. 1. de delict. capit. 30. numer. 4. † illud addens, quòd sicut miles crelestis militiæ, sic miles armatæ propter ebrietatem deponi potest ab omni militia, ex tex. in l. omne delictum. §. per vinum. ff. de re militar. per quem text. idem prius tenuit Abb. in d. capit. à crapula. numer. 3. & ibi DD. & idem sequitur Menoch. de arbit. iudic. lib. 2. centu. 5. casu 404. numer. 5. † & pœnæ d. Concilij Agathensis sic fuerunt disiunctiue descriptæ, vt discretus iudex, quem huic vitio deditũ animaduertent, & quòd à communicatione priuetur parui pendere, corporali potius supplicio castiget, secundùm Bernard. Diaz. vbi supra.

63 Sed post hæc Innocent. III. in dicto Concilio generali, relato in d. capit. à crapula in versiculis si quis autem, aliam pœnam statuit in clericos ebrios, in hæc verba: *Si quis autem super his se culpabilem exhibuerit, nisi à superiore comonitus satisfecerit, ab officio & beneficio suspendatur.* idem in Episcopo statuitur in l. 36. titul. 5. part. 1. vbi Greg. Lop. citat præd. text. & cap. Episcopus. 35. distinct. Vnde hodie nõ imponitur ita grauis pœna, sicut olim

Hh in

in Concilio Agathenti. Tandem glossa ultima in d. capit. à crapula. hoc superioris arbitrio relinquit, vt delinquentem suspendat ab officio vel beneficio: quam sequitur Menoch. vbi supra. nu. 4. & est cõmunis secundum Abb. in proprio loco, nu. 4. qui eam sequitur atque defendit. † Et ex tex. in d. cap. à crapula. 64 ipsiusque pœna constat, non conuenire eidem in proposito distinctione, quam ex Cardinali & alijs refert Menoch. vbi supra numer. 6. sed potius Concilio Agathensi, de quo supra, nempe iudicem in hoc non debere sequi puram voluntatem suam, sed debere obseruare transgradientium ordinem: si quidẽ in maioribus ordinib⁹ collocati, excõmunicari nõ corporali pœna affici debent: si verò adhuc est in minoribus, etiam pœna corporali plecti possit: debeat quoque iudex considerare ordinem ætatis & honestatis, nam senex, vel nobilis, etsi adhuc in minoribus sit, pœna corporali afficiendus non est: vilis verò, etiam si sit in maioribus ordinibus, pœna corporali puniri poterit: hæc namque ad Concilij Agathensis pœnas, quæ hodie cessare videntur, potius congruere, quam ad nouissimas, de quibus in Concilio generali, quod habetur in d. capit. à crapula, videntur.

65 Secundò, pro intellectu d. capit. à crapula, in d. versic. si quis autem, obseruandum erit, quodd propter crapulam, vel ebrietatem nõ debet clericus priuari beneficio, nec etiam suspendi, si vult agere pœnitentiam: hoc si quidem manifeste constat ex illo text. ibi, Nisi à superiore commonitus satisfecerit: ergo pœnitentia & emendatione vitæ subsequuta, cessabit pœna depositionis ab officio & beneficio, & in terminis ita declarat Abb. ibidem nu. 3. voluit idem Abb. in cap. si constiterit, num. 2. Anan. 10. Felin nu. 3. de accusatio. † Monitio igitur prælati præcedere debet pœnam præd. ac reincidentia in crimine ebrietatis post monitionem, ad quod summopere aduertant prælati, non enim statim, cõstito de ebrietate assidua clericis, possunt eũ sus-

pendere ab officio vel beneficio, sed demum monere eum prius debent, quodd si postea reinciderit clericus in idem crimen, tunc, iuris ordine seruato, poterunt eum præd. pœna officij vel beneficij suspensionis punire, prout sibi magis videbitur conuenire saluti spirituali delinquentis.

67 Insuper prohibitum est clericis ingredi tabernas, nisi peregrinationis vel itineris necessitate compulsi, vt in Concilio Laodicensi in sexta synodo, & in Concilio Carthag. III. & in Concilio generali sub Innocent. III. celebrato, de quibus in c. non oportet. & in cap. nulli clericorum, & in c. clerici. 44. distinct. & in c. clericus. de vit. & honest. cleri. & ideò clericus ingrediens tabernam, peccat, secundum Nauarr. in manual. Latin. c. 25. nu. 110. vers. 24. † Pœna autem clericis frequentantis tabernam, si monitus non desistat, est vt deponatur, vt tenet Felin. in d. cap. si constiterit. nu. 2. de accusat. per text. in c. nulli. 44. distinctio. vbi per eodem modo punitur, si faceret se custodem tabernæ, hoc est exerceret officium tabernarij, per text. in Clemen. 1. de vit. & honest. cleric. sequitur loquens in Episcopo vel clerico (licet Felinum non referat) Ioan. Bertach. in tractat. de Episcopo, in 2. par de causa material degrad. & c. num. 20. volum. 2. tractat. diuersorum doct. in antiquis. Sed re vera præd. pœna, nec alia certa inuenitur imposita clericis frequentantibus tabernam, † quia text. in d. capit. nulli, eiusque pœna loquitur in clerico habente tabernam, vel ergasterium, de quo etiam loquitur d. Clementi. 1. de vit. & honest. cleric. Quod verò agit text. ille de ingressu tabernæ prohibito clericis, adducitur solum vt à fortiori censeatur prohibitum eidem habere tabernam, aut ergasterium, arguendo de minori ad maius, in hunc modum: Si enim prohibitum est clericis ingredi tabernam, quanto magis alijs ministrare in ea? Pœna verò tantum est imposita ab illo text. maiori delicto, quod ibi expressè prohibet ne pe clericis habentibus tabernam, vel ergasterium,

sterium, alijs ministrando in ea, non verò clericis ingredientibus in eam, de quibus ibi non agit nisi incidenter & ad iustificandam prohibitionem maioris delicti, de quo prædixerat, ut clarissimè constat ex litera illius text. Arguere autè in pœnis imponendis de maiori delicto ad minus non licet, neque recta ratio id finit. † Quare rectius existimauit Bernar. Diaz vbi supra. d. capit. 71. numer. 3. pœnam clericis ingredientibus tabernam illis Canonibus statutam non esse, vnde superioribus hoc videtur relictum, vt consideratis frequentatione actuum, & personæ qualitate, & videntium scandalo, ab ipsis puniri debeant, ibique meritò improbat Bertachinum vbi supra aliud existimantem: sicut & reprehendi debet Felin. vbi supra, idem prius quod Bertachinus opinatus ex eodem text. Superest igitur, vt pœna præfata depositionis clericis tantùm exercentibus officium tabernarij, præcedente tamen monitione, remaneat imposita ex dictis iuribus, non verò ingredientibus tabernam: † & meritò quidem in clericis tabernarijs id statuitur, quandoquidem tabernarij sunt de genere prædonum. l. 1. §. 1. ff. nau. caupon. & stabul. Alex. in l. 1. in princip. C. de edendo: Niconic. in capit. quoniam contra, numer. 17. de probat. Chassanæus in catalogo gloriæ mundi, part. 11. consideration. 46. vbi etsi multis ostendat, hospitalitatem esse rem valde decoram, honestam, ac officij plenam, † attamen quæstuarium hospitalitas, quam cauponariam vocamus, illiberalis ac sordida admodum est: idem probat. Menoch. de arbit. iudic. d. libr. 2. centur. 5. casu 411. num. 1. & 2:

73 Clerici tamen possunt habere tabernas, & etiam vendi facere vinum in domo, dum modo ipsi non exercent tabernam, vel vendant vinum, sed alter: ita tenent Ioann. Andr. Dominic. & Philip. Franc. in capit. vnico de vita & honest. cleric. in 6. quos refert & sequitur Cæsar Lambert. in tractatu de iure patron. libr. 2. 1. part. quæstion. 9. articul.

26. nu. 4. fol. 100. colum. 4.

74 Sed contra superiora omnia de clericis ingredientibus tabernam, imò quod beneficio priuari possint, videtur tex. in capit. si constiterit. de accusat. ibi: Et quòd in taberna pernoctauerit, &c. Sed ille text. minimè supra dictis contradicit, ibi namque non solum mandatur inquiri de ebrietate, sed quòd celebrauerit non facta digestionem. Primum enim de per se non sufficit, quia vt prædiximus, ebrietas si rara est, non est peccatum mortale, sed veniale tantùm, nisi in casu, de quo supra: quare potius probatur ibi solum delictum ebrietatis non esse beneficij priuatione dignum, vt aduertunt & notant in proprio loco DD. communiter, præcipuè Abb. numer. 3. & Felin. 2. nec etiam secundum solum de per se sufficit ad priuationem beneficij, nempe quòd clericus nulla præmissa dormitione celebrauerit: nam etsi ex illo text. Arctin. ibi in 3. notab. deduxerit, beneficio priuandum esse, qui post cibum sumptum, non præmissa dormitione, celebrauit, à quo sensu non dissentiant Hostiens. in summa de consecrat. Ecclesiæ vel altar. versic. & qualiter ieiunio, & Cardin. in capit. ex parte, quæstion. 4. de celeb. Miss. Felin. in d. cap. si constiterit, in 3. notab. & ibi Anan. numer. 1. & Beroius alios referens decis. 4. numer. 1. verius tamen est, neque intrare tabernam, neque celebrare, dormitione non præmissa, fuisse ibi causam priuationis: sed vera causa fuit, quia ebriosus celebrauit, quod præsumitur, quia per totam noctem stetit in potatione, & mane in continenti celebrauit, & sic præsumitur non ieiunus, vt patet ex illis verbis, Et quòd in taberna pernoctauerit, ita quòd altera die, nulla præmissa dormitione, Missam cantasset: ita text. illum intelligit ibi Hostiens. & Abbas numero. 14. post Ioannem Andream, quos sequitur Bernardus. Diaz in practic. crimin. capit. 29. numer. 2. & Menochius vbi supra, casu 406. numer. 5. quauis secundum omnes, absque dubio in præd.

Hh 2 casu,

casu, dato quòd non esset ieiunus, Christi corpus còfecit.

- 75 Qui autem post cibum & potum, etiam minimum, diuina celebrauerit, ex còmunicationi subiacebit, vt in Concil. Toleta. 7. in can. 2. quem retulit Gratian. in c. nihil. in. §. nullus post cibum. 7. q. 1. & quamuis concilium Braccaren. se. 2. can. 10. seuerius animaduertit, disponens quòd clericus in hoc delinquens continuò ab officio suo priuatus, à proprio deponatur Episcopo, esset nimis rigidum seruare hodie concilium illud
- 76 Braccar. † Quare iudex, attéta persona, & excessus qualitate, & facti publicitate, pœna carceris aut suspensionis in delinquentem huiusmodi poterit animaduertere, secúndum Bernard. Diaz d. c. 29. num. 2. ad fin. quem sequitur Menoch. d. casu. 406. nu. 5. † In necessitate tamen, imminente mortis periculo, licitè potest Sacramentum Eucharistiæ post alios cibos sumi, non tamen consecrari, vt est prædictum, idque indubium, & tenet v. s. ecclesiæ & omnes Doctores, secúndum summam Victoriz de Eucharistia dubio 82. & cum alijs tenet Boer. d. decis. 4. num. 2. & Menoch. vbi supra nu. 6. Nauarr. in manual. Latin. c. 21. n. 53.
- 78 Illud tamen circa prædicta remanet aduertendum, quòd somnus non est de substantia digestionis, vt quis dicatur ieiunus, sed satis est quòd sit perfecta digestio, ad hoc vt clericus celebrare possit sine dormitione: nam ille in proposito dicitur ieiunus, qui perfecit digestionem; vt in c. sacramenta. de consecrat. dist. 1. secúndum Abba. in d. c. si còstiterit. nu. 14. aduersus glos. ibi, in verb. dormitione, quæ relata ad text. videtur sentire, quòd dormitio sit de substantia digestionis ad celebrandum. Sed opinionem Abb. sequitur Bernard. Diaz d. c. 29. nu. 3. vbi refert Cardina. in d. c. ex parte, dicentem sufficere digestionem, secúndum qualitatem cibi sumpti, & quòd secúndum Phisicos digestio perficitur in septé horis: ipse tamen Bernard. credit, quòd istæ septem horæ computandæ sint ab hora duodecima mediæ noctis: quia alià, qui

cœnasset hora prima vel secunda post duodecimam, non poterit celebrare, etiam in vndecima ante meridiem, quia licet cibus sit digestus, ille tamen non dicitur illa die ieiunus; quòd verissimè puto. Addo idem esse in quacunque comestione vel potu post duodecimam horam noctis, vt tenet Nauarr. vbi supra, resoluens, quòd qui prope mediam noctem cœnat, ante tamen duodecimam horam, quamuis postea non dormiat, nec digerat, potest còmunicare & celebrare iuxta còmunem, quam ibi refert & tenet, licet aliqui contrariù teneant, per d. c. si còstiterit: qui tamen text. id non probat, vt prædiximus.

- 79 Pœna autem eorum, qui per ebrietatem aut voracitatem Eucharistiam euomunt, ea est; Episcoporum nempe, vt nonaginta diebus pœniteant, alij verò clerici septuaginta: laicus quadraginta, vt in c. si quis per ebrietatem, de còsecrat. dist. 2. vbi Cardin. de Turrecremat. què sequitur Bernard. Diaz in sua pract. crimin. can. c. 36. vbi huius pœnæ rationem scribit, nempe quia secúndum veriore & securiorem opinionem, quamdiu species Sacramentales suum esse retinent, sub illis continetur Christi Saluatoris nostri corpus inseparabiliter, quo circa ipsum corpus Christi eicitur per vomitum eiectionis speciebus: & ibi quid sit faciendum tunc de illis: cum autem text. ille non aperiat qualitatem pœnitentiæ, quæ debet fieri in illis diebus, videtur relicta arbitrio iudicis, secúndum Bernard. Diaz vbi supra, quem sequitur Menoch. vbi supra a casu. 405. nu. 3.

- 80 Sed est alia pœna ebrietatis, nam inebriari consuetus minimè potest sacris ordinibus initiari, iuxta descriptionem illam Apostolicam: Oportet vnus vxoris virum esse ordinandum, &c. vbi & quòd sit sobrius, qui ordinandus est, nõ vinolentus; quod non semel, sed de frequenter vino repleto intelligi debet. Vnde etiam in canonibus Apostolorum legitur, quòd Diaconus, Presbyter, & Episcopus, ebrietati & aleæ de seruiantes, nisi desierint, còmunionem priuen-

priuentur, vt in summa, & in c. episcopus aut presbyter. 35. dist. Ex quibus iuribus in terminis hanc sententiam probarunt Rebus. in praxi benef. in tit. de cleric. ad sacros ordines malè promot. gl. 4. nu. 8. pagin. mihi. 440. in fin. & Petrus Placa in epitho. de delictis. libr. 1. ca. 30. nu. 4. versic. idem professus, & Ignatius Salced. in additio. ad. c. 71. pract. crim. Bernard. Diaz. Ripa in. l. fin. q. 22. nu. 76. in fin. C. de reuocand. donat.

81 Nec tamen debet esse quis omnino abstemius, vinumque non bibat, is si quidem, ex quo horret, posset euomere Sacramentum, ac proinde ad sacerdotiū promouendus minimè est: argumento. tex. in. c. si quis propter negligentia, de consecrat. distinct. 1. tenet gloss. in. c. ipsi Apostoli. gloss. magna, iuxta medium. 2. q. 7. Abbas in. c. ex parte. nu. 1. de celeb. Missarū. Beatus Antonin. de irregularit. c. 5. n. 4. vol. 16. tract. fol. 79. in antiquis. Placa, & Salced. vbi supra, citantes in idē Ioan. Sayson. in consuetud. Turonens. c. de droit. artic. 1. fol. 239 est cōmuniter approbata gloss. illa secundū Præposit. vt refert & sequitur Francisc. Becius cōsil. 61. nu. 1. vbi ampliat aliquibus modis.

82 Superest modò, vt videamus, an si aliquis existens in ebrietate, cōmittat homicidium, debeat né pœna ordinaria cōdemnari. Et videtur ea puniendam esse,

83 ꝑ quia delinquere per ebrietatem, est lata culpa, vt tenet Bal. in. l. data opera, colum. 2. n. 5. in fi. C. de his qui accusare nō possunt, & ex adductis per Greg. Lop. in. l. 5. tit. 8. in gloss. embriagasse. in fin. p. 7. sed in delictis dolus & lata culpa æquiparantur respectu punitionis, licet non tantum puniatur culpa, vt dolus, vt tenet gloss. iuncto text. in. l. in lege Cornelia, verb. culpa. ff. ad. l. Corn. de sicar. Bar.

84 & alij in. l. 1. n. 3. ff. de legib. ꝑ Et hinc quidam Pythagoricus legem statuit, quòd ebrij si percuterent, plus punirentur quàm sobrij, quia pluries iniuriantur, secund. Philosophū. 2. Polit. ad fin. tom. 5. cuius meminit Sanct. Thom. 2. 2. quæstio. 150. artic. vltim. & inquit idem Aristotel. 3. Ethic. cap. 5. Ebrij duplices pœ-

næ institutæ sunt, nam vt, Eustratius tradit, Pithacus, vnus ex septem sapientibus, ebrio delinquenti duplicem pœnā infligendam esse constituit: alterā propter ebrietatem, alteram verò propter crimen in ebrietate commissum, vtraq; verò pœna ratione ebrietatis: & Pithacus Mytileneus temulētos, si quid deliquissēt, duplici pœna puniri curauit, vt fortitudine supplicij à vino promptius abstinerent, vt cum Alex. ab Alex. Laertio & Tiraquel. de pœnis temper. conf. 6. nu. 9. refert Mascard. de probat.

85 conclus. 579. nu. 2. ꝑ His tamen non obstantibus, verà ac receptissima sentētia inter nostrates est, quòd huiusmodi ebrius delinquens ebrietate graui, non verò leui, probata, quæ inducat mentis alienationem, non sit puniendus pœna ordinaria, sed mitiori; quia ebrietas tollit dolum in delicto, non verò culpam, vnde non excusat in totum à pœna, sed minuit illam, iuxta glo. in c. sanè. 15. q. 1. & glo. in l. 1. verbo, tumulentia. C. si quis imperat. maledix. quibus suffragatur tex. in c. inebriauerunt, & in d. c. sanè. 15. q. 1. vbi probatur, ebrium delinquentem in ipsa ebrietate, non esse à culpa omnino liberum, nec à pœna, quia saltem ex ebrietate vitium contraxit, culpamque commisit, vt contigit in Loth incestum committēti cum filiabus proprijs ab ipsis inebriato: peccauit namque in ipsa ebrietate, non verò in incestu, vt in d. c. inebriauerunt: & citat plures innotentes Villegas in 2. part. Flor. Sancto. c. 2. de Loth Patriarcha: probat etiā. tex. in l. respiciendum. §. delinquunt. vers. impetu. ff. de pœnis, & ibi notat Alberic. post Oldrad. quem refert in princip. & Barin. 3. & illum tex. ad hoc singularē dicit Bald. in d. c. crapula. nu. 3. de vita & honest. cleric. text. etiam optimus in l. omne delictū. §. per vinum. ff. de re milit. vbi inquit tex. Pervinum aut lasciuia lapsis capitalis pœna remittenda est, & militiæ immutatio irroganda est; & ibi notat Alber. & Rom. in l. 1. in princ. ff. de verb. oblig. ꝑ Ex quibus auctoribus deducitur, ebriū nō puniri propter culpā cri-

minis ab eo commissi, sed propter ipsius ebrietatis causam: idem tenet Cardin. Alexan. in. c. deniq; .4. distinct. Abb. in c. vnico, de maled. & in. c. sicut nobis, de testib. & ibi DD. Ripa in. l. fin. quæst. 22. num. 79. versic. quarto, & c. C. de reuocand. donat. Tiraq. vbi supra d. causa. 6. & hanc resolutionem sequitur plures allegans Ant. Gom. 3. tom. c. 1. de delict. num. 73. & Auend. 2. p. c. 16. præ. num. 16. Ludouic. Carrer. in sua præ. crim. tit. de homicid. §. 6. num. 22. D. Couarr. in Clem. si furiosus, in initio. 3. partis, nu. 3. & infinitos referens Plaça de delict. lib. 1. c. 30. nu. 2. versic. cæterum. vbi dicit cõmunem, & quod grauis ebrietas requiratur, & non sufficiat leuis: & Petrus Dueñas in regul. 259. ampl. 4. & testatur cõmunem plures referens Menchac. con. trouers. illustrium. c. 96. nu. 31. & Iul. Cla. in præ. crim. §. fi. q. 60. versic. præterea quæro. & Alfons. à Castro lib. 2. de potest. l. pœn. c. 14. versic. prima principalis conclusio, colum. mihi. 1896. in fin. vbi quod omnes iuris periti ita docent, & Menoch. amplians & limitans de arbit. cent. 4. casu. 326. per totum, & nouissimè Mascari. vbi supra nu. 3. † & hæc sententia hodie expressè iure regio probata est in. l. 5. tit. 8. p. 7. in versic. o si alguno. vbi inquit lex, pœnam exilij in quinquennium in infulam imponendam esse huiusmodi homicidæ & similibus, de quibus ibi: † & quod superiora procedant in pœnis ebrio, secus in exhilarato, seu gaudente, quia modica ebrietas non excusat neq; minuit delictum, cū alijs probat Rip. vbi supra nu. 79. in princip. vbi alijs duobus modis limitat: † vno nempe in eo, qui malitiose se inebriauit, vt excusaretur à delicto, quod prius deliberauerat cõmittere: † alio in eo, qui post cessatam ebrietatem gloriatur de delicto; nam ex rati habitatione subsequuta apparet quod eodem modo deliquisset, si nõ fuisset ebrius, & ideò meritò punitus pœna ordinaria delicti, vt ibi bene probat.

91 Rursus limitanda etiã quibusdam videbitur supradicta cõmunis resolutio in

solito manus ad arma impellere, hominesq; percutere cū inebriaretur, tunc enim videtur quod ordinaria pœna hic puniendus sit: ita tenent Marian. Socin. in repet. c. ad audientiam, nu. 15. de homicid. Ange. Are. in tract. malef. in verb. scienter & dolose, nu. 17. Ludouic. Montalt. de reprob. sentent. Pilati. dubio. 1. nu. 4. Petrus Dueñas in regul. 259. ampliat. 4. Sed adhuc in hoc casu tenendam esse cõmunem supra dictam sententiam existimo, nempe vt in ea specie non pœna ordinaria delicti, sed extraordinaria imponenda sit, ex d. l. regia Partitæ, nam in versic. præcedenti expressè dicit, *Que si algun ome ouiesse acostumbrado de se levantar durmiendo, è tomar cuchillo, ò armas para ferir, è sabiendo su costumbre mala, no apercibiesse della à aquellos que durmiesen en vn lugar, que se guardassen, è matasse alguno dellos, ò si alguno se embriagasse, &c. por tales ocasiones, è por otras semejantes, deue ser desterrado, &c. vt prædixim⁹.* Ecce ergo quomodo dormienti occidèti aliquè, quãuis solitus esset antea manus ad arma iniicere dormiès, nõ imponitur pœna ordinaria, sed extraordinaria exilij: quã iure cõmuni etiã probarunt multi, quos refert Plaça de delict. lib. 1. c. 31. numero. 3. ergo idem censendum est voluisse atque statuisse. l. illam in ebrio, quando quidem statim casum ebrietatis ponit, & vtrumque sub vna determinatione comprehendit quia vna determinatio respiciens plura determinabilia, pariformiter debet determinare. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupill. subst. l. hæreditatem. C. de impub. & alijs subst. cum simil. Præterea licet scienter quis se ebrium faceret, non tamen inde est capienda tam sinistra suspicio & coniectura, vt dolus istius ad homicidium vsq; se porrigeret, tametsi culpabilis in eo sit; & ita meritò aduersus supra dictos ex d. l. regia contra supra dictam limitationem tenet Menchac. vbi supra dict. num. 31. ad fin.

92 Ad irregularitatẽ tñ incurrendã sufficeret præd. cõsuetudo deliquèdi in ebrietate, vt statim dicem⁹. Poterit tamè præcedens limitatio saluari, quoties sciens ebrie-

ebrietatem prouenire ex potatione vini, vt occideret quendam, se consultò in ebriauit, quia tunc occidendo, pœna ordinaria puniri debet, secundùm Plaçam vbi supra d. nu. 2. qui ad hoc allegat Cardinal. an Clē. vnica q. 8. de homicid. sed Cardin. ibi hoc non dicit, sed loquitur simpliciter in ebrio, & inquit, quòd nò excusatur delicto, quamuis mitius puniatur, & sic loquitur in casu còmunis resolutionis supra positæ, non verò in specie, de qua nunc agimus, & sic de limitatione eiusdem còmunis: nihilominus præfata limitatio vera est, & à fortiori hoc casu irregularitas còtrahitur, vt infra dicemus. † Si tamen aliquis absque eius culpa, dolo tamen alterius, inebriatus esset, idq; manifestè constaret, crederem nulla pœna ob homicidium sic in ebrietate commissum ipsum esse plectendum, quia cessat iam ratio communis supra dictæ sententiæ, nēpe quia non habuit yllam culpam in se inebriando, quod in irregularitate, vt in hac specie nulla contrahatur, etiam dicendum erit infra: quare idem in alia pœna existimo, vt in terminis tenet Petrus. Duenas vbi supra, & sic in ebrietate omnino inculpabili, veluti si ex malitia occulta ipsius vini, vel ex cibi cuiuspiam comestione, data ignorantia illius virtutis, & in similibus speciebus idem iure ciuili, canonico, & poli, tenet Menchac, vbi supra lib. 1. c. 19. num. 10. † Ex supra dictis videtur necessariò inferendum, ebrium penitus, qui durante ebrietate hominem occidit, effici ac esse irregularem, quandoquidem ebrietas, quamuis excuset à dolo, non tamen à culpa, ex qua arbitrarie puniendus est, quia saltem ex ebrietate vitium contraxit, culpamque commisit, quæ sufficit ad irregularitatem contrahendam, sicut in causali homicidio manifestum est. Deinde pro hac parte faciunt dict. cap. sanè, & cap. inebriauerunt. 15. quæstione. 1. & dict. l. respiciendum. §. delinquent. ff. de pœnis. Præterea, quia si Papa aliud voluisset, expressisset in Clementina vnic. de homicid. sicut expressit in dormiente

& infante: cùm igitur hoc non fecerit, credendum est voluisse ebrium prædictum homicidium committentem contrahere irregularitatem: & in terminis irregularitatis opinionem hanc expressè tenent ac probant Zenzelin. Cardin. numero. 9. & Imola in Clementina si furiosus. de homicid. quos sequitur Gonsalu. de Villadieg. de irregularit. cap. de percussor. colum. 11. Siluester in summa, verb. homicidium. 3. numero. 6. in fin. Ricard. in. 4. distinct. 15. & ibi Thom. hoc tenent, quando ebrietas fuit peccatum, etiam citra mortale: & est còmunis opinio secund. Nauar. in man. c. 27. nu. 230. dicentem Zenzel. vbi supra esse còmuniter receptum per supra dictos, quauis ipse contrarium probet, vt infra dicemus.

Sed his non obstantibus, còtraria sententia est verior & tenenda, imò quòd omnino ebrius, etiã culpa sua, occidens hominem durante tempore ebrietatis, nihilominus irregularitatem non incurrat. Primò, quia ebrius furioso similis est, vt in. c. venter. 35. distinct. sed furiosus nò est irregularis, vt d. Clem. si furiosus, ergo nec ebrius. Non obstat, si replices, quòd ebrius sua culpa priuatus est vsu rationis, furiosus autem absq; culpa vsu rationis caret: † nam potest etiam accidere, quòd quis sua culpa furiosus fieret, vt probatur in. c. si quis insaniens. 15. q. 1. & tamen adhuc non erit irregularis, vt in d. Clem. si furiosus. dum generaliter & indistinctè id probat, & ibi Cardin. quæst. 6. num. 8. id tenet, & latè coniectatur Alfons. à Castro vbi supra, & etiã tenet Nauar. vbi supra post glos. in d. c. si quis insaniens. † Præterea idè argumentum currit in dormiente, quia sicut ebrius mediatè & remotè voluit occidere, dum voluit inebriari, ita etiã potest contingere, vt quis vigilàs adeò vehementer irascatur contra alium, vt illù occidere aggrediatur quauis facere nò possit, & hac necis cupiditate affectus dormiat, & postea plenè soporatus somniet ea, quæ in vigilia acciderunt, & hac phantasia motus surgat adhuc dormiens, & capiat ense, accedat que ad

Hh 4 lectum,

lectum, in quo alius dormit, illumque occidat, si hoc cōtingisset, prout refert contingisse Petrus à Palude in. 4. distinctione. 3. 2. quæst. 1. artic. 3. mediata procedet illa mors à libera voluntate, quæ fuit in vigilia: nam ex illa vehemēte volutione aucta est imaginatio sensus, & creuit appetitus sensualitatis: & nihilominus adhuc hoc casu non esset irregularis huiusmodi deliquens, ex generalitate dictæ Clementinæ; vt latè comprobatur iuris rationibus Alfonso à Castro vbi supra aduersus Palud. præcitatum, contrarium libentissimè profitentem; & est cōmunis sententia, vt alios referēs cum Castro testatur eam sequutus Plaça de delict. lib. 1. c. 31. num. 6. quo in capite alia de dormiente tradit. Ergo neq; huiusmodi ebrius. Secundò pro hac eadem parte facit, quia necessarium est, operationes illas, propter quas est infligēda irregularitas, esse humanas, hoc est, factas ab homine habente vsum rationis, quia aliàs infans & furiosus, ac dormiens, possent in huiusmodi irregularitatem incidere: cuius contrarium manifestissimè est definitum in illa Clem. si furiosus. Tertiò eadem sententia probatur, quoniã ebrius, etiã si culpa sua inebrietur, illa culpa non est causa proxima, immediata, neq; libera illius occisionis, sed mediata & remota; ergo homicidiũ non oritur proximè nec immediate ab illa culpa, sed ab ebrietate, nec à causa libera, sed à causa naturali, hoc est ab ipsa ebrietate: ¶ causa autem occisionis ad hoc vt operetur irregularitatem, oportet esse propinquã & immediatam, iuxta text. in. c. de occidendis. 23. quæst. 5. & in. c. de cætero. de homicid. & ibi gloss. & Abb. in. c. quia diuersitatem, per text. ibi, in argumentum nu. 11. & 13. de concess. præbend. & Nauarr. vbi supra nu. 220. & quamuis D. Couarr. in Clem. si furiosus, de homicid. 2. p. §. 4. nu. 9. existimet, non esse semper ad hoc necessariã causam immediatam, aut propinquam, sed sufficere aliam, modò sit non admodum, vel omnino remota, quod bonus vir arbitrabitur: hinc tamen valde remo-

ta est ebrietas ab homicidio, cum ad id non sit accepta, sed omnimodo volita causa delectationis, saporis ac suauitatis. ¶ Quartò eadem pars comprobatur, quia in homicidio ab ebrio commissio tres actus considerãdi sunt. Primus, ipsa potatio: secundus, ebrietas: tertius, hominis occisio: in primum fertur voluntas directè, nempe quia ebrius soluit vinũ bibere immediatè: in secũdum fertur voluntas indirectè & per accidens, vt docet S. Thom. 1. 2. quæst. 76. in tertiũ, hoc est in ipsam hominis occisionem, neq; per se, neq; per accidens volũtas fertur; alioqui si adhuc indirectè fuisset voluntarius actus contingens in ipsa ebrietate, imputaretur ebrio, cuius contrarium probatur in d. c. inebriauerunt. & in d. c. sanè vt infra dicemus: quib⁹ & alijs iuridicis fundamentis hæc. 2. pars satis probata remanet ac roborari potest aduersus priorem, & eam voluit Abb. in d. c. quia diuersitatem, nu. 11. & 13. de concess. præb. per text. ibi, cui libentissimè se subscribit latissimè eam defendēs ac probans Alfonso à Castro. d. lib. 2. de potest. l. pœnal. c. 14. versi. prima principalis conclusio, ibi: Ex quo infertur, & c. & Bonifac. de Vitalinis in d. Clem. vnica num. 26. de homicid. & ibi D. Couar. in initio. 3. partis. num. 3. & 4. & Petrus Plaça in epithom. de delict. lib. 1. cap. 30. num. 5. vltra quos eandem sententiam Abb. expressè sequitur, dicens sibi magis placere, contra Ricard. Ange. de Claualio in sua summa; verb. ebrietas. nu. 1. & Armilla aurea eodem verb. num. 8. & Nauarr. in man. d. c. 27. num. 230. loquēs in omnino ebrio extra iudicium posito, in qua specie hanc quæstionē nos quoq; intelligimus: eandem opinionem sequitur etiam Petrus à Nauarra nouissimè lib. 2. de restitutione. c. 1. num. 74. & 75. quare potius ex numero authorum maiori potest hæc appellari cōmunis opinio, vel saltem est magis cōmunis, quãdo quidem plures eam sequuntur: nã Nauarrus contrariam appellauit cōmunē, ex eo quòd eam sequuti sint Zenzelin. Cardinal. Imol. Gonfal. de Villadieg. Siluester

Siluefter vbi supra, cum tamen numero plures, & dignitate non minores nostrā hanc secundam teneat atq; sequantur, & demum optimis iuris fundamētis & rationibus sit fulcita, ac proinde tenenda, intelligendo eam semper in illo, qui penitus erat ebrius, quando homicidiū perpetravit, aliàs secus: argumento supra traditorum nu. 85. cum sequentib. & infra num. 112.

99 Superest vt respondeamus fundamentis contrariæ partis. Et quidem non obstat d. c. sanè. 15. q. 1. vbi inquit diuus Ambrosius, apud sapientes iudices veniam dari his, qui per vinum deliquerunt, & & de sola leuitate illos damnari dicit, & ibi gloss. interpretatur veniā dari, quia minori pœna puniuntur, quàm si ex certa scientia fecissent: quia respondeo, q̄ potius ex hoc sequi videtur, illos nō debere puniri pœna irregularitatis, quàm contrarium.

Non etiam obstat. c. inebriauerunt. eadem causa & quæst. cuius litera sumpta est à Diuo Augustino lib. 22. contra Faustum Manichæum. c. 44. & ita se habet: † *Inebriauerunt Loth filia eius; & se nescienti miscuerunt, quapropter culpandus est quidem, non tamen quantum ille incestus, sed quantum illa ebrietas meretur.* Quoniam respōdemus, tex. illum contrariam sententiā nō probare, sed imò nostræ fauere, nam si Loth inebriati à filiabus suis, cum eisdem coitus non est culpandus quantum ad incestum, sed quantum ad ebrietatem, hoc non aliunde euenire potest, nisi quia ille coitus fuit extra vsum rationis habitus, & non fuit plenè liber, neque à voluntate proximè & immediatè imperatus; ex quo sequitur, illū coitum non fuisse volūtarium in se, sed solū in sua causa, videlicet ebrietatis, à qua fuit causatus: † quæ autem non sunt voluntaria per se, & ratione sua, sed per accidens ratione suæ causæ, non sumūt illam bonitatis aut malitiæ denominationem, quæ illis conuenirent, si essent in se ipsis voluntaria, sed illam quæ conuenit causæ, in qua dicuntur esse volita: cui sententiæ consonat beatus Bonauē

tura in. 2. sententiārum distinct. 22. quæst. 3. artic. 1. vbi ait, † nec furiosum, neq; ebrium, quamuis vterq; illorum sit sua culpa vfu rationis priuatus, posse cōmittere nouam culpam, sed omne malum, quod durante furia aut ebrietate factum fuerit, dicit esse circūstantiā, quæ aggrauat ebrietatis aut furia peccatum. Eiusdem sententiæ fuit S. Thom. 1. 2. q. 20. arti. 5. & Caie. ibi. q. 76. artic. 4. & Ant. à Cordub. in suo quæstionar. lib. 2. de ignorant. q. 18. pag. 98. versi. ex supradictis infertur. Ex quibus constat, coitū Loth non esse incestum dicendum, sed ebrietatis circūstantiam illam aggrauantem. Eodem modo idem dicendum est in ebrius alium occidente, nam talis operatio non esset nomine homicidij culpanda, sicut neq; fornicatio Loth nomine incestus, sed dicitur euentus post ebrietatem sequens, & circūstantia ebrietatis illam aggrauās, sicq; necessario sequitur, quòd non sit irregularis; ad id enim oportet præcessisse operationem, quæ verè dicatur homicidiū, vt latè probat Castro vbi supra, ex quibus articuli huius veritas manifestè & ad oculum illustratur, atq; radicitus enucleatur. Non etiam obstat d. l. respiciendum. §. delinquant, quia etsi ebrius illud faciendo impetu delinquat, non tamen ea specie delicti, qua delinqueret si absque ebrietate, & ignorantia id fecisset.

Iuxta hunc modum est etiam intelligendum, quod supra ex Aristotel. adduximus, ebrijs duplices pœnas esse institutas, alteram propter ebrietatem, & alteram propter crimen in ebrietate cōmissum: ea namq; quæ propter crimen iniicitur, mitior esse debet, quàm si crimen absque ebrietate cōmitteretur: secunda siquidem pœna adijcitur ob circūstantiam delicti in ebrietate cōmissi prouenientem, quæ circūstantia ipsam ebrietatem aggrauat, vt supra ex Bonauentura adnotauimus. Quinimò, vt supra cū cōmuni doctorum sententiā resoluiamus, ebrius non punitur propter culpam criminis ab eo commissi in ebrietate, sed propter ipsius ebrietatis causam. Itaque

licet secundum Aristo. duplex poena sit imposita ebrio pro delicto ab eo inebriate commisso: altera propter ebrietatem, altera propter crimen, utraq; tamen ex culpa ab ebrietate commissa originem trahit, & ob eam dupliciter punitur sequuto crimine: sed apud nos, ut vidimus, mi-

104 Limitatur modo primo nostra ista hæc sententia tenenda, si ille hac intentione inebriaretur, ut hominem illum occideret; tunc enim homicidium iam esset voluntarium & non per accidens, ac perinde erit irregularis, ac si sobrius occidisset; ut cum glos. in. c. de cetero. de homicid. tenet in terminis Ange. de Claualio vbi supra & sequuntur Castro vbi supra, & Ludouic. Carrer. etiam vbi supra. §. 6. num. 23. & D. Couarr. etiam vbi supra, num. 3. & Pet. Plaça vbi supra num. 5. idq; est verissimum, & sine dubio.

105 Secundò limitatur, ut non procedat, quando ebrius consueuisset in ebrietate arma sumere, & homines percutere atq; offendere, tunc enim per potationem immoderatam operam dat rei illicitæ, directè ad homicidium, idcirco irregularis erit censendus, ut in hac specie notat Socin. in. c. ad audientiam, nu. 15. de homicid. prout eum refert & sequitur Plaça vbi supra: sequitur etiam eandem limitationem Nauar. vbi supra, nu. 230. & Petrus à Nauarr. vbi supra.

106 Cæterum si absq; eius culpa, dolo quidem alterius, inebriatus alterum quis occiderit, proculdubio irregularis non erit, quando quidem, neque vlla poena placendus sit, ut prædiximus; & in terminis tenet Marian. Soci. in. d. c. ad audientiam. num. 15. de homicid. prout eum referunt, & sequuntur D. Couarr. vbi supra, nu. 3. & Petrus Plaça supra citatus nu. 5.

107 Vltimò ex iuperioribus probanda venit sententia Henrich. in. c. dilectus de sponsal. tenetis, matrimonium ab ebrio minimè contrahi posse, ob consensus

defectum, si ebrietas illum consensum impediatur, quem sequuntur Socin. consi. 47. vol. 3. Decius consi. 112. Rip. in. l. fin. quæst. 22. num. 76. C. de reuocand. donatio. Couarr. in. 4. de sponsal. 2. p. c. 2. nu. 9. & Armilla aurea in summa, verb. ebrietas, nu. etiam, 9. † sicut matrimonium à furioso contractum nullum est ob defectum consensus, ut in d. c. dilectus, notat Magister senten. in. 4. distinctione. 34. & ibi. S. Thom. art. 4. l. 6. tit. 2. p. 4.

109 Nec testis esse potest ebrius, neq; facere testamentum, quia nescit quod loquatur, secundum Bal. & Fel. in. c. 1. de testib. & Rip. vbi supra Tiraq. de poen. temperand. caus. 6. nu. 8. optimè Mascard. de proba. conclu. 579. per totum. 2. tom. pro quo est. l. 8. tit. 16. p. 3. ibi: *Otrofi dezimos, que no puede testiguar ome que aya perdido el seso, en quanto le durare la locura*: nam ebrius ita amittit iudicium, sicut furiosus, ac proinde eidem equiparatur, ut est prædictum. † Nec tenet contractus factus per ebrium in sui præiudiciu, etiam cum iuramento, ut in. c. vnusquisq;. & ibi glos. in verb. ebrius. 22. q. 4. Tiraq. &

110 Mascard. vbi supra nu. 2. † & ideò contrahens cum eo, què inebriaerat in prædico, ad quod eum inebriaerat, dolo dicitur contraxisse, ut tenent glos. Bal. & modernis in. l. dolu. C. de dol. Rip. vbi supra d. nu. 76. vbi hoc intelligit nu. 79. in penitus ebrio, secus aliàs. Mascard. vbi supra nu. 7. & 8. † Nam parum ebrius potest contrahere, & testari, secundum Dec. consi. 112. nu. 1. & Mascard. d. nu. 8. qui nu. 6. tunc demù verum intelligit quòd ebrius testis esse non possit, quando probetur huiusmodi testem fuisse ebrium tempore testimonij & depositionis, nam alioqui ebrietas non repehit à testimonio, nisi probetur, prout supra, secund.

112 Aym. Crauet. & alios, quos refert & sequitur: nemo nãque præsumitur ebrius, nisi probetur, ut tenet Rip. in. l. si vnquã, nu. 80. C. de reuoc. don. & inquit Bal. in d. c. à crapula. nu. 1. de vita & honest. clerici. † quòd probatio ebrietatis difficilis est, † & ideò non creditur testi deponenti super ebrietate, nisi assignet concludentem

dentem rationem, etiam non interroga-
tus, quia in cognoscendo ebrietate plu-
rimū laborat ratio intellectus, & de faci-
li decipi potest, secundū Innocēt. Bald.
& Felin. in c. cum causam. el. 1. de testib.
nu. 3. versū. & istam fallentiam. Bart. in
tract. de testib. colum. 3. Bald. in. l. furio-
sum, circa medium. C. qui testamēta fac.
possi. & in. l. solā. C. de testib. quos refert
& sequitur Rip. vbi supra nu. 80. & præ-
dicta à nu. 112. tradit etiam & sequitur,
alia addens in materia, Mascardus de pro-
bat. cōclu. 578. per totā, in initio. 2. tom.

S V M M A R I V M.

- 1 **H**omicidium inter grauiora crimina com-
putatur.
- 2 Homicida voluntarius, publicus vel occultus,
irregularis est.
- 3 Presbyter aut Diaconus homicida deponitur,
non tamen cōmunionē priuatur, si sententiæ
paruerit, & post depositionem detrudendus
est in monasterium.
- 4 Reclusionis poena non ita diuturna debet esse cō-
tra clericum consilium præbentem homici-
dio, sicut in vere & proprie occidente.
- 5 In casibus, in quibus iure civili poena mortis in-
fligitur pro homicidio, iure canonico poena
perpetuæ carceris imponitur.
- 6 Clericus homicida voluntarius non est ipso iu-
re beneficio ecclesiastico priuatus, sed per
sententiam priuandus.
- 7 Quinimò etiam si quis esset per sententiam con-
demnatus pro homicidio, non est beneficio
priuatus, nisi per sententiam priuatur.
- 8 Clericus homicida interim quòd beneficio non
priuatur per sententiam, fructus eius licite
recipit atq; consumit, ita quod neque iudex
eosdē fructus in sententiā possit fisco adiudi-
care, siue sint extantes, siue consumpti: sed
contra numeris seq. vbi limitatur quod est
prædictum.
- 9 Prælati non canonicè instituti, qui propter eo-
rum demerita sciunt se debere priuari, si po-
stèa priuentur, anteneantur ad restitutionem
fructuum.
- 10 Clericus homicida postèa deseruiens beneficio,
vel dignitati, non priuatur fructibus, nisi à
die accusationis, vel inquisitionis, nisi deli-

etum ipso iure ministrare impedire, vel si
priuatio beneficii pro eo ipso iure inducere
tur, vt in num. 17.

- 12 Obtinens beneficium curatum, qui intra annum
non ordinatur, tenetur in conscientia exinde
beneficium dimittere, & fructus restituere
ante sententiam, & nu. 13.
- 14 Poena non debetur in conscientia ante condēna-
tionem, etiā si ipso iure imponatur. Hoc li-
mitatur, quando contrarium de mente legis-
latoris cōstat, vel nō imponitur proprie, vt
poena, sed vt quedā conditio, vel modus rei
traditæ, vt in nu. 15. Secundò limitatur, vt
procedat in poena, quæ ad sui executionē ali-
quā actionē requiriti: secus in illa, in qua nul-
la actio requiritur, vt cū suis exēplis, decla-
ratur nu. 27. in versū. 2. principaliter.
- 16 Maritus potest legare uxori usufructū ea
lege, si pudicè vixerit, aut si ad secundas nō
transierit nuptias.
- 17 Leges seu constitutiones collegiorū inducentes
priuationē ipso iure propter aliquod crimen
obligāt in conscientia, absq; iudicis sententiā.
- 18 Ll. regii iudicibus & alijs ministris poenas in-
fligentes, si iudicium vendiderint, munuscu-
laq; receperint, quas incurrant eo ipso, nulla
expectata sententiā, obligāt in conscientia.
- 19 Retinens beneficium ecclesiasticum, quo est pri-
uatus ipso iure, dicitur intrusus, requiritur ta-
mē sententiā priuationis, vel declaratoria:
itō alijs modis dicitur quis intrusus, vt hic.
- 20 Recipiens ecclesiam parochialem, ad sacerdo-
tium promoueri non intendens, vt intra an-
num eius fructus percipiat, illam postèa di-
missurus, nisi voluntate mutata promotus fue-
rit, ad restitutionem fructuum tenetur, nec
est necessaria ad hoc sententiā: hoc tamen in-
telligendū est in foro conscientie secus in ex-
teriori, vt in num. 21. idemq; est in retentio-
ne beneficii, vt in nu. 23. Comprehenditur
etiam ille, qui dubio est animo ordines susci-
piendi, vel cum intentione eos suscipiēdi sub
condicione, nisi, &c. vt in nu. 22. & nu. 24.
quid in alijs beneficijs non curatis & nu. 25.
- 26 Coniugati accipientes pensiones super beneficijs
ecclesiasticis auctoritate Apostolica in su-
stentationem suo statui necessariam, non pec-
cant.
- 27 Accipiens beneficium non curatum, hæsitans,
& nō deliberans permanere in eo statu, satis-
faciēs

- 28 *faciens tamen eius meritis, an peccet*
 28 *Reus in foro conscientie quando iudicatur, & debeat ante condemnationem, & quando non?*
 28 *Clericus quoties propter crimen datur ad restitutionem fructuum, solum datur ad restitutionem perceptorum, non vero qui percipi potuerunt.*
 29 *Clericus homicida interim quod non priuatur beneficio, potest id renuntiare, & procedit etiam in renuntiatione in fauorem certae personae, ut in nu. 30. cum sequet. & procedit etiam post conclusum in causa, ante sententiam, & etiam post eam, si est ab ea legitime appellatum, ut in nu. 39. & 38.*
 31 *Omnis assensus regis, siue summi Pontificis, est gratia, quia princeps non cogitur consentire.*
 32 *Renuntiatio in fauorem alterius, mentione criminis non facta, an sit valida, & nu. 51.*
 33 *Motus proprio Pij. V. de confidentijs attento caut. quedam 44. Ferratij, & aliorum non est licita neq; secreta.*
 34 *Rebellis antequam priuetur beneficio, potest illi renuntiare: idem in clerico periuro, & in alio quocumq; criminoso, ut ibi, nu. 35.*
 36 *Clericus homicida condemnatus poena perpetui carceris, si tamen per sententiam non priuatur beneficio, potest illud resignare, etiam si expectans Apostolicus illud acceptauerit.*
 39 *Clericus homicida ante sententiam priuationis beneficii, potest ei renuntiare, etiam si alius id prius impetrauerit & in euentum priuationis. Limitatur nu. 40. si in impetratione apposita fuerit clausula expressa, quod renuntiatio lice pendente facta cedat in utilitatem impetrantis.*
 41 *Quid quando huiusmodi renuntiatio, vel resignatio beneficii sit cum ignorantia impetrantis ipsius, vel scienter, & nu. 42.*
 43 *Renuntiatio beneficii facta cum fraude, non est amittenda, & nu. 52.*
 44 *Clericus propter crimen priuatus a canone beneficio ipso iure, non potest ei renuntiare.*
 45 *Clericus priuatus beneficio ipso iure a canone, propter non promotionem intra annum ad sacerdotium, non potest illud resignare, nec retinere in conscientia.*
 46 *Decurio, rector, vel tabellio ciuitatis vel ville, alij ve officia perpetua habentes, committentes delictum priuatione dignum, an interim pendente processu, possint renuntiare huiusmodi officijs? & numeris sequent. & nu. 50. quod non, quando propter delictum sunt priuati ipso iure officio.*
 47 *Huiusmodi officia publica sub hypotheca bonorum includuntur, & in eis executio fieri potest, & si sunt quaesita constante matrimonio, mulieri debetur aestimatio pro parte eius, & filio imputatur in legitimam.*
 53 *Delinquens post delictum ante sententiam priuationis bonorum, potest bona sua administrare, & alienare, quando propter delictum non est priuatus ipso iure a lege, vel canone, suis bonis, nec ea sunt ipso iure confiscata: procedit etiam huc in conscientia, ut in nu. 61.*
 54 *Delinquens huiusmodi potest debita soluere, & ei debitum solui, nisi sit contumax.*
 55 *Potest etiam de bonis suis dare in solutum creditoribus.*
 56 *Bona delinquentis an sint tacite obligata & hypothecata fisco, vel parti, cui debent applicari, & numeris sequent.*
 57 *Tacita hypotheca competens fisco post sententiam in bonis delinquentis, quibus creditoribus praedictet.*
 59 *Delinquens post sententiam condemnatoriam contra eum latam pro delicto transacta in rem iudicatam, non potest bona sua alienare.*
 60 *Sequestrium bonorum non habet locum in casibus in quibus pro delicto bona non confiscantur ipso iure.*
 62 *Intendens crimen committere, ob quod scit se bonis suis priuandum, an in conscientia possit ea antea alienare.*
 63 *Donatio ante delictum commissum animo id committendi, & sic fraudulenter, reuocatur, si nullus subsit suspicio fraudis, ut in numero. 64.*
 65 *Fraus in proposito censetur probata, si alienatio tunc fiat omnium bonorum, & alijs modis, de quibus hic.*
 66 *In crimine laesa Maiestatis bona statim commissio delicto confiscantur ipso iure.*
 67 *Hodie in nostro regno & bona confiscantur ipso iure in crimine laesa Maiestatis, & a ministratio & dominium bonorum tollitur, & alienatio prohibetur, tam tunc oneroso, quam lucratio, a die commissi delicti.*
 68 *Idem est in crimine haeresis, quicquid alias disponat. l. 4. infra. tit. 26. par. 7. de cuius intellectus*

- lectu agitur in nu. 69. Idem est in peccato nefando contra naturam, ut in nu. 71. & in alijs casibus, in quibus bona confiscantur ipso iure, ut in nu. 72.
- 70 *LL. partit. nusquam censentur derogare iuri civili & Canonico, in his, in quibus iuri Canonico derogare possunt, nisi in casibus, in quibus ipsa LL. aperte id docent.*
- 73 *Hereticus attentio iure Canonico, cui stare debemus, non potest ullo modo condere testamentum, nec ex eo aliquid capere.*
- 74 *Alienatio, quocunq; titulo facta, à delinquente bonorum facta, ubi ipsa prohibetur, est nulla, si fisci; ea repetet, atque vendicabit à possessoribus post sententiam.*
- 75 *Hereticus non potest donare, neque alio titulo alienare, neq; dotare filias in matrimonio carnali, nec spiritali.*
- 76 *Fiscus vendicās prædicta bona à possessoribus, non tenetur eisdem pretium solvere, neque alijs tertijs possessoribus, quantūcunq; per plures manus transferint, ut in num. 77. præterquam si pretium datum ab emptore, reperiretur inter bona ipsius delinquentis: vel si fuit conuersum in utilitatem bonorum delinquentis, & illa utilitas cum bonis ad fiscum fuit delata, ut in nu. 78.*
- 79 *Delinquens, cuius bona ipso iure pro delicto sunt confiscata, vel alteri in poenam applicata, non potest sine peccato mortali rem aliquam in casu non permisso alienare, etiam reuelata emptori conditione rei, ut in nu. 83. & an titulo lucratiuo, vide hoc nu. & nu. 80.*
- 81 *Fraus ad damnum proximi tendens, est perniciofa, & peccatum mortale, nisi circa minima versetur.*
- 82 *Delinquens, cuius bona ipso iure pro delicto sunt confiscata, si alienet titulo gratuito, minus peccat. quam si titulo oneroso alienaret, ut hic.*
- 84 *Delinquens tamen huiusmodi ex causa necessaria potest alienare, nempe pro alimentis, aduocatis, & alijs necessarijs, ut hic.*
- 85 *Res sequestrata, deficientibus alijs bonis, potest vendi pro alimentis, & alijs sumptibus, arbitrio iudicis.*
- 86 *Res, quæ subiacent restitutioni, & quæ prohibentur alienari, possunt pro sumptibus alimentorum alienari.*
- 87 *Bona maioratus an pro eisdem alienari possint & num. 88.*
- 89 *Delinquens, cuius bona sunt ipso iure confiscata pro delicto, quando aliàs est soluendo, potest alienare.*
- 90 *Item, quando delictum esset ita occultum, ut nullo modo probari posset.*
- 91 *Fiscus non tenetur ad soluenda debita ab ipso debitorum contracta post commissum delictum, sed ea tantum, quæ tempore criminis perpetrati ipse delinquens contraxerat.*
- 92 *Collatio beneficij irregulari facta, ipso iure est nulla.*
- 93 *Collatio beneficij facta excommunicato, ipso iure est nulla.*
- 94 *Collatio beneficij facta à Papa excommunicationis, præcedente absolutione à quibusuis excommunicationis, suspensionis, &c. ut communiter de stylo Curie fit, per illam clausulam, Teque absoluentes, &c. valet.*
- 95 *Clericus periurus priuandus est per sententiam, beneficio ecclesiastico, non tamen est ipso iure priuatus.*
- 96 *Non merentur regere ecclesias, qui sunt crimine periurij irretiti.*
- 97 *Collatio beneficij periuro facta, est nulla ipso iure.*
- 98 *Hoc tamen procedit, quoties quis esset per sententiam declaratus periurus, & postea fieret ei collatio, & non aliàs, quia ante sententiam facta collatio esset valida.*
- 99 *Collatio beneficij periuro facta, nulla est ipso iure, quando infamia hæc periurij notoria sit, non aliàs, prout contingit esse post sententiam.*
- 100 *Collatio beneficij periuro facta, auctoritate literarum Apostolicarum ad beneficia, est nulla.*

CAPUT V.

De clerico homicida.

1 **C**VM Homicidium inter grauiora criminacõputetur, ut probatur in c. quæsitũ. de temp. ord. & in c. inquisitionis. de accus. & in c. miror. 50. distin. notat Abb. in c. cũ contingat. nu. 22. in prin. de for. comp. meritò quòd (vltra poenam irregularitatis, de qua in cap. suscepimus. & capit. sequen. de homici. & in

& in Clemen. vnica cod. tit. & in c. Henricus, de cleric. pug. in duel. & in c. ex literis, de excels. prælat. & alibi sæpissimè, & per omnes summistas, & Nauarr. in
 2 man. cap. 27. numer. 218. † Quod nedum procedit in homicidio voluntario publico, sed etiã in occulto, iuxta veriore[m] & communem sententiam, vt latè resoluit Cordub. lib. 1. sui quæstionarij c. 32. per totum & in sua summa, q. 41. hodie Concil. Trident. sessio. 14. c. 7. ex Canone Apostolorum, † Presbyter aut diaconus homicida deponatur, quãuis non communione priuetur, si sententiæ paruerit, vt refertur in c. presbyter. 81. dist. idem probatur in c. miror. & in c. si quis viduã. 50. dist. & in c. cù nõ ab homine, de iudic. & in c. inquisitionis, de accusat. Quod procedit non solum quando clericus factio proprio comisit homicidiũ, sed etiã si præcepto, consilio, lingua seu adhortatione illud perpetravit, vt notat glos. magistris in c. sicut dignũ. §. clericos. verb. consilium, de homicid. per iura, quæ ibi allegat, quam sequuntur ibi DD. Post de positionem huiusmodi clericus detru-
 3 dendus est in monasterium, vt probatur in d. c. cum non ab homine, iuncto text. in c. tuã, de pœn. per quæ iura ita voluit Ioan. de Anan. in. c. 1. column. vlti. nu. 5. verb. nam pro. de his, qui filios occide-
 4 runt, & probat tex. in d. §. clericos. † Ista tamen reclusionis pœna non ita diu-
 na debet esse contra clericum consilium præbentem homicidio, sicut in verè & propriè occidente, vt constat ex d. §. clericos, vbi summus Pontifex disponendo contra homicidas illius sancti viri Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis, iubet clericos consilio delinquẽtes perpetuò depositos recludi in monasteriũ vsq; ad septenniũ, vel quinquenniũ, per quæ tex. hoc pro indubio tenet Bernard. Diaz in sua practi. crimin. Canon. c. 88. nu. 1. vbi ex Hostiensis superiora intelligit, vbi iniuste & voluntariè est commissum homicidium: sequitur primum Petrus Plaça de delict. lib. 1. c. 11. nu. 15. vbi nu. 16. probat iure Põtificio pœnã perpetui carceris infligendã esse pro homicidi-

crimine, ex c. nouimus. de verb. signi. & in c. penul. ad finè. de hæret. & in c. quauis, de pœnis. in 6. & allegat plures DD. tenètes, † q̄ in casibus in quibus iure ciuili mortis pœna pro homicidio infligitur, iure pontificio perpetui carceris imponitur.

6 Nihilominus tamè clericus homicida voluntarius non est ipso iure beneficio ecclesiastico priuatus, sed per sententiã priuandus, iuxt. tex. in c. clericus. ne cleric. vel monach. ibi: Honore priuetur & loco: & interim ante sententiã iuste & licitè retinet, vt in terminis tenet Innocent. in c. cum nostris, num. 1. de concess. præb. quem sequitur ibi Imol. dicens comùnè Bald. in. l. cù fratè, nu. 6. C. de his, quibus vt indign. Idem Bald. in. l. 2. §. miles. n. 2. ff. de his qui not. infam. Abb. in c. nisi. nu. 4. & 6. de renuntiat. vbi eius additio allegat plura, & hanc esse comùnem sententiam testatur Anan. & Felin. in d. c. inquisitionis. colum. 1. nu. 3. cum sequentibus, de accusat. & Anto. Corset. in singul. verb. sententia. est comùnè secundũ Thom. Ferrat. caut. 44. & ita fuit cõclusum in Capell. Tolosa. 207. vbi additio idem sequitur: est etiam comùnè, vt plures allegans testatur idè sequutus aduersus Barbat. in d. c. cum non ab homine, col. 2. in fi. Bernard. Diaz vbi supra, nu. 2. & ibi additio litera. A. testatur comùnè ex alijs, & Innocent. in hoc est comùniter receptus, secundũ Nauar. in man. Latin. c. 27. nu. 249. vers. 5. & Couar. in Clemen. si furiosus. de homicid. 2. p. relect. §. 3. nu. 6. ad fi. & Ioã. Seluã de benef. 3. p. q. 2. per totam, volu. 15. tractat. diuer. doct. fol. 51. & sequitur Carrerius in practi. crim. §. homicidiũ. 7. nu. 66. quæ citat Plaça vbi supra: dicit comùnè Gomecius in. c. 1. nu. 7. de rescript. in 6. eandem sequuntur professi esse comùnè, atq; plures in idem citates Rebuf. de pacif. poss. n. 314. Didac. Perez in. l. 2. ti. 9. lib. 2. ord. col. 501. vers. hinc est, & in addit. ad Villadieg. in tractatu de irregul. c. 1. n. 2. & Petrus Plaça in epith. de delict. lib. 1. c. 11. n. 2. sequitur Cordub. in summa. q. 41. paulò post princip. eandè testatur comùnè plures
 rimos

rimos referens Iul. Clar. in pract. cri. lib. 5. §. homicidium. versi. de iure autem Canonico, vbi ampliat secundum comunem in homicida deliberato: testatur etiam comunem cum Iulio Claro Flami. Paris. de re signat. benef. lib. 4. q. 3. n. 9. & est vera & magis comunis opinio, quicquid alij voluerint secundum eundem Flaminium lib. 3. de resign. benef. q. 15. n. 4. qui n. precedenti profitetur esse comunem opinionem, vt criminofus generaliter non sit priuatus ipso iure, sed q̄ veniat priuandus iudiciali calculo: comuniter naq; nullum crimen inducit priuationem ipso iure, paucis exceptis, vt ibi probat cum alijs nu. 5. vbi nu. 6. resoluit esse magis comunem opinionem, requiri declarationem iudicis in omni crimine.

7 Hoc itaq; est receptissimum, & absq; dubio tenendum in iudicando & consulendo. Qui nimò etiã si quis esset per sententiam condennatus pro homicidio, nõ est beneficio priuatus, nisi per sententiam priuetur. Preposit. in c. studeat. 50. dist. Feli. in d. c. inquisitionis. n. 7. de acusat. Rebus. vbi supra, nu. 315. plures allegans: decisio Rotæ 5. de sententia & re iudic. in antiquioribus.

8 Ex qua comuni sententia clare deducitur, q̄ huiusmodi clericus homicida priuandus per sententiam beneficio suo ecclesiastico ob delictum, interim q̄ sententia non fertur, fructus beneficii licite recipit, atq; consumit, ita vt nec iudex infertentia eorundem fructus possit fisco adiudicare, siue sint statim, siue consumpti, quia donec hic delinques per iudicem priuetur re propria, seu dignitate, officio vel beneficio, titulum habet, quo ipsius rei fructus iure optimo percipiat: ita in terminis tenet Cardinal. in Clem. constitutione. §. ceterum. ad fi. n. 10. de elect. cuius opinionem sequitur Philip. Corneus. in l. 1. col. 1. C. de his quib. vt in dig. & tenuit prius Bald. in l. nõ solus. in fi. ff. de integ. resti. & hanc sententiam veriorẽ esse existimat Feli. in c. de quarta. n. 33. de prescript. vbi illam coprobat pluribus fundamentis, inter quæ adducit quandam decis. Rotæ 4. de restit. spol. in nouis, quæ casum in terminis nõ deciderit, quia loquitur in occupante beneficium de facto,

condennato ad illud relaxandum, nõ tunc, costitutum de mala fide ipsius, merito vt ad restitutionem fructuum teneatur: nisi intelligamus illam decisionem a contrario sensu facere pro hac sententia, nepe vt quando iusto titulo aliquis adeptus fuit beneficium, licet propter delictum ab eo postea commissum priuandus sit beneficio, ex illo, interim donec condennatur actio priuatur, licite recipiat fructus: hoc tamen ibi non deciditur, nec tangitur, ac proinde illa decisio Rotæ ad nostram questionem adduci non potest. Sed nihilominus Felini sententiam probat Boerius decis. 98. n. 4. & Dida. Perez. in d. l. col. 2. 501. versi. vnde etiam, id affirmas procedere sine grauiamine conscientie, & allegat Couar. idẽ tenentẽ: verum, vt postea dicemus, potius videtur Couar. illo loco contrariam sententiam probare: eandem opinionem Felini ex professo sequitur additionator Bernardi Diaz in pract. crim. Canon. c. 88. litera. A. & Petrus Plaça de delict. lib. 1. c. 11. n. 4. & 8. & Did. Perez ad Villadiego vbi supra. n. 22. Ant. de Burg. in c. Canonum statuta. n. 265. de constit. quem refert & sequitur Flaminium Paris. d. lib. 3. de resign. benef. q. 15. nu. 7.

Sed in contrarium facit text. in l. predonis. ff. de pet. hered. per quem text. dicunt ibi Bald. Paul. de Cast. & Angel. quod est
9 ibi casus rotundus contra prelatos nõ canonicẽ institutos, qui propter eorum demerita sciunt se deberẽ priuari tamquam indignos, nam licet habeant dominium prelatore, & faciant fructus suos, & antequam priuentur, habeant administrandi potentiam, tamen si postea priuentur, tenentur vt predores ad integram restitutionem fructuum medio tempore perceptorum. Sed certẽ ille text. mihi hoc non probat, nec in nostra specie argumentum sufficiens vel concludens prestat aduersus supra dicta: nihil enim aliud probat, quam quod predonis loco intelligendus est qui tacitam fidem interposuit, vt non capiẽti restitueret hereditatem: at ex hoc quid in nostra specie, quæso, inferri potest ad decisionem ipsius? proxime quia accomodans tacitam fidem de restituẽ-

restituendo incapaci, est in dolo, & tene-
tur restituere hereditate fisco, renuntia-
do titulo male acquisito: at in proposito
clericus homicida iusto titulo acquisiuit
beneficiu, ac id retinet, quousque eo pri-
uetur propter homicidium, vt prædixi-
mus. Sunt præterea alię plures differen-
tię inter præd. casus. Nihilominus & se-
cundò pro hac parte cõtra priorem for-
tius vrget mala fides, quam huiusmodi
delinquens habuit commissõ crimine, se-
quuta postea priuatione beneficij ob id,
& quia titulus ille, quem in beneficio ha-
buit, reuocatur per sententiam, & sic
propter præd. malam fidem fructus per-
cepti ab ipso delinquente ex bonis, qui-
bus priuandus est per sententiam, fisco
adiudicari debent à die commissi cri-
minis: argumen. l. 1. C. de his quibus vt
indig. vbi heres, qui non vindicauit ne-
cem defuncti, tenetur fisco restituere he-
reditatem cum fructibus integris, tan-
quam male fidei possessor. sed hic est hu-
iusmodi: ergo, &c. & ita per illum text. ¹⁰
hanc sententiam in nostra specie tenent
ibidem Paul. Castrenf. numer. 3. ex sen-
tentia Guillelmi de Cugn. loquens in
clerico, & in vassallo feloniam commit-
tente. Alex. numer. 4. & refert Ias. num.
3. quanuis ipse aliud teneat. Itaque clericus
secundum supra dictos committens
delictum, propter quod possit priuari be-
nificio, licet habeat ius in re, quousque
sit priuatus: postquã tamen est priuatus,
tenetur restituere fructus quos percepit
à die commissi delicti, vel percipere po-
tuit, siue extent, siue sint consumpti, &
siue sit effectus locupletior, siue non: &
idem in fructibus perceptis sequitur Re-
buffus de pacifi. poss. nu. 416. eadem sen-
tentiam secundam latè probat Anto. de
Burgos. in. c. ad nostram. de emp. & ved-
col. 11. vers. venio modò. n. 34. vbi respõ-
det septem fundamentis contrarię. par-
tis coniectis per Feli. vbi supra: hanc te-
statur videri esse cõmunioem opinio-
nem eam sequutus, aliofq; allegans Ber-
nard. Diaz de Luc. in sua pract. crim. Ca-
noni. c. 123. n. 5. quã etiã ex iplo profite-
tur cõmunè D. Couar. in 4. de sponsal. 2.

p. c. 6. §. 8. n. 7. vbi eã probare visus est, dũ
certo modo (de quo statim menciónẽ fa-
ciemus) limitat casum, in quo Bernard.
Diaz vbi supra existimat procedere opi-
nionem contrariã Feli. vbi supra, & hæc
secunda sententia mihi verior, commu-
nior & tenenda videtur per supra dicta,
cũ declaracionibus infra seq. quãuis se-
ntentiã Guillelmi de Cugn. & Paul. in d. l.
1. C. de his, quib. vt indign. dicat nõ esse
verã cũ Feli. vbi supra, Rip. in. l. si vnquã
q. 40. n. 103. C. de reuocand. donat. nihilo-
minus hæc secunda opinio tenenda est.

Quę primò declaratur, vt nõ procedat
quãdo ipse delinquens, etiã post delictũ,
indignitate, beneficio, aut officio debitũ
ministrariũ exhibuisset, perseuerando in
seruitio Ecclesię, vbi beneficium habe-
bat, tũc enim benignius ac æquius est vt
huiusmodi clericus delinquens dānetur ad
restitutionẽ fructũ à die propositę cõtra
eũ accusationis, vel formatę inquisitio-
nis, vt credit Bernard. Diaz vbi supra.

¹⁰ Quod verum existimat D. Couar. v-
bi supra, nisi delictũ etiam occultũ, per-
acta etiã pœnitentiã delinquẽtẽ ipso iure
ministrare impediret, vt si esset crimẽ
quod irregularẽ delinquentẽ constitue-
ret, quia tũc seruiẽdo & ministrando in
officio quod exercere nõ poterat, dignus
esset maior pœna, ac delictũ maximè auge-
ret, quare fructus non sunt ei iusta ratio-
ne cõcedendi, nec dimittendi. Idem vo-
luit Ant. à Cord. vbi supra d. q. 41. dum
requirit dispensationem Papę, delin-
quẽs enim nõ potest tutò in foro animę
retinere beneficium ecclesiasticum, cui
est annexus ordo sacer, quem ipse pro-
pter crimen exercere non potest, secun-
dum Feli. in d. c. inquisitionis. in 1. col. n.
1. de accusat. quem ad hoc citat Couar.
¹¹ vbi supra, nu. 7. vers. pro quo facit. † Se-
cundò cõmunis supra dicta sententiã con-
tra Felin. & sequaces clariùs procedet,
& opinio Felini limitabitur, in cle-
ric. nempe committente aliquod deli-
ctum, pro quo à lege vel Canone induci-
tur & fit priuatio beneficij vel dignita-
tis ipso iure, vt in crimine hæresis, & si-
monię; vt. in cap. cum secundum leges,
de

de hæret. in 6. cum simil. & in alijs casibus, de quibus in capitul. felicis. de poenis. in 6. & in Clement. multorum, de poen. & in cap. cum qui, deprehend. lib. 6. & in cap. 1. de homicid. lib. 6. & in c. ad falsariorum, de crimine falsi, tunc enim fructus à die criminis perpetrati per iudicem fisco adiudicantur indistinctè: tex. in l. eum, qui in princ. ff. de his quib. vt indign. glos. notab. in auth. de incest. nup. §. 1. vers. imminere, quam ibi DD. communiter sequuntur, & dicit singularem reperit. Inquisit. verbo confiscatio: & aurea Petrus Belluga in speculo princip. rubr. 14. §. nunc videamus, num. 8. & cõmuniter approbatam, alios allegans D. Couarru. vbi supra in 4. de sponsal. 2. p. cap. 6. §. 8. nume. 8. sequitur expressè hanc limitationem Bernard. Diaz de Luc. vbi supra d. cap. 123. nu. 5. ad fin. vbi refert Bald. in tit. de pace iuramento firmand. §. iniuriam. vers. quæro, an committat furtũ, dicentem, quòd recipiens fructus beneficij, quo priuatus est iure, committit furtum: sequitur etiam Rebuff. de pacif. poss. nu. 316. cum sequent. referens plures casus, in quibus quis propter crimen amittit beneficiũ ipso iure: idem probat Didac. Perez vbi supra colu. 502. vers. deducitur etiam: quãuis in hoc minus rectè allegat DD. tenentes præd. cõmunem sententiã, ipsi namq; nõ loquũtur in delictis, pro quibus à iure vel canone inducitur priuatio ipso iure, sed potius in clerico homicida, qui ob id crimen non priuatur beneficio ipso iure, sed per sententiam, & nihilominus etiã eo in casu vt prædiximus, tenent, fructuum, restitutione esse faciendam à tempore delicti commissi: sicque non debuit glossator nouus præfatos DD. allegare ad hanc declarationem, cum in ea specie ipsi non loquantur, tametsi declaratio hæc iure procedat.

12 Ex quibus idem dici potest, secũdum Didac. Perez vbi supra col. 510. in princ. & in fin. & colum. sequen. in obtinente beneficiũ Ecclesiasticum, qui intra annum non ordinatur, iuxta dispo-

sitionem cap. licet canon, cum simil. de elect. in 6. Bernard. Diaz in pract. crimin. cap. 48. per totum: & in auditoribus Regijs, quibus Rex præcepit ne quid recipiant vltra salarium cõpetens eis assignatum ab eo, sub poena priuationis officij ipso facto, vel restitutionis in conscientia, eius quod receperint à litigantibus, vt contra facientes sint ipso iure priuati: ac proinde ad fructuũ, quos perceperint ex officio vel beneficio, restitutionem teneantur: consulti tamè ad opiniones effugiendas, vt reuadationem beneficij, vel officij impetret, qui eo propter id. priuatus est, quãuis hoc non sit compertum, neque per aliquem in iudicio deductũ; † sed quòd clericus, qui post obtentam Ecclesiam parochialem, & habitam illius pacificã possessione non promouetur ad presbyterium intra annum, & eo elapso illã retinet, & non relinquit illam, vel fructũ post annum perceptos nõ restituit, peccet mortaliter, quia eam ipso facto perdit, vt in d. c. licet canon, tenet Nauar. in man. Lat. cap. 25. nu. 117. & quòd tunc non sit opus alia priuatoria sententia, quia lex illa non est poenalis, sed cõventionalis, probat etiam D. Sot. lib. 10. de iustitia & iure, quæst. 5. artic. 6. vers. 14 secundum caput, pagin. 936. † Nec obstat, quòd cum hæc priuatio beneficij, de qua in d. c. licet canon, sit poena, nõ debeat in conscientia, etiã si ipso iure imponatur, iuxta glossam communiter vbique ab omnibus propè approbatam in c. fraternitas, 12. q. 2. & latè tradita à Dominico à Soto libr. 1. de iustit. & iure, q. 6. art. 6. per totũ, & D. Couar. in 4. 2. par. cap. 6. §. 8. num. 10. & Nauar. in manual. cap. 23. nume. 66. & D. Azeued. in rub. tit. 1. de legib. num. 24. libro 2. nou. coll. re 2. & nouissimè optimè per Molinam de iustitia & iur. 2. tractat. disput. 95. per totam, vbi quòd est communis Theologorum & Iurisperitorũ, & etiam per Salon de iustitia & iur. in 2. 2. Diui Thomæ, quæstio. 62. arti. 3. an lex poenalis, & c. colu. 728. cum seqq. & optimè per Marc. Ant. conf. 9. n. 92. cũ

- 15 seqq. & alijs plurimis. † hoc enim non procedit. Primò, quãdo contrarium de mente legislatoris constat, vel cù non imponitur propriè vt pœna, sed vt quædam conditio vel modus rei traditæ; vt cum testator reliquit aliquid alicui, vt quippiam faciat, aliàs perdat legatum, iuxta Abb. cõmuniter receptum super glos. verbo adijciens, in cap. Rainaldus. de testa. & in proposito cõstat de stylo, mentem Pontificum statuētium, vt illo vel illo casu vacet beneficium ipso iure, esse vt peccet, qui illud ita perditum retinuerit, & fructus non restituerit; ita Nauar. vbi supra, qui alijs in locis se refert, præcipuè in d. cap. fraternitas. vnde Soto vbi supra vers. quarto & de legibus, inquit, † posse defunctum usufructum prædij legare vxori ea lege, si pudicè vixerit, aut si ad secundas non transierit nuptias; nam cùm primùm fregerit hanc conditionem, tenebitur legatum hæredi remittere: sequitur D. Couarr. in 4. 2. p. c. 6. §. 8. nu. 17. & Nauarr. in man. c. 23. num. 62. & 67. & cum eis Mol. vbi supr. disputat. in 96. fin. nec
- 17 non & Salon vbi supra. † & pari ratione inquit Soto, & cum eo Salon vbi supra, idem dicendum esse in eo, qui collegium aliquod de sua substantia instituit, legesq; condiderit, vt quicumque collegarum hoc aut illud admiserit crimè, priuatus sit collegij iuribus, aut qd à collegio receperat, restituat; hæ namq; leges absq; alia iudicis sententia in cõscientia obligant: sed contrarium in hoc tener Nauar. in manual. Latin. c. 23. n. 63. & Molin. vbi sup. vers. de collega; estq; hoc verius, & tenendum.
- 18 Similiter, inquit Soto, potest Rex tali lege iudices, ministrosq; iustitiæ ad munera Reipublicæ assumere, vt quicumq; iudiciũ vèdiderit; aut munuscula susceperit, eo ipso, nulla alia expectata sententia, tali aut tali pœna subiaceat, quales sanè leges in Hispania, alijsq; benè institutis prouintijs extant, quæ quidè profectò cõscientiã perstringunt, secūdũ Soto vbi sup. & probat Dida. Perez vbi supra, vt prædiximus.
- 19 Superiora confirmantur, quando retinens beneficium Ecclesiasticũ, quo est priuatus ipso iure, dicitur intrusus, vt ex Brixienf. notat Fel. in c. in nostra, col. 2. de rescrip. sequitur Rebuf. in praxi benefic. in regul. de subrogand. collitig. glos. 4. n. 14. exemplificans in crimine hæresis, vel simoniæ: hoc tamen parũ cõducit in proposito, intelligi siquidem debet, quando quis fuit per sententiã priuatus, & nihilominus retinet post, illud beneficium, vel quando ipso iure priuatur, & fuerit sequuta sententia declaratoria, ex c. cùm secundum leges, de hæret. libr. 6. imò in vtroque casu requiritur sententiæ executio, vt notat additio Rotæ 16. in nouis, & Probus in pragmatica sanct. tit. de pacif. poss. verbo, violētus, quos refert & sequitur Couar. vbi supr. n. 8. vers. his accedit. Hoc autem in alia specie & materia diuersa à nostra procedit, nèpè ad hoc vt quis dicatur intrusus, tunc enim requiritur sententia priuationis, aut declaratoria ipsius, & præterea executio ipsius, in super & retentio postmodum beneficij, quo est priuatus, vt prædiximus; & meritò, quia intrusus dicitur ille, qui absq; titul. ei⁹, qui dare potest, tenet beneficium, vt in decis. 13. in antiquis, de caus. poss. & propriet. Item, qui sine auctoritate illius, ad quæ collatio beneficij spectat, illud accepit propria auctoritate, & qui nullũ habet, titulũ, vel qui sine canonico titulo beneficium occupat, vel qui per vim occupat, vt latè probat Rebuf. vbi supra nu. 4. cũ seqq. & latius Mascard. de probat. conclus. 436. per tot. Vnde secundum ipsum Rebuf. vbi supra nu. 10. qui beneficium post priuationem & depositionis sententiã, à qua non appellauit, adhuc retinet, est etiam intrusus: sequitur plures referens Mascard, vbi supra n. 19. at verò nos sup. agimus respectu amissionis fructuum, & restitutionis eorum, quoties quis propter crimem à iure vel canone est priuatus ipso iure: qd est diuersum, & idè meritò vt tunc nõ requiratur sententia.
- Similiter ille, qui Ecclesiã parochialem

lem recepit, ad Sacerdotium promoueri non intendens, vt eius fructus intra annum percipiat, illam postmodum dimissurus, nisi voluntate mutata promotus fuerit, ad restitutionem fructuum tenebitur, cum eos receperit fraudulenter: ita probat tex. in c. comissa. §. ceterum, de elect. lib. 6. & tenet Nauar. vbi supra nu. 118. Nec est necessaria ad hoc sententia condennatoria, quia lex hec non est poenalis, sed eo ipso quod quis non habet propositum suscipiendi Sacerdotium, fructus non facit suos, vt probat & tenet D. Sot. vbi supra, vers. percontaris, & Ioseph. Angles in suis florib. Theologic. q. 2. p. in q. de cleric. restit. obnox. pag. 208. ad fin. † Hoc tamen verum est & procedit, vt ad restitutionem fructuum quis teneatur in praefata specie d. c. comissa, in conscientia, & sic debet moneri per suum confessorem, non vero quoad forum exterius, vt alicui detur actio, ad hoc vt huiusmodi clericus conueniri possit ad fructuum restitutionem, neque a iudice Ecclesiastico condennari, vt censuit Senatus, teste Rebuf. in prax. benef. in tit. de non promot. intra ann. nu. 15. pagina mihi 445. quod satis constat ex mente Doctorum hac de re agentium. Inquit tamen Rebuf. ibidem, melius esse fructus in hoc seculo reddere, quam ad inferos cum illis deuolui, vel a Papa compositionem impetrare, vel ab illis qui in indulgentiis componendi potestatem habent.

22 Et cum tex. in d. c. comissa. §. ceterum, dicat, Non intendens, & c. comprehenditur etiam ille, qui dubio est animo, nam qui haesitat, non intendit: vnde qui Ecclesiam parochialem suscepit, nondum de vita deliberans, sed pendens animo, vt si res alia via felicitius successerit, habitui clericali sit renuntiaturus, non tuta conscientia fructus recipit, secundum D. a Soto vbi supra, vers. & nota. vbi idem censet, etiam si intentionem habuerit Sacerdotij suscipiendi, sub conditione tamen, nisi per mortem primogeniti fratris haereditas paterna (adde tu, vel maioratus) sibi obtigerit, aut aliud quippiam seculare prosperè successerit, quonia cum tex. ait, Non

intendens, absolutam intentionem exposcit. Praeterea, qui absolute percipit fructus, absolutam debet habere intentionem, alioqui fraudulenter, vt ait tex. eos recipit, & hoc verius censeo, quam contrarium, quod tenet Nauar. d. c. 25. n. 118. ea moderatione, vt habeat animum iterum satisfaciendi suae functioni, & cum effectu eidem satisfaciat: sed nihilominus adhuc in ea specie teneo opinionem Soti, vt pote literae & menti tex. in d. §. ceterum, magis adhaerentem atque congruentem. Opinio tamen Nauarr. in hoc sustineri poterit in alijs beneficijs, quam curatis, non solum respectu fructuum, sed etiam peccati, vt infra dicemus. † Addo vltterius, quod quauis tex. ille loquatur de receptione beneficii sine animo accipiendi Sacerdotium, pari ratione idem erit dicendum in retentione, vt quemadmodum quis Ecclesiam parochialem suscipiens, non intendens promoueri ad Sacerdotium, tenetur restituere fructus, quandiu mentem non mutauerit; ita licet tempore receptionis sanum propositum habuerit, si tamen id postea mutet, decernens non fore Sacerdos, ab illo tempore tenebitur fructus restituere: ita glos. ibidem, verbo non intendens, in fi. & vltra DD. ibidem sequuntur Sot. & Ioseph. Angl. vbi supra, pag. 209. in proposito dicens, deducendum esse ab illis fructibus restituendis salarii, quod Vicario dedit, & hoc verius existimo, & tenendum, aduersus Nauarr. d. c. 25. num. 118. aliud tenentem de rigore iuris.

24 Dubitari tamen contingit, an idem sit dicendum in alijs beneficijs non curatis, si seruitium habent annexum, an obligent ad restitutionem fructuum eos, qui absque clericali intentione ea possident? Et videtur de istis eandem esse rationem: nihilominus tamen in his contrarium est dicendum quoad fructuum restitutionem, cum canon ille de his minimè loquatur, sed tantum de illis, & odium contineat contra huiusmodi clericos: vnde succedit regu. iuris, Odia restringi, & c. quia si canon aliud voluisset, expressisset: cum igitur loquutus tantum sit in recipientibus Ecclesiam parochialem non intendentibus ad Sa-

li 2 cerdotium

cerdotium promoueri, neq; in cæteris beneficijs simile decisum iure inueniatur, meritò vt à contrario sensu in eis aliud sit dicendū respectu restitutionis fructuum: & ita ex professio probauit & tenet Sot. vbi supra, vers. de alijs autē, & etiā Nauar. d. c. 25. n. 118. & Ioseph. Ang. vbi supra: neq; hic est eadē ratio, & quāuis esset, adhuc extensio locum non haberet, vt considerat Nauarr. vbi supra.

25 Nihilominus tamē non erit mūdus à culpa mortali, qui beneficium habet, cui est annexum clericale obsequium, nisi propositum habeat, si non Sacerdotale, saltem illum ordinem suscipiendi, qui ad tale seruitium necessarius est, aut si nullus requiritur ordo, saltem intentio necessaria est clericorum more viuēdi: absurdum quippe esset, canonicatū, aut aliud huiusmodi beneficiū obsequio Ecclesiastico deputatum retinere cum animo ad matrimonium conuolandi, aut seculariter viuēdi: ita Sotus vbi supra, vers. at verò, quem sequitur Nauar. vbi supra, in vers. videtur autem, non quidē eo quòd non habeat huiusmodi animū, sed quia non deferat habitum clericale, putat tñ, vt verum est, eum non obligari ad restituendos fructus: ego in vtroque existimo eum peccare, nempè quòd non habeat huiusmodi animum, & quia nō deferat habitū clericalem: & idem cum Soto teneo in possidentibus præstimoniam cum huiusmodi seculari animo & habitu, quandoquidem huiusmodi titulus clericalis est. † Similiter cleric⁹ accipiēdo beneficium, etiam simplex animo nunquā inferuēnd. Ecclesię, sed tantū fructibus eius fruēdi, peccat, vt cōcludit Nauarr. in tractatu de oratione, miscellan. 44. n. 1. & in conf. 16. de præbend. & conf. 24. eod. titulo, quę refert & sequitur Flamin. Paris. lib. 4. de resig. benef. q. 11. num. 41. & 42. vbi q̄ peccat qui capit beneficium animo postea relinquēdi illud, vel vt recipiat pensionē, vel vt possit accipere vxorem. Non tñ peccant coniugati accipiēdo auctoritate Apostolica pensiones super beneficijs, modò eas accipiant in sustentā.

tionem suo statui necessariam, vt cōtrā Sot. tenet benè probans Nauar. d. c. 25. n. 119. Sed vt defendam grauissimū virum Soto, considero, ipsum non cōtrarium, & sic quod ei imponit Nauar. tenuisse, sed aded esse instituto Ecclesiastico absōnū, vt cur Ecclesia ferat, nō videat: non tamen ex hoc visus est tenere, nec credo voluisse peccare in eo præd. coniugatos, quandoquidem ipsi auctoritate Apostolica acceperunt. † Qui autem beneficium nō curatum accepit, hæsilitans, & nondum deliberans permanere in eo statu, animo tñ satisfaciendi eius functioni & oneribus, prout reuera satisfacit, sed cum proposito, quòd si frater eius primogenitus obierit mortē sine liberis, aut si ad componendam pacem, aut extinguendas lites, aut alia similia, aut ad augendum decus suum, vel suę familię, vel patrię, expediret accipere vxorē, id faceret, non videtur peccare; quia licet hoc in beneficijs curatis non liceat, imò ea accipiens, non intendens, vel dubitans ad Sacerdotium promoueri, teneatur ad fructuum restitutionem, vt prædiximus: in alijs autem beneficijs non curatis, licet peccetur mortaliter recipiēdo ea absque proposito recipiēdi illum ordinem, qui ad seruitium eorum necessarius est, vt est dictū, non tamen idem esse existimo in specie præmissa, quia in huiusmodi beneficijs simplicibus non inuenitur expressum à iure, sicut incuratis, ided in non curatis melius sustineri potest hoc casu opinio Nauar. vbi supr. d. c. 25. n. 118. vers. quin etiā, & eiusedē Nauar. d. conf. 16. n. 1. de præbēd. tenētis quā nūc præfamur limitationē, quàm in curatis, in quibus ipse propriè loqui videtur respectu fructuū.

28 Secundò principaliter respondeo, q̄ præd. opinio receptissima glos. in c. fraternitas. 12. q. 2. procedit in illa pœna, ad cuius executionē requiritur aliqua actio: verbi gratia, pœna mortis, mutilationis membri, verberis, carceris, exilij, solutionis, cōfiscationis, seu priuationis bonorū huiusmodi, hæc enim exequi nō possunt per solā legem, nisi interueniat actio

ipsam actionē non obligat in cōscientia: secus in illa pœna, quæ nullam actionem ad sui executionē exigit, veluti excommunicationis, suspētionis, interdīcti, & irregularitatis, & si qua est similis: ita Caietan. super Thom. 2.2. q. 62. art. 3. Sicut. in summa, verū. afsalsini n. 4. Felin. inc. Rodulfus, n. 36. de rescript. D. Couar. in reg. peccatū, 2. p. §. 8. n. 6. & in 4. de spōsal. 2. p. c. 6. §. 8. n. 16. & c. 8. §. 5. n. 8. vbi exēplificat secundū mēbrū distinctionis supra dictę in illis pœnis, in quibus quis incapax efficitur alicuius actus, tenetur enim ab illo actu abstinere: sic incapax aliquorū bonorū tenetur ab eorū possessione decedere (si post incapacitatem ea acquirat) ex Caiet. vbi supra: idē cōcludit Rojas in epithom. success. c. 20. n. 150. & Nauar. in c. inter verba, corolar. 54. n. 606. 11. q. 3. & in manual. c. 23. n. 66. & 67. vbi exēplificat etiā secundū mēbrum prædictū in pœna amissionis beneficij ipso facto: eādē doctrinam Caiet. in præd. 2. mēbro sequitur, & probat Ludou. Molin. de iustitia & iur. tractatu. 2. disputatione 96. in vers. vt verū. dicens quōd in hoc consentiunt D. D. omnes, & quōd ex ipso Ecclesię vsu & praxi est manifestū, vbi etiā sequitur & probat exēplū Couar. vbi supra præd. 2. mēbri Cuetani, nempe in illis pœnis, in quibus quis incapax efficitur alicuius actus, vel bonorū. Hęc autē doctrina Caieta. & sequacium verissima est, & cōmuniter ab omnibus recepta: exemplum tū Nauarri d. c. 23. n. 67. secundi mēbri Caietani prædicti in pœna amissionis beneficij ipso facto, vt si quis in eam incurrat, teneatur in conscientia statim dimittere beneficiū ante condemnationem, ac proinde idē diceret Nauar. in officio iam acquisito, qđ delinquēs ante commissum à se crimen iuste possidebat, mihi nō placet, nec tenenda est sua in hac specie opinio, sed potius contraria, vt verior, probabilior, atq; sententię glos. receptissime in dict. c. fraternitas. 12. q. 2. de qua supra hoc c. nu. 14. conformis: cū enim quis iuste possessionem bonorum, officij, vel beneficij semel acquisiuit, etiā si postea ob crimen illis ipso facto priuetur, nō te-

netur in conscientia ante condemnationē à sua possessione, vel dominio decedere; quia ad id requiritur actio aliqua, nempe declaratio incurtionis illius pœnæ, destitutio, & actualis priuatio illius possessionis. Licet enim non requiratur sententia, quæ irroget eam pœnā, quādoquidē ipso iure est imposita pro eo crimine, requiritur tū sententia quæ declaret actū factū, aut cōmissum, aut etiā omissum, ex quo pœna ipso iure lata est, per text. in l. eius qui delatorem, & ibi Bart. ff. de iure fisci. & in c. cum secundū. §. confiscationis, & ibi Ioan. And. & alij, de hæret. in. 6. & est magis recepta sē. etiā numero & auctoritate authorū, vt cōtat ex Tiraquel. plurimos citante. l. si vnquā, verb. reuertatur, n. 400. C. de reuoc. donat. & Anto. Gom. in. 3. tom. varia. c. fi. n. 3. & Roland. à Valle conf. 18. n. 11. lib. 1. Præterea, quia etiā si quis amiserit titulū beneficij, potest retinere possessionē & fructus illius; possessio enim colorata nō perdit colorē amisso titu. secundū Nauar. in lib. de oratione, Latine cōposito. notab. 21. n. 55. & 57. & in c. accepta. oppositione 10. n. 6. & 12. de restit. spoliat. & qđ per sententiam priuationis oporteat delinquētē huiusmodi spoliari possessione, alias interim gaudeat fructibus beneficij, tenet idē Nauar. in d. c. accepta. oppositione 7. nu. 56. præmaximē cum nec etiā titulo & dominio in foro conscientię sit priuatus ante cōdemnationē, sed adhuc retineat dominiū suorū bonorū, secundū veriorē sententiā Archid. Victorię, & Soti, quā benè probat Mol. vbi supra disputatione 95. vers. dubiū verò, aduersus alios: nec tenetur quis se ipsum prodere, & pœnā iuris ante sententiā in se exequi, & propriā famam prodigere; itaq; requiritur nedū actio & declaratio iudicis, sed etiā executio, destitutio, ac priuatio actualis officij vel beneficij: & ita hanc partē aduersus Nauar. nūcupatim vbi supra probabiliorē existimat esse Molin. d. disputatione 96. cum Soto lib. 1. de iustitia & iur. q. 6. art. 6. præsertim ad vltimū; idē innuit Couar. in 4. 2. p. c. 6. §. 8. nu. 8. vers. his accedit: imò & Nauar. ipse idem affirmat in opusculo de

dati & promiss. pro iust. corol. 31. nu. 41. vbi vult, poenā illā priuationis ipso iure omnis beneficij & officij Ecclesiastici ac secularis, & inhabilitationis ad illa omnia beneficia & officia, & quæcunq; alia obtinenda, à Greg. XIII. statuta in extrauag. disputat. 92. relata, non deberi ante sententiā, tum propter eius poenæ maximā acerbitatē, & quo ad terrorem & exaggerationē videatur ita statuta, tum etiā quia poenæ graues, quæ executionē exigunt ipsius delinquentis, vt esset relinquere beneficiū aut officiū iam obtentū, non debentur ante latā sententiā, etiā si statuta sint ipso iure, aut ipso facto: ita ex Nauar. refert & sequitur Moli. vbi supra, addēs idē in beneficijs Ecclesiasticis intelligendū esse, quādo nō subiungitur aliud verbū, vnde constat mentē summi Pontificis esse, vt amittantur, nulla expectata sententiā: quale videtur esse illud Pauli II. in extrauag. ambitiosa, de reb. Eccle. non alien. vbi dicitur: Clericus, qui bona Ecclesiæ alienauerit, ipso facto priuatus existat beneficiorū Ecclesiasticorū, illaque absq; declaratione aliqua vacare cōseantur: ex hac nāq; extrauagāt, nostra præcedens confirmatur sententiā, per locū ab speciali, vt Sotus vbi supra rectē aduertit; etenim dū ad acerbitatē poenæ, & vt Ecclesiastici plus abstinerent à rebus Ecclesiæ alienādis, addidit summus Pōtiffex, vt in hoc euentu nulla esset necessaria declaratoria sententiā, manifestē innuitur, qd nisi id addidisset, nequaquā id operatur verbū illud, Ipso facto, qd præmiserat.

Illud tñ primò obseruandū erit, poenā illā inhabilitatis ad beneficia obtinenda, quoniā & acerba admodū est, & per mixtim apposita cum alijs, quæ vim non habent ante latā sententiā, excipiendam esse per epicheiā ab illa regula, quā ex D. Couar. supra retulimus, vt affirmat Moli. vbi supra, cuius sententiā mihi placet.

Secundò, quòd quādo poena amissionis beneficij est ipso iure statuta, id operatur; vt cum fuerit lata sententiā, delinquēs nō solūm priuetur beneficio; sed etiam fructibus à die cōmissi delicti perceptis, vt cum Felin. & alijs probat Tiraquell. vbi supra n. 401. & Couar. etiā vbi supra d. §.

8. n. 7. & 8. nec non & Molin. qui supra d. disput. 96. in vers. duo obserua, ibi: Secūdum verò est: addens idē esse de fructibus quorūq; aliorū bonorū, quæ ipso iure cōmissio aliquo delicto amittūtur, vt Couar. ibidē, Cōradus de cōtractib. q. 7. cōclul. 3. Siluest. verb. poena, q. 25. & alij adnotarūt.

Idē esse dicēdū de poenis amissionis officiorū ipso iure, aut ipso facto statutis, qd de priuatione beneficiorū disseruim⁹, probat Moli. vbi supra, in versic. quod dictū, similiter & quando quis ipso iure ob crimen aliquod priuatus est iure eligēdi, aut iure suffragium ferendi, vt scholastici ob ambitū in cathedris; nisi enim sententiā sequatur, eligere possunt, suffragiumque ferre, idq; habet consuetudo Vniuersitātū, & affirmat Soto vbi supra. Quod ipse intelligo iuxta supra dicta, quādo in dispositione poenali non subiungitur aliud verbū, vnde constat mentē disponentis esse, vt poena cōmittatur ipso iure, nulla expectata sententiā, quale erit, si diceret, Absque declaratione aliqua, &c.

Deniq; Nauarr. in manual. Latin. c. 23. n. 63. idē probat in collega, aut municipio transgrediēte legē excludentē à collegio aut municipio ipso iure, aut ipso facto; nō enim tenebitur relinquere collegiū, aut municipium ante latam sententiā, nisi aliunde apertē cōstet, mentē institutoris collegij fuisse, vt nulla expectata sententiā collegiū amitteret; quod & sequitur Molin. vbi sup. vers. de collega. vbi quòd huiusmodi leges ad instar legū iuris communis exponendę sunt, quādo contrariū nō cōstat de mēte eorū, qui statuta suorū collegiorū condiderūt: & hęc resolutio meo iudicio vera est, & tenēda; & opinio Soti cōtraria, de qua supra n. 17. minimē, nisi saluetur in altero ex duobus casibus (quāuis ipse in eis non loquatur) nempe quando collega à principio, vel municipis patiebatur defectū in qualitatibus requisitis, vel aliqua earū secundū leges foundationis vel municipij, tunc enim, cū esset incapax, & inhabilis à principio collegiaturæ, vel municipij, & contra leges eiusdē fuerit ingressus, meritò vt iuris collegij vel municipij in conscientia priuetur ante condemnationē, vel etiam quando

quãdo cõstat de mente fundatoris in cõtrarium, vt prædiximus : vt constare videtur de mente testatoris relinquentis vxori suæ vsumfructum bonorũ suorum ea lege & conditione, vt castè viuat, ideò nil mirum, vt si castitatem non seruaauerit, teneatur in consciẽtia mariti hæredibus restituere vsumfructũ, vt supra probauimus.

28 Sed vt ad superiora, vnde digressi sumus, reuertamur, placet mihi in proposito de quo agebamus, æqua opinio Bernardi Diaz d. c. 123. n. 6. dicẽtis, se credere (saluò meliori iudicio) quòd quando clericus propter crimen dånator: ad restitutionẽ fructuum, solũ condemnetur ad restitutionẽ perceptorũ, non autem eorũ; qui percipi potuerunt, ex ratione de qua ibi per ipsum; tametsi Paul. de Castr. in. l. 1. C. de his, quib. vt indig. & sequaces supra citati aliud teneant in præd. specie.

29 Ex superioribus deducitur, quòd cùm clericus homicida nõ priuetur ipso iure beneficio, sed per sententiam, interim lite pendente, vsque ad conclusionẽ in causa, iure optimo poterit renuntiare beneficiũ, quo venit propter crimen priuãdus, vt colligitur ex glos. in c. 2. vt lite pend. lib. 6. verb. finita, quam ad hoc omnes allegant, quamuis ea mihi expressa nõ videatur; sed eam opinionẽ probarunt DD. ibidem, & voluit Innocent. in d. cap. cum nostris. n. 1. de cõces. præb. & glos. in reg. Cancell. 27. Dñicus à sancto Gemin. cõl. 105. ante n. 1. vers. quo ad primũ dubium, resoluens, quòd hæc erit cautela utilis beneficiato; qui ob crimen periurij, de quo ibi loquitur, veniebat priuãdus beneficio, vt eidẽ cedat ante cõclusionẽ in causa, & nõ expectare sententiã super crimine, ad hoc vt euitet infamiã, quam incurreret, si condånaretur ex delicto: quam cautelã sequitur expressim Thom. Ferrat. d. cautela 44. & plures referens Flaminus Paris. lib. 3. de resignat. benef. q. 15. nu. 39. vbi n. 40. q̃ Papa facilius dispensat cum criminoso volũtariẽ cedente, quàm cũ non cedente volũtariẽ: & q̃ præd. renũtiatio facta ab eo, contra quẽ inquiritur de homicidio, vel alio crimine capitali, ex quo possit priuari per sententiã, sit valida & ad

mittenda, probauit Rota. 5. de sententiã & re iudic. in antiquis, sequitur Felin. in d. c. Inquisitionis, numc. 4. de accusat. Philip. Prob. in additio ad Monach. in cap. alma mater. de sent. ex cõmunicationis in. 6. & in c. ad Apostolicę. n. 10. de re iudic. in. 6. & Ludouic. Gom. in reg. de annal. poss. q. 42. vers. præterea, & c. Rebuf. de pacif. poss. nu. 316. etiãsi homicidiũ sit ex industria perpetratũ, & Chassan. cõl. 44. n. 22. D. Couar. in d. Clemen. si furiosus. 2. p. relect. §. 3. n. 7. Did. Perez in l. 2. tit. 9. lib. 2. ord. col. 501. vers. vnde infertur, & ad Villadieg. de irregularit. c. 1. n. 21. vers. vbi vide. & Ignat. Salcedo in additio. ad Bernard. Diaz in sua practic. crim. canonica d. c. 88. litera. A. & pragmatica Sanctio Gallican. titu. de collat. §. item insuper, in vers. disponere, ibi: Poterũt ergo. fol. 318. & Nicol. Boer. decis. 205. n. 7. Tellus Ferdinand. in l. 4. Taur. n. 68. circa fin. Plaça in epithom. de delict. lib. 1. c. 11. nu. 9. & proculdubio hæc est cõmunis sententia & vera, ¶ quam improbat Carol. Molin. in reg. Cancellariæ 18. n. 55. vbi ea renũtiatio fit in fauore certæ personæ, cuius sententia fortassis iure & æquitate præualet, ob fraudem, quæ in hac specie manifesta videtur, secũdũ Couar. vbi supr. ad fin. d. §. 3. qui tandẽ relinquit cogitandũ. Hęc tñ improbatio, seu potius limitatio cõmunis sententiæ vera non videtur, quia etsi cõmunis præfata indubiẽ procedat, vbi renũtiatio & cessio simpliciter fit absq; fauore alterius, in renũtiatione tñ in fauorem idem videtur, etsi cum aliqua difficultate, dicendũ: nam qui renuntiat, iure suo vtitur, & ideò nullam fraudem cõmittit, quippe qui sibi ipsi cõsulturus, vel amico, vel consanguineo, eidẽ beneficio renuntiat, nõ vt alteri noceat, vt in simili specie considerauit idẽ Couar. col. præcedenti, dum reprobat Art. de Butr. conf. 43. tenentẽ, præd. renuntiationem nullã esse, quoties ea facta fuerit post sciẽtiã prioris impetrationis, quasi ea in fraudem impetrantis fiat: inquit namq; Couar. hoc minimẽ verum esse, cũ suo iure vtatur renuntians, vt sibi, amico, vel consanguineo consulat, de qua re statim latius agemus: ergo valet renuntiatio beneficij

beneficij in nostro casu facta in fauorem alterius, cum non fiat neq; præsumi debeat in fraudem, sed vt renuntians sibi, amico, vel consanguineo, consulat: & in terminis nostris hoc expressè probauit Thom. Ferrat: cautela 44. quem omnes supra d. moderniores referunt atque indictinè sequuntur, cum non improbant in renuntiatione in fauorem, & expressim Rebus. vbi supra d. num. 361. in d. cap. inquisitionis. col. 1. sequitur cautelam Ferratij præd. vt ante sententiam renuntiet in fauorem amici sui, & postea impetret dispensationem & rehabilitationem, & demum is, in cuius fauorem renuntiauit, iterum resignet, & eidem Papa conferat. Considero tamen, ex huiusmodi renuntiatione in fauorem præiudicium videri inferri summo Pontifici, qui in casu priuationis, vel simplicis renuntiationis & celsionis, posset liberè, cui vellet, prouidere. At verò per resignationem in fauorem alterius facta secus videtur, quia etsi admissio huiusmodi renuntiationis sit gratia, cum sit in principis voluntate, & omnis assensus Regis, siue summi Pontificis sit gratia, † qui princeps nõ cogitur consentire, vt latè tradit Afflict. in. l. Imperialem. 12. notabil. de prohibit. alien. feud. per Federic. numer. 5. ex honestate tamen & ratione, & ex communi obseruantia tenetur renuntiationem admittere, si idoneus præsentetur, vt dicit Tellus Fernand. vbi supra nume. 65. loquens in renuntiatione officiorum Regiorum, de quibus statim agemus. Quare si in resignatione beneficij in fauorem alterius de delicto & iudicio super eo pendente fuerit facta mentio, & nihilominus Princeps, hoc est, summus Pontifex concesserit, renuntiatione q; admiserit, visus est dispensare, ex notatis in. l. quidam consulebant. ff. de re iudic. & hic casus indubius est. † Sin autem criminis nõ fuerit facta mentio in renuntiatione in fauorem alterius, sed potius tacuit renuntians, videtur subreptita ac nulla, & tanquam si non admissa fuisset, princeps prouidebit, vt pote de beneficio vacanti: ita Probus ad Monach. in d. c. ad Apostolicæ num. 10. quem refert & sequitur Tellus

vbi supra in fin. d. l. 4. qui etiam in id citat Dominic. d. consi. 105. col. fin. num. 11. vbi quòd vel saltim conditionalis erit prouisio; & sic dum citat Dominicum vbi supra loquentem in nostris terminis clerici renuntiantis beneficio, qui per sententiam veniebat eo priuandus propter crimen periurij, hoc videtur tenere non solum in renuntiatione officiorum secularium Regis, in quibus nuncupatum loquitur, sed etiam in renuntiatione huiusmodi beneficij Ecclesiastici: quare iuxta hæc vera videtur sententia Caroli Molinæ improbantis communem præcedentem in renuntiatione beneficij in fauorem alterius facta: nihilominus ipsa non est tenenda, quia neque Dominicus d. nu. 11. in hac specie loquitur, sed in alia diuersa, nec vera est ipsius sententia; vt infra resoluemus: & præterea in admissione renuntiationis nullæ officiorum secularium, de qua loquitur Tellus, versatur præiudicium patrimonij pecuniarij Regis: in admissione verò renuntiationis beneficij minimè, quia etiam si vacet, prouidetur à Papa; nec in expensis, cum ipsa soluantur in utroque casu officialibus Papæ. Accedat præterea pro communi sententia, quòd eam tenentes minimè requirunt mentionem criminis fieri debere, ad hoc vt ipsa renuntiatio valeat & teneat: quinimò expressè cauetur in d. decis. 5. de sententia & re iudic. quod non fuit facta mentio de accusatione, vel inquisitione, vel sententia, & Papa illa ignorans, recepta resignatione, illud beneficium contulit cuidam tanquam vacans in curia & reseruatum, & quauis nihil inter sit quòd non fiat mentio criminis, vbi renuntiatio simpliciter fit, nempe celsio beneficij, quia Papa prouidere potest de eo, cui voluerit: quid tamen, quæso, prodesset renuntiatio hæc renuntianti, si simplex celsio, & non in fauorem alterius esset? & tamen omnes præcitati authores magnificant hanc cautelam in fauorem renuntiantis. Præterea renuntiatio in fauorem prædicta non fit in fraudem prouisionis Papæ, sed vt sibi, amico, vel consanguineo consulat renuntians, vt prædiximus: ergo licet ex hoc facto incidenter resultet aliquod

aliquod præiudicium alterius, qui poterit prouideri in illo officio, cum tamen hoc non fiat in fraudem eius, nec scitur persona certa, cui aliàs prouideretur, & Papa, ex mera gratia admiserit resignationem præfatam, siue prædicto, vel alio quouis modo vacauerit beneficium, cum recte posset eam non admittere, non videtur in consideratione habendum, ad hoc vt gratia non impugnemus, ac subreptitiã eam iudicemus, & sic ex mente communis idem videtur dicendum in renuntiatione hac in fauorem alterius facta, cõtra Carol. Molin. Nec obstat quod facienda sit mentio in impetratione eius, quod si exprimeretur, non concederet summus Pontifex, vel difficiliorem eum redderet ad concedendum, prout videtur in proposito: hoc si quidem non videmus quod solitum sit exprimi, nec necessario exprimendum iudicant præd. authores, quinimò, vt vidimus, dicta 33 decisiõ Rotæ loquitur in resignatione beneficij, & nihilominus in ea obtinuit prouisus contra expectantem Apostolicum. Hæc quamuis ita se habeant, profiteor tamen rem difficultatem habere, vt in principio prædixi, & idè relinquo decisioni melius sentientium in ea, præcipuè Iurisconsultorum curialium Romanæ Curie, qui praxim & stylum illius apertè norunt. Vnde ex tẽpore, quasi nos auscultans, post hæc scripta eadẽ nostrã sententia affirmatiuã, quam sup. latè fundauimus, intrepidè probauit, dicens esse certũ iuris ac magis receptã frequentiori Doctorũ schola, plures id tenentes citãs, & ita tota die practicari affirmans, 34 doctissimus Iurisconsultus atq; Curialis Romanus Flaminus Parisius lib. 3. de resign. benef. q. 15. n. 1. & nu. 8. loquitur lite pendente, dumodò tunc fiat mentio de accusatione, vel inquisitione, iux. opin. Dominic. d. conf. 105. col. vltima vers. ex his potest, & Rebuf. d. nu. 52. in fine, quorum opin. aduers. præd. decis. 5. Rotæ de re iud. sequitur & veram existimat Flamin. vbi sup. n. 24. sicut in impetratione facienda per inquisitũ de crimine, debet fieri mentio inquisitionis, aliàs impetratio est nulla secundum cõmunẽ, quam ibi refert nu.

25. declarãs n. 27. hoc nõ proceder e, quoties crimẽ renũtiantẽ indignũ nõ redderet, tunc nãq; non requiritur vt fiat præd. mẽtio, sicut nec in impetratione hoc calu fieri debet mẽtio huiusmodi, secundũ cõmunẽ: hacque ratione, inquit, procedit d. decis. Rotæ. 5. nam vt ibi dicitur, fuit ille cõdẽnatus ad perpetuos carceres, ex quo nõ datur priuatio. Et reuera in hoc artic. mentionis liris pendẽtis faciendæ, in quo adest conflictus opin. quẽ vidimus, omnibus rectè pensatis, nõ obstatibus prius à nobis dictis, hæc vltima opin. affirmatiua, quam sequitur Flamin. tenẽda videtur tãquã securior & verior. Similiter etiã renuntiatio præd. si fiat post conclusum in causa, non valebit facta in fauorem, sed tantũ si fiat simpliciter, vt in d. c. dudum el 2. in fin. de elect. ita Flamin. vbi supra numer. 16. in fin. & numer. 46. vbi dicit communem.

33 Non possum tũ non aduertere, hodie, attento motu proprio Pij. V. ann. 1569. lato super cõfidentijs beneficiorum, non esse licitũ, quod Ferratius d. cautela 44. consuluit, vt in præfata specie renuntiationis beneficij renuntians tacitè agat cum amico fideli, in cuius fauorẽ renuntiare intendit, q̄ ad omnem suam requisitionem debeat sibi ipst̄ similiter ipsa beneficia resignare: idem sentit Felt. in d. c. inquisitionis, n. 4. in fin. de accusat. hoc si quidẽ quãuis eo tẽpore, quo Ferratius id scripsit, liceret, hac nostra etãte apertè est prohibitum per d. motum proprium; quod idè prædixi, ne aliquẽ fallat præd. cautela in hoc.

34 Modò cõmunis sententia supra dicta ampliatur primò, vt procedat nõ solũ in homicida, sed etiã in rebeli, vt is antequam priuetur beneficio, possit illa renuntiare, vt est text. in c. cum inter. de re iudic. quem ad hoc pòderauit Præposit. in c. ius Quiritũ. 1. dist. faciunt tradita per Ias. conf. 86. lib. 3. & ita concludit Rota in vna Perusina, teste Gomezio in d. reg. de 35 annal. poss. q. 42. in fi. Quinimò & procedit in periuro, & in quocũq; alio clerico criminoso, ob quod veniat priuãdus beneficio per sententiam, vt ex supra dictis patet.

- 36 Ampliatur secūdo, vt procedat, etiā si quis sit condēnatus ob crimē homicidij in poenā perpetui carceris, vel aliās, si per sentētiā nō sit priuatus beneficio, nā adhuc is poterit resignare, etiā si expectans Apostolicus beneficiū illud acceptauerit, & ita fuit obtentū in Rota, vt in d. decis. 5. de sentētia & re iudicat. in antiquioribus, & eam dicit mirabilem ad hoc Gom. vbi supra, in vers. & tñ circa hoc, ibi: Sed illa Rota, &c. cuius ratio est, quia etiam si quis condēnatus per sententiam pro crimine homicidij, nisi per eam beneficio priuetur, non censetur eodē priuatus, vt supra deduximus: cū igitur nō sit neq; censetur eō priuatus in præsentī specie, meritō vt possit illud renuntiare, iuxta cōmunem præfatam sententiā, ex cuius mente & vnica ratione hæc ampliatio deducitur.
- 37 Tertiō ampliatur, vt etiā post conclusum in causa, ante sententiā priuationis, possit huiusmodi clericus beneficiū suū renuntiare, vt probatur in c. dudū, el 2. de elect. & ibi Ant. de Butr. in vers. nota cōsiliū. tenet Rebuf. in d. tractat. de pacif. poss. n. 315. circa tñ. & in praxi benef. tit. de mod. amittend. benef. nu. 51. & Ferret. cōf. 283. n. 1. & Petrus Plaça d. lib. 1. de delict. c. 11. n. 9. vers. ipse tamen, &c. sequitur alios referens aduersus Felin. & sequaces
- 38 Flaminius vbi supra n. 11. cū seqq. Quinimō & post sentētiā priuationis beneficij id poterit facere, si ab ea fuerit legitime appellatū: arg. l. qui à latronibus. §. si. ff. de testam. & quia per appellationē extinguitur, aut saltē suspenditur iudicatū, iux. l. 1. §. si. ff. ad Senat. consult. Turpil. & in terminis ita tenet Rebuf. vbi supra, dicens, quod sic fuit iudicatū in magno cōsilio, licet Boer. dubitet d. decis. 205. Sed opinio nē priorē sequitur Philip. Prob. in additi. ad pragmat. Sanct. Gallic. in tit. de collation. §. item in super, sub hoc signo (* 12) in princip. & latē iure probat hanc ampliatiōē Flaminius vbi supra nu. 17. cum seqq. procedit tñ, dummodō fuerit facta mentio priuationis, secūdum Rebuf. vbi supra in praxi benef. d. tit. de modo amitt. benef. n. 52. in fin. cuius sentētia verior & securior videtur Flaminio Paris. vbi supra n. 23. quàm contrariā eiusdē Rebuf. cōf. 82. n. 7.
- 39 Quartō ampliatur cōmuni sententia aduersus Dñic. d. cōf. 105. ante n. 1. ibi: Tñ licet renuntiet, &c. vt procedat, etiam si quis prius impetrauerit à summo Pontifice beneficium huius homicidæ, vel alterius criminoli in euētū priuationis, nam adhuc huiusmodi delinquens poterit validē præd. beneficiū renūtiare antequam eo priuetur, vt tenent pleriq; ex supra dictis, quos pro cōmuni præfata sententia adduximus, eosq; refert ac congerit pro hac ipsius ampliatiōe D. Couar. vbi supra d. §. 3. 2. p. relect. Clemē. si furiosus, de homicid. n. 7. eā sequutus, ac magis cōmunē esse professus. Idē facit Petrus Plaça vbi supra n. 10. quāuis n. 9. statim post princip. aliud senserit cū Dñico, cuius opinionē etiā sequutus fuit Boer. d. decis. 205. n. 7. Sed nihilominus nostra hæc & cōmunis ampliatio est verior & tenēda: iudex enim post præd. renūtiatiōē aut aliā vacatiōē beneficij aliter quàm per priuationem contingētē, minimē posset procedere ad priuationē beneficij huius criminoli, quia tūc processus hic inutilis erit, cū ipse, aduersus quē priuationis sententia ferenda est, beneficiū nō obtineat, neq; possideat, neq; dici possit, dolo, vel fraude desisse possidere, vt prædiximus: ita tenet Rota in nouis titu. vt lite pend. decis. vlti. aliās, 491. & Ludouic. Gom. vbi supra n. 5. vers. & quantū ad illud, vbi refert Gonsalu. in tractat. delegat. 14. q. 1. p. col. 15. idē tenentē cōtra Dñic. vbi supra. cōtra quē similiter tenet Couar. & Plaça vbi supra. ille n. 7. hic verò 10. tametsi Flaminius vbi supra n. 42. aliud velit cū Dñico & alijs. Neq; altera ratio Dñici d. cōf. 105. nu. 10. aliquid præstat, dicētis præd. renūtiatiōē vel dispensatiōē Episcopi, alterius ve ad id potestati habētis in fauorē criminoli factā, nihil prodesse in præiudiciū illius, cui ius quæsitū est ex impetratione, cuius in hoc sentētiā de dispensatiōe, etiā facta ante litis cōtestatiōē, sequitur Rebuf. vbi supra n. 317. & Bernar. Diaz in pract. crim. can. d. c. 88. nu. 2. ad fi. vbi allegat Staphil. etiā eam sequentē: sed vera nō est hæc opinio. Dñici & sequacium, quia per prouisionē

Papæ in euentum priuationis non est impetranti ius quæsitum irrefolubiter, sed conditionaliter in certum euentum, quem lis producet, iuxta. l. quod debetur. ff. de peculio, & idem prouiso per resignationem interim facta, etiã cū clausula, Dūmodò alteri non sit ius quæsitum, valet, illa nãq; clausula intelligitur de iure perpetuò duraturo, non verò de non duraturo; item intelligitur de purè quæsitò, non verò de conditionalì, secundum Roma. conf. 256. approbo sententiã, vers. tertio, quem referunt & sequuntur Felin. in c. super literis, n. 11. in fi. de rescrip. Gom. vbi supra, & in regul. de iure quæsit. nõ tollèd. q. 3. Couar. & Plaça vbi supra, qui omnes ex hoc reprobant præd. Dñic. opinionem, contra quam etiã tenet Ioan. Igneus in. l. necessario. §. nõ aliàs, in lectura, n. 97. cum seqq. ff. ad Sillanian. prout eum refert Rebuff. vbi supra. Ex quibus verior mihi longè atq; tenenda efficitur hæc pars aduersus Dñic. & sequaces: tametsi idem Plaça vbi supra ad fi. d. n. 10. sibi cõtrarius aliud velit: cum eodem Dñico vbi supra idem sequatur, & suæ propriæ opinionis, quam in principio eiusdem n. 10. contra eund. Dñic. bis tenuerat immemor. † Limitatur tñ hæc quarta ampliatio, vt non procedat, quando in literis impetrationis appositã fuerit clausula expressa, quòd renuntiatio lite pendente facta ab ipso priuando, cedat in vtilitatem impetrantis, tunc enim procedere posset Dñici responsum, vt post Staphileum & Probum adnotauit D. Couarru. vbi supra, & Plaça n. 10. secundum quos ex hoc minimè tollitur Episcopo dispensandi potestas, ipsaque dispensatio impedit priuationis sententiã, quicquid in contrarium senserint Dominic. & Ioan, Staphil. supra relati.

41 Maxime tñ cõtrouersum est inter nostrates, an hæc quarta ampliatio procedat tantum, quãdo præd. renuntiatio vel resignatio beneficij ab eodẽ priuando fuit facta cū ignorantia impetrationis ab alio obtentæ eiudẽ beneficij in euentum priuationis, secus si scienter, an verò utroq; casu? In quo dubio Ant. de Butrio. conf. 43. incip. casus, quidã presbyter, &c. in ea est sententia, renuntiationem istam factã

ab ignorante præd. impetrationem, validã esse, etiamsi prior impetratio habuerit decretum irritans, secus verò si post scientiam prioris impetrationis facta fuerit, quia tunc nulla erit, quasi ea tunc in fraudem fiat, vt in c. 2. de renútiat. lib. 6. quam sententiã sequitur ad literam Aufrer. in decis. Tolosan. 436. & Felin. in c. in nostra. n. 38. de rescrip. & Gomez in regu. de anal. post. q. 42. in vers. & tñ circa hoc, vbi ad id allegat decis. Rotæ. 5. de sententia & re iudic. in antiquior. Verum, vt coniectio in illa Rotæ decis. non constat de sciẽtia vel ignorãtia prioris impetrationis: quin imò ibi non fuit impetratum beneficium priuandi, sed expectans Apostolicus post sententiã perpetui carceris cõtra inquisitum vel accusatum latã, statim id beneficium acceptauit, & nihilominus obtentum fuit, vt renuntiatio valida & admittenda esset cõtra expectatẽ; quãd nihil ad rẽ, de qua nũc agimus, pertinet: nihilominus eandẽ sententiã Ant. de Butr. sequutus est Boer. decis. 205. n. 8. estq; cõmunis, vt plures referens testatur Flamin. Paris. vbi supr. n. 34. cum seqq. & sequitur idẽ n. 48. vbi n. 49. quòd ita criminofus post impetrationem sui beneficij factã nõ potest illud beneficium permutare; intellige iuxta supra dicta, data sciẽtia impetrationis. Rursus D. Couar. vbi sup. d. n. 7. in vers. ceterum, & Plaça d. n. 10. eod. vers. quãuis admittat priorẽ casum Antonij, quãdo renútiatio beneficij, siue resignatio sit ab ignorãte impetrationem, quã indubiũ est, vt cõstat ex omnibus Doctõribus: minimè tñ cõsentiunt, vt renútiatio à sciẽte impetrationem facta nulla sit, quin potius ipsi tenent in hoc cõtra Ant. de Butr. & indistinctè sequuntur præfatã nostrã quartã ampliatiõem, siue resignãns sciuerit priorẽ impetrationem, siue eã ignorauerit; tñ quia qui renútiat, iure suo vtitur, & idem nullã fraudem committit, quippe qui, vt prædicebamus, præcipuè vt sibi, amico, vel cõsanguineo consulturus id faciat, quã vt noceat impetrãti: tñ etiã, quia idẽ Ant. opinatur, renuntiationem istam factam ab ignorante, validam esse, etiam si prior impetratio haberet decretum irritans, cùm hoc decretum etiam ignorãtes afficiat. c. dudum. de præb.

de præb. in 6. cap. dudum. §. adijciebatur, de concess. præb. eod. lib. vbi hoc cōmuni omnium consensu receptum est, & traditur in plerisque alijs locis. Quid tenendum? Ego profectō, etsi existimem articulum hunc dubium esse, atque vtramq; partem probabilem & sustentabilem, priorem tñ veriorē in pūcto iuris existimo, & quæ fortassis in praxi obtinebit: cū ob authoritatem Ant. de But. & sequacium; tūm etiā ob aliquā fraudis suspicionem & odorem, quam videtur habere admixtam renuntiatio beneficij facta à sciēte impetrationē priorē in præiudiciū iuris illi tertio acquisiti: & eā fraudē Ant. & sequaces deduxerūt ex d. c. 2. de renūtiat. in 6. ibi enim quidā obtinens præbē. lā seu dignitatē tenuē in Ecclesia, eam renuntiavit in fraudē expectātis primam vacaturā, cū in proximo crederetur verisimiliter pinguis vacatura, & summus Pontifex consultus respōdit, vt constitō de præd. fraude per aliquas probabiles cōiecturas, expectās Apostolicus; omiſsa præd. sic fraudulenter renuntiat a præbenda vel dignitate, possit pinguiorē, cū vacauerit, eadē authoritate liberē petere, veluti sibi debitam & habere: fraus autem intelligitur eo ipso probata, vt inquit tex. ille in vers. si. si præd. renūtiante præbēda huiusmodi pinguior forsītā cōferatur: & idē renuntians habita omnino carere debet, & ambita. Ecce igitur ibi tex. vbi etiā si renuntians sibi principaliter consulere voluerit, vt pinguiorē præbēdā vel dignitatē obtineret, nihilominus ob fraudē inde contingentē, siue resultantē in præiudiciū impetrātis Apostolici, non nocet ibi illa renuntiatio, vt eidē præcludatur via ad obtinendū aliam præbēdā vel dignitatē pinguiorē: ergo ita in nostra specie, quāuis renūtiante lite pendente sciens impetrationē Apostolicam præcessisse, in euētum priuationis id faciat, vt sibi, amico, vel consanguineo consulat, nihilominus inde ex sciētia impetrationis videtur dicēdū, vt cōijciatur fraus impetrationis, cū verē ob id factū præiudiciū impetranti resultet. Sola igitur consideratio renuntiantis, vt sibi consulat, non sufficit, quoties inde simul

colligitur fraus & præiudiciū impetrātis: quod procedit, si constaret, quod iure ille veniebat priuāduſ beneficio propter crimen à se cōmissum priuatione dignū; secus verò aliās, quia tunc valebit renuntiatio in præiudiciū renuntiantis, nam ita etiam in casu d. c. 2. de renuntiat. in 6. si ille, qui priorē præbēdā habebat, cuius mors in proximo sperabatur, non moriatur, renūtiatio fraudulenter facta valebit, & soli renuntianti nocebit; quia nō esset audiendus, si vellet suam turpitudinem allegare: vt docet Paul. Castr. in l. filiē. 60. in ordin. n. 3. ff. solut. matrimonio. † Hæc limitatio & sententia Anto. de Butrio & sequacium præmaximē procederet, quoties iste delinquens priuāduſ beneficio sciens impetrationē Apostolicā simpliciter renuntiaſset, ac cederet beneficio, non autem in fauorē alterius, quasi tunc non vt sibi, nec vt alteri consulat, sed vt impetranti verē noceat, ac in ipsius odiū & præiudiciū cōijciendū apertē sit id fecisse, ac proinde præd. eius renuntiatio, siue cessio nulla erit, habebitq; locum iure optimo expectantis acceptatio, qui præferendus erit alteri prouiso virtute præd. renuntiationis & cessionis, quæ tantūm nocere potuit cedenti, non verò impetranti, ob maximā fraudē cedentis, siue renuntiantis, quæ hac in specie eo ipso probata censetur: hocque casu cessat ratio Couarr. vbi supra, qua præcipuē motus fuit ad tenendum contra Anto. de Butrio, quia non vt sibi, amico, vel consanguineo consulat, sed vt impetrātī noceat, cessit & renuntiauit, ac proinde nō valet præd. renuntiatio, vt in d. c. 2. de renuntiat. in 6. Ex quo notat Anan. in c. audiuius, de colluſ. detegend. quem refert & sequitur Tellus Fernand. in l. 4. Taur. nu. 68. quod renuntiatio facta per fraudem, non sit admittenda. Idemq; erit, si sciens in fauorem renuntiet, per supra dicta, & in terminis probat Flamin. nu. 42. tametsi in simplici renūtiatione aliud sine iure velit. † Nunc communis sententia supra enarrata, quæ habet, q̄ clericus priuāduſ beneficio per sententiā ob crimen ab eo cōmissum priuatione dignū, possit interim, pendente iudicio, beneficio

beneficio renūtiare, limitatur, vt nō procedat, quando quis esset priuatus ipso iure à canone beneficio propter crimē id inducens, prout sunt plura crimina, quæ priuationem statim ipso iure inducunt, de quibus supra, & latè per Rebuf. de pacif. poss. n. 319. cum seqq. vbi nouē casus huiusmodi refert, in illis etenim & similibus, si qui sunt, quemadmodū delinquens à die cōmissi criminis non facit fructus beneficij suos, sed eos omnes tenetur restituere tanquā prædo, vt prædiximus, quia dominium beneficij ipso iure amisit, ita etiā non poterit renūtiare eidē beneficio, quo ipso iure ante sententiā est priuatus: & in terminis ita tenet Stephanus Aufrer. in d. decis. 436. vbi in id citat decisionē Rotæ. 5. de sententia & re iudic. in antiquiorib. in qua hoc satis innuitur atq; præsupponitur, quamuis casus inibi decisus non fuerit huiusmodi, sed in crimine ob quē veniebat priuatus clericus per sententiā beneficio, in quo ob id obtinuit valere resignationem, vt prædiximus: ergo innuitur, quod si ipso iure esset priuatus beneficio ob crimen id merens, non valerat resignatio postea facta.

45 Hæc limitatio absq; dubio procedit in eo, qui est ipso iure priuatus beneficio curato quod obtinuit ob nō promotionē intra annū ad sacros ordines, iuxta c. licet canō. & c. cōmissa. de elect. in 6. tūc enim renūtiare non potest præd. beneficio, cum id amiserit ipso iure, nec etiā in consciētia id retinere valeat, vt ex Dominico à Sot. Couar. & Did. Perez sup. resoluimus, & in terminis nostris ita tenet Felin. in c. nostra. corolar. 37. n. 38. vers. quintò fallit, in si. ibi; Itē mandatū Papæ de prouidēdo, & c. de rescrip. & in c. cæterum, vers. octaua restrictio. circa medium, ibi: Sed caue, quia nō sufficit, n. 24. eod. titu. & vtrōbiq; allegat d. decis. Rotæ quintam, quæ id non probat, quia non agit in hoc casu: & Probus ad Monachū in c. præsent. n. 16. vers. vnum tū teneas. & nu. 23. de officio leg. in 6. quos refert & sequitur Boer. d. decis. 205. n. 8. affirmās sic fuisse conclusum in curia.

46 Ex supra dictis iā rectè colligi videtur, quid dicendū sit in renūtiatione officiorum secularium regionum, quæ iam hodie cōmuniter emuntur ac veduntur, & pecania æstimantur, an qui cōmisit delictū priuatione dignū, quod habet à Rege; nempe tabellionatus, rectoriæ vel decurionatus, aliorum ve similiarum renūtiabilem, pendente processu possit renūtiare huiusmodi officiū seculare, quod obtinet, & an princeps debeat admittere renūtiationē, nō obstāte delicto, vel litis pendentia? in hac namq; specie videtur idem dicendū in omnibus & per omnia, quod prædiximus in renūtiatione beneficij Ecclesiastici, vt in casibus in quib⁹ ipsa valet, & est admittēda, & hæc quoque officij secularis: in casibus verò, vbi resoluimus resignationem beneficij Ecclesiastici non valere, propter fraudem & præiudicium impetrātis, vel quia priuatio fuit incurfa à canone, vel à lege ipso iure, in eisdē nec officij renūtiatio valeat.

47 Nihilominus tū in his officijs secularibus alia consideratio habēda videtur, nam cum ea de consuetudine generali Hispaniæ soleant vendi ac æstimari pecunia, ac etiā transmitti, sciente & patiente principe, vnde est vt sub hypotheca honorum includantur, insuper & fieri possit exequutio in eis, tanquam in bonis proprijs, ex quo sequitur, vt si hæc officia acquisita sint cōstante matrimonio inter virū & vxorē, mulieri debeat æstimatio pro parte eius, & filio imputatur in legitimā, vt ex alijs refert Tullus Fernād. in l. 26. Taur. n. 11. cum seqq. et si ipse ibi teneat contrariū, & Auend. respons. 9. n. 3. Baeça de nō meliorād. ratione dot. filiab. c. 26. n. 14. vbi alios allegat, & Anto. à Cordub. in sua summa de casis de conscientia, q. 134. vbi alios etiam citat: & prætereā si hæc officia perdātur redeunt ad principē, qui iterū potest ea alijs cōcedere, ac pecunijs, hoc est pretio pecuniario, vendere, tanquam patrimoniū Regiæ Coronæ, ac sui fisci regalis, vt solet facere: in quo simonia committi nō potest, sicut committeretur in beneficij

beneficij Ecclesiastici cū renūtiatione de
 48 pretio facta. † Quare his attētis, si com-
 mittēs delictū, ob qđ officio huiusmodi
 priuandus foret per sentētiā, illud pen-
 dēte processū renūtiare posset in fauo-
 rem alterius, eaq; renuntiatio admissa à
 Rege in scio criminis & processus, va-
 leret, esset in præiudicium Regis, ac sui
 patrimonij, cui aliàs incorporari debe-
 ret præd. officium per sententiā priua-
 tionis ob delictum, ac proinde propter
 fraudē, quā habuit in renutiando in
 præiudicium patrimonij regalis & fisci,
 sciens verisimiliter se priuandū illo offi-
 cio, & sic de proximo sperabatur vaca-
 re, præd. renuntiatio non tenebit, & ad-
 missa ignorāter reuocari poterit, à Re-
 ge, cōstito de veritate, & alteri officium
 tanquā vacans prouideri: argu. d. c. 2. de
 renūtiat. lib. 6. & eorū, quæ supra dixi-
 mus in eius inductione pro Ant. de But.
 & sequaciū opinione, quæ profectō in
 proposito cōducunt, quādo quidē huius
 modi renuntians, de quo nunc agimus,
 sciebat qđ si officio priuaretur, prout pos-
 teā priuandum esse præsupponimus, ad
 Regem pertinere deberet & redire suū
 officiū, ac proinde in fraudē fisci id fe-
 cit: ita in terminis tenet Barbat. conf. 11.
 vol. 1. n. 18. vers. venio ad secūdam dubi-
 tationē, qui loquitur in quodā magistro
 ordinis Portugallię, qui cōmiserat cri-
 men, propter quod veniebat priuandus
 dignitate, quāuis illa dignitas non erat
 vendibilis: quod dictū Barbat. sequitur
 Nicolaus Boer. decis. 2. n. 5. vbi alios al-
 legat, & Rebuf. in cōpēdio alien. bonorū
 Eccles. n. 4. vbi qđ non potest renutiare
 officiū in fraudem fisci, qui deliquit: se-
 quitur etiā Pelaez de maiorat. 4. p. q. 23.
 num. 52. & 53. & Tellus Fernand. in. l. 4.
 49 Taur. n. 66. † Quod si de crimine & litis
 pendentia notitia habeatur, erit super-
 sedendum in admisione renūtiationis,
 donec in causa fuerit definitiuē pronū-
 tiatum, vt declarat Probus ad Monach.
 in c. ad Apostolicā. de re iudic. lib. 6. nu.
 12. quem refert & sequitur Tellus Fer-
 nād. loquens nuncupatim in præd. offi-
 cijs Regijs renuntiabilibus, in dict. l. 4.

50 Taur. n. 66. † Secus erit secundū eund.
 ibi, si denuntians tale crimē cōmiserat,
 propter quod officio esset ipso iure pri-
 uatus, quia tunc renuntiatio est nulla, &
 non admittenda, eo quia omni honore,
 officio & dignitate priuatur, vt est in
 crimine hēretis, iuxta text. in c. ad abo-
 lendā. §. præsent. de hēret. et si securi-
 51 ibi ipse nu. 68. existimet esse, vt in omni
 casu admittatur præd. renuntiatio, vel
 expressē non respuatur, propter pericu-
 lum quod imminet ex non admisione,
 si terminus vitę præfinitus iure Regio
 post renuntiationem ad præsentationē
 laberetur sine admisione, cum post ad-
 missionem expressam vel tacitam, sine
 periculo pos. it iustē expectari, donec lis
 super delicto & priuatione decidatur:
 51 † quod si de delicto facta fuerit mētiō in
 supplicatione, & nihilominus princeps
 concessit, videtur dispensare. si autem
 tacitum fuerit delictum, ac litis penden-
 tia, renuntiatio erit nulla, & ac si nō ad-
 missa fuisset, princeps prouidere pote-
 rit d. officium tanquam vacans, vt est
 prædictū, & in spec e probauit Probus
 vbi supra n. 10. & Tellus in d. l. 4. Taur.
 52 col. fin. † Quod si propter delictum non
 erat priuatus ipso iure officio, nec ve-
 niebat priuandus, sed pœna pecuniaria
 plectendus, tunc valet renuntiatio pen-
 dente lite, nisi in fraudem fiat, vt pro-
 bat Tellus vbi supra n. 68.

Sed non inconcinnum erit superiori-
 bus, videre, an delinquēs post cōmissum
 delictū possit bona sua liberē adminis-
 trare, atq; alienare, sicut antea? In quo
 53 duæ regulæ sunt constituendæ. † Prima
 est, qđ si propter delictū ab eo cōmissum
 nō sunt bona illius ipso iure confiscata,
 sed veniūt publicāda, vel alia pœna est
 ille plectēdus, habet administrationē eo-
 rum, eaq; poterit regulariter alienare, &
 donationes facere, etiā post accusatiōē
 institutā, & litem contestatam, vsq; ad
 condemnationem. l. post contractū ca-
 pitale crimen. ff. de donat. & ibi cōmu-
 niter DD. & in. l. si quis posthac. vers. si.
 C. de bon. proscrip. l. 2. tit. 4. p. 5. & quod
 post cōmissum delictū valeat alienatio
 ante

ante sententiã facta titulo oneroso, nec reuocentur alienata, nisi appareat, contrahentem participẽ fuisse fraudis, vbi pro delicto bona ipso iure non confiscantur, neq; interdicta est delinquenti bonorum suorum administratio, testatur cõmunem esse ex alijs Iul. Clar. in pract. crimi. §. fin. q. 78. in vers. cãterũ. vbi in vers. & hæc omnia, similiter cum communi id procedere ait, etiam si alienatio fiat post litis cõtestationẽ, licet in dubio post accusationẽ presumatur facta metu pœnã, & Anto. Gom. vbi supra enumerat plures casus, in quibus bona præsumuntur alienata in fraudẽ fisci, & Petrus Dueñas in reg. 226. limita. 6. & 7. & fraus hoc casu probatur per cõiecturas, vt ex cõmuni resoluit Iul. Clar. vbi sup. vers. fraus. vbi nonnullas etiam refert,

54 † & idcõ soluere debita potest, & ei solui licet, vt in. l. reo, & in. l. sequenti. ff. de solut. nisi sit contumax. l. si. ad finem. ff. acquirend. rerum dom. † Potest etiã de bonis suis dare in solutum suis creditoribus; est cõmunis secundum Picum in d. l. post contractũ, n. 41. prout cum refert & sequitur Iul. Clar. vbi supra d. q. 78. vers. scias etiam. Cuius ratio est, quia propter delictũ nõ aufertur delinquenti administratio bonorũ, vt in. l. aufertur,

56 vers. in reatu. ff. de iure fisci. † Neque q̄ pro eius pœna sunt bona delinquentis tacitẽ obligata fisco, nec parti, cui debet applicari, vt probat. l. res vxoris. C. de donat. inter vir. & vxor. & ibi notat Bald. tex. in. l. i. C. pœn. fiscal. & c. libro 10. & ibi notat Platea. glos. ordinaria, & ibi DD. in. l. rescriptum. ff. de pact. & in l. aufertur. §. fiscus. ff. de iur. fisc. testatur cõmunem Ant. Gom. in. 3. to. c. 14. de confiscatione bonorum delinq. nu. 4. in vers. si vero talis reus. vbi quod tantũ est actio vel accusatio cõtra personam, & illa non sequitur fundum, vt in. l. si. §. fin. ff. de cõtrahend. emp. cum simil. hoc tñ debet intelligi ante inchoatum iudicium criminale, & similiter etiam post iudicium inchoatum, ante sententiam, quia ante sententiam fiscus nullum ius habet, vt in. l. ex iudiciorum. ff. de accu-

sat. Sed post sententiã fiscus habet tacitã hypothecam in bonis delinquentis, quia per sententiam quasi contrahitur, vt in l. 3. §. idẽ scribit. ff. de peculio. & pro cõtractu & pari ratione, pro quali cõtractu habet fiscus hypothecam, vt in. d. l. aufertur. §. fiscus. & hæc est verior & cõmunis opinio secundum Alexa. in d. l. rescriptum, in princip. in glos. in verbo hypothecas, nu. 8. & Ioan. Orosc. ibi n. 1. & 3. & Iul. Clar. vbi supra d. q. 78. vers. fin. incipien. Sed hic incidenter: tametsi Angel. Fulgos. & Paul. de Castro ibi voluerint huiusmodi hypothecã incipere à litis cõtestatione, per quam etiã quasi contrahitur, vt notat glos. in. l. 2. §. si. ff. de præst. stipul. hæc namq; ratio secundum Alexan. non concludit, nam quasi contractus, qui inducitur per litis cõtestationẽ, operatur q̄ quis sit astrictus instantiã, non verò pœnã, in qua quis postea venit condemnandus per sententiam. secundum Bart. quem refert: & ita opinionem Alex. & cõmunem sequitur in omnibus supra dictis, post Guiller. de Cugno & Bald. quos refert Anto. de Fano in tractat. de pignor. in 4. mēbro

57 2. partis n. 115. & 116. † Addens cũ eisdẽ, quod huiusmodi tacita hypotheca cõpetens fisco, nõ præiudicat alijs creditoribus ex alia causa, quàm ex delicto, sed quod talis hypotheca solum operatur cõtra delinquentes, vel tertios possessores possidetes sine titulo; creditoribus autẽ ex delicto, cãteris paribus, fiscus debeat præferri, secundũ supr. d. est communis opinio, vt testatur Couarr. lib. 1. variar. resol. c. 16. nu. 8. in vers. verũ pro iudicio. & ita est tenendũ, tametsi in hac specie, q̄ fiscus & priuatus creditor ex delicto simul cõcurrant, dãnato vtiq; non existẽte soluẽdo, atq; æqualiter ex cõdẽnati bonis partes habeant, iuxta ipforũ bonorũ quantitã, testetur Ioan. Gallus q. 139. Parisijs arresto definitum fuisse aduersus generalium Regis thesauriorum sententiã, qua Regem, eiusq; fiscum præferendum esse pronuntiauerant: sed nihilominus communis est in contrariũ, ac proinde iustior sententiã pro

pro fisco lata, quàm ea, quæ aduersus eum pronuntiata fuit, vt testatur Couarru. vbi supra, & patet ex supradictis: in Francia tamen seruatur, quòd quando ex eodem delicto, & ex eadem sententia pars præcedens interesse, & poenâ fisc^o, concurrunt, præfertur pars pro interesse & emenda damni, vt ita fuisse iudicatum in parlamento Parisiensi, ex Papa libro 24. titul. 16. arresto. 1. refert Iuli. Clar. vbi supra in versic. vidi ibi in Francia, &c. quæ opinio profectò æqua & tenenda videtur, cui non ohstat communis, quia in creditoribus ex delicto respectu poenæ loquitur, hæc verò respectu interesse, in quo meritò quòd potior causa priuati sit quàm fisci in exigèda poena sibi, per sententiã applicata.

58 † Hæc tamen omnia circa hypothecam tradita secundum ipsos non procedunt, quando fiscus prosequeretur rem familiarem, puta quia ageret ex damno dato in fundo fiscali, tunc enim in cõtinenti haberet bona dicti damnus dantis obligata, quia tunc non cõsetur propriè prosequi poenam. Secundò limitantur eadè ratione pro rerum ablatarum restitutione, tunc namque bona furis cõsentur tacitè hypothecata, & non solùm contra ipsum delinquentem, sed etiam contra hæredes ipsius, vel quemcumque alium, possunt à damnificato vigore tacitæ hypothecæ peti, saltem ex æquitate iuris canonici, argum. c. parochiano, de sepulchris. ita Bald. in l. furti. C. de furt. & ibi plenius per Salicet. Ant. de Fan. vbi supra. nu. 24. dicens notandum, quia de iure ciuili non reperitur quòd bona furis vel alterius delinquentis sint tacitè obligata pro malè ablati, sed cõtra furem vel eius hæredem datur condicção furtiua, quæ est rei persecutoria, vt in. l. si profure. §. 1. ff. de cond. furtiua, & hoc, etiã si res furtiua non extaret, quia datur ad

59 estimationem illius, vt ibi probat. † Post sententiam verò condemnatoriã contra delinquentem latam, quæ non fuerit per appellationem suspensa, delinquens ipse minimè potest bona sua alienare; quòd si ea alienet, alienatio huiusmodi

erit nulla: sed si ab eadè sententia fuerit appellatũ, valida quidem erit alienatio, sed postea facta confirmatione sententiæ, officio iudicis reuocatur, vt cũ Pico communem hanc opinionem testatur Iul. Clar. d. quæst. 78. in vers. si verò, vbi quoque docet in hoc casu & similibus, in quibus alienatio valet, sed postea potest per fiscum reuocari, non posse executorem fiscalem amouere possessores à possessione rerum, quas à delinquente acquisuerunt, sed debere actionem reuocatoriã intentare, ita vt ordinariè de ipsa reuocatione cognoscatur, iuxta communem opinionem, quam ibi ex eodem Pico refert & tenet. † Similiter etiam in casibus, in quibus bona non confiscantur ipso iure, nec tollitur bonorum administratio, non habet locum sequestrũ bonorum, aliàs verò sequestranda sunt, secundum Ant. Gomez d. c. 14. de confiscat. bon. n. 4. ad fin. quod est notabile in praxi.

61 Et sup. d. prima regula nõ solùm procedit in foro iudiciali, sed etiã in interiori animæ: in cõscientia enim ille, qui cõmisit crimè, propter quòd non est ipso iure priuatus bonis suis, sed lex statuit illum fore à iudice priuandum, poterit ante sententiam priuationis, omnia illa circa bona sua absque peccato agere, quæ ante commissum crimen ratione dominij agere poterat: vnde poterit res suas alienare, nõ solùm titulo lucratiuo vt nonnulli dicebant, sed etiam titulo oneroso, & etiam cum onere & detrimento aliquo permutare, dummodò sine dolo & fraude hæc fiant; aliàs secus, vt bendin proposito probat Alfons. Castr. lib. 2. de potestat. l. poenal. cap. 2. versicu. secundo, pag. mihi 1678. vbi in sequenti, quòd poterit res suas locare, cui placuerit, & pretium locationis accipere, & fructus aut redditus ante debitos exigere, & contra debitores agere.

62 Quid autem dicendum erit de illo, qui volens crimen cõmittere, ob quod scit se bonis suis priuandum, antequam illud committat, vendit bona sua, aut donat illa, nõquid in cõscientia valebit huiusmodi

huiusmodi veditio, vel donatio? Et videtur, quicquid sit in foro exteriori, in foro cōlciētia talē veditiōē vel donatiōē validā esse ac firmā, quia tūc erat verē dñs illi⁹ rei, & nullū habebat ius in ea fiscus, neque ad eam; vnde quamuis mala intentione id fecerit, ad nihilum tenetur fisco, & quāuis peccauerit cogitatione, propter eam tamen puniri nō potest, neq; suis bonis priuari, quia cogitationis pœnā nemo meretur, vt in c. cogitationis, de pœnit. distinct. i. Præter eā postquam bona illa alienauit, potuit de malo proposito pœnitere, crimenq; non committere, & tñ tunc valeret donatio aut venditio: ergo iam valebit, quamuis postea cōmiserit crimen, quia cum talis donatio vel venditio non sit conditionalis, ex nullo euentu futuro pendet: & in terminis ita tenet latē probans Alfons. à Castro vbi supra colum. 1678. in vers. sed quid si volēs. & col. seq.

- 63 Hæc tñ opinio meo iudicio non est expedita, imò vera non videtur, nec tenēda. Bart. siquidē in d. l. post contractū, n. i. cum seqq. & ibi cōmuniter DD. dicunt, quòd siue quis donet ante delictū cōmissum, siue post, reuocatur donatio, si hac intentione donet, vt post cōmissum delictū fiscus non possit capere bona eius. Vnde Picus in d. l. post contractū, nu. 11. quem refert Bossius in pract. crimin. §. si. q. 78. vers. solet etiam,
- 64 inquit, esse cōmunē opinionē, t. quòd si alienatio facta est à delinquēte ante crimen cōmissum, & nulla subest suspicio fraudis, talis alienatio valet & tenet, licet postea delinquat, & contra eum sequatur sentētia cōdēnatoria; si verò appareat fraus, verē vel præsumptiue, valet quidē alienatio, sed à fisco postea reuocatur. Addunt tñ Bossius nu. 45. & Iul. Clar. vbi supra cū cōmuni, ex Pico vbi supra, teneri fiscū eo casu emptori pretium restituere. Quāuis igitur ante delictū cōmissum quis sit dñs bonorū suorū, liberamq; & à lege non impeditam habeat administrationem eorū, hoc tñ fallit, si eo animo quis ea donet, aut alienet, vt propter delictū qđ cogitat, & ani-

mo deliberat cōmittere, sibi nō auferātur, & fisco applicentur, sciens aliās his per sententiā iudicis esse priuandum, vt pote in fraudē fisci factū. Nec obstat qđ cogitationis pœnā nemo mereatur, potuisseq; de malo proposito dolere, quia hoc verum esset, si vltra nō procederet: attamē cū malā cogitationē ad actum perduxerit, sicq; delictū huiusmodi perpetraverit, nō pœna cogitationis affligitur, sed delicti à se cōmissi: nec qđ ante delictū cōmissum sit dñs bonorū suorū, &c. quicquam præstat, quoniā idē contingit post delictū cōmissum ante cōdēnationē, quia eo medio tēpore potest omnia illa circa bona sua absq; peccato agere, quæ ante cōmissum crimē ratione dominij agere poterat, & sic res suas alienare, &c. & tñ si dolo aut fraude id fiat, nō licet, imò à fisco via ordinaria reuocabitur alienatio, vt prædiximus ex eodem Castro: ergo nec ante delictum. Quòd si ea ratio differentia inter hos duos casus obijciatur, in priori, nempè ante delictū cōmissū, nō cōpetere fisco ad illa bona ius in re nec ad rē: at verò post crimen cōmissum habet saltē fiscus ius ad rem, quia potest agere cōtra reum in iudicio, & petere vt priuetur bonis, & bona illius sibi dentur; respondebimus, qđ etsi ante crimen commissum nullum ius competat fisco ad bona intendētis committere crimen, ac proinde alienatio tunc temporis eorum licita & valida videatur, nihilominus cū ipsa fiat animo & proposito deliberato illud perpetrandi, & vt ea à fisco postea non vindicentur, & sic animo eum fraudandi præd. bonis, idem censerī debet ac si ius iam fisco ad rem saltem competeret, cū etsi de præsentī illud non competat, de futuro tamen competiturū esse certò scit, ac illud ex nunc prout ex tunc cogitans delinquere tollere ac defraudare eo intendit, donando aut alienando bona sua fraudulentè ante delictum. t. Quò fit, vt fraus probata in proposito censatur, si alienatio tunc fiat omnium bonorum suorū, & hoc etiam si delictum ipsum

65

ex interuallo sequutum fuerit, dummodo tempore donationis subesset causa propter quam delictum postea commissum fuerit; vel si tempore alienationis habebat inimicitias capitales, vel post alienationem steterit in possessione rei alienatae, hoc enim faceret alienationem praesumi simulatam, dummodo tempore alienationis subesset causa, propter quam delictum fuerit commissum; alias secus. Similiter etiam si alienatio fieret in occulto, ex hoc praesumeretur fraus, vel si facta fuerit in consanguineum, vel amicis, vel si delictum in continenti post alienationem sequutum fuerit, ut ex communibus traditionibus resoluit Clar. vbi supra d. q. 78. vers. fraus autem, & c. Quod igitur fraus & dolus operatur circa reuocationem alienationis bonorum, ante & post commissum delictum in foro iudiciali exteriori, idem operari debet in conscientia & foro interiori anime praeter peccatum, sequuto postea delicto atque priuatione bonorum ob id per sententiam, cum utroque casu malus animus fraudandi fiscum ob delictum committendum vel iam commissum concurrat, & ad executionem sit deductus, praecipue cum in foro conscientiae sit standum purae veritati, & fisco ita noceat, in quantum est ex parte alienantis, alienatio ante crimen, quam post facta, ac proinde nihil inter haec inter est, si animus fraudandi adsit, ut supponimus.

66 Secunda regula est, quod in delictis, in quibus ipso iure confiscantur bona statim commissio delicto, ut in crimine laesae maiestatis, iuxta sententiam glo. in c. cum secundum leges, de haeret. in 6. quam sequuntur plures, quamuis alij teneant, quod tantum administratio bonorum tollitur, prohibetur alienatio ex titulo oneroso & lucratiuo, licet dominium eorum non transeat in fiscum ante condemnationem & apprehensionem, iuxta text. in l. ex iudiciorum, vers. adeo. ff. de accusat. & in l. quaesitum. ff. qui & a quib. & alibi sepius. Bart. in l. post contractum, nu. 12. vers. secundum tempus.

ff. de donat. sequitur alios referens Decius con. 57. num. 12. vbi quod sicut hoc casu non potuisset reus bona alienare, ita nec facere actum per quem sequi possit alienatio, & ita neque bona obligare: & n. 15. quod ante declarationem certum est aliquod ius fisco non esse quaesitum, ut ibi late probat. Hodie tamen in nostro Regno, & bona confiscantur ipso iure in crimine laesae maiestatis, & administratio & dominium bonorum tollitur, & alienatio prohibetur, tam titulo oneroso, quam lucratiuo a die commissi delicti, per l. 4. tit. 2. p. 7. quae in hoc est expressa, & ibi notat Greg. in glos. el señorio, & Ant. Gom. 3. to. c. 2. de crimin. laesae mai. n. 11. & 17. & c. 14. de confiscat. bon. delinq. n. 4. Sicut in crimine haeresis, ut in d. c. cum secundum leges, vers. bona hereticorum, de haeret. in 6. Et quauis in crimine haeresis. l. 4. in fi. tit. 26. p. 7. aliud disponat, nempe a die sententiae tantum contra haeticum latae, prohibeatur administratio bonorum, atque ipsorum alienatio: standum tamen est in hoc iuri Canonico disponenti, ut a die commissi delicti bona heretici censeantur esse confiscata ipso iure & dominium ipsorum amittat hereticus, & transeat in fiscum, ac proinde sit eidem haeretico eorum administratio interdicta, ita ut alienationes & donationes ab eo factae sint nullae, ut in d. c. cum secundum leges, & ibi communiter DD. ut nuncupatum aduertit Greg. Lop. in dil. 4. tit. 26. p. 7. in glos. por herege. & late probat atque declarat Alf. a Castr. lib. 2. de iusta haeret. punit. c. 6. per totum, & hoc est receptum communi omnium consensu, secundum D. Simac. de Catho. inst. tit. 9. n. 21. Si enim l. 4. tit. 2. p. 7. ut vidimus, sanxit in crimine laesae maiestatis humanae, idem a fortiori in crimine haeresis statuere deberet, cum longe grauius sit aeternam quam temporalem laedere maiestatem, ut in c. vergētis. cod. tit. de haeret. in 6. & in auth. Garazos. C. cod. tit. Possumus tamen legem hanc posteriorem partitae, ab incuria sibi in hoc attributa saluare, aduertendo, ipsam minimè aliud statuere negatiuè in crimine haeresis, nempe ut non nisi

nisi à tempore sententiæ bona confiscentur: sed affirmatiue disponere, vt à tempore sententiæ tollatur hæretico bonorum suorum administratio, atq; dispositio; quod verissimum est in hunc sensum, vt eo tempore sit eidem delinquenti subblata bonorum suorum administratio atq; dispositio, non tñ negat quin idem sit à die commissi criminis, sicut iure Canonico dispositum existit, cui conditor legis Regiæ minimè derogare voluit. Nec is intellectus à contrario sensu sumendus est in iuris cõmunis derogationem, atq; correctionem, vt aliàs dicunt

70 DD. † Maximè quod leges Partitarum nunquam cõsentur derogare iuri civili & Canonico, in his, in quibus iuri Canonico derogare possunt, nisi in casibus in quibus ipse leges apertè id docent, imò semper cõsentur concordare cum iure Canonico & civili, vt tenent oēs DD. nostri Regni, præcipuè D. Couar. lib. 1. variarũ resol. c. 14. n. 15. Greg. Lop. in l. 9. tit. 13. p. 6. in glos. a mudar. per illam. l. D. Peralta in l. si quis in principio testamenti. n. 4. ff. de legat. 3. Pelaez de maiorat. 1. p. q. 1. n. 74. & hic est melior intellectus, quàm assignatus per Pelaez vbi supra, cõfitendo literam illius. l. esse erratam, & supplendo vnam dictionem.

71 Idem est in peccato nefando cõtra naturam, in quo propter atrocitatẽ tanti criminis bona confiscãtur ipso iure, ac dominiũ eorũ perditur, vt in c. cum secundum leges, in princip. & in l. vnica tit. 2. l. lib. 8. noue coll. reg. ac per cõsequens statim reus nõ poterit ea administrare, neq; vilo modo alienare, per supra dicta. † Idẽ erit in alijs casibus, in quibus bona confiscãtur ipso iure, de quibus per Bart. & DD. in l. Imperator. ff. de iur. fisci. & in l. commissã. ff. de pub. & vectigal. & in d. l. post contractum. vt communiter DD. vbiq; docent: & 250. casus, in quibus confiscatio bonorum fit ipso iure, refert remissiuè Petrus Duenias in reg. 150. in fine.

73 Et hæreticus attento iure Canonico, cui stare debemus, nõ potest vilo modo condere testamentũ, neq; ex eo aliquid

capere, vt tradit Tellus Fernand. in l. 4. Taur. n. 34. & latissimè Pelaez vbi supra n. 60. cum seqq. vbi an à die commissi criminis, vel sententiæ: prius verius existimo, secundum Pelaez vbi supralatè id probantẽ. Nec obstat d. l. 4. in verbis supra relatis, & in l. 16. tit. 1. p. 1. vbi prohibentur hæretici testari, postquã fuerint pro talibus iudicati, nec capere possunt; quoniam non dicunt aliud esse ante cõdemnationem, vt prædiximus.

74 Et in præd. casibus si reus delinquẽs alienet bona sua, vel aliqua eorum, quocũq; titulo id faciat, siue oneroso, siue lucratiuo, alienatio erit nulla; & post sententiã & cõdemnationẽ confiscabũtur etiã bona alienata; fiscoq; ea reperet atq; vedicabit à possessoribus, quia sententia lata cõtra principalẽ delinquẽtẽ, præiudicat possessoribus præd. bonorũ, in quos bona reperiũtur alienata, vt probat tex. in l. quisquis. §. filij verò. C. ad l. Iul. maiest. & in d. c. cum secundum leges, de hæret. in 6. & est cõmunis opini. secundum Ant. Gom. qui eã sequitur & probat d. c. 1. de delict. n. 90. dicentẽ esse notabile pro declaratione tex. cum materia. in d. l. post contractũ. sequitur idẽ Anton. Gom. in d. c. 2. de crimine læsæ maiest. n. 17. † & in hæretico, q̄ nõ possit donare, nec alio titulo alienare, nec dotare filias in matrimonio carnali, nec spiritali, & q̄ omnia hæc si fiant, sint nulla, & à fisco vendicentur, probat D. Simãc. vbi sup. n. 22. cũ seqq. & Alfons. à Castro etiã vbi sup. Nec cùm fiscus vè dicat huiusmodi bona à possessoribus tenetur eisde pretiũ soluere, cùm ipse sit dñs, † siquidẽ agẽs rei vendicatione: ad pretiũ nõ tenetur. l. in ciuile. C. de furt. per quẽ text. & per tex. etiã in l. ex iudiciorũ, vers. adde. ff. de accusat. & in l. donationes in cõcubinã. §. si. ff. de donat. & l. si. C. ad l. Iul. maiest. est cõmu. sentẽ. vt plures allegans, & latè probans testatur Ant. Go. d. c. 2. de crimine læsæ maiest. n. 2. sequitur D. Couar. plures allegans in 4. de spons. 2. p. c. 6. §. 8. n. 9. & Siluest. in summa. verbo hæresis, el. 1. nu. 14. est communis secundum Simanc. vbi supra

n. 27. † & addit Castro vbi supra, nedum
 77 procedere in eo, qui emit ab hæretico,
 cui fiscus pretium soluere non tenetur,
 sed nec etiam ei, qui ab eo erit, quãtum
 cunq; per plures manus transferit, quia
 non habuit ius vedendi, secũdũ Ioan.
 Monach. Archid. & Ioan. Andream in
 d. c. cũm secundũ leges. & Siluest. in
 summa, verb. hæresis el. i. d. nu. 14. † hoc
 78 tamen limitatur, si pretium datum ab
 emptore reperiretur inter bona ipsius
 delinquentis, tunc nãq; fiscus illa bona
 capiens tenebitur illud emptori redde-
 re: ita directorium Inquisitorum verbo
 alienatio, Siluest. & Couar. vbi sup. idem
 existimantes, quãdo pretium illud fuit
 conuersum in vtilitatem bonorũ delin-
 quentis, atq; illa vtilitas ad fiscum cum
 bonis fuit delata: quod Bart. notauit in
 l. 3. ff. de his, quæ in fraud. credit. per. l.
 emptor. ff. de reiuendic. & vtrumq; pro-
 bat Conrad. in. i. tractatu. de contract.
 q. 7. conclus. 3. & Simanc. vbi supra in n.
 29. cum seqq. vbi latius declarat, plures
 casus specificando: eand. sententiam te-
 net Castr. vbi supra.

Ex quibus fit, vt delinquẽs, cuius bona
 79 ipso iure pro delicto sunt cõfiscata, vel
 alteri in poenã applicata, nõ possit sine
 peccato mortali rem aliquam in casu
 non permisso (de quibus infra) alienare,
 ne sit causa damni ei, cui alienat, cũ
 ipsi emptori immineat ex culpa vendi-
 toris periculum amittendi rem & pre-
 tium: ita Siluest. vbi supra, & Ioann. à
 Medina in suo C. de restitut. fol. 4. col. 3.
 & Adrian. quodlibet. 6. arti. 1. illar. 3. D.
 Couar. vbi supra d. nu. 9. Simanc. etiam
 vbi supra n. 28. & Anto. Gom. d. c. 14. de
 confiscat. bon. n. 3. vers. ex his infertur,
 vbi cõcedit, titulo lucratiuo bene posse
 cum bona conscientia alienare, quia
 nullũ damnũ incurreret donatarius: qđ
 & probat duobus modis id limitãs Mo-
 lin. vbi supra, in vers. secundum est. Hoc
 80 tamen vltimum de licentia alienandi
 titulo lucratiuo, quãdo bona sunt con-
 fiscata ipso iure, mihi non placet, imò
 falsum reputo, tũm quia contra ius pro-
 hibens hoc casu bona alienari id fit, &

quia donat ea, quæ sua nõ sunt, sed fisci,
 ratione amissi dominij, & in fiscũ trãf-
 lati: tum etiam quia licet donatarius
 nullum damnũ incurrat, donatio ta-
 mẽ in fraudem & præiudicium fisci fit,
 & ideò non valeat, vt omnes tenet, nec
 cum bona conscientia fieri potest, vt ex
 supra dictis patet: tũm etiam, quia ad-
 ministrator donare non potest, vt in. l.
 contra iuris. §. fin. cum simil. ff. de pact.
 & ideò meritò dubitauit de præd. do-
 81 ctrina Simancas vbi supra n. 28. & con-
 trariũ etiam in donatione tenet Castro
 vbi supra, & quòd fraus ad damnũ pro-
 ximi tendẽs sit perniciofa, & peccatum
 mortale, nisi circa minima versetur, te-
 82 net Caieta, in summa, verb. fraus. † Bene
 verũ est, quòd si delinquens huiusmodi
 bona sua post commissũ à se delictũ
 alienet titulo gratuito, puta donationis
 min⁹ peccat, quã si titulo oneroso alie-
 naret, puta per venditionem, quia hoc
 secũdo casu vendit ea, quæ sua nõ sunt,
 & emptorem grauat, vt prædiximus: ita
 tenet expressè Medin. vbi supra. nihilo-
 minus tamen in primo casu peccat do-
 nando, vt affirmat Medina, & nos quo-
 que resoluius supra cõtra Ant. Gom.
 83 Infertur etiam ex eisdem, minus rectè
 dixisse Siluest. vbi supra, licitam esse hac
 in specie alienationem, si emptori reue-
 latum sit, conditionem rei ita esse: hoc
 namq; eadem ratione iudicio meo pro-
 cedere nõ potest, nã etsi respectu emp-
 toris nullũ detur ea in specie dãnũ,
 siue præiudicium, quia scienti & con-
 sentienti non fit fraus, neque dolus, vt
 in reg. iuris, filco tamen ex hac aliena-
 tione damnũ aut fraus fit, tamenli emp-
 tori reueletur conditio rei. Fit præterea
 contra ius prohibitorium, idcirco mi-
 nimè ego delinquentem huiusmodi sic
 alienatẽ immunem iudicarem à pec-
 cato mortali & restitutione, si haberet
 vnde aliàs restituere posset: nisi delictũ
 occultum esset, atq; ideò in iudicio non
 deductũ, cũ ante sententiã poena etiam
 ipso iure incurfa non debeatur in con-
 scientia, iuxta receptissimam sententiã
 supra per nos adductam.

Sunt

- 84 Sunt tamen casus, in quibus etiam quando pro delicto sunt bona cōficata ipso iure, licitum tamen est delinquentibus bona sua alienare. Primus & principalis est ex causa necessaria, nēpe pro alimentis & alijs ad necessariā vitæ sustentationē, & pro aduocatis & scripturis ad eum pertinentibus; & pro sui defensione, pro his nanq; rectē alienare potest, nec poterunt in eam causam alienata à fisco vēdicari: arg. l. alibnationis. ff. famil. heriscund. l. peto. §. prædium ff. de legat. 2. & eorum quæ tradit Bart. in d. l. post contractum, nu. 12. & latē D. Mol. de Hispan. primog. lib. 1. c. 10. n. 20. ita Siluest. Ant. Gom. & Couar. vbi sup. vbi dicitæ quiores & veriorē esse hanc sententiā, & Petrus Duesias in d. reg. 226. limitatione 3. Bofsius in sua pract. crimin. in titu. de alien. bon. & ante eos Salicet. in d. l. si quis post hanc, n. 9. C. de bon. damaat. † Pro quo est etiam bonus
- 85 tex. in l. fin. C. de ord. cognitio. ex quo tex. dixit Bart. in tractat. aliment. nu. 4. q̄ quando aliquis nō habet unde se alat, nisi venderet rem, quæ est sequestrata, potest eam vendere pro alimentis, & alijs sumptibus arbitrio iudicis, quæ sequitur D. Ant. de Padilla. in auth. res quæ, n. 83.
- 86 C. cōmunia de legat. † Sic etiā res, quæ subiacēt restitutioni, & quæ prohibentur alienari, possunt pro sumptibus alimentorum alienari; hæc est communis opin. secūdum Bart. id auth. res quæ n. 9. C. cōmunia de legat. vbi Ant. de Padilla n. 78. cum seqq. contra glos. ibi hāc sententiā probat, ac magis cōmunem esse profitetur, plures authores allegans eam sequentes; & D. Molin. de Hispan. primog. lib. 4. c. 6. n. 8. & 22. addētes, vt pro alenda nuru grauati etiā valeat fideicō-
- 87 missum eueri: † vnde & bona maiorat^o possunt alienari, vt possessor alatur, & ad cætera, de quibus in d. auth. res quæ, cuius decisio in bonis etiam maioratus procedit, cum hæc veluti fideicōmisso
- 88 subiecta censeatur, † ac proinde nedum in casu dotis, seu donationis propter nuptias, sed in alimentis maioratus possessori ac eius liberis præstādis, seu in illo

hostibus redimendo, & in dote pro filia moniali præstanda; & in omnibus cassibus, ad quos scribentes d. auth. extendunt, procedit, nisi contrariū à maioratus institutore specificè dispositum sit, vt resoluunt latissimè Palat. Rub. in repet. rubricæ de donat. inter vir. & vxor. §. 16. nu. 1. & n. 11. cum seqq. & Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus, in. 2. limitatione ad l. Regiā n. 11. Ant. Gom. in l. 40. Taur. n. 86. Grego. Lop. in l. 24. glos. fi. tit. 9. p. 6. D. Couar. lib. 3. variarū resol. c. 6. n. 10. & lib. 2. c. 16. n. 9. & Ant. de Padilla dicens cōmunem in d. auth. res quæ, nu. 53. & 79. & hæc est crebrior scribentium sententia, secūdum D. Mol. lib. 4. de Hispan. primog. c. 6. nu. 17. qui præd. refert. Sed nihilominus receptissima consuetudo totius Hispaniæ est, q̄ tex. in d. auth. res quæ, non habeat locū in rebus maioratus, secūdum Arias Pintel. in l. 1. in 3. p. num. 102. C. de bon. maternis. id quod, rectē considerata natura & conseruatione ac perpetuitate maioratum Hispanorum, seclusa facultate Regia, expressè probauit D. Molina vbi supra d. cap. 6. num. 19. cum seqq. nisi ad prædicta efficienda maioratus institutor astrictus esset tempore mortis, secus aliàs, etiam si verisimile esset, quod si viueret, ea soluisset, eaque ratione Regias facultates ad id efficiendum rard & non nisi ex magna causa concedendas esse, cum maioratum institutorum voluntati aduersentur, quos verisimile est potius ipsorum maioratum conseruationi, quam possessorum necessitatibus consulere voluisse: quod si ex aliqua causa contedendæ sunt, illud præfertim curandum est secūdum ipsum, ne ex illis ad bonorum maioratus alienationem perueneri valeat: quam sententiā libentiùs probō, vt pote veriorē, & voluntati defunctorum proximiorē quàm communem cōtrariam, cum sciam etiam Bald. in capitul. 1. §. donare, numer. 2. versicul. oppono de authen. res quæ, qui feud. dare poss. tenuisse, dict. authenticam non habere locum in expressā prohibitione, sed

solùm in tacita, in qua tantùm loquitur, cuius opinionem sequuntur alij quos refert Ant. de Pad. vbi supra n. 53. Cõtra hunc primum casum de quo agimus, tenet Andr. Alciat. in d. l. post contractum, nume. 19. arbitratus in eo alienationem non valere, quia non potuit reus dominium transferre, quod nõ habebat. I. Iulianus. §. 1. vers. patris tamẽ. ff. ad Macedon. sed reus hoc casu amittit dominium bonorum suorum, vt est prædictum, igitur non tenet alienatio.

Sed nihilominus potest communis sententia præcedens ab hac difficultate defendi, si consideremus, quòd idem ius à quo sublatum est dominium bonorum, atque administratio eorundem reo sic delinquenti, & in fiscum translaturum, hunc casum specialem excepisse verisimile sit, vel ipsa ratione naturali ac summa æquitate id postulante, prout potuit, & excepit in similibus speciebus supra dictis: quare rectè licuit Doctoribus communem tenentibus ad nostram hanc speciem idem trahere: & sic valida erit hoc casu alienatio: sed ne quid nimis alienetur, quam oportet & necessarium sit, aut fraudulenter alienetur, consulo, vt cum licentia iudicis hæc alienatio fiat pro securitate, & ampliori cautela emptorum: iudex autem tenetur eam concedere, cum alimenta & defensio sint de iure naturali, quod præualet positiuo, vt in. §. sed naturalia quidẽ iura, cum simil. instituta de iur. natur. gent. & ciuil.

89 Secundus casus est, in quo valida est alienatio à delinquente facta, etiam vbi poena siue confiscatio ipso iure incurritur, quando delinquens esset aliàs soluendo pro dano dato, secundum Siluest. vbi supra.

90 Tertius casus est, quando delictum esset ita occultum, vt nullomodo probari posset, quia tunc sic delinquens alienare posset, & titulo oneroso & lucratiuo, secundum Siluest. vbi supr. & Ant. Gom. d. c. 14. nu. 3.

91 Quibus adde, quòd fiscus nõ tenetur ad soluenda debita ab ipso debitore cõ-

tracta post commissum delictum, sed ea tantum, quæ tempore criminis perpetrati ipse delinquens cõtraxerat. l. 1. §. an bona. & ibi Bart. ff. de iur. fisc. latè Guillerm. Benedict. in cap. Rainuntius, verbo, & vxorem. n. 850. de testam. quæ refert & sequitur D. Couar. vbi supra num. 9. sed & reliqua circa præsentem materiã videnda sunt per DD. in suis locis: superiora tamen præcipua & in praxi sæpè cõtingentia sunt, idè ipsa deduximus. Ex superioribus iam deducitur, promotum ad beneficium incompatible non posse resignare primũ, quia vacauit ipso iure: ita Hoxeda in tract. de incõpatib. benef. p. 1. c. 13. n. 2. & hæc est cõmunis opinio nunc recepta in pract. vt non possit resignare in fauorem, secund. Flamin. Paris. lib. 3. de resig. benef. q. 1. n. 50. qui eã latè probat n. seqq. & n. 58. quòd taliter priuati, tenentur in foro cõsciẽtiæ dimittere beneficia, & si de facto detinent, tenentur ad restitutionem fructuum perceptorum in foro poli, vt est cõmunis opin. in vtroq; secundum ipsum ibi.

92 Postremò illud non prætereundum duxi, quòd licet clericus homicida nõ sit priuatus ipso iure beneficio quod habebat; collatio tamen beneficij de nouo ei facta, qui tempore collationis est irregularis ac Sacerdotiorum incapax, ipso iure est nulla, per tex. optimum in c. dudum, el. 1. de elect. & in c. cum in cunctis. §. vltim. de elect. nullumque ius tribuit in beneficio, imò tenetur hic beneficiũ dimittere, & fructus à se perceptos in animæ iudicio restituere, quippe qui nullo titulo & iure beneficium acquisierit, secundum Dylum in reg. 1. de reg. iur. in. 6. Innocent. in dict. c. cum nostris, de concess. præb. Millis in reparator. verb. irregularis, vt homicida. sequitur Felin. in c. 2. nume. 4. circa fin. in vers. considera in tanta varietate, & c. de rescrip. Nauar. in man. Latin. c. 27. n. 249. vers. 6. Lambert. Paul. Paris. & Rebus. eodq; referens & sequens D. Couar. in reg. peccatum. 2. part. relect. §. 8. n. 6. vers. ad idem. de reg. iur. in. 6. & in cap. alma mater. 1. p. relect. §. 7. n. 1. de sententia

tia

tia excommunicat. in 6. est communis, vt plures allegans testatur nouissimè Flamin. Paris. de resign. benef. libr. 4. q. 3. n. 32. cum seqq. Cùm enim beneficia Ecclesiastica præcipuè dentur propter officium. c. cùm secundùm. de præb. c. vltimo de rescrip. in 6. c. concesso. 12. q. 2. c. generaliter. 16. q. 1. notat glos. in c. vlt. de officio Vicarij, irregularis autè suspensus est ab officij exequutione, cuius causa beneficiũ datur: ergo meritò q̄ collatio beneficij ei facta, sit nulla: qua ratione idè dicèdũ est in collatione beneficij facta excomunicato, vt etiã sit nulla ipso iure: tex. singularis in c. Apostolicis, de cleric. excomunicato minist. per què tex. hæc est cõmunis opinio, vt testatur Ioann. Staphil. de literis gratiæ & iust. fol. 82. col. 2. quam communem latissimè probat latè ad partes agens Selua de beneficio. 3. p. q. 4. per totam, volu. 15. tractat. & pluribus exornat D. Couar. in d. cap. alma mater 1. p. §. 7. per totum. † Sed si à Papa fiat collatio beneficij, præcedente absolutione illius à quibusuis excommunicationis & suspensionis, & c. vt communiter de stylo curiæ fit, per illam clausulam, Teq; absoluentes, & c. valebit collatio præd. facta illi, qui erat excomunicatus maiori, vel suspensus, quoniam per d. clausulam absoluitur à Papa ad effectum dũtaxat præsentium consequendũ, non quoad alia: ita Petrus Rebuf. in praxi benef. in forma & declaratione nouæ prouision. super clausula, Teq; absoluètes, & c. nu. 2. cum seqq. Collatio tamen irregulari facta, etiam si fuerit apposita præd. clausula, Absoluentes te à censuris, & à quibuscunq; excommunicationibus, non valet, vt respondit Nauar. consi. 66. nu. 1. de sententia excommunic. quia Papa nõ videtur absoluere ab irregularitate, nisi id exprimat: idem Nauarr. in manual. cap. 72. nu. 254. refert & sequitur vtrumque Flaminus Paris. vbi supra nu. 40. & 41. & nu. 59 cum sequentibus idem quod dictum est in excommunicato, probat cum communi in suspensio.

94 † Sic etiã clericus periurus beneficio Ecclesiastico priuandus est per sententiã, non tamen est ipso iure priuatus

optimus in cap. querelam. de iureiurando. vbi glos. & Doctores, est magis communis sententia secund. Flaminu Paris. de resign. benef. lib. 4. q. 3. nu. 12.

96 Quia non meretur regere Ecclesias, qui sunt crimine periurij irreti, vt ibidem probatur, glos. etiam in c. illud. de excels. prælatorum. & in cap. quicumq; 6. quæstio. 1. Abb. & alij in cap. 2. de rescrip. vbi Felin. num. 2. cum seqq. Dec. 2. & 3. Rip. numer. 13. fatentur hanc esse communem opinionem, & Ioan. Selua in tractat. de iur. iur. quæsti. vltim. & in tractat. de benef. 3. p. quæst. 2. numer. 20. cum seqq. volu. 15. tractat. diuersi. doct. Bernard. Diaz de Lug. in pract. crim. Canonica cap. 86. & alios allegans D. Couar. in c. quamuis pactum. 1. parte. §. 7. nu. 3. de pact. in 6. aduersus Rebuf. tenentem, periurum priuatum esse ipso iure beneficijs Ecclesiasticis, quæ tempore periurij obtinebat: sed vera & cõmunis sententia est in contrariũ, quam prædiximus, nempe periurum non esse ipso iure priuatum beneficio, sed priuandũ per sententiã; † & nihilominus collatio beneficij periuro facta, est nulla ipso iure, vt probant Abb. & DD. in d. c. querelam. Aufrerius in decif. capellæ Tolos. q. 17. Dec. in c. dilecti. numer. 2. de exceptio. refert alios Felin. in d. c. 2. de rescript. num. 4. quamuis ipse contrarium velit, & Nicol. Millis vbi periurus. per tex. optimũ inc. accedens. de accusat. est cõmunis secund. Flaminu Paris. vbi supr. n. 10. & 11. † Hoc tñ verũ est & procedit, quoties quis esset per sententiã declaratus periurus, & postea fieret ei collatio, & non aliàs, quia ante sententiã facta collatio, esset valida, secundũ Federic. de Sen. cons. 50. Card. & Felin. in d. c. querelam. Rebuf. in tractat. de pacif. poss. n. 221. sequitur alios referens, Couar. vbi supra, existimans, collatione beneficij periuro factã, nullam esse ipso iure, † quando infamia hæc ex periurio notoria sit, non aliàs, prout contingit esse per sententiã, quia manifestum & sententia æquiparantur, vt in l. emptorẽ, in princip. ff. de actio. emp. † Item & secundò cum collatio beneficij per iuro

97 dũ per sententiã; † & nihilominus collatio beneficij periuro facta, est nulla ipso iure, vt probant Abb. & DD. in d. c. querelam. Aufrerius in decif. capellæ Tolos. q. 17. Dec. in c. dilecti. numer. 2. de exceptio. refert alios Felin. in d. c. 2. de rescript. num. 4. quamuis ipse contrarium velit, & Nicol. Millis vbi periurus. per tex. optimũ inc. accedens. de accusat. est cõmunis secund. Flaminu Paris. vbi supr. n. 10. & 11. † Hoc tñ verũ est & procedit, quoties quis esset per sententiã declaratus periurus, & postea fieret ei collatio, & non aliàs, quia ante sententiã facta collatio, esset valida, secundũ Federic. de Sen. cons. 50. Card. & Felin. in d. c. querelam. Rebuf. in tractat. de pacif. poss. n. 221. sequitur alios referens, Couar. vbi supra, existimans, collatione beneficij periuro factã, nullam esse ipso iure, † quando infamia hæc ex periurio notoria sit, non aliàs, prout contingit esse per sententiã, quia manifestum & sententia æquiparantur, vt in l. emptorẽ, in princip. ff. de actio. emp. † Item & secundò cum collatio beneficij per iuro

98 Paris. vbi supr. n. 10. & 11. † Hoc tñ verũ est & procedit, quoties quis esset per sententiã declaratus periurus, & postea fieret ei collatio, & non aliàs, quia ante sententiã facta collatio, esset valida, secundũ Federic. de Sen. cons. 50. Card. & Felin. in d. c. querelam. Rebuf. in tractat. de pacif. poss. n. 221. sequitur alios referens, Couar. vbi supra, existimans, collatione beneficij periuro factã, nullam esse ipso iure, † quando infamia hæc ex periurio notoria sit, non aliàs, prout contingit esse per sententiã, quia manifestum & sententia æquiparantur, vt in l. emptorẽ, in princip. ff. de actio. emp. † Item & secundò cum collatio beneficij per iuro

99 notoria sit, non aliàs, prout contingit esse per sententiã, quia manifestum & sententia æquiparantur, vt in l. emptorẽ, in princip. ff. de actio. emp. † Item & secundò cum collatio beneficij per iuro

100 fuerit autoritate literarũ Apostoli-

stolicarum ad beneficia, secundum Calderin. conf. 20. tit. de præb. & conf. 4. de accusat. Felin. in d. c. 2. col. 3. nu. 5. de rescrip. & in c. inquisitionis, col. 2. n. 8. de accusat. & Rebuf. vbi supra n. 222. siue infamia sit iuris, siue facti, secundum Coar. vbi supra nu. 3. in fine.

S V M M A R I V M.

- 1 Voluntariū bifariā dicitur; vno modo directe, quia intentum, alio modo per accidens:
- 2 Casus est causa agens præter intentionē: sicq; casualia simpliciter secundum illam rationem nihil habent culpæ.
- 3 Ille qui non remouet ea, ex quibus sequitur homicidium, si debeat remouere, erit quodāmodo homicida voluntarius.
- 4 Deformatio est triplex, merè voluntaria, merè casualis, & mixta, & quæ sit vnaquæq; earū.
- 5 Dans operā rei illicitæ, si ex huiusmodi actione fuerit homicidium casuale subsequutum ex culpa sufficēter directā ad illud, irregularis fit siue adhibuerit diligentiam, quā potuit, ne sequeretur, si ne nō: quæ distinctio quoad peccatum nō procedit, sed tantum quoad irregularitatem, vt in num. 6. & allegatur iura quibus probetur in nu. 20.
- 7 Irregularis est ille, qui dabit operā rei illicitæ, nēpè rixādo cū alio, & cōsanguineus illi^o interfecit eū, cū quo rixabatur nullo præcedente cōsilio rixantis, imō cōtra eius prohibitionē.
- 8 Limitatur, si clericus nō fuerit in culpa rixādo, quia tūc factū aliorū nō est ei imputandum.
- 9 Homicidium subsequutum in casu nu. 7. quo ad poenā exteriorem ordinariā non imputatur rixanti, sed tantum quoad arbitriam, nec quoad aliquam, si ille nō dedit causam rixæ, nec fuit in culpa, vt in nu. seqq.
- 11 In civilibus, ad hoc vt ex culpa præcedenti obligetur quis ad casum, requiritur quod culpa illa ad casum ordinata fuerit.
Impeditus non excusatur, nisi probet se talem adhibuisse diligentiam, quod nisi fuisset impeditus, implerisset nu. 11.
- 12 Culpa ordinata ad casum tūc dicitur, quando illa culpa fuit causa proxima ipsi^o sec^o si remota.
- 13 In criminalibus ex sola datione operæ rei illicitæ consideratur id, quod in consequentiam venit, & sic casus.
- 14 Homicidium ex puro & mero casu accidēs cessante animo occidēdi, & nulla culpa interueniēte, nullā poenā meretur, & n. 15. casus in praxi contingens in proposito refertur.
- 16 Irregularis quis non fit propter solum homicidium, nisi culpa vel voluntas præcedat.
- 17 Qui omnino excusatur à peccato homicidij, excusabitur etiā à poena irregularitatis.
18. Ad irregularitatem incurrendam per homicidium, vel deformationem ex opere illicito casu subsequutum, requiritur quod causa illiciti operis sit propinqua.
- 19 Causa propinqua est illa, quæ damnum dat, non accedente alia extrinseca causa.
- 21 C. tua nos. de homicid. intellectus.
- 22 Clericus in minoribus ordinibus cōstitutus beneficij Ecclesiasticū habens, irregularis est, si ex chirurgia officio, cui operā dat, aliquis moriatur, etiā absq; eius culpa: hoc tñ est; intelligētiū, quoties agrot^o moritur ex causa alicui^o adustionis, vel incisionis à chirurgo illatæ, aliās secus: vt in nu. 23. secus etiā in laico, aut clerico in minoribus beneficium Ecclesiasticum obtinente, vt in nu. 24.
- 25 Monachus aut clericus exercens medici artē, si peritus est, & absque eius culpa, casu infirmus moriatur, non erit irregularis.
- 26 Medici & phisici si nihil ex contingentibus omittāt, sicq; cōscientiā nō habeāt lesam alicuius culpæ, quia eā artē absq; culpæ suspicionē exercuerint, bene possūt iure ad ordines sacros promoueri: quatuor tñ aut quinq; debēt ad hoc cōcurrere, de quibus in nu. 27. sed quis est hic? & laudabimus eum, vt in nu. 28.
- 28 Medicus nō tenetur semper & cōtinuò adesse agrotō, nisi ipse propter maximum agritudinis periculum custodia indigeret, tūc enim tenetur medicus vel præsens esse, vel admonere, vt diligenter custodiat.
- 29 Chirurgus laicus peritissimus, prohibitus tñ à iudice ad tēpus vti suo officio aliqua ex causa, quæ non respiceret imperitiā artis, sed poenā aliūde inflētā, si non obstante prohibitione huiusmodi, eodē officio vtatur, atq; ob aliquā incisionem perfectissimè factā, culpa ægroti mors sequuta sit, non erit ob hoc irregularis.
- 30 Custos infirmi, vel alius faciens aliquid, quo ipse citius moriatur, vel ne amplius crucietur mortis tormentis, si propter id citius moriatur, irregularis erit, tam ipse, quam consulens, iubens aut rogans, etiā medicus; secus si id fiat bona fide, vt hic.
- 31 Custodes infirmi eū in lectulo mouētes, vt vel aptius ei cibū ministrarent, vel quietius iaccat & inde

- Et inde moriatur, an et quādo fiat irregulares.*
- 32 Confessarius, qui dum *reum* ad patibulum comitaretur, & casu iumentum quo ille *ve-*hebatur, pepulit, non est irregularis.
- 33 Custos infirmi non bene illum custodiens, quare ipse infirmus ex phrenesi se proiecit, & mortuus est, an & quando sit irregularis.
- 34 Homicida reputatur, qui vulneratū ad mortē nouo ictu, vel alio modo ad mortē accelerat.
- 35 Extrahens sagittā, aut aliud telum corpori alicuius infixum, cum nō sit medicus, vel chirurgus, vt citius moriatur, vel si ex hoc ipse vulneratus moriatur celerius quam aliās moreretur, irregularis est; aliās non: idem in iubente, & rogante, & consulente.
- 36 C. Sicut ex literarum. de homicid. intellectus.
- 37 Ad irregularitatem incurrendam in casu d. c. sicut est necessarium quod foetus sit animatus: hodie idem si non sit animatus.
- 38 Foetus si masculus sit, dicitur animatus die quadragesimo à conceptione: foemineus verò die 80. ab ipso conceptu.
- 39 Adulter, cuius ob causam maritus suā vxorē occidit, an sit irregularis & n. 42.
- 40 Marito à legē datur facultas impunē occidēdi vxorem & adulterū in crimine adulteriū deprehensos.
- 41 Homicidiū casuale tūc demū ad irregularitatem imputādū est danti operā rei illicitā, quādo actus ille ordinatus est sua propria natura ad mortis lesionē, vel ad homicidiū, aut quoties homicidiū illud procedit ab illo actu illicito per se quidē. & necessario, nō per accidēs, aut saltem vbi illicitum illud opus per se volitū genere suo est periculosum, aut saltem sepe in de mors sequitur, aut frequenter.
- 43 Clericus adulter occidens inuasorē cum moderamine inculpatae tutela, an sit irregularis.
- 44 Aggrediēs aliquid illicite, quod est causa vt aliū occideret, propter sui defensionē necessariā, nō solum peccat id agēdo; sed etiā est homicida, quādo opus illud illicitū erat quādā via ad homicidium perpetrandum.
- 45 Euentus ex aliquo sequenti opere minimē quidē ab operāte prae cogitati, sed praeter eius intentionem contingentes imputantur operanti, si illi euentus per se & necessariō sequuntur ex priori opere, aut saltem vt in pluribus ex illo eueniunt & euenire solent.
- 46 Plures vbi reperiuntur inpugna, in qua aliquis sit interfecti & mutilati, & nescitur à quibus, an oēs, vel qui cōseātur irregulares, cū n. seqq.
- 48 Qui in rixa, vel praelio intersunt admissi adeddā rixā, vel praeliū, licet inde nō nihil animi suorū parti, & nō nihil timoris aduersē redderetur, nō sūt irregulares, nisi verbis pacē animo verò et facto rixā suadeāt: & c. vt in n. 49.
- 50 Clericus praestās opē oppressis, vel obseisis iuste & adiunās eos, qui repellūt iniuriam, proijciendo lapides, & huiusmodi, nō est irregularis, dummodò ipse neminem occiderit.
- 51 Si vnus ex pluribus percussus mortem obiit, & non constat ex quo vulnere mortuus fuerit, an omnes sint irregulares? remissiuē.
- 52 Clericus absque irregularitatis nota & poena potest interesse bello iusto, & hortari milites ad pugnā & n. 52. quomodo hoc intelligatur.
- 53 Cleric⁹ an possit bellū gerētib⁹ arma portare.
- 54 Clericus in sacris cōstitutus nō erit irregularis si pugnaverit in bello iusto, & neminē occiderit, aut mutilauerit, etiā si in eo cōflictū fuerint plures occisi, aut membri mutilati. Idē est si ipse percutiat, vel vulneret, si clarū est quod ex tali percussione non fuit sequuta mors, vel mutilatio: licet alij inpugna illa per alios sint mortui, vt in nu. 55. & n. 56. quid si clericus adhortetur ad victoriā generaliter, & percutiat multos proprijs manib⁹, & efficiat vt cōmiliones ei⁹ ope et hortatu multos occidat, an sit irregularis.
- 57 Clericus in minorib⁹ cōstitutus potest abq; peccato in bello iusto propria pugnare manu. sicut laic⁹, neq; ex hoc esse irregularis, dummodò ali quē non occideret neque membro mutilaret.
- 58 Cleric⁹ in necessitatis articulo nō peccaret arma sumēdo in bello: vbi dupliciter distinguitur articulus necessitatis. & nu. 59. an tūc sit irregularis, si aliquē occidat, vel mutilat.
- 60 Irregularis nō est, qui mortē aliter vitare non valēs, suū occidit vel mutilat inuasorē: & posset statim post huiusmodi occisionē ministrare: nisi aliū interficeret pro defensione proximi, vel pro reb⁹ saluādis, vel vbi necessitas nō fuisset inenitabilis, vt latē in n. 61.
- 62 Irregulares an sint, qui ex licentia & permissione sumi Pontificis in bello iusto pugnarent propria manu, & aliquem, vel aliquos occiderent? cum nu. seqq.
- 65 Papa an possit clericis cōcedere licentiā, vt in bello propria pugnent manu, & alios occidat.
- 66 Quicumque pugnaverit in bello iniusto & in eo auxilium & opem dederit, si inde sequatur

- fit mors, aut membri mutilatio, erit proculdubio irregularis.
- 67 Irregulares sunt existentes in bello iusto ex parte se defendentium, si occidant vel mutilent, nisi in casu, quo aliter euadere non possunt, alij vero, qui non occidunt, neque mutilant, non sunt irregulares, licet ibi multi occidantur, etiam si percutiant aliquos, non tamen lethaliter, qui deinde occidantur ab alijs: & quid si animo deformandi percutiat & ex percussione sequatur deformatio culpa percussis, vel medici. n. 71. quod tñ limitatur n. 75. nisi in morte culpā cōtraxerit.
- 68 Tex. in c. significasti. el. 2. de homicid. intellectus.
- 69 Excommunicatus est, qui cum posset, noluit obuiare manifesto facinori percussione in clericum commisso.
- 70 Irregularis non est, qui iuste aliquē percussit, & non occidit, licet alias sine ipsi' culpa occidatur.
- 72 Imperitia medici aut incuria parentū in medendo vulnere filij, an excuset percutiētē illicitē.
- 73 C. Exhibita. de homicid. intellectus.
- 74 Irregularis nemo constituitur ex animo occidendi, etiam deliberato, & cum insidijs, si non occidit, neque deformauit.
- 76 Clericus ministrans ballistā, ensem, lanceam, vel alia arma in conflictu pugnantibus, an & quando sit irregularis, cum nu. seqq.
- 80 Irregulares & homicidæ reputantur detrudētes homines in carcerē ita arctū, quod in carceri non viuunt ultra sex vel octo mēses, propter arctationē carceris, & nu. 81. hoc est contra prelatos detrudentes clericos in gabiam, ubi verisimile est eos intra paucos dies morituros.
- 82 Irregularis est, qui domui suæ alit, aut custodit ferā aliquā bestiā, vt leonē, elephācē, aut ursum, vel canē, si sua culpa aliquē deformet, puta soluedo, vel habēdo soluta præd. animalia secus aliās: nisi in via vel alio loco publico habeat ea; etiā ligata, vt in n. 83.
- 84 Clericus venans, sive ballistas exercens, si aliquem casu occiderit, an & quando sit irregularis & n. 85. & 87. & 88. & 89.
- 86 Clericus etiam licitē venans, si tñ id faciat tempore, quo diuini interesse tenetur, peccat.
- 90 An & quando quis teneatur ad dāni restitutionem in foro exteriori, & conscientia ex culpa lata & leui & leuissima.
- 91 Clericus percutiens non lethaliter asportātem rē Ecclesiæ, ex qua percussione ille fugere nō potuit, & ob id occisus fuit, est irregularis.
- 92 An idē sit dicendum in eo, qui latronē res suas asportātem percussit, &c.
- 93 Irregularis an sit, qui misit lapidē in aliū, & is à lapide fugiēs, ac demū procidēs in alterū lapidem, caput offendens, culpa medici vel cōsanguineorū eū curantium mortem obierit.
- 94 Clericus introducens meretricem per tectum in domum suam, si decidens ipsa moriatur, vel abortiat, an sit irregularis?
- 95 Clericus mittens puerum ad equitandū equum, vel ad flumē, monēs vt ab eo caueret, & tñ submersus est, an sit irregularis, & nu. 96.
- 97 Irregularis est, qui ad seditionē & arma pulsauerit campanam, si inde fuerit ex prælio inito aut pugna sequuta mors.
- 98 Idem est, in eo, qui cāpanā pulsauerit in signū quod aliquis est furca suspēdendus, aut à ministris iustitiæ ingulād: sed cōtrariū est veri?
- 99 Irregularis non est, qui ligna aut stramenta dederit ad comburendum hæreticum iam mortuum; secus aliās.
- 100 Irregularis an & quando sit pulsās cāpanas illicitē, si inde sequatur mors alicuius & nu. 101. & 102.
- 103 Clericus dās operā rei bellicæ, licet imprudens & nesciēs, aliū præter suā intencionē occidat, est irregularis. Itē & is, qui torneamētā atq; alia pugna simulacra, quæ clericis ob periculū homicidij ex suo genere interdicta sūt, exercet.
- 104 C. Quanta, de sentent. excommunicat. intellectus.
- 105 Defendere iure Pontificio quis tenetur alterū ab iniuria, si cōmode possit, alioqui erit reus cōmissi criminis: & quādo dicatur id cōmode facere posse, nu. 106. non tamen tenetur id gratis agere & ideo potest iuste pro eo pretium accipere, vt in nu. 107.
- 108 Defendere omittens proximos, cum posset, etsi grauitèr peccet non tamen tenebitur ad damni illati restitutionem.
- 109 Vicinus sciens latrones intrare in domum vicini, & cum posset obuiare, non fecit, peccat non tamē tenetur ad restitutionem.
- 110 Is, qui ex officio tenetur delictis obuiare, vt est princeps, vel prætor, si cū posset, nō fecit, peccat, & tenetur ad restitutionē & n. 113. secus verò in priuatis, licet peccet, vt in n. 114.
- 111 Famulus, qui custos est domus, vel ex qua latro exijt ad furandum, vel quam adit ad furandum, similiter tenetur.
- 112 Habens potestatem publicam, aut priuatā iure familiæ in percussorem clerici, si cum posset impedire, nō fecit, remanet excommunicatus: idem

- idē erit in eo, qui dolose desinit obuiare percutienti clericum, cum posset ut in numero. 113.
- 115 Medicus omittens curare infirmum, & diues alere pauperem, qui tamen ex hoc moriantur, non ex hoc sunt irregulares.
- 116 Priuatus omittēs dolose defensionem proximi, cum desilio mortis eius, cum posset eum liberare, est irregularis.
- 117 Irregularis est, qui aduertit aliquem à liberando alium ab iniusta deformatione.
- 118 Irregularis non est ex sola complacētia quod deformatur.
- Homicida mentalis tantum nisi actu homo interficiatur, non fit irregularis. diēt nume. 118.
- Mandans aut consulens amico, ut alium interficiat, si ab hoc ille occidatur, erit irregularis. d. n. 118.
- 119 Dans operam rei illicita, tunc demum ex homicidio inde sequuto fit irregularis, cum non adhibuit omnem diligentiam, quam potuit & debuit.
- 120 Clericus, qui contra prohibitionem equitaret, si puerum equi impulsu occideret absque eius culpa, an sit irregularis. & nu. seq.
- 122 Monachus Minor peccans equitando non fit, irregularis, si mula eius, aliā māsuetā, puerum occidat absque ipsius culpa; nisi frenum de facili frangi potuit, vel si propter eius impericiam vel impotentiam equus lasciuisset, vel si non prauidit quā debuit, ut in nu. 123.
- 124 Cap. Continebatur, & c. lator de homicid. intellectus & concordia.
- 125 Ludus palestræ (hoc est lucha) licitus est etiā clericis.
- 126 Ludi exercendi vires causa introducti liciti sunt, & nu. 127. quando clericis, saltem in sacris constitutis, liceant.
- 128 Ludens, vsus defensione & natura ludi, si alterum occiderit, ne vitus euadat, de homicidio non tenebitur, nisi ludus esset impellendo alium, ut solet contingere con los que burlan con armas, o luchan, quia tunc punitur arbitrariē, ut in nume. 129.
- 130 Occidēs amicum omnino sine culpa, quia gessit actum licitum in loco solito, & in forma solita, ad nihilum tenetur, & tūc liber etiam erit à damnis pecuniarijs, quæ inde sequuta sunt uxori & filijs occisi: secus si aliqua culpa intercesserit, ut in num. 131.
- 132 Percutiens aliquem cum spingarda papiro eiceto tempore carnis priuij, tenetur ut hic.
- 133 Diffidantes se ad dandam rnum ictum, vel occidendum, debent condemnari ad emendam erga regem, aut aliud damnum, sed non vnus erga alium, quia scienti & volenti non fit iniuria.
- 134 De poenis pugnantium per duellum, deq; eorum patris & dominis temporalibus duellum permittentibus, remissiuē.
- 135 Irregularis an & quando sit qui in ludo palestræ, & alio licito alterum occidit, & nu. 139.
- 136 Irregularis an sit reficiens te eta, aut lapidem in aliquem locum iaciens, si aliquem prater intentionem occidat, vel deformat.
- 137 Irregularis an sit currens equum, si alium ideò occidat vel mutilat.
- 138 Irregularis an sit, qui in proprio nemore vel alieno venans, merè casualiter hominem occiderit.
- 140 Culpa leuissima non sufficit ad irregularitatem incurrendam, sed tantum grauis vel leuis, & nume. 141. quando incurrat ex culpa consistente in omittēdo: vide etiā de primo, nu. 142.
- 143 Ludens data operā socium interficiens, vel vulnerans, lege Aquilia, & poenal. Cornelia tenetur.
- 144 Ludens licitè, alterum ex assistentibus occidens, quando teneatur, & quādo non, & nu. seq.
- 146 Lapidandi vsus inter pueros, siue ludus prohibitus est: nihilominus propter tolerātiā excusat à poena ordinaria homicidij, quo ad poenam temporalem: secus quoad æternam, cum n. seqq. Idem in alio ludo prohibito, sed vsitato n. 149.
- 150 Ludus pile vel barræ, si inde fractura membri sequatur, an & quando imputetur frangenti?
- 151 Ludus proijciendi lapides ad vires corporis & industriam experiendas, non vere ad nocendum, licitus est: & quid si ex eo homicidium sequatur.
- 152 Ludentes alea vel chartis, si inter se contendunt & iurgentur super ludo, & vnus alterum vulneret vel occidat, punitur, & erit

- erit irregularis occidens, vel deformans, vt in nu. 153.
- 154 Conficiens illicitè chartas ad ludendum, nõ erit in prad specie irregularis.
- 155 Artifex ex ferro furtim sublato ensem faciens, non erit irregularis, si emens ab eo ensem, hominem occiderit.
- 156 Lufores offendentes susceptorem eorum, hoc est altablagero, an & qua poena puniantur.
- 157 Magister nimis castigans discipulum, an & quando fiat irregularis. cum num. seqq.
- 158 Magistris licet leuis castigatio permissa sit, non tamen excessiua.
- 159 Dormiens suffocans infantem, an irregularis sit? cum nu. seqq.
- 160 Mittens puerum ad puteum, aut ad sumẽ, vbi suffocatur, & qui fugiens ictum vnus, propellit in alterum, qui ex hoc deformatur, est irregularis.
- 161 Parentes filios suos tenellos casu nocte in lecto suffocantes, quando sint culpabiles, & quando non.
- 162 Aboriri faciens mulierem pregnantẽ, quando sit irregularis, & quando non.
- 163 Clericus presens vindictæ sanguinis, an sit irregularis?
- 164 Irregularis non est, qui sciens tractari de aliquius deformatione illicita, ei non significat, quomnis peccat mortaliter, si neque dicto, nec facto ad id inuet.
- 165 Clericus mercans illicitè, & casu aliquem occidens, vel ludens ludo ei interdicto, an sit irregularis?
- 166 Irregularis an sit, qui vt pecora aliena de suo agro pelleret, lapidem projiciens, puerum interfecit.
- 167 Clericus, qui pro adificatione Ecclesie vel domus vocauit aliquẽ in adiutorium, qui casu interijt ruens cum aliquo ligno, an sit irregularis.
- 168 Phlebotomãs causa medicina, nõ tenetur in aliquo, nec est irregularis. si in firmus decessit, si erat peritus in arte, & adhibuit diligentiam debitam, &c. vt hic.
- 169 Homicidium a actu commissum absque voluntate & culpa, an committenti impuretur, quoad ordines susceptos?
- 170 Homicidium commissum per iudicem aut iustitiam ministros, est casuale ac proinde dispẽ-

sari valet ab eo, qui facultatẽ habet dispẽsandi super irregularitate contracta ex homicidio casuali.

171 Irregularis an in dubio quis iudicari valeat? optima resolutio num. seqq.

172 Irregularitas iure tantum humano Pontificio statuta est.

CAPVT. VI:

De Homicidio casuali.

- ACTVRI De homicidio casuali, videamus prius, quod dicatur voluntarium, & quod casuale. Pro cuius intelligentia recolendum est, bifariam quid dici volutarium. Vno modo directè, quia intentum: & hoc simpliciter nuncupatur voluntarium, de quo hic non est agendum. Alio modo contingit esse voluntarium per accidens, quia nõ impeditur, & hoc est medium inter simpliciter volutarium, ac simpliciter casuale. Casuale simpliciter, vbi nihil est voluntarij, secundum
- 1 Aristotil. 2. phisicorum. † vbi quod casus est causa agens præter intentionem, sicque casualia simpliciter secundum illam rationẽ nihil secũ afferunt culpæ; quia ea quæ casualia sunt, simpliciter loquendo, non sunt intenta nec voluntaria, & quia omne peccatum est volutarium, secundum D. Augustin. contra Faustum, consequitur, quod casualia in quantum huiusmodi, non sunt peccata; hæc autẽ alius simpliciter casualia per accidens effici possunt voluntaria, & nihilominus ob carentiam directæ intentionis dicuntur casualia. † Vnde ille, qui non remouet ea, ex quibus sequitur homicidium, si debeat remouere, erit quodammodo homicida voluntarius, secundum S. Thom. 2. 2. quest. 64. art. 8.
- 4 † vel clariùs, vt ex eodem colligitur, quod deformatio est triplex, merè volutaria, merè casualis, & mixta; merè volutaria est deformatio intenta, seu voluta in se, iustè, vel iniustè, qualis est quã quis intendit facere iustè vel iniustè, per se vel per alium

aliū, iubēdo, cōsulendo, aut cooperādo, vel iuuando testimonio vel patrocinio, ferro, veneno, aut alijs modis, aut deducendo ad locum vbi deformatur, aut procurando, vt faciat aliquid, ob quod deformatur, merè causalis est, non intenta aut volita in se, nec in causa ad eā sufficienter ordinata, qualis est mors quam infert fulmen eo loco illi, qui sine talis deformationis præuisione, ad eū iuit, vel missus fuit; illa enim nec est volita in se, nec in causa ad illam sufficienter ordinata: mixta est, quæ non intēta vel volita in se, sed sic in causa sufficienter in illam ordinata; qualis est facta à seruo iusso palo cædere alium citra deformationē, & testificatio in causa sanguinis volentis deformationē: ita ex Diuo Thom. vbi supra deducit Nauar. in man. Latin. c. 27. nu. 199. & 220. cum seqq. de quibus casualibus erit nūc agēdum in hoc cap. quoad materiam irregularitatis.

His sic breuiter præhabitis, ad cognoscendū an ex homicidio casuali cōtrahatur irregularitatis, necne? semper præ oculis habenda est communis illa ac receptissima regula, ita distinguens:
 5 † Dans operam rei illicitę, si ex huiusmodi actione fuerit homicidiū casuale subsequutum (intellige ex culpa sufficienter directā ad illud, vt infra nu. 18. dicemus) irregularis fit, siue adhibuerit diligentiam, quam potuit, ne sequeretur, siue non: si verò dederit operam rei licitę, tunc demum fit irregularis, cum non adhibuit eam diligentiam, quam potuit & debuit adhibere, aliàs secus: hanc regulam bimembrem profitētur, docent, atque sequuntur communiter oēs interpretes, tam Theologi, quam Canonistę, præcipuè Caieta. post sanct. Tho. d. artic. 8. Siluest. verbo homicidium. 2. col. 1. numer. 2. Dominic. à Sot. lib. 5. de iustitia & iur. quæstio. 1. artic. 9. Nicol. Plou. in tractat. de irregu. nu. 10. volumi. 16. tractat. diuer. doct. Beatus Antonin. Archiepiscopus Florentin. in cod. tract. de irregul. c. 2. nu. 20. eodem volumi. 16. tractat. diuer. doct. Gonfal. à

Villadieg. in cod. titul. de irregul. c. de percussore. col. 2. glos. in c. sicut dignū. §. vltim. verbo consilium. & in cap. cōtinebatur, de homicid. & ibi cōmuniter DD. testatur communem decis. Pedemont. 104. num. 6. eandem distinctionē sequitur & testatur comunē D. Couar. in Clemen. si furiosus. de homicid. 2. p. relect. §. 4. nume. 2. sequitur & latè probat Nauar. vbi supra d. cap. 27. num. 220. & 221. † non tamen secundum supra dictos, procedit hæc distinctio quoad peccatum, sed tantum quoad irregularitatem, ille siquidem, qui dat operam rei illicitę, si adhibuit diligētiam quam debuit & potuit, ne homicidiū casuale sequeretur, & nihilominus casu id contigerit, erit reus illius actus illiciti, cui dabat operam, non tamen homicidij: nec quo ad peccatum erit homicidij reus, qui dederit operam rei licitę, etsi aliquam absque dolo culpam habuerit, tenetur tamē pœnitere, iuxta glos. Abb. Anan. & Felin. in cap. presbyterum. de homicid. & in c. vlt. 15. q. 1.

In foro autem exteriori etiam si dem operam rei illicitę, & inde sequatur homicidium præter meam voluntatem, † puta si me rixante cum aliquo, frater meus eum interficiat, nullo præcedente cōsilio meo, vel tractatu, imò cōtra meā prohibitionem, licet incurram irregularitatem iuxta præd. communem distinctionem, quia mea culpa præcedit casum, per. l. 1. §. cum arietes. ff. si quadrup. paupe. feciss. dicatur. l. quoniam multa. C. ad l. Iul. de vi publica. & in c. de cætero. de homicid. & præd. culpa fuit ordinata ad casum, & proxima delicto homicidij, quo casu incurritur irregularitas, vt infra latius docebimus, & in terminis huius speciei ita tenent omnes communiter DD. per tex. ibi à contrario sensu, in cap. Petrus. de homicid. & Gundifalu. de Villadieg. de irregula. c. de percussore, col. 8. Marian. Socin. in cap. ad audientiam, num. 50. de homicid. Curt. Senior conf. 61. colu. 2. D. Couar. in d. Clemen. si furiosus, de homicid. 2. p. relect. §. 2. num. 8. vbi eam esse commu-

nem

- nem profitetur, & decis. Pedemont. 104. num. 4. Nauarr. in man. Latin. cap. 27. num. 227. & Petrus Plaça in epitho. de delict. lib. 1. cap. 15. nu 7. Petrus Surdus consi. 12. nume. 59. quia tunc ex illo opere illicito in id aliquo modo ordinato sequuta est mors, † Quo fit, vt si clericus nõ fuit in culpa faciendo rixã, factum aliorum non est imputandum illi, quia non dabat operam rei illicitę. Abb. in d. c. Petrus. sentit Plaça vbi supra, nisi prohibere potuit parentes, vel amicos, & non prohibuit, quia tunc erit irregularis; secus si prohibuit quantum potuit, secundum Hostiens. in d. cap. ad audiẽtiam de homicid. sequitur Siluest. in summa, verbo homicidium. 2. nu. 2. addens, quod si huiusmodi interfectores non fuissent parentes, vel amici clerici, sed inimici occisi superuenientes, non imputabitur clerico homicidium, secundum Hostiens. vbi supra, & Abb. in d. cap. Petrus, nume. 1. & maior pars interpretum contra Villadieg. secundum Plaçam vbi supra d. numer. 7. versic. cæterum.
- 9 Nihilominus tamen etsi irregularitatem incurram in casibus, quibus eam incurri prediximus, præd. homicidium mihi quoad pœnã exteriorẽ minimẽ imputabitur: ita tenet glos. in terminis in cap. fit. 23. quæst. 1. in verbo volẽtes, quam sequitur Bald. in d. l. data opera, num. 63. C. de his qui accus. non poss. & Felin. alios allegans, & pluribus modis limitans in d. c. Petrus, nu. 2. cum seqq. de homicid. Hippolyt. in l. si in rixa, nu. 30. ff. ad l. Cornel. de sicar. Anto. Gom. 3. tom. cap. 3. de homicid. nu. 47. D. Couarr. vbi supra. & decis. Pedemont. quæ supra, statim in princip.

Hæc tamen sententia glos. in d. cap. ultimo & sequaciũ, vel debet intelligi procedere vbi quis non dedit causam rixæ, neque fuit in culpa, quia alter fuit pugnæ aut contentionis aggressor, & sic ipse non dabat operam rei illicitæ, sed iustè rixabatur pro sui defensione, vt declarant Couarr. & decis. Pedemont. & Plaça vbi supra, quo casu nec irregu-

- laritas incurritur, iuxta præd. communem distinctionem, & argu. tex. in dict. Cleme. si furiosus. † Vel procedit etiam si loquatur in eo, qui dederit causam rixæ, & sic in aggressore quoad pœnam ordinariam delicti, quæ præd. casu imponi non debet propter casum, sed extraordinaria & arbitraria, propter culpam præcedentem, in quo etiam lata culpa & leuis criminaliter punitur: ita Bart. in l. 1. §. 1. colum. 1. ff. si quis testam. lib. esse iuss. fuer. & ibi Alex. in addit. ad eund. Bart. Ancharr. in c. presbyterum, de homicid. Felin. in d. c. Petrus. Thom. Gram. decis. 17. num. 4. & latè Benedict. Capra in suis singul. & tracta. reg. 78. n. 40. & seqq. Bofsius in practic. crim. tit. de homicid. num. 67. cum seqq. Couarr. & decis. Pedemont. vbi supr. & Plaça etiam vbi supra nu. 6.

- 11 Quinimò & in ciuilibus, vt ex culpa præcedenti obligetur quis ad casum, requiritur quod culpa illa ad casum ordinata fuerit. l. non omne. ff. de statulib. l. is qui. ff. de actio. & oblig. c. quia diuersitatem, de concess. præb. Bart. in l. 2. §. si. ff. si quis caut. & in l. si vt certo. §. interdum. ff. comodat. Aymon. Crauet. conf. 8. num. 29. decisio Pedemont. 114. num. 1. & latè Petrus Surdus consi. 12. nume. 20. & prætereà q̄ casus eueniat propter culpã, qui alias non euenisset, secus aliàs: ita expressè Paul. Castr. per tex. ibi in l. fina. §. si ea conditione. ff. ad l. Rhod. de iactu. & inquit Alex. post Guiller. de Cugno, & Bart. quos citat conf. 74. nu. 6. vers. quartò confirmatur, volum. 6. quod allegans aliquem teneri de casu propter culpam commissam, articulare & probare debet, quod ille contigit solum propter culpam, nec potuisse aliter contingere, nisi culpa intercessisset: sequitur plurimos allegans Petrus Surd. d. conf. 12. num. 20. & 64. vbi nume. 66. cum seqq. limitat, quando culpa est in faciendo commissã, dando operam rei illicitæ, veluti contra formam vel legẽ contractus, vel domino inuito, quia tunc etiam si culpa nõ fuerit ordinata ad casum, tenetur quis de eo, vt ibi latè probat.

bat. Similiter impeditus non excusatur, nisi probet se talem adhibuisse diligentiam, quod nisi fuisset impeditus, impleuisset id, ad quod tenebatur. l. qui commectus. vbi Bart. ff. de re milit. Bart. in. l. 2. §. quod diximus. ff. si quis cautio. & ibi Bald. Angel. & Alex. nume. 6. & Iaf. nam. 4. dicit communem Socin. consil. 170. num. 12. vol. 2. sequitur Matth. de Afflict. decis. 29. num. 1. Dec. in cap. ex ratione, num. 16. de appellat. Crauet. cōf. 151. numer. 22. & consil. 179. Menoch. de arbit. iud. casu. 118. num. 7. & casu. 153. n. 15. Decius consil. 104. nume. 3. dicunt cōmunē alios referētes n. 9. Boer. decis. 40. num. 4. & Vantius in titulo de nullit. ex defectu iurisd. ord. num. 166. in fi. versi. erit. & Petrus Surd. consil. 12. num. 21. & tunc dicitur culpa ordinata ad casum, quando principaliter respicit illum casum. l. penult. in fine. ff. de iur. dot. l. si. §. si. ff. quæ in fraud. cred. l. etiam. §. 1. ff. solut. matrim. quæ iura ad hoc citat Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum, colu. penult. nume. 30. de constitut. Crauetta consil. 247. num. 7. † vbi quod tunc etiam dicitur culpa ordinata ad casum, quādo illa culpa fuit causa proxima ipsius; secus si remota, prout sentit Bellamera cōf. 22. col. 2. circa med. versi. & quia mandatū tunc etiam dicitur culpa ordinata ad casum, quando sine ea casus non euenisset, vt est prædictum, & per Surdum vbi supra numer. 64. † In criminalibus autem ex sola actione operæ rei illicitæ consideratur id quod in consequentiā venit, & sic casu, propter principium illicitum: ita Iaf. in. l. si quis neq; causam. nu. 24. ff. si cert. per. quem refert & sequitur Hippolyt. in rubrica C. de raptu virginum. num. 78. per tex. in. l. qui faccum. ff. de furt. & in. l. quoniam multa. C. ad leg. Iul. de vi pub. sequitur etiam decis. Pedemont. vbi supra nume. 8. vbi quod hæc fallentia congruē sumi potest ex tex. in. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad leg. Aquil. in quo fit mentio de occasione, quæ propterea denotat causam in modo, secundum Angel. consil. 63. n. 4. præsertim quando talis effectus con-

sueuerat sequi ex tali occasione, vt sentit Socin. consil. 157. num. 21. post Angel. & Ioan. And. quos citat. Quare meritò quod pœna arbitraria puniri debeat in præfata specie ille, qui incepit rixam, & sic dabat operam rei illicitæ, ex homicidio prædicto casu inde sequuto præter eius volūtatem, vt prædiximus. † Si tamē animus occidendi cessaret, & prætereā nulla culpa interueniret, sed ex puro & mero casu homicidium accideret, nulla pœna est imponēda, secundum Bosium vbi supra nume. 66. fol. 270. & optimè Nauarr. in cap. fin. 14. quæstio. 6. nu. 17. & 18. prout iam in praxi consului per prædicta, † rixantibus duobus cum ensibus euaginatīs, & cūm videret rixā frater vnus ex rixantibus occurrere incepit cum ense euaginato in fauorem fratris rixantis, & antequam ad rixam accederet, in via exinanitus in terram corruit, ac mortuus fuit in cōtinenti. Dubitatū fuit, an de huiusmodi homicidio teneretur rixans cum fratre huius defuncti, aut aliqua pœna, saltem arbitraria, esset plectēd⁹? Respōdi nulla, per prædicta, quia hoc homicidiū puro & mero casu accidit. † Sic etiam non fit quis irregularis propter solum homicidium, nisi culpa vel voluntas præcedat, vt tenet Nicolaus Plov. vbi supr. nempè in tractat. de irregular. nume. 17. dicens notari in 50. distinctione, si, qui prioris. & in cap. ex literis, de homicid. & in c. tua, de cleric. egrotante. † nam. qui omnino excusatur à peccato homicidij, etiam excusabitur à pœna irregularitatis proueniētis ex homicidio priuato. c. ad audientiam, de homicid. & in specie ita tenet Paludan. in 4. sententiarum dist. 35. quæst. 1. art. 4. Alfonso à Cast. lib. 2. de pot. leg. pœn. cap. 14. versic. prima principalis conclusio. & in versi. 2. propositio. quos sequitur D. Couarr. vbi supra d. §. 4. nu. 9.

Quinimò quoad irregularitatem incurendam per homicidium vel deformationem ex opere illicito casu subsequutum requiritur, quod causa illiciti operis sit propinqua homicidio, vt in c. tua.

tua. & in c. suscepimus. de homicid. & cap. fin. de homic. in 6. quia non sufficit quòd sequatur ex illicito, nisi sit causa eius propinqua, & illa culpa dirigatur sufficienter ad illud: vt cum Ancharra. & Franc. in dict. cap. fin. de homicid. lib. 6. tenet & probat Nauarr. in d. man. Latin. cap. 27. num. 220. sicq; non sufficit quòd causa illa sit remota: argum. text. in cap. de occidendis. 23. quæst. 5. & glo. in cap. de cætero. de homicid. quæ est communiter recepta secundum Couar. vbi supra dict. §. 4. n. 9. vers. hinc etiam, & c. & tenet idem Nauarr. vbi supra n. 219. vbi exemplificat in omni armorum fabricatione; † & probat Salon de iustitia & iur. in 2. 2. D. Thom. quæst. 64. artic. 8. controuersia. 1. in. 4. & 5. conclus. & latius atque melius colum. 1241. cum seqq. Causa enim propinqua est illa, quæ damnum dat, non accedente alia extrinseca causa. l. qui domum. ff. locat. notat Abb. in cap. discretionem, de eo qui cognouit contang. vxor. suæ, quæ quidem causa dicitur aliter immediata; secund. Dec. in auth. prætereà num. 12. C. vnd. vir & vxor. & alios allegantem Couar. vbi supra, vbi tandem resoluit, quòd ad culpam, quæ sufficit ad irregularitatem cõstituendam, non est semper necessaria causa immediata aut propinqua, sed sufficit alia, modò sit non admodum, vel omnino remota, arbitrio boni viri, debet tamen esse sufficienter ordinata, siue directa ad illud, vt rectè docet Nauar. d. nume. 220. vbi quòd arbitrio boni viri terminandum relinquitur, quid dicatur sufficienter directum.

20 Redeamus modò ad regulam communem supra adductam, circa eius primam partem, quæ habet, datem operam rei illicitæ, si inde subsequatur casu homicidium, irregularem esse, quauis adhibuerit diligentiam sibi possibilem, ne sequeretur: quæ quidem regula probatur in quampluribus iuris decisionibus, & præcipuè in cap. tua nos. in princip. de homicid. & in cap. sicut, & in cap. dilectus, & in cap. ex literis, & in c. significasti. & in cap. presbyterum. eod. titu.

de homicid. quæ iura ad hoc inducunt Couarr. & Nauarr. vbi supra num. 221. & tenet glof. in cap. de his clericis pro quibus, glof. 1. 50. distinct. & alibi sæpissimè, & communiter Canonista. glof. etiam in c. sicut dignum. §. fi. glo. magna ibi: Si verò dabat operam illicitæ rei. de homicid. quæ glof. est magistra & communiter approbata secundum decis. Pedemont. 104. num. 6. tametsi Dominic. à Soto vbi supra d. artic. 9. in vers. in ter tia autè, dicat, hanc regulam in iure nõ haberi, sed quòd eius interpretes illam inferunt ex contrario sensu; sed eum mordet in hoc Nauarr. dict. nume. 221. dicens, quòd nimis audacter hoc videtur dixisse Soto contra omnes Canonistas, imò & Theologos. † Ex qua cõmuni reg. infertur primò, non bene in t. hinc tex. in dict. cap. tua nos. Soto vbi supra, in vers. sed & casus, dum opinatur, quòd ibi monachus, qui vtendo chirurgia ob solam pietatè curauit mulierem quãdam à gutturis tumore, & vt chirurgus cum ferro tumorem aperuit, ex quo mulier exponens se vento cõtra præceptum eius, moritur, non est irregularis; secus si ob lucrum id fecit, à cõtrario sensu, ille namq; tex. potius probat contrarium in vtroque casu: cùm enim ibi monachus exercendo alienum officium sibi vetitum peccasset, & sic dabat operã rei illicitæ, vt patet in tex. ibi: Licet ipse monachus multũ deliquerit, officium alienum vsurpando, quod sibi minimè congruebat: & in. c. sententiam sanguinis, ne clerici, vel monach. meritò vt irregularis fiat ex illa morte præter eius intentionem sequuta, cùm tamen præcesserit causa propinqua directa atque ordinata ad mortem, nempè apertio tumoris monacho prohibita; quod apertè concluditur ex illo text. in vers. si tamen, dum probat, necessariam fuisse ibi dispensationem ad hoc vt posset Sacerdotale officium exercere, etiam si ob solam pietatem curasset, & non ob cupiditatem; imò ob hoc, & quia peritus erat in officio chirurgiæ, omnemq; quam debuit adhibuit diligentiam, inquit

tex.

22 *tex.* Non est ille aded reprobandus ex eo quod per culpam mulieris contra consilium monachi accidit, quod non post satisfactionem condignam cum eo misericorditer agi possit, ut diuina officia valeat celebrare, quanuis alioqui interdicenda esset ei sacerdotalis ordinis executio de rigore. Ibi itaq; supradicta iusta causae inducunt, ut ex æquitate dispensetur cum illo, acta poenitentia, quibus deficientibus, nullo modo dispensandum esset: & ita rectius sentiunt ibidem Ioan. Andr. Abb. Anan. & Felin. utroq; casu illum esse irregularem, quanuis in primo facilius dispensetur cum eo, quam in secundo, hoc est in elicitio à contrario sensu, quos refert & sequitur cõtra Sot. Nauar. vbi supra, nu. 221. à quo non dissentiant Siluest. in summa, verb. homicidium. 2. nu. 7. & Couar. d. §. 4. nu. 3. licet non ira expressè declarent. † Vnde est, ut clericus in minoribus ordinibus constitutus beneficium ecclesiasticum habes, irregularis sit, si ex chirurgie officio, cui operam dat, aliquis moriatur, etiam absque eius culpa, ut notat Abb. in d. c. tua nos, col. pen. & fina. & Paul. Paris. consi. 96. col. vlt. lib. 4. quos refert & sequitur D. Couar. vbi supra d. nu. 3. & tenet Siluest. verb. homicidium. 2. n. 7. in fi. Idem in clerico (intellige in sacris) tenet Nicolaus Plou. de irregul. nu. 6. † Ad dit tamẽ Couar. vbi supra, hoc esse intelligendum, ut patet in *tex.* quoties egrotus moritur ex causa alicuius adustionis, vel incisionis à chirurgo illatae, nam si chirurgus nullam adustionem, nec incisionem fecerit, sed ab alio vulneratus, vel alioqui egrotus moriatur absque culpa chirurgi, vel si à chirurgo adustus aut incisus, non ex occasione adustionis, aut incisionis, sed ex ipsa graui ac læthali egritudine mortem obierit, nulla contrahitur irregularitas ex supradictis: quod probò & sequitur ad litteram Plaça in epithom. de delict. lib. 1. capit. 26. numer. 4. quanuis Couar. à quo omnia supradicta desumpsit, non referat.

24 *Quam obrem si laicus, aut clericus in minoribus, nullum tamen obtinens be-*

neficium ecclesiasticum, chirurgus esset, & iuxta artis peritiam chirurgiae operam daret, atq; ex aliqua incisione absq; eius culpa egrotus moreretur, non esset irregularis censendus, ut pote quia operam dedit rei licitae, alias secus, ut notat Cardin. in d. cap. tua nos. & Marian. Soci. in d. c. ad audientiam. nu. 31. de homicid. & Nicolaus Plou. de irregul. nu. 5. & 6. est comunis secundum Nauar. vbi supra. n. 228. & sequitur D. Couar. vbi supra, & Plaça nu. 6. † Idem esset, secundum eosd. Cardin. & Couar. si monachus, aut huiusmodi clericus exerceret medici artem, & peritus esset, nam si absq; eius culpa, casu infirmi moriantur, non erit irregularis, ex eadem ratione, quippe quia operam daret rei licitae: secus atque in d. cap. tua nos. † Medici namque & Phisici si ex contingentibus nihil omiserint, sicq; conscientiam non habeant læsam alicuius culpae, quia eam artem absque culpae suspicionem exercuerint, bene possunt iure ad ordines sacros promoueri, ut in. c. ad aures. de ætat. & qualit.

27 *Quatuor tamen aut quinque debent ad hoc concurrere, secundum Abb. in d. c. tua nos, & Siluest. vbi supra, nu. 8. & in verb. medicus. nu. 8. vbi loquitur etiã in chirurgis, & similiter in verb. homicidium 2. n. 9. Primò, q̄ illud officium nõ sit ei prohibitum exercere, sicut religiosis & clericis chirurgia, ut in c. non magnopere. & in c. sententiã sanguinis. ne cleri. vel monach. Secundò, q̄ sit peritus in illa arte. Tertiò, q̄ exhibuerit omnẽ diligentiã secundum artẽ. Quartò, q̄ infirmum de his, quae sunt egritudini cõtraria, informauerit, alias teneretur, ut in d. c. ad aures. Quintò, q̄ super his habeat probabilẽ cõscientiã: secus quãdo sunt imperiti, vel negligentes, & ex hoc probabiliter credunt, aut dubitant, infirmos perijsse, vel membris esse destitutos, ut in d. c. ad aures. sequitur etiam S. Antonin. de irregular. c. 2. nu. 24. vbi etiã loquitur in chirurgis. Licet enim medicus nõ teneatur sepe & cõtinuò adesse egrotis, secundum Host. Anchar. & DD. in d. c. tua nos. † hoc fallit, nisi egrotus propter maximum egritudi-*

uis periculum custodia indigeret, tunc enim tenetur medicus vel presens esse, vel admonere ut diligenter custodiatur, secundum Hostiel. in summa. de etat. & qualitat. §. ordo, verb. ex post facto, quem refert & sequitur Rip. in tractat. de peste. par. vltim. §. medicoru. nu. 48. & Couar. d. §. 4. n. 3. Sed quis est hic, & laudabimus eum? Profecto vllū medicum adeo iustum ac consummatum & obseruantissimum vix inueniri posse existimo, ut omnibus præd. partibus vigeat ac floreat, etsi maximè artem medicā calluerit, ac proinde temeritatis nota non carebit medicus aut chirurgus, qui se in nullo habere conscientiam læsam affirmare audeat: quare nec ei consulerem, ut absque dispensatione, ad cautelam, ad ordines promoueretur: cum etiā Hostiens. & Goffred. relati à Siluest. vbi supra. 2. loco consuluerint, quod promouendi abstineant à practica medicinæ, præcipuè chirurgiæ, quæ adustionem, vel incisionem requirit, cum in nullo debeat vacillare conscientia promouendi. capit. laici. 33. distinction. nec ei ordines conferrem, aut conferendos præciperem, aut consulerem, si mei muneris id esset, nisi præcedente dispensatione legitima, prout eos denegavi cuidam medico se ordinare volenti, affirmanti nihil de contingentibus omisisse, & omnem diligentiam debitam semper in curandis infirmis adhibuisse, nec in villo se habere conscientiam læsam, ei namq; non credidi, imò temerarium esse quod dicebat, iudicavi, in nullo nempe errasse, nec sui culpa vel negligentia aliquem decessisse, cum in famoso & insigni medico illud difficilè posset concurrere, quia ut vulgò dicitur, Beati medici, quorum errores cooperit terra: & aliquando

29 *bonus dormitat Homerus.* † Quod si laicus chirurgus peritissimus prohibitus fortè esset à iudice ad tempus vti chirurgi officio, aliqua ex causa, quæ non respiceret imperitiam artis, sed poenam aliunde inflictam, qui non obstante hac prohibitione, secretò aut publicè eodè vteretur, atque ob aliquam incisionem

perfectissimè factam culpā ægroti mors sequuta sit, non erit hic irregularis, quia transgressio hæc illicita præcepti iudicis non pertinet ad culpam homicidij casualis, quia prohibitio facta non fuit propter periculum homicidij, sicut in clerico vel monacho, in d. c. sententiam sanguinis, ut existimat D. Couar. d. §. 4. num. 10. versi. tertio subsequitur.

30 Custos etiam infirmi, qui dolo aut notabili culpa, aut contra consilium, siue præceptum vel prohibitionem medici, vel absque eius mandato, præbet, aut facit aliquid, quo infirmus citius moriatur, vel ne amplius crucietur mortis tormentis, si propter id citius moriatur, irregularis erit, tam ipse qui fecit, quam qui consulit, iussit aut rogauit, etiam medicus: secus si id fiat bona fide, absque culpa notabili, licet in aliquo errauerit sic faciens, & potest se liberare scrupulo consilio doctorum: quod si ipsi dubitent, irregularem se esse debet reputare: quia fortè via anhelitus præcluditur, vel apostema rumpitur ex violentia motus, vel suffocatur: secus verò erit, si ex hoc infirmus non citius moriatur, quamuis adhuc id faciens poenitere debeat de facto. Hæc doctrina colligitur ex omnibus scriptoribus in materia, præcipuè ex Nicolao Plou. vbi supra, numer. 6. & 10. Nauar. d. cap. 27. num. 228. & 229. & D. Couar. plures allegante vbi supra, d. nu. 3. in versi. ex his, & in versi. pari ratione. Petro Plaça de delict. lib. 1. c. 26. nu. 7. Dominic. à Soto lib. 5. de iustit. & iur. art. 9. q. 1. pag. 397. colu. 2. versi. ex hac. † vbi q; infirmoru custodes, atq; infirmarij infirmū in lecto mouetes, ut vel aptius ei cibum ministrant, vel quietius iaceat, etiā si mors inde tātillum acceleraretur, nullam irregularitatem incurrerent, quia dant rei licitæ operam, nisi tam immodica esset negligentia & iactatio illius, ut prudentum iudicio censeretur occisio, atq; adeo mortalis temeritas: id quod cæteri probarunt. † Ridiculosus tamē scrupulus esset confessarij, qui cum reū quæ ad patibulum comitaretur, & casu iumentum, quo ille vehebatur, pepulisset, inde crederet

33 crederet se irregularē esse, quòd sua causa properatius eum morti obtulisset, secundum Soto vbi supra. Supra dictam etiā doctrinam tenet factus Antonin. in tractat. de irregul. c. 2. num. 15. † addens idem esse in custode infirmi non bene illum custodiente, vnde ipse infirmus ex phrenesi se proiecit, & mortuus est: quia si sit culpa lata, & negligentia dissoluta, puta si ipse custos infirmi vel phrenitici, vel furiosi, dimisit eum vt iret in plateam ad ludendum, vel aliàs dat operam rei illicitæ, aut ex nimia crapula vel ebrietate vigilare non potuit, maximè cum esset deputatus ad custodiam infirmi, nam si certum est quòd ex hac culpa mors sequuta est, talis erit irregularis, aliàs non: & si habeat quis conscientiam scrupulosam, deponat eam ad consilium boni viri. Illud autem de nimia crapula & ebrietate, intelligendum est iuxta latius in proposito à nobis tradita supra. cap. 4. † Adde, quòd ita etiam si vulneratum ad mortem nouo ictu, vel alio modo ad mortem acceleret homicida reputatur, secundum sanct. Antonin. vbi supra, numer. 2. post Anchar. quem refert.

34 Idem erit, secundum Specul. in titulo de dispēfat. §. iuxta. vers. quid si alius infirmū. n. 13. in eo, qui cum non sit medicus, nec chirurgus, sagittam aut aliud telum corpori infixum extraxerit, & in id iubente, rogante aut consulente, vt citius moriatur, vel si ex hoc ipse vulneratus moriatur celerius, quā aliàs moreretur, is namq; irregularis erit censendus, aliàs nō: & in hoc Speculat. est receptus secundum Nauar. vbi supra, nu. 229. tenet Nicolaus Plouy vbi supra. d. n. 6. quā sententiā admittit Couar. vbi supra, quē sequitur, eo non relato, Plaça d. nu. 7. vbi in extrahendo sagittam aliquā culpam habuerit, quia non seruauit modū ab huius rei viris peritissimis præscriptū, vel operam dederit rei sibi illicitę & interdictæ, alioqui inquit non esse omnino veram præd. opinionem. Quæ moderatio in priori casu, nēpe cum id sit eo animo, vt infixus citius moriatur, minimè meo

iudicio procedit, nec est necessaria, si ob id citius moritur, cum in hac specie homicidium merè volūtarium dici queat, & per consequens licet sit casuale, incurritur irregularitas, iuxta tradita per Plaçam vbi supra, cap. 15. numer. 6. Verum est, quòd in ea non loquitur Couar. sed in secūdo casu supra proximè dicto, nempe quoties sagitta extracta fuit absque illa intentione vt citius moreretur, si tamen ex hoc ipse vulneratus moriatur, hoc nāq; casu rectē prædicta eius assertio procedere videtur, quādo quidem extrahens sagittam, nō erat peritus in arte, sicq; quia daret operā rei illicitæ, & si bi interdictæ, vel non seruauit modum huic rei præscriptum, ac proinde fuit in culpa proxima & ordinata ad homicidium, quod debuit cogitare.

36 Secundo ex supradicta communi regula atque distinctione infertur intellectus ad text. in cap. sicut ex literarum, de homicid. vbi illicitè ludens cum fœmina prægnante, censetur irregularis, si hoc lusu casu contigerit foetus iam animati abortio, tamen si nullam culpam in eo ludo homicidio præstiterit: doctores namque communiter ibi eum text. idē procedere interpretantur, quia presbyter ille ludens cum muliere prægnante, dabat operam rei illicitæ, quia cum ea contraxerat consuetudinem inhonestam; & ex eo illa asserbat se concepisse, quasi hæc irregularitas minimè contraheretur à fratre vel consanguineo, qui cum fœmina prægnante licitè eodem lussisset modo: hic enim communis intellectus verus non videtur, quia irregularitas illa non quidem deducitur à priori culpa ludendi inhonestè cum fœmina, sed à posteriori, quia lusus ille cum fœmina prægnante periculosus est, saltem frequentissimè occasionem præbet abortioni, & idcirco illicitus & incautus: quare verius videtur, vt etiam si frater aut consanguineus cum fœmina prægnante incautè lussisset, foret irregularis censendus, propter culpam in iplo ludēdi modo comissam, quia operam daret rei illicitæ & prohibe-

bite, ex eo quòd sit actus ad abortionem periculosus ex se, nec potest absque aliqua culpa contingere, propter periculũ inde verisimile, licet cum consanguinea rem inhonestam minimè haberet, prout aduersus communem opinatur D. Couar. d. §. 4. nu. 4. versi. secundò, vbi dicit, circa culpam in ludendi modo, necessariò esse committendum boni viri arbitrio: & iterum in numer. 10. versic. 5. & in versicul. 6. contra communem etiam tenet Plaça lib. 1. de delict. cap. 26. num. 8. cõmunis tamen sententia atq; intellectus præd. ad d. c. sicut ex literarũ, circa consanguineos cum fœmina prægnate, procedere posset, quãdo ludus esset moderatus, atq; sic licitus, quo casu bonus vir nõ arbitrabitur irregularitatẽ esse incursum, cõformatus cũ cõmuni supra d. opinione, quã hoc casu probauit Nauar. vbi supra, nu. 236. & Siluest. verb. homicidii. 2. nu. 7. circa fi. & est de mète cõmunis: at verò si cõstaret de excessu ludi, ita vt sonet illicitũ illo tẽpore etiã inter cõsanguineos, opinio Couar. veriõr videtur atque tenenda, cum actus ille tũc sit illicitus, quia dirigitur in euidens periculum abortionis, quauis inuolite: tũc etiam quia in ludendo non adhibuit diligentiam quam debuit in præcauendo abortionem: & hæc est mea sententia, submissa tamen iudicio rectius sententium.

38 Est tamen necessariũ quoad irregularitatẽ incurrendã, quòd fœtus sit animatus, aliàs enim ea nõ incurritur, etiã si culpa abortũ facientis detur, iuxta cõmunẽ sententiã omnium supradictorũ, & aliorũ, quã refert Plaça vbi supra, nu. 8. versi. ceterũ. Hodie tamẽ sũm⁹ Põtifex Sixtus V. suo pprio motu edito Romę. 29. die mēsis Octobris, ann. 1588. declarauit, vt omnes & singulos, qui aliquã potionẽ, vel quid aliud dederint, vel dandum cõsulerint mulieri pragnanti ad abortum faciendum, eo sequuto, etiam fœtus adhuc inanimati & non formati, sint eo ipso homicidę voluntarij & irregulares, cæterisq; pœnis quibus homicidę voluntarij plectuntur, imò & seuerius puniun-

tur, vt ibi. Sed hodiẽ dispositio illius motus proprij, quoad censuras & alias pœnas redacta est ad terminos iuris communis, vt fecit ac declarauit postea Sanctissim⁹ dominus noster Greg. XIII. sua bulla, quam vidi & legi. Fœtus autem, si masculus sit, dicitur animatus die quadragesimo à conceptione, fœmineus verò die. 80. ab ipso conceptu, iuxta glo. in summa. 5. distinctio. DD. communiter in d. capit. sicut, communem testatur Plaça vbi supra, numer. 8. alios citans.

39 Tertiò, ex superioribus deducitur, dubiam esse sententiam doctissimi Alfonso à Castro lib. 2. de potest. l. pœn. capit. 14. versicul. hic tamen admoneo lectorem, asserentis, se credere, non esse irregularem sacerdotem, qui polluit per adulterium vxorem, quauis ob hanc causam maritus eius illam occidat, quia id euenit præter intentionem sacerdotis, & homicidium illud non sequitur per se, & necessariò ex adulterio, sed solum occasionaliter, & ideò sacerdos ille non est dicendus esse vera causa illius homicidij, cùm non sit cooperatus ad illud, nec de illo præceptum, aut consiliũ, vel fauorem dederit, quinimò quod magis abhorret, est homicidium suę cõsocię in delicto; quare etsi operam rei illicitę dederit, non est ei imputandum homicidium quod ipso ignorante contigit per accidens, præcipue cùm multi vbique sint mariti, qui vxores suas viuere sinant, quauis sciant esse adulteras: ita Castro vbi supra, cuius opinionem probat expressẽ D. Couar. d. §. 4. nu. 10. versic. 3. ad idem traditur exemplum. Hæc tamen opinio mihi ex præcedentibus nunquam placere poterit, cùm enim sacerdos hic committendo adulterium; det operam rei illicitę, & simul cooperetur delicto vxoris, consequitur, homicidiũ inde casu sequutum, etiã contra voluntatem, imputandum esse eidem quoad irregularitatem, de qua nunc agimus. † Accedit præterea, quòd marito à lege datur facultas impunè occidendi vxorem & adulterum in crimine adulterij deprehensos: argumẽ. l. patri vel matri.

40

41 *matri. ff. ad. l. Iul. de adult. & l. Gracch. C. eod. titu. id quod hodie est expressum in nostro regno. in. l. 5. titu. 20. libr. 8. nouæ Coll. Reg. sicque ex adulterio re ipsa deducitur culpa in homicidium sufficienter directâ, præmaximè attentâ maritorum procliuitate & consuetudine interficiendi adulteros, & suas vxores. Deniq; quia iuxta communem omnium sententiam, de qua supra, definitum extat, vt homicidium casuale contingens ex eo quod quis dabat operâ rei illicitæ, irregularitatem inducat, etiam si id casu & præter voluntatem & intentionem acciderit, & adhibita fuerit diligetia, quæ ad id præcauendum adhiberi potuit ac debuit, quæ tamen in proposito forsan nõ fuit*

42 *adhibita. † Postremò contra priorè sententiam illa vera doctrina facit, quæ in hac materia præ oculis semper habenda est, nempe homicidiũ casuale tunc demũ ad irregularitatem imputandũ fore danti operam rei illicitæ, quando actus ille est ordinatus sua propria natura ad mortis læsionem, vel ad homicidium, secundũ Socin. in c. ad audientiam. n. 49. de homici. quod voluerunt etiã Ancharr. & Philip. Franc. in. c. fin. de homicid. in 6. & Gonfal. à Villadieg. de irregul. c. de percussor. colum. 3. aut quoties homicidium illud procedit ab illo actu illicito per se quidem & necessario, non per accidens, secundũ Castrum vbi supra, aut saltem vbi illicitum illud opus per se volitũ genere suo est periculosum, aut saltè sæpe inde mors sequitur, aut frequenter, vt colligitur manifestè ex Dominico à Soto. d. lib. 5. de iust. & iur. quæst. 1. art. 9. versi. hæc autem profectò: quã resolutio nsm in omnibus supra dictis expressim approbat & sequitur idem Couar. vbi supra, nu. 10. versi. ex quibus deducitur: at quãuis priores duo casus præcedetis doctrinæ nostrũ non cõtinent, vltimus tamen eũ decedit cõtra eisdẽ Castro & Couar. adulteriũ siquidẽ est opus illicitum per se volitum, & ex natura sua periculosum ad homicidiũ, quia saltem sæpe inde mors sequitur, aut frequenter, vt cõmuniter videmus: ergo irregularitas ex eo*

contrahitur, ex quo cessant fundamenta cõtrariæ partis: quod si sacerdos cooperaretur illi homicidio, præceptũ, cõsiliũ, fauorem aut auxilium præstitisset, iam non esset casuale, sed merè voluntarium, alioq; iure proculdubio esset irregularis. Et postquã hæc ita concepta atque scripta haberem, gauisus sum plurimum inuenisse me huius meæ sententiæ authorem doctiss. Nauar. in d. man. confess. Latin. cap. 27. nu. 238. in fine. vbi id expresse tenet in nostra specie contra præfatam priorè opinionem, quanuis authores eiusdem contrarios nostræ nõ referat, inquit tamẽ, eam, quam defendimus, Pium V. probasse cum in sacra Pœnitentiaria id controuerteretur. † Potest tamen inter has duas diuersas opiniones probabilis cõcordia assignari, vt prior procedat in maritis vilibus personis, qui honorem parui pendunt, atque scientes vxores adulterari, id patiuntur, atque earum crimini cõsentiunt, de quibus loqui videtur Castro vbi supra, saltè in vno fundamẽto supra relato, præmaximè si lenocinij crimine pretio accepto notentur: in hac enim specie & genere hominũ opus adulterij illicitum, non videtur periculosũ, neq; sufficienter directum in homicidium, imò insolitum & rarò contingens, quanuis aliquando dæmonij suasionè, vel ob cessationem muneris iniqui, hi viles commoti adulteros occidant, non tamen hoc videtur esse habendum in cõsideratione, si id accidat quoad præsens propositum, nec enim erat tanta causa id præcauendi à principio, sicut in secunda specie statim referenda. Secunda supradicta & nostra contraria sententia procedat in viris grauibus, & qui honoris proprii sunt obseruantissimi, de quibus meritò conijciendum sit, quod si adulterium vxorũ præsciret, adulteros occiderent, tunc namq; indubium videtur, cum adulterium sit proxima causa, & sufficienter directum in homicidium, quod saltem verisimiliter exinde nimis timendum est subsequi posse, ac proinde præcauendum, nõ alias adulter huiusmodi ex homici-

dio v̄xoris efficiatur irregularis.

43 Ex eisdem rationibus improbanda videtur altera Dominici à Soto sententia vbi supra, in versiculo in primis, asserentis, quòd si clericus in adulterio deprehensus inuaditur, & cum moderamine inculpatæ tutelæ inualorem occidat, quanuis operam daret rei illicitæ, non debet irregularis censerī, quia homicidium illud non est tunc voluntarium: nam quanuis adulterium fuerit voluntarium, non tamen fuit per se causa homicidij, sed vulneratio, quæ non fuit voluntaria. Adde tu, quòd se defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, dabat operam rei licitæ, quandoquidem defensio est licita omni iure, & homicidium minimè intendebat, quinimo illud abhorrebat: hoc siquidem manifestè corruit ex supra dictis: nec defensio cum moderamine inculpatæ tutelæ in proposito excusat, quanuis sit licita, & sic in hoc dedisse videbatur operam rei licitæ, quòd quidem inspecto principio illicito sufficienter directo ad homicidium, in quò principio illicito actualiter deprehenditur dando operam rei nequam, cum ad arma peruenitur, illa potius censenda est offensus, satis enim prouocatus maritus tunc occiditur: aggressor igitur videtur adulter occidēs in proposito quoad præsentem materiam incurrendæ irregularitatis, cum exposuerit se volens probabili periculo ac frequenter contingenti occidendi, vel occidi, imò id in animo habuisse credendum est, atque idē eum armis in eum finem incessisse, quod cogitare ac præcauere debuit. Accedit prætereà, quòd hic maritus occisus sit pro defensione sui honoris & domus, atque proinde licuisse ei iure fori exterioris adulteros in crimine deprehensos occidisse, vt prædiximus: meritò igitur quòd adulter eum occidens sit irregularis, & homicida: † qui enim illicitè aliquid aggredditur, quòd est causa vt aliū occideret propter sui necessariam defensionē, non solum peccat id aggreddendo, sed etiā est homicida, secundum S. Antoni. Archiepiscopum Florent. in 3. p. suæ sumæ tit. 5.

c. 8. §. 1. col. 2. Quòd est intelligendū iuxta mentem Caieta. secundum Nauar. in man. Lati. c. 15. nu. 7. quando opus illud illicitum, erat quædam via ad homicidium perpetrandum, prout in proposito contingit. † Deniq; quia euentus ex aliquo sequuti opere minimè quidem ab operante præcogitati, sed præter eius intentionem contingentes imputantur operanti, si illi euentus per se & necessariò sequuntur ex priori opere, aut saltem vt in pluribus ex illo eueniunt & euenire solent, vt deducitur ex D. Thom. 1. 2. q. 20. art. 5. & est constitutissimū, secundum D. Couar. in Clementi. si furiosus. de homicid. 2. par. §. 4. nu. 10. vers. illud sanè. & ita in nostra specie quòd huiusmodi adulter occidens maritum sit homicida, tenet Nauar. d. c. 15. nu. 7. & quòd sit irregularis, cum eodem Archiepiscopo Florent. vbi supra, col. 4. probat indubiè Nauar. in man. Lati. d. c. 27. n. 238. qui tamen Soti tenentis contrarium nō meminit. Et quanuis sciam opinionē Soti aliquibus doctis viris placuisse, mihi tamē indoctiori cōtraria, vt dixi, placet magis, & verior lōgè videtur: nisi & in hac specie distinctionem & concordiam, quam in præcedenti tenuimus, hic quoq; probare quis velit, quod meo iudicio nō erit erroneum, imò rationi & iuri consentaneum, præcipuè cū Nauar. vbi supra, qui tenuit, præd. adulterum occidētē maritum ad sui necessariam defensionē, esse irregularem, eam suæ præfatæ, vt prædiximus, reddat rationem, quia adulteriū est actus illicitus, & sufficienter directus ad mortem inferendam, attenta maritorum procliuitate & cōsuetudine interficiendi adulteros, & suas vxoress: ergo cessante hac procliuitate & cōsuetudine, prout cessare videtur in viris præd. infamibus, & vilibus criminis participibus, prout supponimus in præd. cōcordia, cessabit & directio ad mortē, ac periculū ipsius, & proinde nō incurretur irregularitas, si aliud accidat, iuxta mentem Nauar. quæ non explodit dictam concordiam, sed imò potius eam admittit.

46 Quarta ex supra dictis infertur, quòd vbi

47 vbi plures reperiuntur in pugna, in qua aliqui sunt interfecti, vel mutilati, & nescitur à quibus, omnes censentur irregulares, & qui sunt ex parte iniuriantium, & qui sunt ex parte eorum, quibus fiebat iniuria, si illi erant clerici, & sic illicitè mouerunt arma: ita Rainerius in sua summa. Quod nonnulli intelligunt (vt refert Archid. in. c. si. nu. 3. 23. quæst. fin.) quando clerici erant in culpa, vt patet ex verbis Rainerij, dum dicit, Mouerunt arma, quasi voluntariè, & sine necessitate, nam si se defenderent, vel focios, necessariò, licèt aliquis à defendentibus sit interfectus ex alia parte, reliqui qui non interfecissent, nec interfectores inuasissent, non essent irregulares, licèt voluntatem occidendi habuissent, quia lex promotionis factum requirit: vt in c. si quis & in c. fin. 15. quæst. 1. & cum Archid. in hoc transit Florent. de irreg. c. 2. nu. 36. Sed melius est, vt dictum Rainerij indistinctè capiatur, quando quis nescit, se non occidisse vel mutilasse, quia in dubijs debemus tenere tutiorem partem, vt in terminis contra Archid. proficitur Siluest. in sua summa, verb. homicidium. 3. nume. 8. versic. tertium, ibi: Sed melius, quod probo: quoad illos tamen qui sunt ex parte iniuriantium, & sic fuerunt in culpa, res plana est, quia dabant operam rei illicitæ in homicidium directam: quod probat Archi. vbi supra, & in specie Nauar. d. c. 27. nu. 224. cum Innocent. Abb. & cõmuni in. c. si. de homicid. † dicens, quòd qui in prælio, vel alia quacunque rixa interfunt illis ex quorum parte sunt iniusta, auxiliando vel fauendo, sunt irregulares, si aliquis in eis deformatur, siue interfint armati, siue inermes, siue deformat, siue non, siue ob id timor inimicis augeatur, siue non: & idem Nauarr. vbi supra. numer. 234. dicens, quòd qui interest pugnae iniustæ, auxiliando, incitando, aut exhortando suos, aut animos contrarijs imminuendo, & etiam custodiendo vestimenta, aut sarnicas eorum, qui ad præliandum vel deformatum iniustè proficiscuntur, irregulares sunt, sequuta ali-

48 cuius deformatione, † non tamen qui interfunt ad dissuadendum prælium, & suadendū pacem, licèt inde non nihil animi suorum parti, & nonnihil timoris aduersè redderetur, secundum eund. Nauar. d. nu. 224. † Hoc tamen vltimum ego verum intelligerem, nisi verbis pacem, animo verò & facto rixam suadeat, auxiliando interfectores & deformatores, eorumq; crimini cooperando, tunc enim eum proculdubio irregularem iudicarem, stando veritati potius quā verbis, vt voluit Siluest. in summa, verb. homicidium. 3. nu. 8. versic. quartum, ibi: Modò absit dolus & lata negligentia, secundum eund. Innocent. & Hostien. Obseruandū tamen erit, quòd secūdū Hostien. quem refert Abb. in. c. penul. & vlti. nu. 2. de cleric. percuss. † clericus præstans opem oppressis, vel obsessis iniustè, & ad iuuans eos, qui repellunt iniuriam, proijciendo lapides, & huiusmodi, dumòdò ipse neminè occiderit, non est irregularis: sequitur Siluest. vbi supra, id intelligens, quando quis est certus, se non occidisse, neq; mutilasse. † Quid autè sit dicendum quoad irregularitatem, si vnus à pluribus percussus mortem obijt, & nõ constat ex quo vulnere mortuus fuerit, agit latè Plaça lib. 1. de delict. capit. 12. per totum, & optimè D. Couarr. in d. Clemen. si furiosus. 2. part. §. 2. nu. 3. cum sequentibus, vbi plures casus & species in hoc distinguit atq; explicat.

52 Clericus autem absq; irregularitatis nota & pœna potest interesse bello iusto, & hortari milites ad pugnam: tex. in c. petitio. de homicid. & ibi glos. verb. remordet. glo. etiã in. c. qd̄ in dubijs. de pœnis, verb. incitât. nõ tamè pugnare propria manu, aliàs grauiter peccaret, cum hoc nõ sit ei licitū, vt in c. clerici. cū sequētib. 23. q. 8. c. ex multa. de voto. critq; irregularis clericus ibi aliquè occidens, vt in cap. cleriucm. 50. dist. Vnde licebit clerico alios hortari ad bellū, si sit cõtra Rempubicam, aut Ecclesiam, vel Cathõlicã fidem, nõ tamen arma sumere, vt est prædictum, & probatur in. c. quicūq; in fin. 23. quæst. 8. & ibi glos. & constat ex S.

Thom. & ibi Caieta. 2. 2. quæst. 40. artic. 2. tradunt DD. in cap. penul. de homici. Archiepiscopus Florent. in sua summa 3. par. titul. 28. c. 2. §. 6. & Siluest. in summa, verb. bellum. 3. nu. 3. & probat latissimo sermone Iacobus Môtaynus in tractat. de armis cleric. ad fi. & summa Tabiena verb. irregularitas. 3. & Nauar. latè. d. c. 27. nu. 215. & Greg. Lop. in. l. 52. in glos. *deuen ir.* per totam, titul. 6. p. 1. & ita est tenendum, † licet cōtrarium velit Aluar. Pelagius de planct. Eccle. 1. part. nu. 48. sub litera. C. ad fin. dicens ex hoc cōmitti irregularitatem: nec poterit bellū gerentibus arma portare, vt per eundem Sliuest. verb. homicidium. 3. nu. 9. quod est intelligendum iuxta tradita per Nauar. vbi supra, nu. 215. & sequenti. Illud tamen de exhortatione verum intelligit Hostien. in d. c. quod in dubijs. & Henric. in d. c. petitio. atque Siluest. d. verb. bellum. 3. n. 3. ad fin. vers. secūdō nec cōhortari, quando hæc exhortatio fieret ante belli conflictum, quasi minimè id liceat in ipso iusti belli cōfliktu, si inde homicidia & mutilationes membrorum sequantur, à quibus meritò ex d. c. petitio. dissentit D. Couar. in d. Clemen. si furiosus, de homic. 2. part. relect. §. 3. num. 2. in vers. sed & id, ibi, Aquibus, vbi rectè d. text. in c. petitio. inducit, contra prædictos: tamen si Greg. Lop. vbi supra in vers. & intellige, opinionem cōtrariam Innocent. sequatur, nihilominus, vt prædixi, opinio Couar. verior mihi videtur, quam visus est tenere Nauar. d. nu. 215. dum indistinctè loquitur.

54 Ex quibus fit, vt clericus in sacris cōstitutus, cui non licet propria pugnare manu, vt prædiximus, irregularis nō erit si pugnaverit in bello iusto, si neminem occiderit, aut mutilauerit, etiam si in eo conflictu fuerint plures occisi, aut membris mutilati, vt in d. c. petitio. per quem ita tenet Couar. vbi supra. d. §. 3. num. 2. vers. si quidem clericus. † Idem erit etiā si ipse percutiat vel vulneret, si clarum est quòd ex tali percussione non fuit sequuta mors vel mutilatio, licet alij in pugna illa per alios sint mortui, secundū

Abb. & Ioa. And. in d. c. petitio. per tex. ibi, quos refert Greg. Lop. vbi supra, in fin. glos. † Quinimò si hoc casu clericus adhortetur ad victoriam generaliter, & percutiat multos proprijs manibus, & efficiat vt commilitones eius ope & horatu multos occidant, non fit irregularis, si per se non deformat, quia non dat causam propinquam deformandi, cum non faciat actum speciatim. ad deformationem directum, quoad percussos ab alijs, & licet faciat talem quoad percussos à se, illi tamen non sunt deformati: si quis si per se deformat, vt inquit Nauar. vbi supra d. n. 215. Nihilominus tamen si efficiat vt commilitones eius ope & horatu multos occidant, cōtrarium verius existimo, imò q̄ huiusmodi clericus ex hoc efficiatur irregularis, si specialiter & directè hoc auxilium ad homicidium vel deformationē præstetur, secūs aliàs. Quod primò probo ex traditis per Nauar. vbi supra d. num. 233. Secundò, quia dat causam propinquam deformandi, & facit actum directum ad deformationē, vnde meritò quòd ex eo efficiatur irregularis, vt patet ex præced. Tertiò, ex Siluest. verb. homicidium. 1. num. 16. & 17. & communi, quam refert idem Nauar. vbi supra, nu. 216. cui non satisfacit ibi, nisi dicamus ex eodem ibi temperandam sententiam præd. num. 215. vt non procedat, quando auxilium ab eo præstatur directè in deformationē, sed quando non intendit directè deformare, vt patet ex verbis eiusdem auth. Illis, & c. Adde, difficillimè hoc contingere posse quin dirigatur in deformationem, id eò cauendum.

57 Clericus in minoribus cōstitutus potest absq; peccato in bello iusto propria pugnare manu, sicut & laic⁹, nec ex hoc esset irregularis, dum modò aliquem nō occideret, nec membro mutilaret, vt ex supra dictis patet, & tenet in terminis Couar. vbi supra d. nu. 2. in vers. quod si esset.

58 In necessitatis tamen articulo clericus non peccaret arma sumendo in bello, secundum §. Thom. vbi supra, vbi Caieta. optimè

optimè duos casus distinguit, népe quòd articulus necessitatis dupliciter contingere potest in bello Primò scilicet defensione, vt nisi clerici aliqui pugnent, ciuitas vel exercitus euertetur ab hoste. Secundò ratione victoriæ, vt nisi clerici aliqui pugnent, non haberetur victoria tunc parata. In primo casu clerici nõ peccant, imò videtur quòd ad hoc teneantur, præsertim si cum infidelibus agitur: in secundo autem casu non videtur communiter licitum, vt ibi bene probat, limitans hoc, quando parata tunc victoria esset pax vniuersalis Ecclesiæ, aut fidei Christianæ magna protectio, tunc enim credit Caieta. clericum licitè manu propria pugnãdo illam facere. De prædictis post hæc scripta latè agit Ludouic. Molin. de iustitia & iur. tractat. 2. disputatio. 59 103. per totã. † Dubium tamen est, an in priori casu præd. quo licet clericis propria pugnare manu, si aliquem occidant, vel mutilent, fiant ex hoc irregulares? Et Caieta. quidem ibidem partem affirmatiuam tanquam indubiam præmittit, quãdo quidem inquit, nec obstant quod fiant & remaneant irregulares: quia irregularitas sine peccato, & cum merito æternæ vitæ incurri potest, quia ipsa sequitur factum: & ante eum tenet D. Thom. 2. 2. quæst. 64. arti. 7. ad 3. dicens, quòd irregularitas consequitur actum homicidij, etiam si sit absque peccato, vt patet in iudice, qui iustè aliquem condemnat ad mortem: & propter hoc clericus etiam si se defendendo interficiat aliquem, irregularis est, quanuis non intendat interficere, sed se ipsum defendere: sed Siluest. in summa, verb. bellum. 3. nu. 3. versi. adde tamen, contrarium expressè probat, dicens, quòd si necessitas esset inuitabilis, clericus huiusmodi non est irregularis, etiam si occidat, nihil tamen allegat. Quid dicendum? Ego hos aut hores sic concilio, vt opinio Caieta. procedat in casu necessitatis euitabilis, opinio verò Siluest. contraria in casu necessitatis inuitabilis, vt probat tex. in. c. quia te quasi obnoxium. 50. distinct. & ibi notat glos. verb. inde canonice, in fine, ita

distinguit glos. in cap. de his clericis pro quibus. glos. 1. 50. distinct. addens vt in casu necessitatis euitabilis in susceptis ordinibus toleretur, licèt ad superiores ascendere non possit. glos. etiam magistra in. c. sicut dignum. §. si. glos. magna, in versi. aut necessitas, ibi: Si fuerit inuitabilis. de homicid.

60 Et quanuis in hoc olim essent opiniones, quando diceretur homicidium factum ex necessitate inuitabili, & quando non, vt constat ex præd. glos. hodie tamen declaratum est in d. Clemen. si furiosus. in 2. part. de homic. vbi inquit tex. non esse irregularem illum, qui mortem aliter vitare non valens, suum occidit vel mutilat inuasorem, vnde posset statim post huiusmodi occisionem ministrare: & licèt glos. præd. ponat exemplum nimis strictè, quando clericus tenebat gladium in manibus ad defendendum, pagano irruente in eum, doctores tamen latius dicunt, siue paganus, siue quilibet alius aggrediatur clericum, & clericus non valeat aliter euitare mortem, nisi suum interficiat aggressorem, per text. in d. Clemen. si furiosus. † nisi vbi clericus aliud interficeret pro defensione proximi, vel pro rebus saluandis, vel vbi necessitas non fuisset inuitabilis, quia poterat se aliter liberare quàm occidendo, quia in his casibus incurrit irregularitatem clericus, si occidat vel mutilat: solū enim permittitur clerico alium occidere pro euitanda necessariò morte propria, non autem pro salute alterius, vel pro saluandis rebus: ita Abb. nu. 4. & Ioan. de Anan. nu. 11. in d. c. sicut dignum. §. si. de hom. idè Abb. in c. clerici. 1. nu. 2. cum sequentibus, de vit. & honest. cleri. & Caieta. super S. Thom. d. quæst. 64. arti. 7. in responsione ad 3. dicens, quòd si text. in d. Clemen. vnic. de hom. extitisset tempore authoris, nempe S. Thomæ, nõ scripsisset illud author: & Nauar. in man. Latin. c. 27. nu. 211. & latissimè D. Couar. in d. Clemen. si furiosus. 3. par. §. vnicò, per totum, vbi nu. 4. in fi. & nu. 5. plures allegans testatur esse communem opinionem quod prædiximus, nempe occidentem
Ll 5 alterum

alterum ob alterius necessariã defensionem, esse irregularem, tametsi ipse ibi, in versu. ex quibus, cum Fortunio Garlia probabilius esse existimet aduersus communem sententiam, quod non sit irregularis: & num. 6. in versu. vndecimo, alios plures allegans testatur videri esse receptiorem doctorum sententiam, irregularem esse clericum, vt prædiximus, qui pro necessaria rerum defensione hominẽ occiderit, quanuis ipse ibi in versiculo postremo, contrarium probet in his casibus, quibus ea occisio licita sit: sed communes prædictas sententias sequitur & probat contra Fortun. Garci. Nauar. d. c. 27. nu. 213. & 215. Ille autem dicitur esse in præd. necessitate ineuitabili, qui neque fuga, neque clamore, nec alio modo quàm interficiendo vel deformando, eã euitare potest, &c. secundum Nauarr. ibi, num. 211. Idem de fuga tenet Couar. vbi supra. nu. 4. resoluens cum cõmuni, quod clericus, qui poterat mortẽ vitare fugiendo, si omissa fuga, occiderit aggressorem, est irregularis. Intelligenda tamen est hæc communis sententia secundum ipsum, si fuga non est periculosa, nã si fuga periculum mortis propriè induceret, non tenetur fugere, vt tenent plures, quos refert & sequitur ibi.

Ex his igitur decidenda venit cõtrarietas Caieta. & Siluest. supra dicta de clericis occidentibus vel deformantibus in bello iusto, in articulo necessitatis, quia si ineuitabilis sit respectu propriæ personæ, & salutis, non fiant irregulares, aliàs secus.

62 Verum illa quæstio in proposito se nobis offert examinanda, an si Romanus Pontifex alicui prælato vel clerico, aut clericis permitteret siue licentiam concederet pugnandi in bello iusto proprijs manibus sine metu irregularitatis, & in cõflictu belli aliquem occideret, an sint irregulares censendi, necne? Et Abb. quidem in. c. clerici. el. 1. nu. 5. de vit. & honest. cleric. referens Cald. in c. petitio. de homicid. concludit in eã partẽ quod huiusmodi clerici ob præd. licentiam minime efficiantur irregulares, etiã si in bel-

lo aliquem occiderint, quia irregularitas est de iure positius, & ex sola constitutione Ecclesiæ prohibetur clericus pugnare in bello iusto, & quia ipse Papa potest ex iusta causa bellum indicere, præsertim contra infideles, vt in c. omni timore. & in cap. prætereã. 23. quæst. 8. Ergo Papa, qui est super istas constitutiones humanas, vt in c. proposuit. de concess. præb. potest hanc prohibitionem relaxare. † Quinimò ex sola permissione Papæ, vt clericus in bello propria pugnet manu, si is in eo aliquem occiderit, non censetur irregularis, secundum omnes, quia id is permittit, qui potest super irregularitate ex homicidio contracta dispensare: ita D. Couar. in d. Clem. si furiosus. 2. part. §. 3. nu. 2. versu. quod si Romanus: † ex eo tamen quod Papa dat clericis licentiam, vt intersint bello, nõ videtur licere eis vti armis nisi ad se defendendum, non autem ad occidendum. aggrediẽdo etiã paganum, vt cù Arch. probauit Siluest. in summa, verbo homicidium. 3. nu. 9. ibi notandum. 2. Angel. in summa, verb. homicidium. 5. nu. 1.

63 Rurius Bald. consi. 439. volu. 5. incip. ad bellum iustum. nu. 3. & 4. tenet cõtrarium, dicens, quod licet Papa possit dispensare cum homicida in homicidio perpetrato, secus tamen est in perpetrando, quia non potest dare licentiã delinquendi, nec parcere quod nondum est: & licet Papa possit indicere bellum iustum, clericis tamen concedere non potest quod manu propria hominem occidere possint, sed pro iustitia exequenda potest gladij potestatem laicis committere. Item potest permittere clericis, quod in bello iusto dent consilium & auxilium, tam gentium, quàm pecuniarum: quia si potest indicere iustum bellum: ergo potest alia, quæ sunt de iure & natura bellorũ, & sine quibus illa exerceri non possunt: & inquit S. Thom. 2. 2. quæst. 40. arti. 2. in resp. ad secundum, quod Prælati & clerici ex autoritate superioris possunt interesse bellis, nõ quidem vt ipsi propria manu pugnent, sed vt iustè præliantibus spiritualiter suis exhortationibus & ab-

solutio

solutionibus, & alijs huiusmodi spiritua-
libus subueniant. Cardin. etiã in. c. clericum. 50. dist. prout eum refert Præposit.
Alexandrin. ibi dicit, quod Papa nõ pos-
sit dispensare cum sacerdotibus, quod ad
bella procedant manu propria pugnatu-
ri: & quamuis ipse Præposit. dubitet de
hoc, tandem propter authoritatẽ tanto-
rum Patrum trãsit cũ illis, potius autho-
ritate eorum quã ratione. Eand. secundã
partẽ sequitur etiã cũ præd. Greg. Lop.
in. l. 52. tit. 6. p. 1. in glos. *deuen ir*, dicens
hoc satis probabile videri, cũ Christus
iusserit Petro, Conuerte gladiũ tuum in
vaginã. Matthæ. c. 26. & Ioan. 18.

Quid tenendum? Ego profectò priorẽ
opinionem veriorẽ & tenendã esse exi-
stimo, ex fundamẽtis, de quibus supra in-
ca. Nec obstant cõtraria, quia si Papa po-
test dispensare cum homicida super ir-
regularitate incurfa, quod est apud om-
nes receptissimum, à fortiori poterit an-
tequam ipsa incuratur, cũ sit iuris po-
sitivi, & ex constitutione Ecclesiæ, & fa-
cilis quid impediatur à principio, quã
ex post facto tollatur, vt in. l. patre furio-
fo. cum simil. Et de his, qui sunt sui vel a-
lien. iur. Nec per præd. licentiã pugnãdi
in bello iusto à Papa clericis concessã,
dare videtur licentiã delinquẽdi, quia
pugnare in bello iusto, non est in se de-
lictum: & quamuis clericis id non liceat
manibus proprijs, hoc tamen est ex con-
stitutione Ecclesiæ, vt vidimus: ergo sũ-
mus Pontifex ex causa eam prohibitio-
nem tollere potest, permittendo in alijs
quibus casibus & successibus, quod ge-
neraliter à iure est prohibitũ, ac proinde
non erit tam tunc delictum, sed permis-
sum, nec dicetur remittere nondum cõ-
missum, sed potius permittendo, quod
potest, præseruare, ne irregularitas incur-
ratur. Quod autem Christus iusserit Pe-
tro conuere gladium suum in vagi-
nam, nõ obstat, quia ex hoc nihil proba-
tur quod contra priorẽ sententiã vrgeat,
diuersus enim casus atq; ratio ibi est: &
patet, quia illa verba non solũ dicta fue-
runt Petro, sed etiã alijs laicis, vt cõstat
ex ead. authoritate, dum postea in ea sub

ijcitur: Nam omnis qui gladiũ accipit,
gladio peribit: ita Abb. vbi supra. Præter
ea illud veteris Testamenti, de quo in c.
1. de cõsecrat. distin. Nõ ædificabis mihi
templum, quia vir sanguinis es, loquitur
de effusione sanguinis iniusta: David
namque proditoriẽ fecerat interficere
Uriam, vt committeret adulterium cum
Bersabe eius vxore, & adhuc fortẽ non
fuit poenitens, quando illa verba fue-
runt sibi dicta: nos verò in quæstione
ista loquimur de bello iusto: ita Abb. in
d. c. clerici. el. 1. de vit. & honest. cleri. d.
nu. 5. quem refert Greg. Lop. vbi supra.

66 Quod si bellum sit iniustum, quicun-
que in eo pugnauerit, auxilium, aut opẽ
dederit, si inde sequuta sit mors, aut me-
mbri mutilatio, erit proculdubio irregu-
laris: text. in capit. sicut dignum. §. vlti.
de homici. vbi notant omnes, Abb. &
DD. in d. capit. petitio. Marian. Socin.
in d. capit. ad audientiam. nume. 60. Vi-
lladieg. de irregula. cap. de homici. colu.
4. D. Couar. in d. Clementi. si furiosus. 2.
part. §. 3. num. 2. vers. quod si bellum. Na-
uar. in man. c. 27. num. 224. Quod autem
dicatur bellum iustum, & quod iniustũ,
agit elegantissimè D. Thom. 2. 2. quæst.
67 40. artic. 1. & ibi Caieta. Præterea exi-
stentes in bello iusto ex parte se defen-
dentium, si occidant vel mutilent, sunt
omnes irregulares, nisi in casu in quo a-
liter euadere non possunt: alij verò, qui
non occidunt, nec mutilant, non sunt
irregulares, licet ibi multi occidantur, &
si percutiant aliquos (non tamen lætha-
liter) qui deinde occidantur ab alijs,
non sunt irregulares, secundum Hof-
tienf. & Innocent. in d. cap. petitio. dum
modò non prouocauerint eos, vel nisi
percusserint animo occidendi, secun-
dum Innocent. in d. c. significasti. de homi-
cid. sequitur Archi. in d. cap. fi. 23. 9. fin.
numer. 3. ad fin. & Florent. de irregula.
capit. 2. num. 37. & 38. Siluest. in summa
verb. homicidium. 3. numer. 8. Et quod
prædiximus, nisi percusserint animo oc-
cidendi, & c. probari videtur in d. c. signi-
ficasti. el. 2. de homici. ibi: Et si percussor
voluntatem non habuerit occidendi,
à contra-

à contrario sensu : & ita glos. ibi. verb. habuerit, argumentum sumit, quòd voluntas imputetur homicidio, licet ex suo vulnere mortuus non fuerit, & notat in terminis ibi Innocent.

68 Hæc tamen sententia vera quidem in dist. n. 72 non est, etenim licet quis in bello iusto aliquem percusserit, non tamen mortiferè, licet animo occidendi id fecerit, & ab alijs sic percussus statim occidatur, irregularis minimè est censendus, vt pote quòd non occiderit, aut deformauerit per se, nec dederit operam rei illicitæ aut iniustæ: ergo iuxta regulas communes non efficitur irregularis. Nec obstat inductio text. in d. cap. significasti, pro contraria parte facta à contrario sensu, is enim sic deductus est contrarius receptissimæ sententiæ, secundum Couarr. vbi supra. §. 2. numer. 6. Quare vt cum Abb. & Anania in d. capit. significasti, & Marian. Socin. in d. capit. ad audientiam. numer. 45. resoluit Couarr. d. numer. 6. text. in d. capit. significasti, intelligendus est, quoties habens voluntatem occidendi, opem, vel auxilium, aut fauorem occisoribus dedit, iuxta text. ibi: nec ipsius studio, consilio, vel mandato processerint alij contra illum, & in capit. sicut dignum. §. fin. de homicid. & colligitur hic intellectus ex Ioann. Andr. Innocent. Hostiensis, & Henric. in d. capit. significasti. colu. 3. & sic intelligenda est præfata sententia Innocent. Aut procedit eadem opinio Innocent. & sequacium; vbi quis potuit occisum à morte liberare, & noluit, neque liberauit. cap. sicut dignum. §. illi etiam. de homici. vt in specie notat Hostiensis. in d. cap. significasti. Quod verum (& rectè) intelligit Couarr. d. §. 2. nu. 7. quoties quis habet potestatem publicam, aut priuatam iure familiæ in ipsum percussorem, † secundum namque communem omnium sententiam in his casibus locus est excommunicationi contra eum, qui cum posset, noluit obuiare manifesto facinori percussoris in clericum commisso, vt in c. quantæ. de sententiâ excommunicationis, in eisdem

enim casibus, quibus constat excommunicationem canonis locum habere, in eisdem etiam pœna & vitium irregularitatis constitui potest, propter eandem rationem & auctoritatem d. c. sicut dignum. §. illi etiam, & ita meritò Nauarr. in man. Lat. d. c. 27. nu. 223. probat, † non esse irregularem, qui iustè aliquem percutit, & non occidit, licet ab alijs sine ipsius culpa occidatur, vt in d. c. significasti. el. 2. de homicidio, aut moriatur culpa medici, aut malo regimine, aut morbo superueniente, quia illa mors non est sequuta ex opere illicito.

71 Ampliat superiora Nauar. ibidem. nu. 224. in versi. nec etiam, vt procedant, etiam si qui iustè bellum gerunt, etiam ad fauendum, animo deformandi percutiatur, & ex percussione postea sequatur deformatio culpa percussis, vel medici, quia ad huc si ipsi suis manibus non deformant, nõ erunt irregulares, quia in hoc differit iusta percussio ab iniusta. Hæc tamen ampliatio vera prima facie nõ videtur, tum ex supradictis, tum etiam quia secundum opinionem Guillelmi Laudu in Clemen. 1. glo. vlt. de homici. quem sequitur Carerius in pract. crim. ti. de homici. §. 6. nu. 322. & Henric. in d. capit. significasti. 2. irregularis est is, qui alterum percussit, licet nõ mortiferè, si propter eam percussione ex imperitia medici, aut malo corporis regimine obierit: quã opinionem aduersus Caieta. 2. 2. q. 64. arti. 8. aliud volentè, veriorè esse opinatur atq; probat D. Couar. d. §. 2. nu. 9. vbi relatis hinc inde auctoribus diuersis super eò articulo, an imperitia medici, aut incuria parentum in medendo vulnere filij excuset percussione illicitè, omnes in hoc sibi cõuenire videtur, inquit; † vt vbi contigerit culpa propinqua vulneris, ex quo fuerit sequuta mors, non excusetur, quisquam ex imperitia medici, nec ex inordinato regimine ipsius vulnerati: secus verò si vulnus illatum esset ad eò leue, quòd nullo, vel modico medicamine percussus posset liber & sanus euadere, & tamen vulneri appositum est venenũ, quia ex veneno potius quã ex vulnere moritur.

Nihil-

Nihilominus tamen præd. ampliatio Nauar. vera est & tenenda ex sua ratione præd. Nec obstat opinio Guiller. & sequacium supra in cōtrarium adducta, quia ipsa loquitur & procedit (vt ex eisdem authoribus, præcipuè Couar. constat) vbi vulnus fuit illicitè illatū, & sic percutiens fuit in culpa, quia illicitè percussit, vnde meritò quòd si tunc percussus ex ea percussione ex imperitia medici, aut ex malo regimine mortè obierit, percutiēs sit irregularis, quia dedit operā rei illicitę: quia licèt percussio non esset mortifera, fuit tamen causa vt ob illā incidere in morbū, quo moritur culpa medici, vel maloregimine, quoad hoc enim paria sunt interficere, & iniustè percutere, ex quo mors sequatur, etiam sine alia culpa percutientis: vt in c. presbyterum, & in c. ad audientiā. de homici. vt in terminis ex his iuribus probat Nauarr. vbi supra, nu. 223. Culpa enim percussoris satis est ad irregularitatem ex homicidio constituendam, vt in c. de cætero. de homici. & in c. tua nos, in princip. eod. titu. nam quòd non fuerit adhibita diligentia in medendo vulnere, per accidens ad mortem pertinet: ipsum autem vulnus directè & per se mortem intulit: at verò Nauar. in sua præd. ampliatione, de qua nunc agimus, expresse loquitur in percutiente iustè animo deformandi, quando ex huiusmodi percussione postea sequitur deformatio culpa percussi, vel medici, tunc enim meritò vt huiusmodi percutiens non sit irregularis, quia rei licite operam dabat, & absq; vlla culpa, & in hoc differt iusta percussio ab iniusta, †

73 & idè in casu c. ex hibita. de homic. nullam habuit culpam is, qui ab irregularitate exculatur, aliàs irregularis foret iudicandus, vt sentiunt ibi DD. estq; communis opinio, secundū D. Couar. d. §. 2. nu. 9. in versu. at in cap. ex hibita. præmaximè quia communis est cōclusio inter discipulos D. Thomę, quòd si accidat mors, non tamen sequatur ex vulnere percutiētis, sed aliunde, vt ex culpa infirmi, vel ex ignoratā, aut ex negligētia chirurgi, nō incurritur irregularitas, vt

74 aduersus Couar. vbi supra, affirmat Salò vbi supra col. 1. 228. † Ex animo verò occidēdi, etiā deliberato, & etiā si ea ex causa cū telo armatus insidias alteri intēderit, modò ipsū nō occiderit, nec ei membrū amputauerit, nemo irregularis constituitur: vt in c. vlti. 15. q. 1. c. sicut. 32. q. 2. c. cogitationis. de pœnit. dist. 1. l. cogitationis. ff. de pœn. & in specie tenet glos. in c. si aliquis de homici. quā ibi sequuntur DD. cōmuniter, teste Alberto Trozio de vero & perfectō clerico libr. 2. c. 20. n. 5. in super & D. Couar. eum, aliosq; in idē citante in d. Clementi. si furiosus. in initio. 2. p. n. 5. vbi latissimè eā probat atq; defendit, referens eius literā in hoc expressā, quæ in aliquibus codicibus desideratur: lex enim promotionis potiùs opus considerat, quā voluntatē, vt in d. c. vlt. & c. sicut. in nostra autē specie op^o percussione licite factę nō induxit deformationē, sed culpa medici, vel percussi: ergo percutiens nullā incurrit irregularitatem: & cū his ampliatio præfata Nauar. defensata manet. † Limitanda tamē est ex supradictis, nisi percutiens alios ad occidēdū prouocauerit, vel auxiliū dederit, aut aliter in morte culpā contraxerit, tunc enim ex hoc vltimo facto irregularitatem proculdubio incurret.

76 Clericus etiam ministrans ballistā, ensē, lanceam, & generaliter arma pugnātibus, & sic in conflictu, siue bellū sit iustū, siue iniustū, aliquo in eo occiso vel mutilato ab illis, sit irregularis, quia præstat causam propinquam morti. c. si quis viduā. 30. dist. Archi. in c. si. n. 11. 36. dist. Siue est. alios referens in summa, verb. homicidiū. 3. n. 8. versu. 5. & Florent. de irregularit. c. 2. nu. 38. Nauar. distinguens in man. Lat. c. 27. n. 2 15. Quando bellum est iniustū, est expeditum apud omnes: si verò sit iustū, quanuis sint opiniones, nihilominus tenendū est quod prædiximus, † intelligēdo cū Nauar. vbi supra, vt tūc datio armorum constituat quem irregularē, quando dantur ad occidēdū, vel deformandū: secus si dentur, non quidem principaliter ad deformandū, sed generaliter ad bellandū, præliandum & vincendum,

- dum (& sic ante conflictum, secundum Archid. vbi supra) vt passim dant patres, cognati, amici & domini ecclesiastici & seculares, vt colligitur ex Panor. & communi in c. sctetiã, ne cler. vel monach. S. Antonino, & alijs ibi per Nauar. allegatis. †
- 78 Nec etiam qui dat ballistam, aut sagittas sagittarijs, alia ve arma, quibus rariusquis interficitur, vt iaciant in hostes, sine intentione tamen speciali vt deforment, sed generaliter vt vincant, iuxta Innocent. in d. c. sententiam. † Neq; qui hortatur milites, vt fortiter & animose aggrediantur prælium iustum, vt Deo, iuramento, regi, & imperatoribus suis satisfaciant: nec etiam qui in ipso prælio cohortatur dicens: Præliamini, vincite, iuxta communem in d. c. sententiam. Idem Nauar. d. c. 27. nu. 109. & 217.
- 80 Sic etiam qui detrudunt homines in carcerem ita arctum, quod incarcerati non viuunt ultra sex vel octo menses propter arctationem carceris, reputabuntur homicidæ & irregulares, quia hæc est poena magis afflictiva, quam si poneretur in patibulo: ita Cardi. Zabarel. in Clemet. vnic. de homic. quæ refert & sequitur Florët. vbi supra, n. 39. Angel. verb. irregularitas. n. 21. & Siluest. verb. homicidium. 3. nu. 10. ad fin. † dicentes hoc esse contra prælatos detrudentes clericos in gabiã, vbi verisimile est eos intra paucos dies morituros.
- 81
- 82 Quinto ex communi regula, atq; distinctione receptissima supradicta deducitur, esse irregularem huius speciei, qui domui suæ alit, aut custodit feram aliquam bestiam, vt leonem, elephãtem, aut vrsum, vel canem, si sua culpa aliquem deformet, puta soluendo, vel habendo soluta præd. animalia, quia tunc ex opere illicito sequitur deformatio: secus verò erit, si non sit in culpa, vt puta, quia cautè & bene ligata custodiuntur. l. 2. §. vltim. ff. si quadrup. pauper feciss. dicatur. l. item Mela. §. item cum eo. ff. ad l. Aquil. & in terminis ita resoluunt Hostiensis, Innocent. Abb. & communis in c. ad audientiam, de homici. vt testatur Nauar. in man. Lat. c. 27. nu. 227. Siluest. in summa verb. homicidium. 2. nu. 16. D. Couar. in d. Clemeti.
- si furiosus. de homici. in 2. p. relect. §. 4. nu. 11. vbi addit, hunc esse irregularem, si hæc animalia habeat etiã ligata in via vel in itinere, aut in alio loco publico, † quia hoc est à iure prohibitum. l. hi enim. l. & generaliter. l. quia vulgò. ff. de ædilit. edict. quorum meminit Ludouic. Roman. singul. 704. ad eò quod hic vltimus casus punitur per illas. ll. poena ducentorum solidorum. Si ergo hoc est illicitum, consequitur, homicidium ex huiusmodi opere illicito sequutum, vel deformationem esse imputandum, etiã quoad irregularitatem habenti præd. animalia, etiam ligata, in loco publico, per supradicta, cum illud illicitum opus sit periculosum ex natura sua in id ordinata, saltè frequenter, scilicet ad homicidium vel deformationem, etiam si adhibuerit omnem diligentiam, quam potuit, ne sequeretur, nepe habendo ea animalia ligata, & cum custodia in loco publico: cum enim hoc sit prohibitum à iure, vt prædiximus, non sufficit adhibitio præd. diligentie possibilis, ne homicidium casuale sequeretur, si nihilominus sequutum fuerit, iuxta superiorè comunem distinctionem: quã doctrinã Couar. eo non relato, sequitur ad literã Plaçã de delict. lib. 1. c. 26. nu. 10.
- 84 Sexto ex supradictis deducitur, quod clericus venans, aut ballista se exercens, si aliquem casu occiderit, configens eum iaculo præter intentionem, existimans esse feram, erit irregularis, etiam si omnem diligentiam adhibuerit, quia dabat operam rei illicitæ: argum. tex. in cas. qui arborem. §. si verò. 50. distin. per quæ tex. ita tenet Angel. de Clauas. in sua summa, verb. homicidium. 2. §. 13. & Siluest. eod. verb. homicidium. 2. nu. 7.
- 85 Sic etiam Caieta. dicit, quod licet clericus occidens casu venando, si tantam diligentiam quãtã laicus adhibet, ne homicidium sequatur, non magis peccet, quàm illi, incurrit tamen irregularitatem: hoc tamen intelligendum est in venatione & exercitio illis illicitis, vel quæ sua natura vel genere suo sunt periculosa, & in homicidium directa, prout contingit in venatione vrsorum, aprorum & ceruorum,

uorum, quæ armis exercetur, si mors ex illis contingeret: secus verò de licitis, vt in venatione, quæ sui natura in id non dirigitur, qualis est venatio passerum, & perdicum, ad aucupis cantum vel accipitris, sine armis, in prouincijs, in quibus non est prohibita.

- 86 Licet clericus peccaret id faciendo tempore, quo diuinis interesse tenetur: non enim omnis venatio, nec omne baliste exercitium est illicitum illi: ita
- 87 Nauarr. d. c. 27. nume. 235. & 237. † Quinimò etiã si clericis esset interdicta venatio, non quidem propter periculum homicidij, sed propter honestatem, aut propter custodiam animalium, vel ob aliam licitam causam, etiam si casu inde sequeretur homicidium præter intentionem venantis, adhibita debita diligentia ne sequeretur, clericus nec quiuis alius esset irregularis, quia culpa illa venandi contra prohibitionem, nulla ex parte ad homicidium dirigitur, sed ad transgressionem præcepti, cuius violatio iuxta Canonicas sanctiones non inducit irregularitatem: ita eleganter resoluunt Dominic. à Soto d. articul. 9. lib. 5. de iustiti & iur. quæst. 1. pagin. 398. colum. 1. & D. Couar. d. §. 4. nu. 10. versi. quartò infer-
- 88 tur, & c. † vbi quòd si venatio non esset interdicta, secundum omnes, nulla contraheretur ex hac specie irregularitas: ac proinde si hic casus contigisset ei, qui venari licite poterat, nullam ex eo contraheret irregularitatem, vt colligitur ex Socino lun. confi. 58. lib. 1. & tradit Alfonso à Castr. lib. 2. de potest. l. pen. c. 14. versi. nec refert. qui quidem existimant, aliud esse, si daretur opera venationi illicitæ, vel prohibitæ, etiam adhibita diligentia possibili ad præcauendum homicidium.
- 89 † Verùm hoc intelligi debet secundum Couar. vbi supra, quoties venatio esset prohibita ob pericula homicidij, mortis aut vulnerum, quæ solent contingere ex simili venandi modo: secus vbi venatio esset interdicta propter honestatem, aut custodiam animalium, quia tunc irregularitas non contraheretur, vt prædiximus, si nulla alia culpa in ipso actu conti-

- gerit, quæ per operam venator dabat interdicitæ venationi: hæc quoad irregularitatem.
- 90 Quoad verò damni restitutionem, an & quando teneatur quis in foro exteriori, & in conscientia, ex culpa lata, leui & leuissima, videndus est omnino Innocent. in c. sicut dignum num. 4. & 5. de homic. & Siluest. in summa, verb. culpa. nu. 5. & 6. in versi. quartò queritur, & verb. ad uocatus. n. fi. & Greg. Lop. in l. 10. glo. fit. tit. 15. p. 7. & Ioa. Oroscius in l. 3. n. 11. ff. de offic. præf. vigil. vbi loquuntur in damno per incendiũ culpa lata, leui, vel leuissima causato: nouissimè Petrus à Nauar. lib. 2. de restitut. c. 1. n. 54. cū sequentibus, vbi latè differit, aliosq; plures allegat, & loquitur generaliter in omni damno prædictis culpis causato.
- 91 Septimò infertur, quòd si clericus percussit, non lethalter, asportantem rem Ecclesiæ, ex qua percussione ille fugere non potuit, & ob id occisus fuit à parochianis, erit irregularis, quia etsi non teneatur poena homicidij, quia dabat operam rei licitæ pro defensione rerum Ecclesiæ, tenetur tamen quoad cessationem à diuinis, secundum Abb. in c. significasti. 2. de homic. vbi Hostiens. & communiter DD. tenent, hunc esse irregularem, quia præstitit causam homicidio: argum. c. de cætero. de homici. Hæc opinio nem sequitur, dicens esse communitè. Siluest. verb. homicidium. 3. n. 10. vbi quòd teneatur, si verisimilitèr debuit præuidere quòd occideretur ab alijs, si ipse illũ fugere impediret, alitèr non. † Ex quo idem videtur dicendum in eo, qui latronem res suas asportantem percussit, ex qua percussione fugere non potuit, & idem ab alijs fuit occisus. In hac tamen specie distinguit Siluest. verb. homicidium. 2. numer. 11. in hunc scilicet modum, vt si nõ percussit lethalter, nec animo occidendi, nec modum excessio debite tutelæ, nec debuit præcogitare quòd ab alijs occideretur, non est irregularis, vt videtur esse casus in d. capit. significasti. & facit capit. exhibita. eodem titul. Nec obstat. c. de cætero. de homic. quia loquitur de causa propinqua homicidij, vt quis sit

- fit irregularis: si verò percussit læthali-
ter, vel animo occidendi, vel modum ex-
cessit, vel diligentiam non adhibuit præ
94 cogitatio quòd verisimiliter poterat oc-
cidi, est irregularis. Illud verò de animo
occidendi sic simpliciter intellectum nõ
est verum, sed intelligendum est vt prædi-
ximus. num. 71. cum sequenti, & secun-
dum hæc etiam videtur intelligenda su-
pradicta principalis illatio.
- 93 Octauò ex superioribus deducitur,
quid dicendum sit in ea quæstione quado
quis misit ludendo lapidem in alium, &
is à lapide fugiens ac demum procedens in
alterum lapidem caput offendens culpa
medici vel consanguineorum eum curan-
tium mortem obierit, an ille, qui causam
dederit homicidio, fiat ex hoc irregula-
ris: casus est profectò in. cap. exhibita, de
homici. vbi in his terminis deciditur hu-
iusmodi homicidium casuale non impu-
tari ei, qui non occidit, nec fuit in culpa,
etiam si ad cautelam veniam postulaue-
rit. Nihilominus tamen tex. ille idem pro-
cedit, quia qui misit lapidem, operam da-
bat rei licitæ, nec aliquam culpam habuit,
quam ipse præuidere potuisset, idcirco
irregularis non efficitur. Quòd si cul-
pam habuisset, quia lapidem ita grauem
misisset, vt non fugienti vulnus posset
inferre periculosum, tunc irregularis es-
set, qui lapidem misit, dedit enim operam
rei illicitæ, quia ludus erat noxius, etiam
in pueris: ita tenent Innocent. Abb. A-
nan. & DD. in d. c. exhibita. Siluest. in sū-
ma, verb. homicidium. 2. nu. 13. & est cõ-
munis secundum Couar. in d. Clemen. si
furiosus. 2. par. §. 2. nu. 9. & §. 4. num. 6. &
licet DD. variant. in d. c. exhibita. an in
casu illiustex. imperitia medici, & incuria
parentum defuncti excuset, omnesta-
men conueniunt, non excusari quem-
quam ex imperitia medici, nec ex inor-
dinato regimine ipsius vulnerati, vbi cõ-
tigerit culpa propinqua vulneris, ex quo
fuerit sequuta mors, vt puta lapidem gra-
uem mittendo contra aliquem, quanuis
iocose, ita vt non fugienti vulnus posset
inferre periculosum, vt est prædictum,
quia tunc oportuit illum fugere, vt illud
periculum effugeret, atque ita fugiendo
cõsequutum fuit vulnus, & ex eo mors
94 ex culpa propinqua mittentis lapidem. †
Nondò hinc oritur, vt clericus introdu-
cens meretricem per tectum in domum suam,
si decidens moriatur, vel abortiat, fiet ir-
regularis, secus si introducit per viam pla-
nam, & idem contingat, quia licet vtrū-
que sit opus illicitum, & ex utroque sequuta
sit deformatio casualis, prius tamè est suf-
ficienter ordinatum ad eam, posterius verò
minimè: ita Navar. d. c. 27. n. 235. & ante
eum Siluest. verb. homicidium. 2. nu. 7.
- 95 Decimò ex eodem fonte emanat,
quòd presbyter, qui mittit puerum ad
equitandum equum, monens quòd caue-
ret à flumine, & tamè submersus est, cul-
pabilis iudicatur ab Hostiensi, què refert
& sequitur Florent. de irregula. c. 2. nu.
96 21. † Sic etiam erit irregularis, qui misit
puerum ad flumen, monens vt ab eo ca-
ueret, & submersus est, si poterat rationa-
biliter de periculo cogitari, vt cum sum-
ma confessorum probauit Siluest. verb.
homicidium. 2. nu. 18.
- 97 Vndecimò ex præcedentibus fit, ir-
regularem eum esse, qui ad seditionem &
arma pulsauerit campanam, si inde fue-
rit ex prælio inito aut pugna sequuta
mors, cum operam rei illicitæ hic dederit,
atque maximam morti causam proxima-
mam, vt tenet D. Couar. vbi supra d. §. 4.
98 nu. 5. vers. tertio, ad fi. † Quinimò idem
tenet DD. in c. Ioannes. de homic. in eo,
qui campanam pulsauerit in signum quòd
aliquis est furca suspendendus, aut à mi-
nistris iustitiæ iugulandus: quod & sequi-
tur Socin. in c. ad audientiam. nu. 58. de
homici. Sed hoc vltimum iure optimo
falsum esse existimat D. Couar. vbi supra,
in vers. nec tamen, cum hic nec causam
propinquam nec remotam dederit mor-
99 ti aut homicidio: † sicut nec ille erit ir-
regularis, qui ligna aut stramenta dederit
ad comburendum hæreticum iam mor-
tuum, secus si ad viuum concremadum,
si illa materia illata lignorum cooperata
est ad combustionem & mortem hæreti-
corum, quia hic dubio procul erit ir-
regularis, vt probauit Cardin. in d. Clemen.
si furio-

si furiosus. ad fi. & Soci. in d. c. ad audiētiā, nu. 62. Paludan. in 4. sentētiarū, disti. 25. q. 4. Specul. titul. de dispensatione. §. iuxta, n. 44. Siluest. verbo, homicidiū. 3. n. 10. vers. decimū. D. Couar. d. n. 5. vers. nec tñ, & Beatus Antonin. de irregul. c. 2. n. 27. vbi inquit, q̄ si illa materia non est cooperata, puta, quia iam mortui erant, quando ligna illata fuerunt, vel antequā accenderetur ignis in illa materia, non est irregularis, addens, quòd si de hoc dubitetur, melius est tenere certum, & se reputare irregularem.

100 Similiter fatentur oēs DD. in c. ex literis, n. 2. & in d. c. Ioannes, de homicid. q̄ si pulsatio campanarum esset aliqua ex causa illicita, irregularitas cōtraheatur, etiāsi absq; culpa pulsantis, vel cāpana, vel tintinnabulū ceciderit, & aliq̄ ad mortē læserit: hoc autē sic simpliciter intellectū verū nō videtur, sed tunc demū, cūm ex illa pulsatione illicita oriretur causa propinqua in homicidiū vel mutilationē ordinata atq; directa, iuxta doctrinā supra traditā, & in exēplo proximē ficto de pulsante cāpana ad seditionē & arma, sequuto inde homicidio vel deformatione, aliās fecus, per supra dicta: & idē meritō de prædicta communi sententia dubitauit D. Couar. vbi supra d. §. 4. n. 5. vers. tertio eadē, &c. † Quo fit, vt qui tempore

101 interdicti Ecclesiastici cāpanas pulsaret ad officij diuini signum, etiam si daret operam rei illicitæ, quia illo tempore cāpanæ pulsandæ non sunt, non erit irregularis, licet casu cōtingeret tintinnabulo aliquem occidi absq; culpa aliqua pulsantis cāpanas, præterquā quòd illicitē cōtra prohibitionem campanas pulsauerit ad rem diuinam, vt rectē existimat Couar. vbi supra nume. 10. vers. quinto, eadem est, &c. post Dñicum à Soto d. art. 9. pag. 398. colum. 1. loquentem † in monacho, qui in die festo aut

102 contra præceptum prælati opus seruile faciens, cūm campanam de campanili deponeret, cadens lignum puerum oppressit, vt tunc non fiat irregularis, ex dict. cap. ex literis: sequitur etiam Na-

uarr. dict. cap. 27. numer. 237. vbi loquitur in terminis Couar. nemp̄ quando tempore prohibito monachus campanam pulsauerit, & tintinnabulum eius aliquem occiderit, vt non sit irregularis, si eam diligentiam adhibuit, quæ sufficeret ad excusandum eum à culpa, si tempore debito id faceret.

103 Duodecimò ex superioribus deducitur, vt clericus dans operam rei bellicæ, licet imprudens & nesciens, alium præter suam intentionem occidat, sic irregularis, vt prædiximus: & pari iure si torneamenta atq; alia pugnæ simulacra exerceat, quæ clericis ob periculum homicidij, ex suo genere interdicta sunt, inde sequuta deformatione, vt probauit Dominicus à Soto vbi supra dict. articul. 9. versiculo hæc autem, pagin. 389.

104 Decimotertio infertur intellectus ad text. in cap. quantæ. de sententia excommunicationis, vbi probatur, quòd qui possunt manifesto facinori, manuum violentarum iniectio in clericum, & desinunt obuiare, pari pœna puniuntur, sicut ipsi principales delinquentes, & sic omnes incurrunt sententiam excommunicationis canonis Si quis tuadente diabolo. 17. questi. 4. cum simil. in his namq; casibus, in quibus constat canonis excommunicationem locum habere, in eisde etiam pœnam, & vitium irregularitatis contrahi dicamus, propter eandem rationem, & auctoritatem text. in dict. cap. quantæ. Nam si is, qui clericum potuit à percussione & iniuria defendere, id omisit, canonis excommunicatione afficitur, quia interpretatur ab illo text. eum delinquenti fauere, & sic grauiter peccat, ac est in magna culpa dando operam rei illicitæ; quæ constat in non defendendo clericum, cum possit, consequitur iuxta sæpè dictam communem resolutionem in eius priori parte, hūc omittentē obuiare præfato delicto, cūm posset, ex quo sequitur homicidiū vel deformatio, incurrere

M m necessa-

necessario irregularitatem, quasi reus 107
 sit homicidij, qui potuit occisum à
 morte liberare & non liberauit. c. sicut
 dignum. §. illi etiam, de homic. quod in
 specie notat ac probat Hostiensis in cap.
 significasti, el. 2. de homic. & aliquos re-
 fert & sequitur D. Couarr. in d. Cleme. si
 furiosus. de homicid. 2. p. relect. §. 2. n. 7.
 idque verissimum puto, ex supra dictis.

Superest nunc, ut breuiter differamus,
 qui sunt casus in quibus illius canonis
 excommunicatio locum habeat in illos,
 qui cum possent, illi manifesto delicto
 desinunt obuiare, ut per hoc ad cogni-
 tionem veniamus eorundem casuum in
 quibus irregularitas ob id incuratur,
 sequuto homicidio vel deformatione.

105 † Et quidem obseruandum erit, iure Pó-
 tificio teneri quem, si possit absq; pro-
 prio periculo, & comodè id valeat effi-
 cere, alterum ab iniuria defendere, alio-
 quin reus erit commissi criminis: text.
 in c. nō in inferēda & in c. vlt. 23. q. 3. c.
 dilecto. de sententia excōm. in 6. vers. &
 quidem, glot. & cōmunis in d. c. quantē.
 las. cōf. 86. lib. 3. nō tñ iure civili secūd.
 cōmu. sentent. n. c. 1. de officio delegat.
 & alibi sepius, quamuis secūdum ve-
 riorem opinionē, quam plurimi autho-
 res tenent, idem de iure civili, tamen si
 poena ordinaria regulariter statuta non
 sit aduersus eum, qui id agere omiserit,
 imponēda, sed poterit & debebit saltem
 poena arbitraria extra ordinem ista de-
 fidia aut negligentia etiam in foro se-
 culari puniri, ut optimè post alios plu-
 res, quos refert, resoluit D. Couarru. in
 reg. peccatum. 2. part. relect. §. 3. numer.
 4. de reg. iur. in 6. & in d. Clemen. si fu-
 riosus. 2. part. §. 2. nume. 7. & post eum
 Ignatius Salcedo in annotat. ad regu-
 lam 184. Bernard, Diaz. † Et tunc dici-
 tur posse quem comodè iniuriam à
 proximo repellere & propulsare, quādo
 secūdum bonos mores sine dedecore
 ac sine rubore hoc agere posset, secun-
 dum Felin. in dict. cap. quantæ. & sine
 scandalo, ex his quæ idem Felin. tradit
 in c. 2. de hæret. quod est arbitrio boni
 viri maturiùs iudicandum, secūdum

eund. Couarr. dict. num. 7. † Et quamuis
 quis teneatur alterum ab offensa & ini-
 uria defendere, lege quidem iustitiæ,
 vel charitatis præcepto, non tamen te-
 netur id gratis agere, sed ob id mercedem
 laboris, hoc est pretium iustè acci-
 pere poterit, ut in l. si pater. §. 1. ff. de do-
 nat. per quem text. id tenet Adrian.
 quodlib. 1. articul. 2. colum. 3. quem se-
 quitur Medin. de restitut. quæstio. 25. in
 vers. idem etiam pater, fol. 84. colum. 2.
 Quod procedit in laboris stipendium
 & mercedem, ita tamen ut ex mora nō
 dati stipendij opus hoc pium & iustum
 minimè impediatur, quia post præstitum
 auxilium iudex debet alterum cogere
 ad iustæ mercedis solutionem, secūdum
 Couarru. vbi supra in regul. peccatum,
 dict. §. 3. nume. 4. † Sed quamuis ille, qui
 108 poterat alterum à damno comodè
 illatum seruare & defendere, hoc omit-
 tat, minimè tamen ex hoc tenetur ad
 illati damni restitutionem, & grauiter
 peccauerit, maximamque damni dati
 culpam contraxerit, nisi quis ex officio
 publico teneretur criminibus & ini-
 rijs obuiare, aut testimonium dicere,
 quia in testem ad iudicium iussu iudicis
 vocatus fuerit: priori etenim casu con-
 tra legem tantum charitatis fit, quæ nō
 inducit restitutionis necessitatem; po-
 steriorem verò contra legem iustitiæ cō-
 mutatiuæ, quæ obligationem restitu-
 tionis producit, secūdum S. Thom. &
 Caieta. 2. 2. quæst. 62. art. 7. Alex. Halē.
 3. p. q. 87. Adria. quodlibeto. 11. q. 1. idem
 in 4. sententiarum in tract. de restitut.
 q. 1. Siluest. in summa, verbo restitutio. 3.
 q. 5. est communis Theologorum reso-
 lutio secūdum Ioa. à Medin. in suo cod.
 de restitut. q. 9. quos sequitur Couarr. d.
 §. 3. n. 5. & testatur etiam cōmunem eam
 sequutus Nauar. in c. inter verba. 11. q.
 3. nu. 714. pag. 208. idem Nauarr. in ma-
 nual. materna lingua composito, cap.
 24. num. 5. & in Latin. num. 7. & in apo-
 log. de reddit. Ecclesi. quæst. 2. monito
 3. sequitur Dominic. à Soto libr. 4. de
 iust. & iure, quæstion. 7. articul. 3. & te-
 statur cōmunem plures referens Ignatius

tius Salcedo vbi supra, & in terminis nostris, de quibus agimus, quod prædiximus ex d. communi Theologorum resolutione, idem probat Adrian. Nauar. Couar. Soto & Ignatius vbi supra.

109 † Vnde deducitur, quòd si fortè vicinus sciat latrones intrare in domum vicini, & cum posset eis obuiare sine suo incommodo, saltem vociferando non fecerit, licèt grauitè peccauerit per præd. iura, quibus id facere tenebatur, non tamen tenebitur ad restitutionem ablatorum, quia fecit contra legem charitatis, & non iustitiæ commutatiuæ, adèd quòd etiam si malitiosè id fecerit, quia forsan odio habeat vicinum, adhuc non tenebitur ad restitutionem ablatorum, vt cum Scoto, D. à Soto vbi supra, probauit in vers. similiter iudicandum, pagin. 365. còtra Ricard. & alios Sùmitas, vbi quoque censet, quòd si huiusmodi vicinus reciperet munus à latronibus tunc in fraganti delicto vt taceret, non teneretur in conscientia ad restitutionem, si non pecuniam vel aliam rem furto sublata, sed aliud pretium reciperet, cum de iustitia nõ teneatur clamare, tamen si in foro exteriori propter præsumptionem cõdénatur. Quinimò si postèa interrogatus sit priuatim ab eo, qui damnum accepit, an latrones vidisset, vel audisset, non teneretur de iustitia respondere, secus si interrogaretur à iudice, tunc enim si negat, ad restitutionem teneretur, secundum ipsum se alibi remittentè, nempè lib. 5. de iustitia & iure,

110 in tit. de testibus. † Superiora tamen nõ procedunt in illo, cui ex officio incumbit, vt est princeps, vel prætor, delictis obuiare, hi namque consentiètes in malum, & non obstantes, semper sunt in

111 causa, & tenètur ad restitutionem. † Similiter & famulus, qui custos est domus, vel ex qua latro exijt ad furandum, vel quam adit ad furandum, si consentiat, secundum Soto vbi supra, quod ex infra statim dicendis etiam comprobatur.

112 Sic etiam tex. in dict. cap. quantæ. intellexerunt ibi glos. Abb. & Henric. post

alios, quoties quis habet potestatem publicam, aut priuatam iure familiæ, in ipsum percussorem, tunc enim communi omnium sententia decisum extat, in his casibus locum fore excommunicationi, atque eis omnino conuenire rationem tex. in dict. cap. quantæ, secundum D. Couarr. in dict. Clemen. si furiosus. 2. p. §. 2. num. 7. & non aliàs, licèt fortè peccet, qui ipsum nõ defendit, cum possit, quamuis præd. communis intellectus non placeat Nauarr. in dict. cap. non in inferenda, num. 26. 23. quæsti. 3. propter generalitatem d. c. quætæ. nisi quibusdã concurrentibus, de quibus ibi per eum numer. 18. & 29. cum duobus seqq. sed eundem respectu irregularitatis probat idem Nauarr. in manual. Latino cap. 27. numer. 231. in vers. nec qui cum potest, & c. vbi allegat idem tenentem Florent.

113 Idem erit in eo, qui dolosè desinit obuiare percutienti clericum, nam ex eo dolo, cum posset cõmodè à clerico iniuriam auertere, excommunicatus erit, propter manifestam percussiois culpam: ita tenent Innocent. & Abb. num. 2. & Henric. post alios in dict. c. quætæ. & Aufrer. in Clement. 1. de officio ord. in reg. 3. declar. 7. & sequuntur communiter Doctores in dict. cap. quantæ. secundum Nauar. in d. c. nõ in inferenda, nu. 26. ad fin. & latè Carrerius in præct. crim. tit. de homic. §. 4. num. 19. & §. 6. num. 63. sequitur etiam Couarr. vbi supra, quamuis Nauarr. vbi supra nu. 29. teneat contrarium.

His igitur casibus modò enumeratis, quibus incurritur excommunicatio ob ommissam defensionem, cum per eam possit quis alterum à morte liberare, & nõ liberauerit, si ob id sequatur homicidium, vel deformatio, incurritur irregularitas, vt prædiximus. Sed cur, obsecro, non idem erit dicendum in eadem specie in alijs priuatis hoc omittentibus, vel etiã in casu quòd occisus nõ sit clericus, sed laicus, ac proinde quãdò non incurritur excommunicatio cum tñ amittendo præd. defensionem, qua pot

terat idem laicus à morte liberari, & liberatus non fuit ab ea, ille omittens peccet grauiter, vt supra resoluius, sic que ex sua omiffione dederit causam propinquam ac directè ordinatam ad homicidium committendum quare faltem de consilio vt priuatus non o-mittat defensionem his casibus, idem in eis tenet Siluester in summa, verbo homicidium 3. numer. 5. vers. quintum: nihilominus tamen in vtroque casu ad ad solum iudicem, prælaturum, vel eum, qui ad id ex officio tenetur ex lege iustitię, spectat præcisè hæc obligatio ob- uian- di facinori in clericum vel laicum committendo, atque eos à morte libe- randi, aliàs tanquam homicidio con- sentientes tenebuntur de eo, ac per cõ- sequens irregulares fiēt, si cùm possent;

14 non liberant eos ab iniusta morte: † alij verò priuati minimè, licèt grauiter pec- cent, & fortè mortaliter, id omittendo, vt tenet glos. in d. c. non in inferenda. Angel. de Clauas. in summa, verbo ho- micidium. 1. nume. 17. & Siluest. vbi su- pra proximè eum citauimus, & iterum verbo homicidium. 1. nume. 14. & Na- uarr. dict. cap. 27. nu. 231. addens sancti Antonin. in. 3. part. summæ. titu. 28. cap.

115 2. † & amplians in medico, qui nõ vult curare infirmum, qui ob id moritur, & in diuite non pascente, vel non vestiēte fame vel frigore morientē, vt in præd. tribus casibus non sit irregularis priua- tus, qui omittit aliquod trium prædi- ctorum facere, quia non sequitur ex opere illicito iustitię legis, & omiffio operum charitatis, etiam obligantis ad mortale, non obligat ad restitutionem damni, neque ad pœnas irregularitatis,

116 per supra dicta. † Fallit, tamè quod præ- dictum est de priuato, quòd nõ sit irre- gularis ex omiffa prædicta defensione, sequuto ob id homicidio vel deforma- tione, præterquam si priuatus dolosè omittat defensionem alterius laici (si- cut iam diximus in eadem specie in de- fensione omiffa clerici in sacris) cum desiderio mortis eius, cui subuenisse omittit, secundum Angel. vbi supra, &

Siluest. dict. numer. 14. Cui patrocina- tur quod supra tradidimus in simili spe- cie casus dict. cap. quantæ, quæ eadem est in substantia cum nostra, quod ve- rius existimamus, quamuis Nauarr. vbi supra, in d. cap. non in inferenda, & in man. Latin. cap. 27. nume. 232. cum Flo- rent. vbi supra, & in tractat. de irregu- lar. cap. 2. num. 2. teneat contrarium, eo nixus fundamento, quia dict. c. quantæ. (quod fatetur esse fortissimum funda- mētum omnium, quæ allegari possunt) non loquitur de irregularitate, sed de excommunicatione, & magis inducit præsumptionē quoad forum interius, quàm veram dispositionem: hæc nanq; responsio minimè tollit vim fundamēti nostræ & aliorum sententiæ, siquidem dolosè omittendo defensionem homi- cidij, atque ipsum non impediens scien- ter, cùm commodè posset, eidem con- sentire ac fauere videtur, ac proinde pari pœna punitur in dict. cap. quantæ. cuius dispositio, dato dolo omittentis præd. defensionem, & in foro interiori animę verè locum habet, & non præ- sumptiuè, dum constet hac in specie de veritate animi omittētis defensionem, qui fuit, vt ille occideretur, & quòd ob id scienter eam omisit, sicque est homi- cidium verè voluntarium ex mente ip- sius, cui verè cooperatur, atque auxi- lium præbet, non prohibendo, cùm cõ- modè posset, dolo autem deficiēte atq; voluntate, & desiderio mortis omitten- tis defensionem; sed quoties ex negli- gentia vel pusillanimitate, aut quia no- luit se, aut alios, quos valde amat, veluti filium, vel maritum, alios ve cõiun- ctos, aut amicos, immiscere rumori- bus, omisit defensionem, tunc licèt grauiter peccet, & præsumatur quoad forum exterius fauere delinquentibus, vt in d. c. quantæ, non tamen verè id cõ- tingit, sed ob prædicta: & hoc casu viget responsio data per Nauarr. ad dict. cap. quantæ, non verò dolo omittentis in- tercedente, quia tunc cum in rei veri- tate constet de voluntate ipsius, iuncta omiffione liberandi alium à morte, cùm

cum posset eum liberare commodè, & non liberavit, erit homicidij ob id contingenti reus, ac proinde irregularis, vt prædiximus. † Denique ille etiam erit irregularis, qui auertit aliquem à liberando alium ab iniusta deformatione: argum. cap. si quis viduam. 50. distinct. & cap. periculose, de poenitentia distinct. 1. quia ex ipsius opere illicito ad eam ordinato sequuta est: quamquam nemo sit irregularis ex sola complacètia quòd deformetur alius; id enim non sequitur ex ea, iuxta glos. verbo aut consilio. in dict. cap. si quis viduam. licèt in eo peccet, secundum Nauarr. dict. cap. 27. num. 231. † irregularitatem enim non incurrit homicida mentalis tantum, nisi actu homo interficiatur; quia lex promotionis factum requirit. Abb. in c. si aliquis, num. 3. de homicid. D. Couarr. in d. Clement. si furiosus. 1. part. in princip. num. 4. & Nauarr. in dict. man. Latin. cap. 27. num. 192. Decimoquartò ex præd. regul. communi infertur, quòd si quis mædet aut consulat amico suo, vt alium interficiat, & ab hoc ille occidatur, erit irregularis mandans, aut consulens, quia dedit operam rei illicitæ: quia cogitare debuit hoc euenire posse; ita Ioann. Andr. in cap. fin. argum. text. ibi, de homicid. lib. 6. quem sequitur Abb. n. 6. & Anan. 12. alios allegans in cap. ad audientiam. de homicid. Denique si quis ad defensionem proximi aggressorem eius occidat, efficitur irregularis. Villadieg. de de irregul. c. 6. n. 77. & ibi addit. plures citans testatur eam esse cõmun. opinio.

119 Superest modò vt descendamus ad comprobationem secundæ partis communis regulæ supra assignatæ, quæ habet, quòd dans operam rei licitæ, tunc demum ex homicidio inde consequuto fit irregularis, cum non adhibuit omnem diligentiam, quam potuit & debuit adhibere, aliàs secus; & ad nõnulla quæ ex ea etiam deducuntur. Hęc secunda pars regulæ probatur expressè in c. dilectus. & in cap. significasti, el. 1. & in c. presbyterum. & in cap. ex literis, el. 2. & in cap. Ioannes. de homicid. quorù tex-

tuum casus contingibiles sunt ac iocundi, idèò videndi: & pro intellectu d. c. dilectus. & d. c. significasti, el. 1. est obseruandum.

Primò, esse irregularem illum clericum, qui contra prohibitionem equitaret, & sic daret operam rei illicitæ, etiã si absque eius culpa puerum equi impulsu occideret, vt in priori parte nostræ regulæ: † nã idèò in casu d. c. dilectus. & c. significasti, el. 1. clericus huiusmodi non est irregularis, etiã si equi impulsu, absque eius tamè culpa, puerum occiderit, quia fessor nec voluntate, nec actu homicidij perpetraverit, nec dederit operam rei illicitæ: ergo si contra prohibitionem equitaret, & accideret, quod in præcitatæ responsis continetur, foret planè irregularis, vt deducitur ex mente omnium Doctorum in d. c. dilectus. & in d. c. significasti, el. 1. & tenet in terminis Caieta. in 2. 2. q. 64. num. 8. verbo inde si religioso.

Hęc tñ sentètia Caiet. minimè quidè vera videtur, quia etsi per prohibitionem videatur efficitur illicita, nèpè equitare, vt puta, si quis cum esset à iudice vel superiore domum exire prohibitus, vel equitare, & is spreto hoc præcepto, extra domum equitaret, atque absque alia eius culpa equus calce aliquem occideret, attamen causa hæc, siue culpa, quæ deducitur ex illa prohibitionem, cum non sit propinqua, neque directa in illud homicidium, prout aliàs requiritur ad inducendam irregularitatem ex homicidio casualis, vt prædiximus, nõ videtur sufficiens (nisi alia culpa in id propinqua siue directa intercesserit, de qua statim agemus) ad eam inducendam in proposita specie, etiamsi ab opere aliàs illicito processerit, vt pluribus huius rei exemplis supra positis cõprobari potest, atq; ex alijs infra dicendis: & ita merito hæc partè cõtra Caieta. vbi supra, probat in terminis D. Couar. in d. Cle. si furiosus. 2. p. §. 4. num. 10. vers. quartò ipse considero. † Idem erit, si equitatio illa clerico fuisset nocua, & cõtra iussum medici deliquisset, nam non erit ex hoc

- irregularis propter homicidium casuale inde sequutum, nam peccatum, quod fuit in causa, ex natura sua nihil ad homicidium referebat: ita Dominicus à Soto. vbi supra, in ver. item. in d. cap. dilectus, pag. 398. & pagina 396. colum. 2. vers. atque ex hoc, vbi quod non sit peccatum mortale, sed veniale tantum. † Similiter ex hoc non fiet irregularis monachus Minor peccans equitudo, eo quod mula mansuetissima, qua vehitur, citra aliam suam culpam, puerum occidit, quia culpa infesionis huiusmodi mulæ nullatenus dirigebatur in talem mortem: ita tenet Nauarr. d. cap. 27. nu. 238. quod verum
- 122) credo. † Alia autem culpa fessoris eum in præsentis specie irregularem efficeret, illa nempe, si frenum de facili frangi potuit: argum. d. cap. significasti, vel si propter eius imperitiã vel impotentiam equus lasciuiisset, vel si quæ debuit præuidere vel facere, & non præuidit, nec fecit: argum. tex. in §. impetu quoque, instit. ad l. Aquil. ita glo. in d. c. dilectus. verb. freno. & ibi DD. sequitur Siluest. in summa, verbo homicidium. 3. nu. 10. vers. octauum.
- 124) Secundo ex supra dicta secunda parte communis regulæ infertur ad intellectum & concordiam text. in c. continebatur, de homicid. vbi Diaconus irregularis censetur, qui ludens cum clericis & laicis ad iaciendos baculos suos in directum leuandi laboris gratia, è vineis, Ecclesiæ opere consummato, redeuntes, eo quod dum alter victor in illo ludo in eum equitaturus insiliens non cauit, ne falce, qua ipse erat accinctus, laicus ille vulneraretur, cum tamen ob id periculum non vitatum, ille laicus percussus falce mortale vulnus accepit, de quo post dies octo expirauit; debuit enim falcem amouere, & cap. lator eiusdem tituli statim sequentis, vbi cum Petrus clericus casu ludens cum altero clerico proiectus fuisset ab eo in terram, cultellus eiusdem Petri, quem ad latus suum habebat, in alterum incidit, & fortuito casu occubuit vulneratus, & tamen non condemnatur irregularitatis poena

ille Petrus: hæc namque est discriminis ratio inter illa iura: in priori etenim specie dict. c. continebatur, Diaconus ille irregularis censetur, non ob id quod operam dabat rei illicitæ, prout nonnulli interpretes voluerunt ibidem, inter quos & Nauarr. dict. cap. 27. numer. 235. nam iacere baculos leuandi laboris gratia, nec erat clericis interdictum, nec periculosum, vt notat ibi Abb. sed propterea quod cum alter in eum insiluit, debuisset cauere, ne falce, qua ipse erat præcinctus, vulneraretur, amouendo eam, sicque fuit in culpa, quia non adhibuit diligentiam quam debuit, in præcauendo homicidij causam; at verò in altera specie dict. cap. lator, diligentiam adhibuit, vel saltem non ex sua negligentia cultellus eius in alterum incidit, & idè non efficitur irregularis; non fuit enim illicitus ille ludus, sed percussus cultello alterius proiecti ab eo in terram casu absque culpa habentis cultellum vulneratus fuit, ex quo occubuit; Petrus autem prædictus nullam culpam habuit, quia patiens fuit tantum, secundum glof. ibi verb. terram. glo. etiam in cap. ad audientiam, eodem titu. de homicid. verbo ad familiam. & vtroque Abb. & communiter Docto. ac proinde minimè irregularis iudicatur, iuxta communem præcedentem resolutionem. Quinimò ille percussus, fuit quodammodo in culpa, proiciendo alterum in terram: & ita glof. fina. in dict. cap. continebatur. Abb. & communiter Docto. hæc iura concordant, atque hoc modo intelligunt, & præterea Siluest. in summa, verbo homicidium. 2. numer. 5. & Dominicus à Soto dict. libro 5. de iust. & iure, quæstion. 1. articulo 9. in vers. & per hanc decisionem, pagina mihi. 398. colum. 2. quamuis ipse aliter & non rectè intellexerit speciem casus d. cap. lator. nempe quod ibi clericus, qui alterum in terram proiecit, habebat cultellum, quo proiectus fuit vulneratus: quod opus videbatur illicitum, sed quia non ex sua negligentia cultellus eius in alterum incidit, non condemnatur irregu-

irregularitatis poena: sed hoc non ita ibi contigit, sed potius cultello clerici proiecto in terram fuit vulneratus alter clericus proiciens alterum in terram, ut prædiximus, sicuti accuratè intuenti literam tex. patebit cum glos. ibidem, & in dict. cap. ad audientiam, & alijs DD. & iuxta hanc speciem & casus figuram veriorè illius tex. in cap. lator. decisio eius iustissimè est. Eandem concordiam ad præd. iura, quãuis eorum species non fingat, sequitur & testatur esse cõmunè omnium sententiam D. Couarr. in d. Clemen. si furiosus. de homicid. 2. p. §. 4. nu. 8. nec etiam in casu d. c. lator. decidens suo se cultello deformavit, ut sentit Nauar. vbi supra, quia est contra text. in d. c. lator. ibi: Cuius cultellus, què ad latus suam habebat, in alterum incidit.

- 125 Quibus sit ludu palestræ (hoc est lucta) licitum esse etiam clericis, ut ex d. c. lator. satis probatur: ¶ ludi enim exercendi vires causa introducti, liciti sunt, ut in l. solèt. cum simil. ff. de aleæ lusu & aleat. quod enim lege permittente sit, poenam non meretur. l. Gracchus. C. ad l. lul. de adult. notat in specie Couarru. vbi supra d. nu. 8. & Jacob. Menoch. de arbit. iud. cent. 4. casu. 400. num. 3. ¶ sed tunc demum ludi causa exercendarum virium clericis saltem constitutis in sacris licent, quoties hi ludi nõ sint cõmuni hominum iudicio periculosi ad vulnè, vel mortem; quod ex multis, quæ notari solent in c. 1. & in cap. sententiam sanguinis. ne cler. vel monach. & in cap. 1. de torneament. probat atque ita opinatur, & rectè, D. Couarru. vbi supra.
- 128 Quinimò si quis in hoc ludo vsus defensione & natura ludi, ne victus euadat, alterum occiderit, non tenebitur de homicidio, ut in l. qua actione. §. si in colluctatione. ff. ad l. Aquil. vbi dicitur, Aquiliæ actionem cessare in eum, qui in publico certamine aliquem occiderit, quia gloriæ causa & virtutis id fecisse videtur, non iniuria damnatum. & in §. si quis. eiusdem. l. & in l. si ex plagij. §. vltim. ff. ad l. Aquil. idem

lege Platonis dialog. 9. de legibus sancitū extat. Si quis (inquit) in certamine, publicisque gymnasijs non sponte, siue confestim, siue postea ex vulneribus sequuta mors sit, amicum hominem interfecerit, vel in bello similiter, vel in exercitatione bellica magistratibus instituta, seu nudis corporib⁹, seu ad imitationem veri belli armatis, secundum legem à Delphico Apolline latam mundus sit: & in terminis hanc sententiam probarunt glo. Alberi. & Ias. in l. in executione. §. vltim. ff. de verb. obligat. Ancharra. consilio 183. incip. iure stricto. Socin. Senior consil. 16. libr. 1. colu. vltim. Decius consil. 9. numer. 4. D. Couarru. & Menoch. vbi supra, alios citantes. Auenda. 2. part. capit. 16. præ. numer. 13. ¶ vbi hoc limitat, nisi ludus esset impellendo alium, ut solet contingere *en los que burlan con armas, o luchan*, quia qui alium occidit in tali ludo, punitur arbitrariè, ut in l. 6. in princip. tit. 15. p. 7. & ad satisfactionem damni parti lætæ dati, ut ibidem probat si verò nulla esset culpa non teneretur etiam ciuilitè actione. l. Aquiliæ, ex quo dabat operam rei licitæ, secundum Greg. Lopez ibidem in glos. *Por su culpa*: inferens ex hoc, quòd si in calu. l. scientiam, §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. iactus lapidis fuit necessarius ad defensionem, & prætereuntem alium non vidit, vel aliàs excusabilis esset à culpa, non teneretur. ¶ Quinimò generaliter quando omnino cessat culpa in occidente, quia cum esset amicus occisi, gessit actum (intellige licitū) in loco solito & in forma solita, & hoc non obstante, sequuta est mors & damnum tertio, in hac specie ad nihilum tenebitur, qui fecit actum, ex quo hoc fuit sequutum: ut in l. 4. titulo 8. part. 5. & in l. 4. titulo 8. & in l. 6. titulo 15. part. 7. & in l. 12. & 13. tit. lib. 23. 8. nouæ collectionis reg. vbi pro homicidio casuali absq; culpa aliqua exercentis actum licitum acconsuetū tẽpore debito, & monèdo trãseũtes, ut se præcaueãt, ceterisq; necessarijs obseruatis, nõ teneretur quis poena aliqua;

- nec ad satisfactionem damni soluendam, ut puta incurrente equum loco consueto occidente ibi hominē fortē trāseuntem, & inputatore arborum, aut in tecta domus reficiēte admonendo transeuntes, ita quod exaudiri, possent, si casu præter intentionem aliquis occidatur ex iactione arboris, lapidis, tegulæ, alteriusve ligni vel rei iuramento proprio purgante innocentiam suam, & testibus, quod non erat inimicus occisi, nam tunc temporis & in similibus casibus ad nihilum tenebitur, secus aliās ut in casibus dictarum. ll. 12. & 13. nouæ
- ¹³¹ coll. reg. & l. 6. titul. 15. part. 6. † In illo verò genere ludi, in quo quis est liber in totum à pœna criminali, quia nihil culpæ est admixtum, etiam est liber à damno pecuniario, & ideò vxor aut filij hominis occisi non possunt petere dāna hominis sic occisi, quæ sibi sequuta sunt atque sequentur, eo quod carent ipsius operibus, ut in l. fina. ff. de his qui deiecer. vel effud. ut tenet Auēd. vbi supra, & probatur argum. præd. ll. Partitarum secus verò erit si aliquid esset culpæ admixtum, licet parum & leue, quia tunc veniret ob id extraordinariè puniendus, & in damnis condemnandus, secundum eund. Auēd. & Plaçam in epith. de delict. lib. 1. cap. 26.
- ¹³² num. 1. vbi allegat alios. † Verbi gratia, in eo, qui tempore carnis priuij cum spingarda percussit aliū papiro eiecta, nam licet id soleat fieri illo tempore, non tamen immittendo contra personas, secundum Parid. de Puteo in tract. syndicat. in parte pœna. cap. quia vadis. in fi. vbi, & in cap. præcedenti notabiliter loquitur in ista materia. † Vnde infertur, quod si duo se diffidassent ad dādum vnum ictum, vel se occidendum, tales debent condemnari ad emendam erga Regem aut aliud damnum, sed non vnus erga alium, quia scienti & volenti non fit iniuria, ut in reg. iuris vulgari: ita Boer. decis. 237. nume. 4. † Hodie de pœnis pugnantium per duellum, de quæcorum patris, & dominis temporalibus duellum permittentibus, videndum
- est cap. 19. in decret. de reformat. incip. detestabilis duellorum vsus, sessio. 25. sacri Concil. Trident. & in proposito Nauarr. in man. Latin. cap. 11. nume. 39. & frater Anto. à Cordub. in sua summa de casis de consciencia quæstio. 59. pagina final.
- ¹³⁵ Sed quod ad pœnam irregularitas spectat, cum ludus palestræ sit licitus etiam clericis in sacris constitutis, similiter & alij ludi exercēdi vires causa, quoties non sunt cōmuni hominum iudicio periculosi ad vulnera, vel mortem, ut prædiximus, si inde homicidium casuale, vel deformatio præter intentionem, & absque aliqua culpa succedat, non erit imputandum ludentibus, ac proinde non efficientur irregulares, ut probauimus, sicut illis quo ad culpā non imputatur: secus verò erit si præd. ludi communi hominum iudicio sint periculosi ad vulnera vel ad mortem, tunc enim tanquam causa propinqua, & in idē directā, sunt vitandi, & aliter facientes erūt irregulares, si inde homicidium vel mutilatio membri accidat, etiam casu, iuxta doctrinam superius traditam.
- Item etiam si ludus licitus sit, si tamē occidens vel mutilans non adhibuit debitam diligentiam, quam potuit, præcauendo ut id eueniret, irregularis erit, ut in calu dict. cap. continebatur, & simil.
- ¹³⁶ Hinc est, ut reficiens tecta, aut lapidē in aliquē locū iaciēs, si aliquē occidat, aut deformat præter intentionē, erit irregularis, si dicto aut signo debitè non præmonuit illac transituros, alioqui secus: argum. l. si putator. ff. ad l. Aquil. & cap. si duo, & cap. clerico. 50. distinct. & præd. ll. Regiarum: ita in terminis tenet Nauarr. in d. cap. 27. nume. 235. addens idem esse in iaciēte lapides in sues, aut alia animalia, aliquem deformante, quia erit irregularis, si admisit culpam, non satis circumspēctè id faciēdo: aliās non, iuxta glos. in d. c. clerico.
- ¹³⁷ Idem ead. ratione erit dicendum in currente equū in loco solito, & ad id consueto, & in putatore arborum, & in similibus

similibus casibus, de quibus in d. legibus Regijs, quia si debite & iuxta formam earum nihil de contingentibus præmittendo id fecerint, sicut nulla poena exteriori tenentur, ita nec erunt irregulares ex homicidio, vel deformatione inde casu subsequitis, præter eorum intentionem, ac sine aliqua eorū culpa, aliās secus, vt in cædente arborem suam rectè probauit Siluest. in summa, verbo homicidium. 2. nu. 12. & Sot. vbi supra, pagina 398. colum. 1. & Nauarr. d. cap. 27. num. 237. & in cæteris similibus eadem ratio militat, ac proinde idem est dicendum, vt prædiximus. Nō tamē in hac eadem specie benè distinxit Siluest. vbi supra, dict. num. 12. inter cædentem arborem propriam, nihil de contingentibus omittendo, circumspiciendo, & clamando fortiter & tempestiuè, vt is ex homicidio inde sequuto irregularis nō sit, vt prædiximus, & inter cædentē arborem alienam, etiam si præd. exactā diligentiam obseruauerit, vt is sit irregularis, quia dabat operam rei illicitæ, hoc est furto: vtroque enim casu irregularis minimè erit, seruatis seruandis: quia licet hoc posteriori dederit operā rei illicitæ, opus tamen illud ex genere suo non est periculosum, prout aliās requiritur ad hoc vt ex homicidio casuali inde sequuto cōtrahatur irregularitas: ita melius aduersus Siluest. docuit Soto vbi supra, quem sequutus est Nauarr. 138 etiam vbi supra, d. num. 237. † Idem erit dicendum indistinctè in nobili seculari in proprio nemore, vel alieno venante, si merè casualiter hominem occiderit præter intentionem, non enim ex hoc fiet irregularis ad suscipiendum ordines, etiam si contra domini nemoris voluntatem illic deprædetur feras, secundum Dominic. à Soto vbi supra, quod ex eadem radice procedit.

139 In summa, quoties in præd. ludis quis culpam cōmiserit propinquam homicidio, vel de formationi, ob non adhibitam diligentiam debitam, vel omit-tendo præcauere quod debuit, existimo, 141 hunc præter poenam exteriorem, quæ

sibi iuxta qualitatem delicti infligenda est, effici irregularem, per omnia supra dicta, non semel repetita.

140 Culpa autem leuissima non sufficeret hoc casu ad irregularitatem incurrendā, sed tantum grauis vel leuis, vt in cap. quæsitum, de poenit. & remiss. vbi probatur quod homicidium filiorum à parētibus perpetratum, illis imputatur, si fiat ex procuracione, vel negligētia, non autem imputatur eis, si veniat ex eorum incuria, & ibi Abb. hoc notat, Angel. verbo irregularitas. §. 3. Siluest. verbo homicidium. 2. numer. 2. & in. §. 23. nume. 15. quos sequitur D. Couarru. vbi supra, dict. §. 4. num. 9. aduersus glo. in cap. significasti, el. 1. de homicid. tenentem, culpam leuissimam eius, qui rei licite operam dabat, imputari ad irregularitatem: exempla tamen, quæ illi opinioni assignarunt Hostiens. & Ioan. Andr. potius pertinent ad culpam leuē, quàm ad leuissimam, ac proinde verior est opinio contraria negatiua contra glo. illam: intelligit tamen eam Abb. & rectè, in culpa commissa in omittendo, inferens, quod leuissima culpa in homicidio non inducit irregularitatē, quādo sine actu & alia procuracione homicidium sequutum est: secus si homicidiū sit voluntarium, quia in eo etiā nullam inducit irregularitatē, vt in iudice suspendente latronē, nā si in faciendo consisteret, profectò sufficeret ad irregularitatem, per text. optimum, in cap. consultoisti. 2. quæstio. 5. & ibi glo. sequitur Siluest. post summam Rosel. & Couarru. vbi supra, quāuis Angel. vbi supra aliud velit, & contrarium probet Petrus à Nauarra nouissimè libr. 2. de restit. c. 1. nu. 45. cum seq. Sed quam prædiximus sentēciam sublimitat Siluest. vbi supra, si præcessit culpa leuissima aliquid licite agendo, quia ex ea non esset quis irregularis: quod verum esse dicit indubitanter, quando agitur aliquid licitum ad commodum occisorū, vel proprium, vt in exēplis de quibus ibi per cum, vbi se ad alium remittit locū. † Quinimò Couarr. vbi supr. probat, irregularitatē

in proposito contrahi ex culpa consistente etiam in omittendo, vbi quis mercede conductus teneretur ad diligentiam exhibendam, vt ibi per eum.

142 Hinc probanda venit, aut saltem intelligenda & declaranda per supra dicta sententia Dominici à Soto dict. articul. 9. lib. 5. de iustitia & iure, quæst. 1. ad fin. arc. existimantis contra Caieta. in sùma verbo irregularitas, non sufficere culpam venialem, vel leuissimam in homicidio casuali admissam ad irregularitatem incurrendam, vt si in casu dict. Clemètiæ si furiosus, alterum occidens ad suam defensionem cum moderamine inculpate tutelæ, non vsque adeò prospexerit per leuissimam culpam venialem, an citra illud poterat se defendere; hic namque secundum Sot. non erit irregularis ex sola illa leuissima culpa veniali, si aliud non obstat: cuius opinionem contra Caieta. vbi supra, latè & benè probat Nauarr. d. c. 7. nu. 249. in vers. septimo, sed cum distinctione præd. res hæc apertior & securior fiet.

Superiora dicta de homicidio casuali ex ludo licito sublequuto, procedunt, vbi ludus publicè concessus est, & casus culpa caret omnino, vel saltem aliqua intercessit, secundum quæ in vnoquoque

143 casu respectiuè diximus. † Si verò, & secundò in eo ludo permissio ludens data opera socium interficeret, vel vulneraret, tunc lege Aquilia tenebitur, & poena l. Cornel. vt probat Menoch. vbi sup. num. 4. Et sanè in hac specie apertè contrahitur irregularitas, cum homicidium sit omnino voluntarium, per supra dicta in princip. huius. c.

144 Si verò, & tertio, quis in ludo publicè concessio alterum ex astantibus occiderit, hoc casu non punitur, si omni culpa careat: ita sensit, & rectè, Paris de Puteo de ludo num. 4. vers. quid si percutiat, & per consequens irregularitatem non incurret, per supra dicta in proposito: quòd si in aliqua culpa fuerit deprehensus, punietur poena arbitraria, & ad refarciendum damnum, vt prædiximus, & præterea probat Menoch. dict.

casu 400. nume. 5. centuria 4. tunc quæ etiam erit irregularis, si non adhibuerit diligentiam debitam in præcauendo homicidium illud, vt etiam supra resoluius: † quòd si data opera alterum ex circumstantibus occidit ludens ludo permissio, tunc absq; dubio tenebitur poena ordinaria, secundum eundem Menoch. vbi supra nu. 6. & irregularitatem contrahet per supra dicta.

145 Denique, & quartò si ludus non sit licitus, & lege permissus, sed malo vsu & corruptela tolerat⁹ proijciendi lapides in offensionè, vt Bononiæ & Parisijs extat, qua pueri vltro solent lapidibus ludere, & se vulneribus afficere, vt refert Cremenf. singul. 149. & Senis secundum Alciat. de singul. certam. cap. 3. sed & inquam pluribus partibus Hispaniæ idè mos peruersus inoleuit, qui vt inam lege Regia, aut statutis ciuitatum vel oppidorum tolleretur, tam inter pueros, quam inter maiores, cum sit noxius, graui poena adhibita aduersus contrarium facientes: quamuis Abb. & Anan. in cap. exhibita. de homic. minus rectè existimauerit, ludum illum proijciendi lapides esse licitum inter pueros, licet inter maiores esset reprobus, quia noxius. l. nam ludus. ff. ad leg. Aquil.

147 Nihilominus tñ propter tolerantiã ac malum vsu, puer vulnerans, aut occidens alterum in præd. ludo excusatur à poena ordinaria homicidij, secundum Cremenf. vbi supra, & Petrum Anchar. conf. 283. incip. iure stricto, & in c. cum venerabilis. de consuetud. Cæpol. consil. 30. & 31. vbi latè differit, Barbat. consilio 29. colum. pen. lib. 2. Socin. in. l. 1. §. vlti. nu. 19. ff. si quis ius dicent. non obtemper. l. af. in. l. ait prætor. §. iurari. num. 16. ff. de iur. iur. Hippolyt. de Marsil. in. l. 1. in princip. numer. 86. ff. ad. l. Cornel. de sicar. Ruin. conf. 143. num. 27. lib. 5. Dec. conf. 9. num. 4. vers. quintò ad propositum. & conf. 175. col. ante pen. versic. tertio, & c. & conf. 197. colum. 2. sequitur plures referens D. Couarr. in d. §. 4. num. 6. & Menoch. vbi supra, numer. 7. cum seqq. & nouissimè Franciscus Be-

cus

cius conf. 4. nūm. 17. lib. 1. vbi allegat Alex. in quibusdam consilijs.

- 148 Quod omnes iuris interpret es procedere intelligunt quoad pœnam temporalem, secus quoad æternam; nemo enim huius corruptelæ prætextu eam effugiet, vt asserit Menoch. vbi supra nu. 11. Irregularitatem bene incurrēt, sic lapiditātes alios, si ex prædicta lapidatione culpa proxima, & in id directā sequatur homicidiū: tūm quia quodammodo est voluntarium, licet id non intendant, sed tantūm vulnerare: argum. cap. fin. de homic. lib. 6. tum etiam quia prædicti sic lapidantes dant operam rei illicitæ, ex qua periculum verisimile offertur, cūm sæpè homicidia ea ex culpa subsequantur, iuxta superiorem communem resolutionem primæ partis regulæ. † Ex quo facilè & quintò obseruandum erit, idē esse à fortiori, quando ludus non esset auctoritate publica, vel tolerantia permissus, sed potius prohibitus, & tamen sæpe eo vtuntur priuati, quia tūc & arbitrio iudicis punitur, qui immediatè in ipso ludo sine culpa alterum occidit, vel vulnerauit, vt cum Costa in tract. de ludo, artic. 1. §. 2. n. 14. probat Menoch. vbi supra num. 12. & 13. & irregularitatem incurret, si homicidium etiā absq; culpa sequatur, quia dabat operam rei illicitæ, per prædicta.
- 149 Sextò, si ludus non esset prohibitus publica auctoritate, sed imò permissus & licitus, & priuati sæpè eo vtantur, vt ludus pilæ, vel barræ, si sine culpa & dolo alterius ex socijs alterū in terram deiciat, & is crus, vel brachium, vel caput frangat, ille, qui eum impulit, nulla pœna tenetur, secundūm Puteū in tract. de ludo, nume. 54. & Menoch. vbi supra num. 14. per. l. si ex plagij. §. vltimo. ff. ad l. Aquil. quia dabat operā rei licitæ: ego quoad irregularitatem idem probo, si adhibita sit omnis diligentia debita, ne id succederet, & nulla culpa secundūm leges ludi ei imputari posset: secundūm quod etiam dictum Putei & Menoch. præcedens intelligendum fore videtur: si enim aliqua culpa, etiam leuissima, im-

pellenti imputari posset, cūm sit commissa in faciendo, eum irregularem efficeret, iuxta supraproximè dicta.

- 151 Septimò poterit sanè ludus proijcēdi lapides vno casu licere, si is cōtigerit ad vires corporis, & industriam experiendas, non verò ad nocendum, de quo apud veteres fit mentio, vt curiosè ex bonis authoribus, Græcis atq; Latinis, probat Couarr. vbi supra d. §. 4. num. 6. vbi nume. 7. etiam agit de disco ferreo; quo veteres vtebātur ad hoc exercitiū, (quod apud Hispanos appellatur *jugar al erron*) si ex hoc ludo licito homicidiū casuale cōtingat omnino inculpatum, liber erit iaciens à pœna exteriori, atq; irregularitatis: si verò culpa aliqua eidē imputari possit, quia nō obseruauit debitā ac possibilē sibi diligentia, ne id contingeret, vt pote quia non præcauit, nec admonuit circumstantes, vel transeuntes, vt debebat, vel aliàs culpabilis existat, & in iudicio exteriori punietur pro modo culpæ, & irregularitatem incurret, per superiora.
- 152 Octauò, si duo alea vel chartis ludites, contendentes atque iurgantes inter se super ludo (vt sæpè cōtingit) ad arma perueniant, & vnus alterum vulneret vel occidat, puniri debet, secundūm Puteum vbi supra num. 48. l. 1. §. in eum. & in. §. si rapinā. iuncta. l. 2. ff. de aleæ lus. & aleat. vbi Bart. & Cacialup. in tract. de ludo. nu. 7. quos sequitur Menoch. vbi supra num. 15. † & præter hoc absq; dubio in præmissa specie occidens alterum, vel eum deformans, erit irregularis; tūm quia dabat operam rei illicitæ; tūm etiam quia huiusmodi homicidiū, non tam casu, quàm voluntate commissum dici potest; † nec hoc casu ille, qui confecit illicitè chartas ad ludendum, aduersus prohibitionem, irregularis erit, secundūm Socin. in cap. ad audientiam, nume. 49. de homic. quem sequitur D. Couarr. d. §. 4. num. 10. versic. primus. vbi in vers. secundò, † idē cum Alfons. a Castro censet in eo, qui cūm esset artifex, ex ferro furto sublato ensē fecerit, & qui ab eo illum emerit, homi-

hominem occiderit, hic siquidem artifex non erit irregularis.

156 Nonò, si vnus ludentium ludo alearum prohibito, verberaret eum, qui domum & aleas ad ludendum paratas habet, & sic susceptorem lusorum, qui apud nos *tablagero* appellatur, non punitur. l. 1. §. item notandum. ff. de alea, lus. & aleat. ita Puteus vbi supra num. 46. dicens absoluisse iam in praxi similem percussorem, sequitur Cacialup. de ludo. num. 65. & Amedeus de Castell. in tract. de syndic. num. 95. quòd si præd. susceptore vulneribus afficeret vel occideret, teneretur quidem pœna arbitraria, non autem ordinaria: quod tenet Cacialip. vbi supra num. 70. quem sequitur Menoch. vbi supra nu. 17. Hodie in his regnis habemus in hoc. l. 6. tit. 14. part. 7. ad quam est recurrendum in proposito, ac proinde absque dubio hoc in casu irregularitatem incurreret occidens, vel mutilans, cum voluntariè id admitterit.

157 Tertio principaliter (vt redeamus ad præd. secundam partem regulæ communis, à qua aliquantulum digressi sumus) ex ea deducitur, merito in casu c. presbyterum, de homic. clericum illum magistrum, vel etiam si esset laicus, irregularem iudicari ex homicidio sequuto ex sua nimia castigatione & correctione in discipulum facta, quia eum in capite percussit, & sic in loco periculoso, vnde non adhibuit magister ille diligentiam, licet daret operam rei licitæ, & idèd imputatur ei homicidium casuale discipuli, quia habuit culpam in excessu correctionis: † quamuis enim magistris leuis castigatio iure permissa sit, non tamen excessiua, vt in. l. præceptoris. ff. ad. l. Aquil. l. sed & si. §. vltim. ff. eodem tit. l. item quaeritur. §. idem Iulianus. ff. locat. l. 9. tit. 8. part. 7. vbi quòd tenebitur pro modo culpæ: atque quoad irregularitatem, de qua agimus, est text. in. d. c. presbyterum, quem sic interpretantur gloss. ibi verbo expirasset. & cõmuniter DD. nempe magistrum, qui excessit modum licitum correctionis, si ob id homicidium

discipuli casuale sequutum sit, esse irregularem. Quòd si magister modum correctionis sibi permissæ non excesserit, & diligentiam adhibuerit, ne periculose percuteretur discipulus, sicque nullam habuerit in excessu culpam, nequaquam tenebitur ex homicidio casuali inde sequuto, nec quo ad aliam pœnam, nec quoad irregularitatem, vt videtur DD. omnes adnotare in d. c. presbyterum, & expressè id probauit Siluest. verbo homicidium. 2. num. 4. Dominic. à Sot. d. artic. 9. pagin. 396. colum. 2. vers. vel si quem imprudenter. Nauarr. dict. cap. 27. numer. 235. & D. Couarr. d. §. 4. numer. 5. vers. ad eandem partem, vbi innuit esse communem.

159 Quarto ex eadem cõmuni reg. probari potest esse irregularem illum, qui dormiendo suffocat infantem in eodem lecto illicitè à se positum, & sic cum habuit culpam, aliàs secus, si nulla subsit culpa, vt latè probat Siluest. verb. homicidium. 2. nu. 15. vbi quid si sit in leuissima culpa: de quo etiam supra egimus, sequitur Nauarr. d. cap. 27. numer. 236. † vbi idem tenet in mittente puerum ad puteum, aut ad flumen, vbi suffocatur, & in eo, qui fugiens ictum vnus, propellit alterum, qui deformatur, & alia similia, quæ illicitè facta inducunt irregularitatem, aliàs secus. Pro cuius rei intelligentia Siluest. ibi hanc doctrinam constituit, † quòd parètes filios suos tenellos apud se collocare non debent, aliter sunt in culpa, vt in cap. consuluisti. 2. quaest. 5. quando scilicet id agunt gratia sui cõmodi, ne plorent ad aures, aut ipsi frigeant assurgentes ad cunas, vel huiusmodi, quia tunc eis imputatur homicidium, etiam pro culpa leuissima: secus vbi hoc agerent ad commodum filiorum, puta quia sunt pauperes, & non habent pannos ad fouendum eos in cunis cõtra frigora. sed si alia culpa interueniat, non tenentur, nisi sit grauis, aut saltem leuis, non autem si sit leuissima solum. Sed & Nauarr. in man. Latin. cap. 15. numer. 13. rectè hanc rem conclusit, dicens, quòd mater vel nutrix, quæ tenellum infantem,

ne

ne eiulet, aut ne ipsa surgens è lectò frigoris incèperiem patiatur, in suo lecto noctu ita collocat, vt periculum imminet inter dormiendum puerum suffocandi, peccat mortaliter, siue eum suffocet, siue non: argum. d. cap. consului. & cap. fina. de his, qui filios occid. secus verò si non est tale periculù verisimile, etiam si casu eum suffocet, puta quia cubile est amplum, & puerum à se longe posuit, nec dormiès subinde locum solet mutare, imò vbi semel se collocat, ibidem solet persistere, iuxta mentem Panor. in d. c. fi. & Caieta. 2. 2. q. 64. art. 8. & iuxta præmissa in hac specie iudicandum erit de irregularitate respectiuè.

162 Quintò ex superioribus inferitur, q̄ qui sciens mulierem esse grauidam, eam ita grauitè afficit, siue sit maritus siue alius, vt in probabile periculum abortus illam conijciat, qui inde sequatur, licèt præter intentionem afficientis, si foetus erat animatus, erit irregularis, propter culpam in eo admissam: secus si nulla culpa intercesserit, vt puta si opera daretur rei licitæ, & adhibita fuerit debita diligentia, ita vt tale periculum probabile eam nõ impulsit: aliàs enim si opera daretur rei illicitæ, etiam si eam diligentiam adhibuerit, erit irregularis, si abortus foetus animati sequatur; secus si non erat animatus, per supra dicta. Et comprobari hæc etiam possunt ex his quæ in proposito tradit Nauar. in man. Latin. cap. 15. num. 14. & cap. 27. nu. 222. vbi quòd in dubio, quando nescitur an foetus abortiuus post diem 40. sit mas, an foemina, debet se censere irregularè, qui eius causa fuit: argum. c. ad audientia, de homic. Hodie vt prædiximus. n. 47. etiam si foetus esset inanimatus, & non formatus, scienter faciens prædicta, homicida voluntarius erit, ac proinde irregularis.

163 Sextò deducitur, quòd clericus, licèt nõ debeat interesse vindictæ sanguinis, vt deduximus supra libr. 1. Canonic. q. cap. 7. nu. 7. si tamen ex sola curiositate vel leuitatè interfuerit, vbi latro suspè-

ditur, vel vbi quis in duello occiditur, non fit irregularis, si nec auxilium, consilium vel authoritatè præstiterit, quãuis grauitè peccet, secundum Specul. in tit. de dispensat. in. §. iuxta propositiones, quem refert & sequitur Nicola. Plouij in tract. de irregul. nume. 4. volu. 16. tract. fol. 74. in antiquis, & S. Antonin. in cod. tract. cap. 2. numer. 2. fol. 77. eod. volum. vbi ampliat, etiam si appeteret illius mortem. Cuius rei ratio est, quia ex illa interessentia, quæ est causa remota, non sequitur homicidium, cum illa mortis pœna necessariò erat infligenda damnatò, siue clericus ille interesset, vel non, executioni iustitiæ.

164 Septimò inferitur, non esse irregularem eum, qui scit tractari de alicuius deformatione illicita; & non significat illud ei, quamuis peccet mortaliter, si nec dicto, nec facto ad id iuuet, secundum Nauarr. d. cap. 27. nu. 234. & quòd peccet mortaliter, quories sine periculo sui & suorù poterat obuiare, & nõ obuiavit, siue ex mala, siue ex bona voluntate, tenet Siluest. verbo homicidium. 1. num. 14. secundum Abb. in cap. Petrus, nume. 7. de homic. quia in hoc sunt opinionones; consilium erit, vt reuelet; nam propter illas opinionones, saltem in foro animæ, reputaretur culpabilis.

165 Octauò ex supra dictis conijcitur, nõ rectè loquutum fuisse eund. Siluest. in summa, verbo homicidium. 3. num. 2. ad fin. existimantem irregularem fieri clericum, qui mercans illicitè, casu occidit aliquem absque alia culpa: & idem in ludo clericis interdicto, nõ sic in laico, cui mercari non est prohibitum; hoc namque verum minimè videtur, quãdo culpa illa nõ est proxima & in id ordinata, quia non sufficit quòd opus sit illicitum, si culpà nullatenus in mortem dirigitur, vt supra est dictum, & in terminis à Siluest. in. 1. dicto de clerico mercante illicitè, recedit Nauarr. d. cap. 27. n. 237. & eadè ratione à secundo etiã recedere deberet, quãdo ex ludo clericis interdicto absq; vlla culpa propinqua & in id directa, subsequitur homicidiũ: secus

secus si ex culpa in id ordinata, quo casu est intelligendus & saluandus Siluester vbi supra, & verbo homicidium. 2. numer. 13.

166 Nonò ex supra dictis apparet, quid dicendum sit de clerico vel alio, qui porcos vel aliud pecus de agro pullurus, lapidem iecit, & puerum interfecit, an sit irregularis censendus, necne? nam si dabit operam rei licite, & diligentiam adhibuit debite circumspectando, non erit irregularis, aliàs secus: & ita est intelligendus tex. in cap. clerico. 50. distinct. vbi dicitur: Clerico iaciete lapidè puer dicitur intereptus: vos pro amore Dei & tuo, in suo ordine permanere permittimus: vt tamen semper in poenitentia & timore permaneat: vbi glos. rectè aduertit, quod si iste dedit operam rei licite, expellendo porcos de agro suo, tunc intellige quod minus diligenter fecerit, aliàs in nullo punietur: ita rem hanc intellexit Siluest. verbo, homicidium. 2. n. 7. in princip.

167 Decimò infertur, Sacerdotè, qui pro ædificatione Ecclesiæ vel domus vocauit aliquem in adiutorium, qui casu interijt ruens cum aliquo ligno, non esse irregularem, si nihil de contingentibus omisit, nempe studendo quam debuit diligentiam adhibere, circumstantibus (quibus periculum iminebat) ita tempestiuè vel alta voce præmonitis, quòd & intelligere & fugere potuerunt, quia 170 dabit operam rei licite, & fecit quicquid in se fuit, vt in cap. fina. de homic. vbi Abb. notat, non excusari clamantes submissa voce, vel post casum contingentem, quem in hoc sequitur Siluest. verb. homicidium. 2. n. 7.

168 Vndecimò ex supr. dictis patet, phlebotomantem ex causa medicinæ, non teneri in aliquo, nec esse irregularem, si infirmus decessit, si erat peritus in arte, & adhibuit diligentiam debitam; & similiter si incidendus non habuit consuetam dispositionem mèbrorum, aut venarum, siue neruorum, vt cum Innocent. 171 probauit Siluest. vbi supra num. 9.

169 Duodecimò hinc reiicienda venit

glos. in d. cap. dilectus, verbo nec actum, de homic. dicens, homicidium actu commissum, sed absque voluntate & culpa, imputari committenti quoad ordines suscipiendos, non tamen quoad susceptos, cuius rei species in iudice proponitur, iuste condemnante delinquentem ad mortem: quam glos. sequitur Feli. in cap. presbyterum, nu. 3. de homic. nam cum ex homicidio contingenti absque voluntate & culpa nulla oriatur irregularitas, vt in cap. si duo. & in cap. hi qui arborem. 50. dist. & c. significasti, el. 1. & c. dilectus. de homic. & homicidium à iudice commissum voluntarium sit, tametsi culpa careat, indistinctè est tenendum in hoc casu contrarium, nempe homicidium absque voluntate & culpa commissum non imputari committenti, nulla constituta differentia inter promotum & promouendum, secundum Abb. & Anan. in d. c. dilectus. & in d. c. significasti, per tex. illum, vbi reprobant glos. præd. contrariam, quorum opinio est magis communis, secundum Couar. §. 4. num. 11. colum. fina. vbi ex hoc deducit, quòd quado irregularitas ex homicidio oritur, ea impedit promotum in susceptis ministrare, & ad maiores ordines ascendere: si verò nulla irregularitas ex homicidio oriatur. nec impeditur ad maiores ascendere, nec in susceptis ministrare.

170 Irregularitas autem per homicidium, quod per iudicem aut iustitiæ ministros fuerit commissum, contracta, dispensari potest ab eo, qui potestatem habuerit dispensandi super irregularitate contracta ex homicidio casuali, quoad hoc enim homicidium istud casuale censetur, quippe quia nullam culpam, imò meritum habeat, quamuis aliàs voluntarium verè sit, vt adnotauit Caieta. in summa, verbo, irregularitas. in si. quem probauit D. Couar. in d. Clem. si furiosus. 2. p. §. 3. in fin. & Petrus Plaça in epithom. de delict. lib. 1. c. 11. n. 11.

171 Postremò in hac materia explicanda venit illa quæstio satis necessaria in facti contingentia, & quam passim DD. præ

præ manibus habent, an in dubio quis irregularis censendus sit, & sic abstinere à suorum ordinum exequutione, necne.

172 **Qua** in re tex. celebris in. c. is qui, de sententia excom. in. 6. expressim probat, irregularitatem nullo in casu esse constituendam, nisi in iure Pontificio id fuerit expressum; quem tex. ad hoc ibi communitè DD. & alibi sepius in id notant atq; citant, existimantes esse ad hoc singularem, & Nauar. in man. Lat. c. 27. nu. 248. & conf. 35. nu. 37. de homicid. & est communis opinio omnium Canonistarum & Theologorum, secund. Flaminium Paris. de resign. benef. libr. 44. n. 38. † Cuius ratio est, quia irregularitas iure tantum humano Pontificio statuta est, ut nuncupatim DD. adnotarunt in c. nisi cum pridem. de renuntiat. & in c. ad audientiam. de homic. & in Cleme. si furiosus. eod. tit. est communis secundum Siluest. in summa, verbo irregularitas. in fi. sequitur Florent. in. 3. part. sue summæ, titu. 28. c. 2. §. 6 Palud. in. 4. sententiarum dist. 25. q. 3. ad fi. testatur communem eam sequutus ac defendens Couarr. in. d. Clem. si furiosus. 1. p. relect. in princip. num. 2. sequitur Nauar. in man. Lat. in. d. c. 27. nu. 191.

174 **Rursum** pro contraria parte, imò quod in dubio an quis sit irregularis, necne? censendum sit, eum esse irregulare, quoniam hoc tutius iudicandum est, probat expressè tex. in. d. c. ad audientiam. de homic. & in c. significasti, el. 1. & 2. eod. tit. Sed in hac controversia, seu potius difficultate, nonnulli iuris interpretes eam diluunt, constituentés differentiam inter forum interius conscientie, & exterius iudiciale; ut in priori casu, hoc est, in conscientia, in dubio teneatur quis a diuinis abstinere, & se irregulare censere: ut in c. illud, de clerico excommunicat. ministr. & sic procedat tex. in. d. c. ad audientiam, cum simili. in posteriori autem, hoc est, in foro exteriori, iudex non possit in dubio aliquem irregulare iudicare, vel definire, nisi in casibus à iure expressis, & in hoc foro procedat decisio tex. in. d. c. is qui, quam differentiam pro-

barunt ac sequuntur Ioann. And. Card. Abb. nu. 2. Anan. n. 1. Socin. num. 46. in d. c. ad audientiam. idem Abb. in d. c. significasti, el. 2. nu. 4. eod. tit. de homic. qui in hoc est receptus per quam plures recentiores secundum Nauarr. d. c. 27. nu. 193. vbi ex Villadieg. addit, quod interior forum reputatur non solum forum poenitentiae, sed etiam consilij.

173 **Hæc tamen** differentia quavis recepta & communis, vera minimè quidem est, quia decisio tex. in. d. c. is qui, tam in foro exteriori, quam interiori obtinet, cum non distinguat: tum etiã, quia quod prædiximus ex d. c. ad audientiam. cum simil. in utroque foro procedit ead. ratione, sicuti deducitur ex eisd. iuribus; & præterea Innocent. in d. cap. ad audientiam, indistinctè censet, in dubio non esse quem iudicandum irregulare, quia iure humano est irregularitas inducta, quæ ratio ita militat in foro conscientie, sicut in iudiciali; imò fortius obtinet apud interius animæ iudiciū, & ita meritò comunè supra dictã differentiam improbat Nauarr. d. c. 27. n. 193. & in c. si quis autè, de poenitentia dist. 7. nu. 35. & Couar. vbi sup. in initio. 1. p. Cle. n. si furiosus. nu. 3. & Petrus Plaça de delict. lib. 1. c. 12. nu. 10.

174 **Quare** pro resolutione nostræ questionis, verissima mihi videtur atq; tenèda sententia Didaci à Couar. vbi sup. quæ sequitur Plaça etiã vbi sup. nu. 11. nēpè quod vbi sit dubiū, an in aliqua specie sit inducta irregularitas iure Pontificio, tunc respondendum erit, non esse irregularitatem constituendam in eo casu; nisi expressum id fuerit in iure Canonico; & ita procedit text. in c. is qui. At vbi sumus certi, iure irregularitatem induci certo in casu, sed tamen ambigitur, non de iure, sed de facto, nēpè an Petrus vel Ioannes irregularis sit ex illius causæ ratione, & an id vitium propter eam causam contraxerit, tunc tutior erit in utroque foro eligenda via, erit quæ Petrus vel Ioannes irregularis censendus ad huc effectum, ut absque dispensatione minimè diuinum officium exequatur: & ita procedant tex. in. d. c. ad audientiam. & similes;

miles; quod ex ipsis deduci potest manifestè; in illis etenim non dubitatur de iure, sed de facto, & idè quoties ea contigerint, quæ in dictis decretalibus memorantur, erunt omnino seruandæ earum decisiones in iudiciali & exteriori foro, tam simplici, hoc est, iudicio accepto per accusationem aut denunciationem quæ est verè contentiosum, quàm mixto exteriori, absq; accusatore & denunciatore: licet Feli. in d. c. ad audientiam. velit, illud tex. & similes in hoc ultimo tantum seruandos fore: sed in utroque seruandi sunt, secundum supra dictos, & verius.

In summa, quoties certum est in casu contingenti irregularitatem iure Canonico constitutam esse, dubitatur tamen de facto, an Petrus vel Ioannes illud ita commiserit, ut requiritur eod. iure ad irregularitatem incurramdam, in hac specie, stante præd. dubio, tutior pars est eligenda in utroque foro, tam interiori, quàm exteriori simplici vel mixto, ut quis non ipse censetur atq; indicetur irregularis, ac proinde se abstinere ab executione diuinorum; si verò non dubitatur de facto ipso, sed de iure, an scilicet dato illo casu pro plano, aliqua irregularitas in eo iure statuta sit, tunc profectò nisi iure Pontificio ipsa expressa inueniatur, introducenda de nouo minimè quidem erit ad libitum alicuius, tam in interiori animæ, quàm in exteriori foro contentioso: hæc est vera interpretatio & concordia illorum iurium, nec non & resolutio clara atq; perspicua in praxi habenda præ oculis: idcirco præfata Romanorum Pontificum responsa ad vnguem memoriæ commendanda sunt, ne quis falsa eorum interpretatione deceptus, ab optimis institutis temere deuiet.

S V M M A R I V M.

- 1 Clerici, maximè in sacris constituti, & Sacerdotes, præ laicis pudicitia præeminere debent, & num. seqq.
- 2 Clerici licet votum castitatis explicitum non emittant, nec sit essentialiter annexum ordini sacro debitum continentia, constitutiue

- tamen Ecclesia illam tenentur seruare.
- 3 Clerici fornicantes duplici culpe maculantur.
- 4 Rector Ecclesia mundus esse debet, ut hic late exponitur.
- 5 Pudicitiam in primis esse retinendam, quoniam ea amissa, omnis ruit virtus: & libido in potente & honorato est deterior.
- 6 Reges plures ob vitium luxuriæ fuerunt interfecti, & expulsi à Regno.
- 7 Sancti confessores inter alia de pudicitia & castitate ab Ecclesia Catholica laudantur.
- 8 Diuus Paulus maximè abhorrens fornicationem, præcipit eam fugiendam, & alia plura in proposito dicit.
- 9 Exhortatio authoris circa idem.
- 10 Tactus inhonesti fugiendi? Referuntur plures, qui per mulieres fuerunt decepti.
- 11 Consortium mulierum fugiendum propter plura, de quibus hic.
- 12 Sanguinis mēstruosi contactu plura mala subsequuntur, de quibus hic.
- 13 Concubinitus, atque omnis fornicationis crimine lege diuina prohibetur.
- 14 Item iure naturali.
- 15 Iure Canonico fornicatio est prohibita.
- 16 Hæreticum esset affirmare, sim. licem fornicationem non esse peccatum mortale.
- 17 Iure ciui in antiquo an sit licitus concubinitus.
- 18 Iure ciuili nouiori fornicatio simplex est illicita.
- 19 Homo agit contra naturam, alium coitum quam uxorium sectando.
- 20 Iure etiam Regio reprobat concubinitus, & grauius poenis punitur.
- 21 Per sacrum Concil. Trid. concubinitus maximè damnatur atque punitur, ut hic.
- 22 Episcopus potest concubinario setiam laicos punire.
- 23 Iudex Ecclesiasticus ratione peccati publici potest contra laicos procedere, eosq; punire.
- 24 Concubinitus crimen est mixti fori.
- 25 Ecclesia meretrices ac lupanaria tolerat ob euitandum maius malum.
- 26 Potestati publicæ licet permittere, ut in aliqua ciuitatis parte sint meretrices. Sed contra num. 29. non tamen licebit permittere lupanaria constituendo eis patronos, & locando domus carius quam locarentur honestis, ut in num. 27. locare tamen meretrici domum ad meretricandum in ea parte ciuitatis, in qua permittitur eas habitare, non erit peccatum, ut in nu. 28.

Veras

- 30 Veras uxores quandoque dici à canonibus concubinas.
- 31 In veteri Testamento quomodo intelligatur, id quod legitur, aliquos sanctos viros habuisse concubinas.
- 32 Concubina olim erant, non illegitimæ & fornicariæ, sed uxores minime principales, quarum filijs non debebatur hereditas, nec equalis honor, non sacerdotium, non primogenitura, sed munera tantum recipiebant, & munera se charitate complectebantur, & se se iurabant.
- 33 Lex civilis appellat has concubinas iniustas uxores, quia ducebantur, non seruato solenni modo.
- 34 Concubinæ nomen apud veteres erat honestum.
- 35 Concilio Toletano permissum erat habere concubinam, id est uxorem minus solemniter ductam, his, qui iusta uxore carebant.
- 36 Quomodo licuerit sanctis patribus simul plures uxores habere.
- 37 Clericus in sacris constitutus fornicando simpliciter, quinque crimina committere dicitur, secundum DD. nempe adulterium, sacrilegium, stuprum, incestum, & contra naturam, & numer. 38. & sequentibus probatur quoad adulterium.
- 38 Filij presbyterorum sunt adulterini, sed contrarium nu. 49.
- 40 Quo ad sacrilegium probatur hic: quoad stuprum nu. 41. quoad incestum numer. 42. & numer. 43. quoad contra naturam.
- 44 Verius & receptius est contrarium, nempe quod clericus in sacris fornicando cum muliere soluta, tantum committat simplicis fornicationis crimen, non verò cætera supra enumerata, ut nuncupatum probatur numer. 48. cum sequentibus.
- 45 Religiosi fornicando adulterium committunt.
- 46 Episcopus fornicans adulterium committit.
- 47 Sacerdos cognoscens carnaliter filiam spiritualem, incestum committit. Idem quando est ex eius parochia.
- 48 Clericus in sacris propriè non contrahit matrimonium cum Ecclesia, nec etiam canonicus cum prebenda.
- 50 Monialis fornicando committit sacrilegium, incestum, & adulterium.
- 53 clericus concubinaris. cum soluta deponi non debet, sed tantum suspendi ab officio & beneficio ad tempus, præterquam si fornicatio habeat insignem deformitatem, ut adulterium, incestus, stuprum, & similia, ut in numer. 55. Secundò limitatur in clerico rem habente cum moniali, is deponendus est, ut in numer. 56. Tertio limitatur in clerico matrimonio de facto contrahente cum soluta, ut in numer. 57. & an pro fornicatione continuata, numer. 58. pro crimine contra naturam deponitur, ut in numer. 59. & cognoscens filiam suam spiritualem, ut in numer. 60. Idem in cognoscente eam, quæ propter Sacramentum Poenitentia esse facta fuit sibi filia spiritualis, ut in numer. 61. Idem in sacerdote cognoscente parochianam suam, ut in numer. 65. & eam, quam tenuit in Sacramento Confirmationis, ut in numer. 64. Idem in religiosi fornicantibus, ut in numer. 66. Idem in Episcopo fornicante, secundum aliquos: sed verior & communis sententia est in contrarium in hoc, ut in n. 67. probari tamè testibus debet hoc crimen in præd. casibus quibus poena depositionis pro eo imponitur, aliàs si in occulto reuelatur superiori, mitiori poena delinquens puniendus est, ut in num. 62.
- 54 Laici coniugati fornicantes magis peccant quàm clerici non coniugati.
- 63 Sacerdos magis peccat cognoscendo carnaliter filiam spiritualem, quàm uxorem alterius.
- 68 Clericus ob simplicem fornicationem arbitrio sui iudicis punitur, & sacrum. Concilium Trident quid in hoc disponat, refertur.
- 69 Iudices ecclesiastici an in puniendis clericis concubinarijs seueritatem potius quàm equitatem, vel e contra seruare debeant.
- 70 Oportet tamen huiusmodi iudices contra concubenarios clericos procedentes, esse viros graves, &c.
- 71 Clericus concubinaris in proposito dicitur, qui solutam mulierem, & corruptam, nullo sibi spiritualis, vel carnalis cognitionis vinculo coniunctam domi retinet, cum qua consuevit carnaliter commisceri.
- 72 Concubina largè accipitur pro quacunque muliere.

- liere, quam clericus retinet in domo sua luxurioso affectu, vel conducta, &c.*
- 73 *Concubina publica clerici ad hoc vt puniatur poenis, de quibus in legibus huius regni, quæ dicatur, & nu. 75.*
- 74 *Ad puniendum clericum poena arbitraria, quæ probatio concubinitus sufficiat.*
- 76 *Monitio procedere debet ad hoc vt clericus concubinarius puniri possit, nisi concubinitus sit notorius & scandalosus respectu poenæ pecuniariæ, vel reclusionis in Ecclesia ad modicum tempus, vt in nu. 77.*
- 78 *Clericus post monitionem premissam concubinam non dimittens, publicus concubinarius reputatur.*
- 79 *Iudex ecclesiasticus an punire possit clericum adulterum, id est qui cum muliere nupta fornicatur, & nu. 82. quod vnnotantim casu possit procedere contra mulierem nuptam concubinam duobus concurrentibus.*
- 80 *Maritus solum potest uxorem adulteram accusare.*
- 81 *Iudex ex officio non potest inquirere de adulterio.*
- 83 *Clericus publicus concubinarius, si ante poenitentiam celebret, an sit irregularis? & numeris sequentibus.*
- 84 *Clericus propter aliquod criminem suspensus, quoad se, & quoad alios irregularis est, si nondum ea suspensione sublata proprio fuerit usus officio: idem est de diaconis & subdiaconis, vt in nu. 85.*
- 86 *Clericus suspensus ab homine, vel à iure in poenâ directâ & propriâ delicti, etiâ ad tempus certum, vel donec poeniteat, si celebret durante suspensione, erit irregularis.*
- 87 *Clerici in sacris contrahentes de facto matrimonium, quibus poenis afficiantur, remissive.*
- 88 *Filij sacerdotis, an & quâdo sint serui illius Ecclesie, cuius parens est clericus, & nu. 89.*

C A P V T VII.**De concubinato, eiusque poenis.**

- I** Clerici, maximè in sacris constituti, & sacerdotes, præ laicis pudicitia præeminere ac pollere debet, secundum Abb. in capit. vt clericorû. num. 2. de vit. & honest. cleric. † illi enim

licet votum explicitum castitatis non emittant, nec sit essentialiter annexum debitum continentiam ordini sacro, sed ex statuto Ecclesie, implicitum nempe, in ipsa ordinis susceptione abditum, & ideo constitutione Ecclesie eam tenentur seruare, id ipsa Ecclesia precipiente, vt in Concilio Trid. sess. 24. in princip. Canon. 9. ibi: *Lege ecclesiastica, &c. & 28. distin. & 32. distin. per totam, & docet D. Thom. 2. 2. quæst. 88. arti. 11. in corpore, ad fin. & ibi Caieta. Dominic. à Sot. lib. 7. de iust. & iur. quæst. 5. arti. 3. ad 2. Paul. Card. & Imola in Clementi. ad nostram. §. septima. de hæret. Præposit. in rubric. qui cler. vel uent. Cosmas Guimier in pragmat. sanct. Gallic. tit. de concub. §. cum omne, glos. continere. fol. 201. col. 1. Nauar. in man. c. 22. num. 52. & c. 25. nu. 108. est optima glos. 2. in fin. in capit. cum olim, de cler. coniug. dicens, ex constitutione Ecclesie introductum esse, vt qui ad sacros ordines vult promoueri, prius continentiam debeat profiteri, expressè, aut etiam tacitè: eo enim ipso quod quis promouetur ad sacrum ordinem, tacitè intelligitur vouere continentiam, etsi nulla fiat mentio de voto continentie: quanuis alij teneant, votum solenne emittere, sed quod prædiximus verius est.*

Et quod principio diximus, non solum intelligendum est de castitate, quæ rei uxoriæ opponitur, sed etiam de illa, quæ simpliciter omni aduersatur copulæ, siue coniugali, siue fornicariæ: mancipantur enim ad functionem suam consecrâdo venerabili Sacramento, unde omnis mûditas cõdecet, & hac ratione Ecclesia Catholica ordinibus sacris illud adnexuit votum. † Quare clerici fornicâtes duplici culpa maculantur, teste Dominic. à Sot. lib. 7. de iust. & iur. q. 4. arti. 2. pag. 648. vers. sed de hoc forsâ huic cõsonat quod ab Isaia Propheta. c. 52. precipitur his verbis, *Mûdamini qui fertis vasa Domini: super quo loco Beatus Greg. in. 2. p. pastoral. curæ. c. 2. sic ait: Rector semper cogitatione sit mundus, quatenus nulla hûc immûditia polluat, qui hoc suscepit officium, vt in alienis quoq; cordibus pollutionis*

4 lutionis maculas tergat: † quia necesse est
 ut esse mūda studeat manus, quę diluere
 aliorū sordes curat, ne tacta quęq; dete-
 rius inquinet, si sordida in se mēs lutum
 tenet: hinc nāq; per prophetā Iſaiam di-
 citur: Mundamini qui fertis vasa Domi-
 ni: etenim vasa Domini ferūt, qui proxi-
 morū animas ad æterna sacraria perdu-
 cēdas in suā cōuersionis fide suscipiūt
 apud semetipsos: ergo quantū debeant
 mūdari conspiciāt, qui ad æternitatis tē-
 plū vasa viuētia in linu propriæ spōsio-
 nis portant. Similiter Leuit. cap. 21. Do-
 minus dixit ad Moysē: Loquere ad sacer-
 dotes filios Aarō, & dices ad eos: Ne cō-
 taminetur sacerdos, &c. sancti erūt Deo
 suo, & nō polluēt nomē eius: incensum
 enim Domini, & panes Dei sui offerūt,
 5 & idē sancti erunt. † Hinc teste Cœlio
 lib. antiquarū lectio. 7. c. 27. scribit, Hie-
 ronym. doctissimi viri esse sētētia, pudici-
 citiā in primis esse retinēdā, quoniam ea
 6 amissa, omnis ruit virtus: † & libido in
 potēte & honorato est deterior: sicque
 ob vitiū luxuriæ plures reges fuerūt in-
 terfecti, & expulsi à regno, vt cōmemo-
 rat Guiller. Benedict. in sua repet. c. Rai-
 nūtius, verb. cuidā Petro tradiderūt, nu-
 69. cū sequenti. de testam. & ibi plura e-
 xēpla de castitate & pudicitia antiquorū
 7 principiū refert. † Tādē Ecclesia Catho-
 lica, Spiritu sātō ducta, voce sonora de
 pluribus laudās sātōs cōfessores virtuti-
 bus, illa quoque eos ex tollit, quod fue-
 rint pudici & casti, vt in hymno eorū-
 dem habetur his verbis:

*Qui pius, prudēs, humilis, pudicus,
 Sobrius, castus, fuit & quietus,
 Vita dum præsens vegetauit eius
 Corporis artus*

8 † Hinc etiā D. Pau. maximē abhorrēs for-
 nicationē, præcipit Corinthijs, ne sumē-
 rēt cibū cū fornicatore, auaro, idōlis ser-
 uietē, maledico, aut ebrioso, aut rapace,
 dices, Quid mihi est de his qui foris sunt
 iudicare? vt. 1. Corinth. 5. & statim. c. 6. in-
 quit, Fugite fornicationē: nec fornicarij
 nec idōlis seruiētēs, nec adulteri, neque
 molles, neque masculorum concubito-
 res, neque fures, neque auari, nec ebrio-

si, neque maledici, neque rapaces, reg-
 num Dei possidebunt. Et iterum. capit.
 10. inhihet fornicationē, & ad Hebrę. c.
 12. sic etiā præcingi lūbos iubet, quia vi-
 9 ris luxuria in lūbis est. † Caucant igitur,
 hortor in Domino, omnes, præsertim sa-
 cris insigniti, ac totis viribus fugiāt im-
 mūditiā & fornicationē, ceterosq; actus
 & tact⁹ impudicos ac inhonestos fœmi-
 narū, ne illis accomodetur sētētia illa Do-
 minica: Iuda, osculo filiū hominis tradis?
 Nō ne, quęso, sacerdos, qui labijs ac ore
 cōtingēs & sumens corpus Domini, &
 postmodū illa polluēs, impudicus mulie-
 rē deosculatur, illo osculo filiū hominis
 10 tradit? † Vnde versus,

Ni fugias tactus, vix euitabitur actus.

Hos igitur vita, ne moriaris ita,

scilicet peccando, & sic eterne mor-
 ti te obligādo, quia stipēdia peccati mors
 est, ad Rom. c. 6. Itē D. Hieron. deceptio-
 nē mulierū timens ait: Non sum fortior
 Sansone, sapientior Salomone, sanctior
 Dauid, qui tamen per mulieres decepti
 fuere: Sāson per Dalidā: Salomō per alie-
 nigenas Moabitas: Dauid per Bersabē,
 vt refert Cosmas Guimier vbi supra, de
 cōcubinarijs. §. publici, in glo. tenet, fol.
 189. col. 2. prope finē. versi. hinc versus,
 11 † vbi admonet fugiendū mulierū cōsor-
 tiū, tū propter earū insaturabilitatem in
 huiusmodi vitio carnali, quia Prouerb.
 c. penul. legitur, q̄ os vuluæ est insatiabi-
 le: tū propter cōsūptionē proprij corpo-
 ris, & pecuniæ, quia genus mulierum est
 auarissimū, vt in. l. si ego. ff. ad Velleia vn-
 de Prouerb. c. 2. Qui nutrit scortū perdit
 substātiā suā: tū propter euitationē infā-
 miæ, qua luxurios⁹ maculatur: tū prop-
 ter vitiationē pœnæ eterne: tū propter
 12 frequētē & abominabilē vilitatē sangui-
 nis menstruosi, † cuius contactu fruges
 non germinant, ardescunt arbuta, moriū-
 tur herbæ, amittunt arbores fructus, ni-
 grescunt æra, & si canes inde edant, in ra-
 biē efferuntur; ex eaq; corruptione le-
 prosī, & elephantiaci seu alias deformes
 nascuntur; vnde meritō libido describi-
 tur, quod est res turpis & humilis, ex tur-
 pium membrorum operatione profi-

Nn 2 liens,

hēs, exitu foeda, cuius effectū necessariò pudor sequitur, vel pœnitētia. Hæc ille.

- 13 Concupinatus igitur, atque omne fornicationis crimē lege diuina prohibetur, vt probatur apertè Exod. 20. Non mœchaberis: transumptiuè in c. nō mœchaberis. 3. 2. q. 6. Deut. 23. ibi: Non erit meretrix. & 1. ad Corinth. 6. Fugite fornicationē. & in 6. præcepto diuino, vt docet Ecclesia: omnis enim coitus, excepto vxorio, iure diuino fuit reprobatus omni tempore, vt inquit Ant. Rosel de legitimat. lib. 1. c. de causa material. legitim. nu. 9. vol. 6. tract. diuer. doct. † & nō solū
- 14 iure diuino, sed etiā iure naturali: vt probat Ioan. à Turrecrema. in c. quod autē, art. 1. 3. 2. q. 4. & ita D. Tho. in 4. sententiā rū, dist. 33. q. 1. art. 3. dicit, quòd habere cōcubinā, est cōtra legē naturę, & peccatū mortale: & in pragm. sanct. Gallic. in tit. de cōcubinar. §. & cū omne, dicitur: Et cū omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum sit, & sub pœna peccati mortalis necessariò euitandū: & ibi Cosmas Guimier plura cōgerit: & quòd simplex fornicatio sit iure naturali vetita, & peccatū mortale, tenet idē S. Thom. 2. 2. q. 154. art. 4. & Maior. in 3. sententiā rū dist. 27. q. 29. Silues. vers. luxuria. n. 3. & Lactātius Firmian. lib. 6. c. 23. & Ioan. à Medin. in suo codice de restit. q. 19. & D. Couar. in 4. de spons. 1. p. c. 4. in princ. nu. 8. Ioan. à Rojas in epitho. successi. c. 10. nu. 23. & q̄ fornicatio simplex de iure diuino sit prohibita, & procudubio peccatū mortale, tenent omnes sancti Theologi, vt testatur Afflict. super 1. p. cōstit. regn. rubr. 1. nu. 21. vt refert Iul. Clar. lib. 5. recept. sentēt. in §. fornicatio. in princ. & fuit declaratū in concilio ab Apostolis in Ierusalē celebrato, vt scribit S. Lucas actū Apost. c. 15. refert Magist. Villegas, in 2. p. Flor. sanct. c. 3. in princ. *De la vida de los Patriarcas*. Vnde perperā Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. el. 1. nu. 13. ff. ad Treb. asserit, simplicē concubinātū iure naturali nō esse prohibitū, & Anto. Rosel. vbi sup. nu. 11. q̄ nati ex quacūq; concupiscentia, erant legitimi.

15 Iure etiā Canonico fornicatio est pro

hibita, vt in c. meretrices, & in c. nemo sibi. 3. 2. q. 4. cū simil. & in problem. tit. 14. p. 4. & hæc res nullā habet difficultatē: nā omnis coitus, præter matrimonialē, est prohibitus in foro conscientię, secū dū canones, vt tenet gl. in Clemen. ad nostrū, in verb. non est, de hæret. quā sequuntur omnes, vt dicit Cacialup. in repet. l. si qua illustis, n. 30. in fi. C. ad Orficiā. & refert Iul. Clar. vbi sup. §. fornicatio. in princ. & in vers. in primis, & Cosmas Guimier vbi sup. in gl. mortalis, in fi. fo. 199. col. 1. Anto. Rosel. vbi sup. nu. 2. sequitur Rojas vbi sup. d. n. 23. † Quin: mō esset hæreticū, affirmare, simplicē fornicationē nō esse peccatum mortale, vt in d. Clem. ad nostrum, in vers. septimo, ibi: Actus autem carnalis: quā hæresim pulchrè conuincit Alfonso à Castro libro de hæresibus, in dictione, Coitus; quibus suffragatur Augustinus, à Gratiano relatus in c. audite. 34. dist. & in sermonib. de tē po. Domin. 22. sermone, & Coua. vbi sup. & ita fuit decisum in curia Tolosana, teste Aufrerio decis. 346. itē fuit quæsitū, quem refert Mantua consi. 239. nu. 8. lib. 2. & Iul. Cla. in §. hæresis, paulò post princip. ibi: Hinc infertur.

17 Iure autē ciuili cōcubinātū esse licitū, incautè affirmavit Bart. in l. in concubinatu. n. 2. ff. de concubin. & Aug. Beroi. in c. in præsentia. n. 222. de prob. & non esse reprobatū iure ciuili veteri, cū Bart. vbi sup. tenuit Cosmas in dict. glo. mortalis, fol. 198. col. 2. in fi. & fol. seq. & est magis cōmunis cōcl. secundū Alex. in d. §. si quis rogatus. n. 13. & Iul. Clar. plures alios referentē in d. §. fornicatio. vers. & in primis, ibi, Sed de iure ciuili, vbi hanc suspicatur in pūcto iuris veriorē esse, & q̄ propterea ab ea in iudicādo non recederet, & hoc per totū tit. C. & ff. de cōcu. Rectius tñ dixissent, simplicē cōcubinātū lege ciuili nō puniri, vel esse permisū, siue toleratū. † Præmaximè cū etiā iure ciuili nouiori simplex fornicatio sit illicita, vt probatur in c. 1. de filijs nat. ex mat. ad morg. cōtra. in vsib. feud. ibi: Qui nolēs existere in peccato, eam deposuit, & c. Ita cum iudicio aduertit & tenet D.

Couar.

tit. 3. lib. 1. ord. col. 169. post Cacialup. quē ad hoc refert in d. l. si qua illustris, nu. 27. idem etiam Ioan. à Rojas vbi supra. nu. 21. sicq; est communis resolutio doctorum, quòd licet antiquitus de iure ciuili concubinatus fuisset admissus, hodie tamen, non modò iure Canonico, sed etiā iure ciuili viderur prohibitus, per d. c. 1. vt plures allegās testatur Tiberi⁹ Decia. còsi. 5. n. 94. lib. 1. & dicit magis còmunē plures referēs Frāciscus Mantica lib. 11. de còiectur. vlti. volūt. tit. 8. n. 3. còducit proœm. ti. 14. p. 4. ibi: *Consintieròles q̄ algunos las pudieffen auer sin pena tēporal*, & in. l. 1. eod. ti. ibi: *Segū las leyes*. & in. l. 2. eod. ti. & Greg. Lop. in d. proœm. allegat Guiller. Benedi. & Hostiē. idē probātes, nēpe q̄ etiam hodie iure ciuili sit prohibitus còcubinatus: idē tenet Abb. in d. c. vt clericor. n. 7. de vit. & honest. cleri. & Fel. in c. cū sit generale. nu. 13. in versu. respectu còcubi. de foro còp. & Siluest. in summa, verb. còcubinarius. n. 2. & testatur còmunē cū Feli. vbi supra, Auend. in 2. p. c. præt. c. 26. n. 1. † & dixit notabiliter Ioā. Fab. in prin. inst. si quadrup. pauper. fecif. dicatur, q̄ homo agit còtra naturā, aliū coitū quā vxoriū sectādo: sed hoc pcedit quātū ad peccatū, nō verò quoad pœnā tēporalē, secūdū Greg. Lop. vbi supra.

19 Iure etiā nostro regio reprobatur còcubinac⁹, & grauib⁹ pœnis punitur, vt videre licet per. ll. ti. 19. lib. 8. nou. Coll. Reg. in quarū. 1. in princip. sic dicitur. *Des honesta y reprobada cosa es en derecho, q̄ los clérigos y ministros de la s̄ta yglesia, q̄ son elegidos en suerte de Dios, mayormēte sacerdotes, en quien deue auer toda limpieza, ensuciē el tēplo còsagrado cò malas mugeres, teniēdo m̄cebas publicas*.

20 *camēte, &c.* † Sacrosāctū etiā Cōci. Trid. sessio. 24. in decret. de reformat. c. 8. hoc crimē abhorret, existimās graue peccatū esse homines solutos còcubinas habere, grauissimū verò, & in còtēptū singularē Sacramenti matrimonij admissum, vxoratos in hoc dānationis statu viuere: quare statuit, si postquā ab ordinario, etiā ex officio, ter admoniti ea de re fuerint, còcubinas nō eiecerint, seq; ab earū còsuetudine nō seiuixerint, ex còmunicatione

feriēdos esse, à qua nō absoluātur, donec re ipsa admonitioni factæ paruerint: q̄ si in còcubinato per annū, censuris neglectis, permāserint, còtra eos ab ordinario seuerè p̄ qualitate criminis procedatur: mulieres, siue còiugate, siue solutæ, quæ cū adulteris, seu còcubinarijs publicè viuunt, si ter admonitæ nō paruerint, ab ordinario locorū, nullo etiā requirēte, ex officio, grauiter pro modo culpæ puniantur, & iuxta oppidum vel diœcesim, si id eisdem ordinarijs videbitur, inuocato, si opus fuerit, brachio seculari, eijciantur, alijs pœnis contra adulteros & concubinarios inflictis in suo robore permanentibus. † Ex quo manifestē deducitur, ad Episcopum spectare de eo crimine cognoscere, atq; laicos huiusmodi còcubinarios punire, iuxta formā eiusdē decreti: ratione enim peccati publici iudex ecclesiasticus potest contra laicos procedere, eosq; punire, iuxta tradita per Auf. in tract. de pot. ecclesiast. super laicis nu. 4. 24. & 56. vol. 14. tract. diuer. doct. quicquid in concubina laici aliud dicat Cosmas Guimi. vbi supra, in glo. arcere, fo. 192. col. 1. in fi. còcedēs tamē in còcubina clerici: † sed cū vtroq; imò omni iure sit prohibitus còcubinac⁹, vt vidim⁹, erit hoc crimen mixti fori, sicque laici còcubinarij poterūt, tã per ecclesiasticos iudices, quā per seculares puniri, vt plures allegās resoluit Auend. vbi supra. n. 2. & de còcubina clerici Abb. in d. c. vt clericorū. n. 7. de vit. & honest. cler. & Bossius in pract. cri. ti. de coitu dānato & punib. n. 15. & de vtrisq; nēpe laicis, eorūq; còcubinis publicis, vt aduersus eos easq; procedere possit ad punitiōē ordinari⁹ ecclesiasticus, decidit expressè Conciliū Triden. vbi supra.

25 Nihilominus tñ Ecclesia meretrices publicas tolerat, ac lupanar, ob euitandū maius malum promiscuæ luxuriæ in Republica, & foedissimas coniunctiones, vt patet in capit. inter opera, de spons. vbi dicitur, quòd qui publicas mulieres de lupanari extraxerint, & duxerint in vxores, hoc qđ agunt, in remissionē p̄ficiat peccatorū: sepe nāq; propter maius

malum vitædum toleratur minus. c. duo mala. & c. nerui. §. fi. 13. disti. & tamen ad meretrices, siue huiusmodi publicas mulieres accedere, mortale peccatum est, vt in d. c. meretrices. 32. q. 4. etiamsi meretrix sit soluta, cùm simplex fornicatio peccatum mortale sit, vt prædiximus: 27 & in terminis quòd Ecclesia toleret sub dissimulatione meretrices, meretricium atque lupanar publicum, probant ex supradictis glos. in d. c. inter opera. Felin. bene declarans. in c. omnes leges. versu. secunda cõclusio. ibi: Sub hac conclusio ne. 1. distin. Ripa in l. si plagij. num. 12. ff. de verb. oblig. Ioann. Corraf. lib. 1. miscelan. c. 3. nu. 3. Cosmas Guimier vbi supra, fol. 199. col. 1. ad fi. D. Couar. vbi supra d. num. 7. & Ioan. à Rojas in epithom. success. c. 10. nu. 27. Palac. Rub. in repet. rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 40. nu. 13. & Villegas in d. 2. par. flor. sanct. c. 3. in princ. de vita Loth, vbi in id citat D. Augusti. lib. 14. de ciuita. Dei. c. 17.

26 Ex quo inferitur, licere potestati publicæ permittere, vt in aliqua ciuitatis parte sint meretrices: tolle enim meretrices de mûdo, & sodomia totus efficietur reprobis, secûdum D. August. in lib. de ordin. c. 4. parû ante mediû. 1. to. quæ refert D. Thom. 2. 2. q. 10. arti. 11. in respons. dicens, qd vt Deus permittit aliqua mala, quò maiora vitetur, vel maiora bona sequantur, ita & in regimine humano illi qui præsent, rectè aliqua mala tolerant, ne aliqua bona impediatur, vel etiã ne aliqua mala peiora incurrantur: & illud dictû Augustini est ab omnibus receptû secundum Nauar. in man. Lat. c. 17. nu. 195. idem Thom. lib. 4. de regim. princip. c. 14. tribuit hoc Augustino lib. 13. de ciuit. Dei sed & idem Augusti. lib. 14. de ciuit. Dei. c. 18. dicit, terrenã ciuitatẽ licitû fecisse scortorû vsum. Idem Ioã. Echius profitetur in homil. 1. super. 7. Matth. in festo diuæ Magdalenæ: sed & alia in huius rei comprobationem, nepe quòd Ecclesia ac totius Christiani orbis principes lupanaria permittunt, nõ quòd illud peccatum approbent, sed vt adulteria, atque alia luxuriæ crimina compescant, ad

ducit Couar. vbi supra d. nu. 9. col. fi. resoluens, non idè sequi, Hoc fit, & tamè nec lege ciuili nec lege Canonica puniatur: ergo est licitû, vt ibi probat ex text. singulari in. l. at si quis. §. diuus autem. ff. de religiof. & sump. fun.

27 Non tamen licebit permittere lupanaria, constituendo eis patronos, & locando domos carius quàm locarentur honestis, eo quòd meretrices magis lucrantur quàm honestè, nec recipiendo aliquã turpis lucri partem, hic enim modus continet participationem lucri præcedentis, secundum Caieta. d. arti. 11. quẽ refert & sequitur Nauar. vbi supra, vbi qd nec licebit locare meretricibus domos in ea parte ciuitatis, in qua illa non permittit eas habitare, quia legem & consuetudinem iustam transgreditur, contra tex. in c. quæ contra mores. 8. dist.

28 At verò locare meretrici domum ad meretricandum in ea parte ciuitatis in qua permittitur eas habitare, nõ erit peccatum, quandoquidem secundum August. vbi supra, potestati licet permittere, vt in aliqua parte ciuitatis sint meretrices, hoc enim vix posset exequi sine domuum locatione, vbi domus publicæ ad id non sunt deputatæ: ita tenet sine scrupulo Ioan. Maior in 4. distin. 15. q. 35. cuius opinionem probauit Nauar. in c. 28. additionum ad manuale, sed postea in d. man. Latino d. c. 17. nu. 195. pluribus rationibus pro & contra adductis videtur maximum in hoc inijcere scrupulû, quo non videtur carere, quoties locatori constiterit illam mulierem esse meretricem, in eumque vsum meretricandẽ eam cõducere, vel conductã habere, si de nouo postea eidẽ relocet. Nihilominus tamen cõtrariû in utroq; aduersus Nauar. indistinctè latissimè probat Ludou. Veia in respõs. ad casus consciẽt. casu 27. dũ tamen absit cõplacẽtia turpis vitæ in locante, qui nihilominus admonendus est à confessario, vt similibus personis, quantum fieri potest, locare domum caueat.

29 Quinimò etsi quòd prædiximus de permissione meretricum, atq; lupanaris, recep-

receptum sit cōmuniter, optimaque ratione & auctoritate fūdetur, atq; proinde potestas publica, rectoresq; alicuius populosa ciuitatis, qui id permetterent atque effici curarent, excusarentur propter eorum rectam intentionem, vt maior inconuenientia vitentur, quasi hoc ad bonum regimen ciuitatis, cui operam dant atque student, spectare videatur: mihi non displicet sententia Nauar. nepe expedire id non permittere, ex pluribus quæ ipse ibi considerat; & potissimum quia difficile est defendere, licet eis hoc facere aut permittere, vel locare domos in quibus meretricentur. Secundò, quia multi pueri incipiunt hac occasione nacta prius peccare, quam alioquin inciperent. Tertio, libido non extinguitur nec tollitur, imò accenditur eius vsu, secundum Magistrū sententiarum lib. 2. distin. 24. addito præcipue malo habitu fomiti sensualitatis. Quarto, quia potius refrænatur mala inclinatio habitu castitatis, resistendo illi, quam introductione atque permissione lupanaris. Quintò, quia ex huiusmodi permissione non consequitur finis per eam pretensus, puta, ne honestæ foemine sollicitentur: quia, sicut prudentes viri aiunt, qui ad eas sollicitandas sunt apti, non adeunt meretrices, imò postquam male sunt eis assueti, tanto magis honestas sollicitant, quo maiori impetu naturæ & vitij feruntur. Sextò, quia ipse Nauar. nouit pueros castissimos venientes ad academias ex terris vbi non est huiusmodi occasio fornicandi, ob eam oblatam, animas, studia, & corpora contagio infecta perdere. His & alijs rationibus, quas omitto, id nititur Nauar. dissuadere. Addo ego aliam, nempe quòd ex prædicta permissione datur ansa rusticis atque simplicibus, alijsque vilibus hominibus peccandi, qui aliàs minimè, vel non ita frequenter peccarent, propter difficultatem nanciscendi similem occasionem, quæ cum sibi facilis atque libera à pœna temporali publicè offeratur, frequenter arripitur atque amplectetur ab eisdem, ita vt quo-

tias ad ciuitates, & oppida pro rerum suarum vsu atque commercio accesserint, ob id consuetudinem habebunt libidini propriæ satisfaciendi, imò eo forsitan frequentius quàm oportebit ad ciuitatem & oppida accedent. Denique ex præd. permissione plures peccabunt fornicando, quàm aliàs peccarent. Nec obstat, quòd si meretrices vel lupanaria non permetterentur, foedissimi coitus in Republica contingere possent, nempe contra naturam, &c. hoc namquam si aliquando acciderit, non erit ob defectum meretricum, aliarumque mulierum inhonestarum, atque incontinentium, cum his Respublica abudet, prohibitis tamen & occultò delinquentibus: quin imò & vbi sunt meretrices permixtæ, cōtingit prædicta peccata nefanda committi, atque publicè puniri, ob pessimam atque bestialem hominum inclinationem, potius quàm ex defectu mulierum publicarum, atque lupanaris, idque frequentius solet accidere in ciuitatibus & oppidis populosissimis, ob multitudinem atque diuersitatem gentium, earumque pessimam inclinationem: quare ego non permetterem neque confulerem permittendas meretrices, & lupanaria.

30 Allud præterea in proposito admodum mere censuimus, veras vxores quandoque dici à canonibus antiquis concubinas, eo quòd absque dotalibus instrumentis, cæterisque solennitatibus à iure ciuili introductis fuit coniugium celebratum, vt probat Gratian. in capit. omnibus, & capit. sequenti. 34. distinctæ quæ iura in hoc citat Cætelian. Cotta in suis primis notabilibus, & D. Couarru. in 4. de sponsal. 1. part. capit. 4. in princip. num. 8.

31 Offert se nunc dubitatio necessariò diluenda, quomodò in veteri Testamento legitur aliquos sanctos viros concubinas habuisse? Quam dubitationem sustulit sanct. Thom. distinctio. 33. quæstion. 1. articul. 3. ad 3. asserens, quòd quoties hoc legitur in veteri Testamento, oportet dicere, eas illis fuisse matrimonio,

Nn 4 trimonio

trimonio coniunctas, & tamen eas concubinas aliquo modo dici, quod aliquid habeant de ratione vxoris, & aliquid de ratione concubinæ nam secundum quod matrimonium ordinetur ad suum principalem finem, qui est prolis procreatio, sic erant vxores: sed secundum quod ordinatur ad secundarium finem, qui est dispensatio familie, & mutua comunicatio operarum viri, & vxoris, & simul cohabitatio, sic vxores non erant, quæ primæ vxori accedebant, sed concubinæ appellabantur, quasi simile aliquid haberent cum concubina, in hoc scilicet quod poterat eijci à lecto, & à domo, sicut illa quæ verè est concubina: vnde de Agar dicitur per Saram ad Abraham: Eijce ancillam hanc, & filium eius, quam tamen prius dederat ipsa viro suo vxorem: talis etiam dicitur fuisse Bala ipsi Iacob Genes. c. 35. † Sic Aloisius Lippomanus super Genes. c. 22. inquit: Concubinæ olim erant, non illegitimæ & fornicariæ, sed vxores minimè principales, quarum filijs non debebatur hæreditas, nec æqualis honor, non sacerdotium, non primogenitura, munera tantum recipiebant, & mutua se charitate complectebantur, & sese iurabant: quem refert. & sequitur D. Couar. vbi supra, nu. 9. & Menoch. de arbit. iud. centur. 5. casu. 418. num. 15. & 16. † vbi quod lex civilis appellat has concubinas iniustas vxores, hoc est vxores, quæ ducebantur non obseruato solenni more, qui in ducendis iustis vxoribus seruabatur, de quibus iniustis vxoribus loquitur Vlpianus in. l. si vxor in princip. ff. ad. l. Iuli. de adult. quem locum egregie declarât Hotom. Iacob. Cuiacius, Tiraquei. & Iacob. Ræuard. per eum ibi citati. Eodem pacto iura civilia pandectarum, quæ de concubinis loquuntur, intelligenda sunt: † erat enim apud veteres concubinæ nomen honestum, cum ea loco vxoris haberetur, atque citra criminis notam: vxor autem minimè dicebatur, quia non fuisset solenniter ducta, vt in. l. Massurius. ff. de verb. signif. vbi Alciat. hoc nominatim notat, quem sequitur Couar. & Menoch. vbi supra.

35 Sic etiam in Concilio Toletano, relato in. c. is cui. 34. distin. permittitur erat habere concubinam illis, qui vxore iusta carebant: hanc tamen concubinam intelligunt ibi DD. de vxore minus solenniter ducta, quos sequitur Mascardus de Susanis in tractat. de celib. 3. par. c. 9. nu. 1. & Cardin. Paleot. in tract. de not. & spul. & c. cap. 12. in se prout eos refert. & sequitur Menoch. vbi supra, num. 20.

36 † Sed quomodo licuerit sanctis patribus simul plures vxores habere, cum de iure diuino id esset prohibitum, vt in. c. gaudemus. de diuort. vers. quia verò, & late probat Alfons. à Castr. lib. 11. aduersus hæreses, verb. nuptiæ. in 4. hæresi. Ad hoc Innocent. III. Summus Pontifex respondet in d. c. gaudemus, in versiculo nec vlli vnquam, dicens illos sanctos Patriarchas plures accepisse vxores propter reuelationem diuinam de hoc illis factam, per quam sicut Iacob à mendacio, Israelita à furtu, & Sanson ab homicidio, sic & Patriarchæ & alij viri iusti, qui plures leguntur simul habuisse vxores, ab adulterio excusantur: qua de re videtur est diuus August. in lib. de bono coniugal. c. 13. & 15. quem citat in proposito Castr. vbi supra, dicens, apertè ipsum Augustin. docere aliam valde diuersam esse hoc tempore sub nouo Testamento matrimonij rationem, & longè aliam in tempore præterito, quando vetus testamentum plenam habebat virtutem, & efficaciam: nam sicut pro varietate temporum statuta etiã humana variantur, ita Deus pro varietate temporum varias condidit leges, & varias etiam eiusdem legis fecit dispensationes: ab initio enim mundi (vt Saluator noster ait) masculinam & feminam fecit eos Deus, & matrimonium inter solos duos constituit, vt essent tantum duo, non plures, in carne vna: & si illi primi parentes in iustitia perseverassent, semper in toto temporis successu matrimonium inter duos tantum, prout à principio conditum erat, celebraretur: at cum postea hominum malitia ad eum creuisset, vt ferè omnes idolis seruirent, & falsos deos colerent, paucissimis in cultu

cultu Dei permanētibus; decreuit Deus viros seruos suos pluribus fœminis per matrimonium copulare, vt cultores veri Dei multiplicarentur, & sic Angelorum ruinæ citius repararentur: Benignè igitur in hac dispensatione fecit Deus in bona voluntate sua cum humano genere, vt sic citò ex hominibus, tanquam ex viuis lapidibus reedificaret muros cœlestis Hierusalem, qui peccantibus Angelis ruptifuerant. Haftenus Alfons. à Castro vbi supra. Et quòd ex diuina reuelatione, & dispensatione libuerit olim sanctis Patribus habere plures uxores, est communis secundum Matienç. in proœmio lib. 5. nouæ Coll. Reg. num. 11. quicquid ipse ibi, nu. 12. contrarium velit cū Specul. coniug. sed communem sequitur & probat cū alijs reddens quatuor rationes eius Villegas in 2. par. flo. sanct. c. 2. de la vida de Abraham Patriarcha.

In clericis autem vltra prohibiciones supradictas specialiter est damnatus concubinatus, vt per totum de cohabit. cleric. & mulier. & de vit. & honest. cleric. † adeò vt clericus in sacris ordinibus constitutus carnaliter se immiscens concubinæ, vel alteri mulieri, quanuis solutæ, secundum DD. quinque crimina perpetrare dicatur, nempe adulterium, sacrilegium, stuprum, incestum, & contra naturam, vt ex Bermond. Chober. refert & probat Menoch. vbi supra, nu. 7. cum sequentibus. Et primò quoad adulteriū probatur, nam presbyter quasi contraxit matrimonium spirituale cum Ecclesia, † quia in assumptione sacrorum ordinum suscipere dicitur Ecclesiã in sponsam, cui talem implicitè promittit continententiam seruare: argument. auth. de monach. §. si quis autem, in versiculo si quis autem monasticam. coll. 1. Vnde cognoscens mulierem solutam, videtur adulterium spirituale committere, secundum Hostiens. in summa decohabit. cleric. & mul. §. quam pœnam. Abb. in. c. si quisquam eod. ti. & in. c. vt clericorum, nu. 2. de vit. & honest. cleric. Ant. de Butrio. in c. at si clerici. in princip. de iud. sequitur Cosmas Guimier in d. pragmat.

sanct. Gallic. in glos. arcere. foli. 192. colum. 2. † Hinc glos. in c. per venerabilem, verb. adulterinis, qui filij sint legit. affirmat, quòd filij presbyterorum sunt adulterini, nam presbyteri cū fornicantur, adulterant, cū sint quasi mariti Ecclesiarum, vt in c. Cenomanensem. 56. distin. quam glos. dicit. menti tenendam Abb. ibi num. 32; & Paul. de Eleazar. & Ioann. de Imol. in Clement. 1. de officio ord. & notabilem dicit Cosmas vbi supra, eam sequutus, & cum ea simpliciter transit Couar. in 4. 2. part. c. 8. §. 5. num. 14. & Ioann. à Rojas in epith. succel. c. 20. nu. 35. & esse communiter receptam refert Iul. Clar. §. fornicatio. vers. cū presbytero autem, ex Couarr. in 4. foli. 172. colum. 4. & Plaça lib. 1. delictorum c. 41. nu. 31. & quòd hoc casu sit annexū adulterium spirituale, tenet Abb. in c. at si clerici. in princip. nu. 35. ibi: Si non duxit eam in uxorem, de iud.

40 Quoad sacrilegium ratio esse videtur, quia cū Deo dicati sint, id est sacra ti, si per copulam carnalem cum muliere separantur à Deo, sacrilegi efficiuntur: quod vltra supradictos sequitur nuncupatum Cosmas Guimier vbi supra, alios allegans, id probare nitens ex text. in c. quæ Christo, & in c. virginibus. 27. quæst. 1. ex quibus dixit Abb. in c. quia circa, nu. 5. de bigam. quòd constitutus in sacris, plus peccaret fornicando, quàm coniugatus adulterando: quem refert & sequitur Cosmas vbi supra.

41 Quo ad tertium, hoc est stuprum, eò videtur posse probari fundamēto, quòd clericus, saltem ex constitutione Ecclesiæ, vt prædiximus, tenetur continentiam seruare: ergo si fornicetur, videtur respectu sui ipsius stuprum committere: quod probat Bermondus & Menoch. vbi supra, & Paul. Griland. de pœnis omnifar. coitus quæst. 15. & vltim.

42 Quoad quartum, hoc est incestum, id probatur ex glos. in l. 2. verb. filij. C. de Episcopis & cleric. quæ tenet, quòd filij clericorum concepti postquam sunt constituti in sacris, sunt incestuosi, quam ibi Bart. Bald. & Paul. & Angel. sequuntur, Nn 5 & se.

& sequuntur ibi DD. secundum Dec. in c. at si clerici. in princip. nu. 36. & esse cõmuniter approbatam à doctoribus affirmat Paul. Griland. de pœnis omnifar. coitus, quæst. vltim. nu. 3. volu. 10. tract. diuer. doct. quem refert practica Conradi fol. 376. num. 11. qui etiam fol. 341. post num. 13. dicit, quòd hæc est communis regula, teste Iulio Clar. in. §. incestus, versi. sed nunquid.

43 Quoad quintum crimen, hoc est contra naturam, nescio quomodò hoc probare possit Bermond. nempe clericum fornicantem cum muliere soluta, committere crimen contra naturam, cum ipsum autorem non viderim, quia nõ potui eum reperire, sed tantum ex relatione Menochij eum cito, nisi allegetur pro se dictum Fabri in princip. si quadrup. paup. feciss. dicat. asserentis, quòd homo agit contra naturam, alium coitum quam vxorium sectando.

44 His tamen non obstantibus, quanuis clericus, præcipuè in sacris, grauiter peccet, cum muliere soluta fornicando, eius tamen crimen solum est simplex fornicatio, non verò adulterium, sacrilegium, stuprum, incestus, nec contra naturam, ex text. in hoc expresso in. c. quia circa, de bigam. vbi loquens in clericis habentibus plures concubinas, an sint irregulares, inquit, quòd cum ipsi irregularitate nõ incurrerint bigamiæ, cum eis, tanquam simplici fornicatione notatis, quoad executionem sacerdotalis officij poterit dispensari: idem notatur in. c. Maximianus. 81. distin. & c. presbyter. ead. distin. & in cap. lator. 2. quæst. 7. quicquid Hostiens. & Henric. in d. cap. quia circa, dicant, quòd melius dixisset ille tex. Triplici fornicatione notatis: & in terminis hanc sententiam probauit Federi. de Sen. consil. 167. incip. mulier accusata: Imol. & Card. in d. Clement. ad nostrum, in fin. de hæret. vbi dicunt, quòd si sacerdos cognoscit solutam, non dicitur adulterium, sed simplex fornicatio. Idem Imol. in d. c. vt clericorum, de vit. & honest. cleri. Cynus, facob. Butricar. & Salicet. in d. l. 2. C. de Episcopis & cleric. Ant. de

Butrio in. c. cum dilectus. colu. 2. de accus. & in cap. significasti: col. 4. de adult. Felin. in d. c. at si clerici. in princip. nu. 14. de iud. & ibi Dec. num. 37. vbi quòd nõ est incestus, nec adulterium, sed simplex fornicatio: quod & tenet Selua de benef. 3. part. quæst. 3. nu. 16. vol. 15. tract. diuer. doct. & quòd simplex fornicatio clerici, pro adulterio, aut stupro, aut incestu nunquam habeatur, testatur veriorum & receptiorum sententiam Mècha. de succel. creat. §. 22. nu. 50. & quòd coitus presbyteri cum soluta, nõ habeatur pro adulterio, neque stupro, neque pro incestu, sed tantum pro simplici fornicatione, testatur communem opinionem Cacialup. in rep. auth. si qua illustris post n. 31. C. ad Offic. prout, eum refert Iul. Clar. in. §. fornicatio, versiculo cum presbytero, testatur etiam communem, addens quoque quòd non sit sacrilegium, Bossius in pract. crim. in tract. de coitu damnat. & punib. num. 10. 15. & 16. eandem sequitur & dicit communem in supradictis omnibus, præterquam in crimine contra naturam, de quo non loquitur, Iul. Clar. vbi supra, in. §. fornicatio. versi. sed quæro, ad fin. ibi: Ceterum coitus, & in §. incestus. versi. sed nunquid. vbi quòd non sit incestus, sed simplex fornicatio: & quòd non sit adulterium, Cæsar Lambert. lib. 2. de iur. patron. fol. 92. num. 23. colum. 1. & quòd tantum sit simplex fornicatio, testatur etiam communem Velazquez in l. 9. Taur. glos. 10. nu. 10.

45 Hæc autem communis sententia limitatur in religiosis, quia ipsi expressè profitentur castitatem. c. cum ad monasterium. de statu monach. & idem adulterium committunt: non verò idem est in clericis, qui solum ex constitutione Ecclesiæ ad castitatem obligantur, vt prædiximus: ita tenet plerique ex supradictis auctoribus, præcipuè Paul. Griland. Feli. & Dec. vbi supra, & Bossius d. nu. 10. alios allegantes, & idem in moniali Abb. in d. c. at si clerici. in princip. nu. 35.

46 Limitatur & secundò communis sententia, vt constat ex plerisque supradictorum, in Episcopo fornicante, quia
semper

semper dicitur committere adulterium, eo quod post confirmationem coniugium spirituale cum Ecclesia contrahit, vt infra dicemus: qua ratione idem dicendum est in monachis, vt prædiximus. 7 Tertio limitant DD. præfatam communem sententiam in sacerdote cognoscente carnaliter filiam spiritualem, quæ etiam dicitur, quando est ex eius parochia, secundum Abb. in c. si. ad si. de purgat. can. vbi etiam dicit, non reperiri quod Ecclesia dispensauerit in cognatione spirituali, licet sepe in carnali. Eandem limitationem sequitur, dicens eam tenere moderniores, Bossius vbi supra d. nu. 10. Contra hanc tamen limitationem videtur tenere Bernard. Diaz de Lugo. in sua praxi crim. Canon. c. 75. nu. 2. probans, quod ex confessione non contrahitur cognatio spiritualis, & sic non potest dici incestus: limitationem tamen veriore esse existimo, præ tradita per eund. Bernard. Diaz in d. practica crim. c. 76. vt infra dicemus in sexta limitatione communis sententiæ circa depositionis poenam.

48 Nō obstant fundamenta & rationes superius cōtra præd. cōmunē, de qua nunc agimus, adducta. In primis enim negamus, clericum in sacris cōtrahere matrimonium cū Ecclesia per suceptionem sacrorum ordinum, quicquid hoc dicat Menoch. de arbit. iud. centu. 5. casu 421. n. 1. id enim tantum inuenitur expressum in Episcopo electo & cōfirmato, vt ex hoc contraxisse proprie dicatur matrimonium spirituale cū Ecclesia, & inde ea efficiatur ipsius sponsa, vt in c. inter corporalia. de trāslat. Episcop. & in c. cū inter canonicos, de elect. nō verò in alijs clericis rectoribus, nec beneficiatis, saltē proprie, etiam inter canonicum & præbendam, vt latissimè resoluit alios citās Cæsar Lābert. de iure patron. lib. 1. 2. arti. 9. quæstionis princip. 1. p. n. 23 fol. 89. in mag. nec est aliquis tex. qui hoc probet, prout nō probat d. auth. de monachis supra citatū, nisi in religiosis, vt supradiximus.

49 Nō etiā obstat glos. in d. c. per venerabilem. cū sequacibus, affirmans, quod filij presbyterorum sūt adulterini, quia cūm forni-

cantur, adulterantur, cū sint quasi mariti ecclesiarum, vt in d. c. Cenomanensē. 56: dist. nam respondeo in primis, tex. illum hoc non probare, sed tantum quod filij adulterorum & presbyterorum æquiparantur in hunc sensum, vt vtrique sint abominatio Domino: hoc autē diuersum est ab specie glossæ & nostra, ac proinde nihil facit pro glo. illa.

Deficiente igitur fundamēto glossæ, corruit eius edificium. Præterea figmentum nostrorum interpretum est, dicere, quod clericus fornicando cū muliere soluta, committit adulterium, ac proinde filij inenati dicantur adulterini: hoc si quidem nullibi probatur, sed potius expressè contrarium in d. c. quia circa, de bigam. cū simil. nam quod ipsi præfantur de matrimonio contracto per sacri ordinis susceptionem, commentitium est etiam, vt prædiximus. Rectius igitur cōmunis assertio habet contrarium, vt probauimus sicq; glos. cōtraria improprie loquitur, & ita necesse est dicere, secūdū Iul. Clar. vbi supra, in §. fornicatio. versū. cū presbyter, vel, vt verius existimo, non est vera, sed potius contraria opinio cōmunis, vt docuimus.

Quinimò in specie glos. d. c. cū pridē. de filijs presbyterorum loquentis verior & receptior sententia est, quod dicatur spurij, non verò adulterini, vt resoluit Ioan. à Rojas. in epith. succes. e. 1. nu. 21.

50 Nec quoad sacrilegium obstant tex. in d. c. quæ Christo. & c. virginibus, illa enim iura loquuntur in virginibus Deo dicatis, quæ quidem sunt sponsæ Christi, ac proinde ex coitu cū moniali hæc crimina committuntur, sacrilegium, incestus & adulterium, vt probat glos. in d. c. virginibus, & alios referēs Bernar. Diaz in pract. crim. Canon. c. 75. n. 1. & stuprum, vt ibi per additio. & Paul. Grilād. de poenis omnifar. coitus. q. 1. nu. 10. vbi optimè iure probat præd. crimina committi ex coitu cū moniali, sicut in monachis idē supra resoluimus eadem ratione.

51 Quoad stuprum non obstat quod clerici in sacris ex cōstitutione Ecclesiæ teneantur seruare castitatē, nā cūm essentialiter

ter ea nõ sit annexa ordini sacro, vt prædiximus, non erit stuprum, nisi cum virgine, aut vidua honesta fornicauerint. †
 52 Non etiam quoad incestum obstat glos. in d. l. 2. C. de Episcop. & cler. quia eã reprobant Cyn. Butricar. & Salicet. ibidẽ. n. 2. & Bald. in l. si quis incesti. n. 2. vers. quæro. C. de incest. nup. Corset. singul. in cip. fornicatio. in fi. & est periculosa, secundũ Anan. & Felin. in c. cum dilectus, nu. 6. de accusat. & communiter reprobatur glos. illa secundũ Salicet. ibid. vt refert Ioan. à Rojas d. c. 1. n. 2. & d. c. 20. nu. 35. (quanuis ego hoc non inueniã apud Salicet. sed tantũ quod simpliciter reprobet glo. illam ibi. n. 2.) nam propriẽ non est incestuosus filius presbyteri, secundũ Couar. in 4. de spons. 2. p. c. 8 §. 5. n. 14. sed spurius, secundũ magis cõmunem sententiam supra relatã. Quod autẽ coitus clerici in sacris, cũ muliere soluta, nõ sit cõtra naturã, est de se notũ. Nec obstat dictum Ioan. Fabri in cõtrarium allegatum, quia illud procedit quantũ ad peccatum, non verò quoad pœnam temporalem, vt prædiximus.

53 Superest modò in proposito videre, qua pœna puniri debeat clericus cõcubiniarius cum soluta. Et sanè Ant. de Butrio in d. c. at si clerici. in princip. & ante eũ Archid. in c. notum. 2. q. 1. tenet, quod debeat deponi: quam opiniõnem sequitur & testatur cõmunem Aret. in c. cum non ab homine. col. 10. de iud. post alios quos citat, prout eum referunt Dec. in d. c. at si clerici. in princip. nu. 36. & Menchac. de succes. creat. §. 22. nu. 49. & Iul. Clar. in §. fornicatio. vers. sed quæro. adducunt pro hac opiniõne tex. in c. à multis. de ætat. & qualit. & in c. erubescant. 32. distinct. & in c. si quis omnem. 1. q. 7. circa fi. vers. si quis verò. sed cùm re vera iuxta veriorẽ & receptiorẽ sententiam, quam prædiximus, hoc casu clericus fornicarius non cõmittat præd. crimen, sed tantũ simplicem fornicationem, pro eo non debet ad eò graui pœna puniri, vt deponatur, vt tenet Abb. in d. c. at si clerici. in princip. n. 36. de iud. nisi iudex aliud arbitrabitur, vt infradicem:

& quod clericus pro simplici fornicatione non deponatur, sed solummodò suspensionis pœna ab officio & beneficio ad tempus plectendus sit, testatur cõmuniter teneri glos. in cap. Maximianus, in vers. remoueat. 81. distin. quam refert & sequitur Abb. in c. ex parte, nu. 1. in fi. de testib. quam sententiã latè probat Barbat. in d. c. at si clerici, in princip. col. 37. sequuntur & dicunt cõmunem scribentes ibi: & in specie Imola ibi. nu. 11. Felin. 14. Dec. 36. vbi respondet fundamentis contrariæ partis, & sequuntur magis cõmuniter DD. secundũ Beroi. n. 165. cum sequentibus, & probat Follerius in pract. crim. Canon. fol. 221. n. 6. Selua de beneficio in. 3. p. q. 3. n. 13. cũ sequentibus, fol. 52. volu. 15. tract. diuer. doct. in antiquis, vbi nu. 16. limitat, nisi post monitionem superioris noluerit desistere. Dueñas in regul. 101. in princip. Bermond. in tract. de public. concub. pagi. 251. num. 10. cum alijs. Bernard. Diaz in pract. cri. c. 72. & Bossius in titulo de coitu damnat. n. 10. testatur communem plures referens Mècha. de succes. creat. §. 22. nu. 48. vbi nu. 50. quod hæc pars in vsibus forensibus sibi recepta videtur, & Iul. Clar. vbi supra, §. fornicatio. in vers. sed quæro. est magis communis secundũ Didac. Perez in l. 23. tit. 3. lib. 1. ord. col. 7. eãdem sequitur & probat Cæsar Lambert. de iur. patron. lib. 2. 1. par. quæst. 9. arti. 20. num. 15. cum sequentibus fol. 97: vbi numer. 19. cum sequentibus eleganter ex hoc probat opiniõnem Ioan. Andreæ, Antonij & Petri in d. c. vt clericorum, tenentiũ, magis peccare laicos coniugatos fornicantes, quàm clericos non coniugatos: quæ est communis sententia, secundũ Abb. in d. c. vt clericorũ. n. 6. quãuis dicat, apud se nõ esse sine dubitatione, quin clericus cõmittat adulterium spirituale, & sacrilegium: sed communis & verior sententia in hoc de adulterio & sacrilegio, est quã prædiximus contra Abb.

55 Hæc tamẽ cõmunis sētētia, quæ habet, vt clericus pro simplici fornicatione nõ debeat deponi, sed solũ suspēdi, limitatur primò in clerico cõmittente fornicationem,

- nē, quæ insignem habeat deformitatem, pro ea namq; deponēdus erit, sicuti pro adulterio, incestu, stupro, & similibus, iuxta glo. in d. c. Maximianus, & in c. lator. 81. distin. & in c. lator. 2. q. 7. quas sequuntur Abb. & DD. in d. c. at si clerici. de iud. secundum Couarr. qui eos sequitur in 4. 2. p. c. 6. §. 8. n. 3. est cōmunis secund. Paul. Griland. de pœnis omnifar. coitus, quæst. 2. nu. 3. & q. 7. nu. 2. & q. 5. nu. 2. vbi de incestu cōmissio per clericū cum nouerca & alijs, & in commissio cū commatre idem probat Bernard. Diaz d. c. 76. nu. 4. & quod clericus deponatur propter incestum, idē Bernard. Diaz c. 78. nu. 2. & propter adulterium, testatur communem alios referens Iul. Clar. in §. adulterium, in vers. clericus autem. & hæc limitatio prima est communis, secundum Petrum Dueñas in regu. 101. limit. 2. & 5. & Menchac. de succel. creat. d. §. 22. nu. 49. qui eam sequitur.
- 56 Secundò limitatur eadem ratione in clerico rem habente cū moniali, quia is deponēdus est, cum committat crimina de quibus supra: ita tenet gl. in d. c. virginibus. & in c. si Episcopus. & in c. si quis rauerit. & in c. si qua monacharū. 27. q. 1. quas sequitur bene probans, & alios allegās Bernar. Diaz de Lug. in pract. crimi. c. 75. n. 2. & Paul. Grilád. vbi supra. q. 1. n. 18. & Petr^o Dueñas vbi supra limitatio. 1.
- 57 Tertio limitatur in clerico de facto cōtrahente matrimoniū cū soluta: vt in c. fraternitatis. 34. dist. & in c. si quis amodo. 81. distin. melior tex. in c. presbyter. 28. distin. & ibi Archid. Dominic. & Preposit. quæ text. desumpsit Gratia. ex c. 1. Concilij Neocæsariensis, & in terminis tenet Abb. in d. c. at si clerici. colu. 2. de iud. tradit latè, tam de presbytero, quàm alijs clericis hoc facinus perpetrantibus Bernard. Diaz in pract. crim. c. 74. per totum, vbi de alijs pœnis eiusdem imponendis, & Ignatius Salced. ibidem plura etiã circa suprãdicta refert.
- 58 Quarto limitat Nauar. in c. consideret. in princip. nu. 121. de pœnitentia dist. 5. in clerico propter fornicationem cōtinuatam: nam licet propter momentaneã non deponatur, propter continuatã deponitur hodie iuxta glo. in c. presbyter. 82. distin. quem sequitur Petrus Dueñas vbi supra, limit. 4. exemplificans in fornicatione notoria, vel scandalosa, & continuata, quæ digna est depositione, vt in c. quàm sit graue, de excess. prælat. Hæc tamen limitatio aduersatur menti communis sententiæ præcedentis negatiuæ: si enim clericus fornicarius deponi non debet propter simplicem fornicationē, bene præsupponitur, id procedere, licet fornicatio sit continuata: augebitur tamen pœna suspensionis respectu amplioris temporis pro illa, tãquam notoria & scandalosa & continuata, non tamen ob id pœna depositionis imponēda erit, nisi transeat in aliã speciē delicti, nēpe adulterij, sacrilegij, incestus, vel stupri, per prædicta, & voluit Abb. in d. c. at si clerici. in princip. n. 35. ibi: Sed dic melius.
- 59 Quintò limitatur in clerico cōmittente crimen contra naturam, quia pro eo deponendus, est vt probat Paul. Griland. vbi supra, q. 2. nu. 3. q. 8. num. etiam 3. Cæsar Lambert. de iure patron. lib. 2. 1. par. 9. q. princip. artic. 18. num. 2. fol. 93. & Petrus Dueñas d. regula. 101. limit. 7. Hodie per motus proprios Pij V. Pontificis Maximi, presbyteri, & alij clerici quicunque, seculares & regulares, cuiuscunq; gradus & dignitatis, hoc crimen perpetrantes, omni priuilegio clericali, omniq; officio, dignitate & beneficio ecclesiastico priuati existunt ipso iure, ita quod per iudicem ecclesiasticum degradati potestati seculari statim tradantur, qui de eis illud idem capiat supplicium, quod in laicos hoc in exitio deuolutos legitimis reperitur sanctionibus constitutum; vt patet ex motu proprio eiusdem Pontificis super hoc lato apud sanctum Petrum, ann. incarnatio. Domini cæ. 1568. 3. Calend. Septembris, & iterū prius ann. 1566 Calend. Aprilis, in vers. si quis crimen, &c.
- 60 Sextò limitatur in sacerdote cognoscente carnaliter filiam suam spiritualē, is namq; cū ita graue crimen committat, vt diximus suprã, ob id deponēdus est,

- est, & peregrinādo duodecim annos poenitere debet: vt in c. si quis sacerdos. 30.
- 61 q. 1. Quod nedū pcedit in filia spiritali simpliciter, sed etiā in ea, quæ propter Sacramentū poenitentiaē effecta fuit filia spiritalis: vt est tex. in c. si. ead. caus. & quæst. quia omnes, quos in poenitētia accipimus, ita filij nostri sunt, vt in Baptismate suscepti, vt in c. omnes, ead. caus. & quæst. † & dum text. in d. c. si. hoc de
- 62 de depositione & ceteris poenis intelligit, si in cōscientiā populi veniat, intelligendū est, id est si hoc testibus probatū fuerit: satis enim in notitiā populi venit delictū, quod testibus comprobatur; quasi velit tex. mitiori pœna puniendū sacerdotē, quando hoc delictum in occulto reuelatur superiori: ita Bernard. Diaz vbi supra c. 76. n. 1. quæ sequitur Greg. Lop. in l. 33. in glo. de lo faxer, tit. 4. par. 1.
- 63 Pro qua limitatione facit glo. 1. in d. c. si. dicens, magis peccare sacerdotē cognoscendo filiā spiritalē, quā vxorem alterius: quā glof. allegat & sequitur Dec. in d. c. at si clerici. n. 38. & hanc limitationem in terminis sequitur Abb. in d. c. si. de purgat. canon. Fel. in d. c. at si clerici, in princip. n. 14. & ibi Dec. d. nu. 38. idem Dec. cōsi. 462. col. 1. & Ioan. de Selua de benef. 3. p. q. 3. in fi. n. 18. Bernard. Diaz d. c. 76. n. 1. & 2. vbi q̄ clericum ob hoc delictū indistinctē deponeret, imō & tēpore state hac carceri alicui per aliquos & nō paucos annos māciparet: sequitur etiam Greg. Lop. vbi supra. Ampliat Bernard. Diaz vbi supra, † vt eādē depositionis pœna puniatur clericus cognoscēs carnaliter illā, quā tenuit in Sacramēto Cōfirmationis, cū eodē modo sit effecta eius spiritalis filia, quāuis in alijs poenis vltra depositionem iniungendis pro hoc delicto, mitior possit esse iudex, cū non sit ita graue in oculis hominum, sicut præcedens.
- 64 Hæc sexta limitatio procedit etiā in sacerdote cognoscēte parochianam suam; quia illa dicitur filia spiritalis, quæ est de parochia eius, secūdu Abb. in d. c. si. de purgat. canon. quæ sequitur Dec. in d. c. at si clerici, in princip. n. 38. & Selua vbi supra. n. 19. Credit tñ Bernard. Diaz vbi supra, quod licet vera sit hæc conclusio doctorum, si tamen sacerdos cognosceret filiam parochiæ suæ, nullo alio sibi vinculo spiritali conjunctam, non propter hoc esset deponendus, quia esset magna extensio iurium poenaliū, quāuis tale facinus committens non leuiter puniendus sit.
- 66 Septimò communis sententia limitatur in religiosis, quia ipsi expressè profitētur castitatem. c. cū ad monasteriū, de statu monach. ita Felin. in d. c. at si clerici. in princip. nu. 14. & ibi Dec. nu. 38. diximus supra.
- 67 Octauò & vltimò limitatur in Episcopo, quia is fornicando semper dicitur committere adulterium, propter ecclesiam eius sponsam. glo. in c. si quis amodo. 81. distin. & idē deponendus est, vt notat Abb. in c. si. per tex. ibi, de purgat. canon. sequitur Dec. vbi supra, nu. 38. hoc intelligens verū in Episcopo consecrato, secus in electo tantum, quia is nō dicitur propriè Episcopus ante cōsecrationē, vt ibi per eum: sequitur Bermond. Choer. in tract. de public. concub. in versi. & alios. n. 15. quæ refert & sequitur Menoch. de arbit. iud. centu. 3. casu 418. n. 4. & Selua vbi supra, nu. 17. De hac tamen limitatione dubitat Feli. d. nu. 14. & ab ea dissentit Corset. in verb. fornicatio. Sed imō in contrarium est verior & communis sententia, vt Episcopus propter fornicationem, etiam si semper dicatur committere adulterium, non tamen ob id deponatur, vt refert & sequitur Cæsar Lambert. de iure patron. lib. 2. l. p. quæst. 9. artic. 20. nu. 20. fol. 97. col. 4. vbi assignat bonam rationē, scilicet propter nimiam æquiparationem, quam habet matrimonium spiritalē, quod consistit inter Episcopum & Ecclesiam, & matrimonium carnale: vnde sicut per adulterium non separatur in totū matrimoniū carnale, sed tantum quoad torum, vt in toto titul. de adu. in Decretal. ita etiam in matrimonio spiritali, licet cōmittatur adulteriū per Episcopum, non deponetur ipse, quia si hoc fieret, in totū separaretur:

raretur, quod fieri non potest, propter auctoritatem Christi dicentis, Quod Deus coniunxit, &c. quæ etiam habet locum in matrimonio spirituali, ut in c. 2. de traslat. Episcopo. & in c. nisi cum pride. de renuntiat. cum similibus. Que communis sententia hodie probata videtur in sacro Concilio Tridentino. sessio. 25. in decreto. de reformat. c. 14. circa finem. quatenus ibi hæc poena Episcopo concubinario statim non infligitur, sed in hunc modum disponitur: Episcopi quoque, quod absit, si ab huiusmodi crimine non abstinuerint (loquitur enim in crimine concubinitus) & à Synodo provinciali admoniti se non emendauerint, ipso facto sint suspensi: & si perseverent, etiam ad Sanctissimum Romanum Pontificem deferantur, qui pro qualitate culpæ, etiam per priuationem, si opus fuerit, in eos animaduertat. Et hæc quæ dicta sunt, circa depositionis poenam sufficiant.

68 - Cum igitur regulariter poena depositionis non sit imponenda clericis pro simplici fornicatione, superest ut videamus, quæ alia poena ferenda sint propter delictum crimine frequenter committi solitum? Est, in hoc Abb. in d. c. at si clerici, in princip. n. 36. de iudic. quod cum iura in hoc vario modo disponant, quandoque apponendo poenam æcerbam, quandoque mitem, & quandoque mitius procedendo, mediam viam amplectens, ut patet ex iuribus per eum ibi allegatis, relinquitur arbitrio superioris, ut consideratis circumstantiis, & scandalo inde surgente, & consuetudine patriæ, apponat poenam, quandoque depositionis, quandoque suspensionis, & quandoque priuationis à beneficiis, quandoque prius moneat, quandoque sine monitione priuet, ex quo constat de delicto: sibi enim videtur data optio, ex quo varias poenas & modos procedendi à iure reperimus traditos: sequitur Bernar. Diaz in pract. crim. c. 73. nu. 3. Tandem quod clericus ob simplicem fornicationem sit arbitrio iudicis puniendus, tenet Corset. in suo singul. verb. fornicatio. Bermond. Choquer. in d. tract. de pub. concubin. in versi. & alios non publicos, nu. 10. & Mascard. de Susan. in tractat. de celibat. 3. par. c. 2.

prout eos refert Menoch. vbi supra. n. 3. & 5. Triginta poenas concubinarij enumerat Petrus Rebuff. in concordat. regis Franciæ, in tract. de pub. concub. quæ ibi scriptæ, & hæc sententia approbat hodie sacrosanctum Concilium Tridentinum. vbi supra d. sessio. 25. in decret. de reformat. c. 14. versi. clerici vero, in clericis beneficia ecclesiastica, aut pensiones non habentibus, in hunc modum: Clerici vero beneficia ecclesiastica, aut pensiones non habentes, iuxta delicti contumaciæ perseverantiam, & qualitatem, ab ipso Episcopo carceris poena, suspensione ab ordine, ac inhabilitatione ad beneficia obtinenda, alijs ve modis, iuxta sacros canones puniantur.

In clericis autem beneficiatis, vel pensiones ecclesiasticas habentibus, sic disponit Concilium: *Prohibet sancta synodus quibuscumque clericis ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus possit haberi suspicio in domo vel iuxta detinere aut cum illis vel à consuetudine habere audeat: alioquin poenis à sacris canonibus vel statutis ecclesiarum puniantur. quod si à superiori, us moniti ab his se non abstinuerint, terri parte fructuum, obventionum ac prouentuum beneficiorum quorumcumque, & pensionum ipso facto sint privati, quæ fabricæ ecclesiæ, aut alteri pio loco, arbitrio Episcopi applicentur: si vero in delicto eorum, cum eadem vel alia foemina perseverantes, secunda monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes, ac prouentus suorum beneficiorum, & pensiones eo ipso amittant, qui prædictis locis applicentur, sed etiam à beneficiorum ipsorum administratione, quoad ordinarius, etiam vbi sedis Apostolicæ delegat, arbitratu suspendantur: & si ita suspensi, nihil minus eas non expellant, aut cum illis etiam versentur, tunc beneficij, portionibus ac officijs, & pensionibus quibuscumque, ecclesiasticis perpetuo priuentur, atque in habiles ac indigni, quibuscumque, honoribus, dignitatibus beneficij, ac officijs in posterum recedant, donec post manifestam vitæ emendationem ab eorum superioribus cum his ex causa visum fuerit dispensandum: sed si postquam eas semel dimiserint, intermissum consortium repetere, aut alia huiusmodi scandalosas mulieres sibi ad iungere ausi fuerint, præter prædictas poenas, excommunicationis gladio plectantur, nec quæuis appellatio, aut exemptio prædictam executionem impediatur, aut suspendatur, supra dictorum. omnium*

bognt-

cognitio nõ ad Archidiaconos, nec Decanos, aut alios inferiores, sed ad Episcopos ipsos pertinet, qui sine strepitu & figura iudicij & sola facti veritate inspecta procedere possint: Ita sanctum Concilium Trident. vbi supra, cuius verba referunt nouissimè Nauar: in man. Lati. cap. 25. nu. 109. & Menoch. vbi supra, nu. 11. & statuta ab eo contra concubenarios, tam clericos, quàm laicos, monet Pius V. omnes locorum ordinarios, & in virtute sanctæ obedientiæ eis præcipit, vt districtè faciant obseruari, reddituri Deo & sibi, si id omiserint, rationem: vt patet ex eius bulla prohibitionum blasphemæ, sodomæ, simoniæ, concubinatus, &c. lata. ann. 1556. in versic. Monemus præterea: & stante præd. dispositione Concilij Trident. omnino seruanda aduersus clericos concubenarios, referre non curo aliam priorem contra eosdem Concilij Basiliensis, sessio. 20. cuius literam refert Bernard. Diaz vbi supra dicens, præd. sessio. 20. fuisse factam ante eius Concilij scissuram, de quo latè disseruimus supra lib. 1. Canon. quæst. capit. 1. per totum: nec refero etiam Concilij Rhemens. sub Eugenio II. capit. 2. relatum à Rebuffo vbi supra, n. 12. ¶ Dubium tamen se nobis hîc offert breuiter explicandum, antequàm ad vltiora procedamus, an in puniendis clericis concubinarijs iudices ecclesiastici seueritatem atque iuris rigorem omnino seruare debeant, an verò equitate sit vtendum hac in re? Et videtur quòd seueri debeant esse propter grauitatè criminis, atq; ipsius frequentiam, vt admonet Menoch. vbi supra, nu. 6. quia pestis hæc propter nimiam contagionem indiget ferro ignito, vt in. c. ecce. 24. quæst. 3. ferro enim abscindenda sunt vulnera, quæ fomentum non sentiunt disciplinam, vt in capit. quam plurimos. 82. distinctione, siquidem scabiola ouis à caulis est repellenda, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, & intereant, vt in capit. resuscandæ. 24. quæst. 3. quæ omnia in proposito adducit glof. pragmat. sanct. Gallican. in titu. de concub. §. & cum omne,

fol. 200. in princip. vbi idcò in tæx. in. §. in concilijs, dicitur in proposito, Condigna pœna seueriter procedatur.

Nihilominus tamè Abb. in c. atsi clerici. in princip. n. 36. de iud. tenet oppositum nempe quòd in hoc delicto fornicationis semper iudex declinet ad mitiorem partem, quia pauci (vt inquit Gregorius) sine vitio incontinentiæ reperiuntur, vt in. c. quia tua. 50. distin. & melius est redargui à Deo de misericordia, quàm de seueritate. c. alligant. 26. q. vlti. quod sequitur glo. d. pragmat. sanctio. Gallican. titu. de concub. §. pœnis alijs, fol. 186. in princip. & Bernard. Diaz d. c. 73. nu. 3. vbi eius additio alia in fauorem adducit. Quid tenendum? Ego, quoties iuxta præmissa arbitrio iudicis plectendus est clericus fornicarius, non verò pœna certà ordinaria, hanc secundam partè eligerè, nempe vt tunc iudex semper, obseruatis tamen circumstantijs delicti, eisq; attentis, potius declinet in mitiorem partem, per prædicta: quia tunc locum habet arbitrium & misericordia, prouiso tamen in posterum, ne ita parua sit condemnatio, vt ob paruitatem pœnæ facillè clericus in idem crimen reincidat: & ita semper obseruavi in hoc Episcopatu Ciuitatensi cum essem in eo Prouisor, & in Placentino assessor Vicarij generalis, puniendo clericos huiusmodi pœna aliqua pecuniaria moderata, & nonnunquàm reclusionis in Ecclesia ad breue tempus, quando delictum erat notorium, & inueteratum, ex quo scandalum magnum ortum erat in populo, vel si fortè reiteratum fuerat, monitione præcedente contempta, quoties aliqua iuxta causa & ratione pœnæ ordinariæ locum minimè esse existimabam.

Quòd si iuxta formam & dispositionem decreti Concil. Trident. præcipiti locus est pœnæ certæ ac determinatæ, & sic ordinariæ eiusdem, quia præcessit monitio, & ei non fuit paritum, ac delictum postea sequutum, legitime probatum sit, nec aliqua legitima causa moderandi eandem pœnam intercedat, aut subsistat, tunc ad vnguem seruarem dispositionè Concilij

Concil. Trident. modò relatam , tum propter præcisam obligationem , qua omnes tenentur eandem seruare , & à qua sine causa legitima recedi nõ licet: tum etiam propter præceptum sub virtute sanctæ obedientiæ à Pio V. in sua præd. bulla in id factum. † Denique & tertio , ne aliàs ob remissionẽ iniustam iudicium clerici vomitu reciduo ad huiusmodi concubinatum publicũ redeant. Oportet tamen tales superiores contra huiusmodi concubenarios procedentes, esse viros graues, id est doctrina præstantes, vitæ innocētis & inculpatæ, ac nullius criminis labe notatos; aliàs enim si tales non essent, illis diceretur;
Turpe est Doctori, cum culpa redarguit ipsũ.
 Ut monet glos. dictæ pragmat. sanct. Gallic. in d. tit. de concub. §. in cõcilijs pag. 185. verbo, seueriter.

71 Clericus autem cõcubiniarius in proposito dicitur, qui solutam mulierem & corruptam nullo sibi spiritalis vel carnalis cognationis vinculo coniunctam domi retinet, cum qua consuevit carnaliter cõmisceri; nam aliàs vnicus tantum cõcubitus, solum eum fornicarium faceret, & idè non esset damnandus pœnis concubinariorũ: q̄ si concubina esset nupta, virgo, aut sibi sanguine coniuncta, tunc esset grauius delictum, grauioriq; pœna puniendum, vt supra est dictum: nec est distinguendum, sola ne retineatur domi concubina per clericum, an sub velamento quod pedisse qua sit matris, sororis, amicæ, vel alterius, cuius cohabitatio clericis non inhiberetur; dum tamen constare possit q̄ eam habet in concubinam: idèq; esset, si clericus in aliena domo notam foeminam habeat, cui solet carnaliter commisceri, si de hac consuetudine constat, & diffamatus est in sua, vel ipsius foeminæ vicinia, licet ad effectum concubinatus de iure ciuili, aliàs requiratur quòd sit retenta in domo; respectu tñ punitionis delicti clerici concubinarij sufficit quod prædiximus: popul⁹ enim, siue domi, siue extra eam habeat clericus, concubinã vocat, eumq; reputat

80 cõcubinariũ: ita Bernard. Diaz in pract crim. c. 73. n. 1. & lat è probat Auéd. 2. p. c. 26. prætor. nu. 13. cum seqq. vbi quomodò probandus sit publicus concubinatus clerici, monachi, vel vxorati, ad puniendas eorum concubinas pœnis à legibus Regijs eisdem impositis. Adde glos. pragmat. sanct. Gallic. in tit de cõcubinarijs. §. ipsas autem, in glo. concubinas, † vbi q̄ concubina largè accipitur pro quacunq; muliere, quam clericus tenet in domo sua luxurioso affectu, siue propria, siue conductã, aut gratis, siue hospitiõ accepta, siue etiam sit ipsius concubinæ, dum modò simul habitent: & hæc habitatio talis esse debet, vt simul viuant, & sint commensales, aliàs non dicuntur cohabitare: quod etiã probat Palat. Rub. in repetit. c. per vestras. §. 21. nu. 17. de donat. inter vir. & vxo. † dicens, quòd attenda lege Regni, quæ publicitatẽ requirit, ne aliæ mulieres hoc videntes, in simile delictum cadant, illa dicitur publica cõcubina clerici, monachi, religiosi, vel vxorati, quæ communi opinione vicinorum, pro tali eius concubina reputabatur, quia sciētibus & videntibus vicinis, ille domum eius intrat, & conuersatur, & è contra illa domũ eius frequentat, & alimẽta & alia recipit: hanc reputat Palat. Rub. publicam concubinam, vt debeat puniri pœnis legum huius Regni: vnde non sufficeret quòd fuerit in delicto vel cõcubinato deprehensa: sola enim deprehensio in delicto, non reddit delictum publicũ, vel notoriũ, nisi aliter quis cõuincatur, vt ibi per eũ: cui⁹ dicta in hoc probat Ant. Gom. in l. Taur. cum seqq. num. 22. plures allegans, & Auiles c. 27. prætor. in glos. *manceba publica*, nu. 1. & Didac. Perez in l. 4. in glos. *manceba publica*, pag. 202. col. 1. tit. 7. lib. 8. ordinam.

Hæc autè quoad exigendas pœnas à publicis cõcubinis clericorũ, religiosorũ, atq; vxoratorũ à legib⁹ Regijs impositas *del marco de plata*, & ceteras pœnas earũdem exequendas, fortè procedent, nèpè requiri præd. probationem publici cõcubinatus, vt sic arceatur cæca cupi-

Oo ditas

ditas iudicum secularium, qui stante quacunq; probatione publicæ vocis & famæ cōcubinatus in vicinia prædictarū personarū, statim eas condēnāt in præd. pœnis, quia tertia pars *delmarco* ipsis iudicibus applicatur per easdē leges, vnde meritō vt ad cōdēnationem pœnæ ordinariæ prædicta omnia ita exactē, vt Palat. Rub. dicit, probari debeant, aliās minimē locū habeat condēnatio pœnæ ordinariæ, vt ipse præfatur & tenet, sed monitionis & alicuius extraordinariæ pœnæ, cuius nulla pars iudici sententianti, sed fisco applicari debet, vt per iudices timoratos & attētatos fit: & sæpissimē per aduocatos allegari solet opinio sup. d. Palat. Rub. in fauorē & defensionem harū mulierū, qui nō fatētur aliqua pœna eas esse condemnandas, sed potius omnino liberandas esse per sententiā contendunt, eo q̄ concubinatus publicus, requisitus à legibus Regijs, nō probetur sufficiēter iuxta requisita per Palat. Rub. vbi supr. & sequaces, adherētes semper eius dicto: quod profectō, cū agitur de pœna ordinaria exigēda & infīgēda, securius, ac rationi, iuriq; cōgruens videtur, quāuis iudices ipsi dictū Palat. Rub. in hoc vt plurimū non sequantur; sed quod prædiximus faciunt.

24 Sed quoad puniendū clericum cōcubinariū pœna arbitraria, vt prædiximus, nō ita exacta probatio requiritur, sicut ea, quam exigit Palat. Rub. qui contra clericum minimē loquitur, sed contra eum concubinam, & ad effectū exigēdi ab ea pœnam legibus Regijs pblicis cōcubinis clericorum impositam: quod est diuersum: vnde ad puniendum clericum cōcubinariū sufficit; probatio, quā prædiximus ex Bernard. Diaz, præcipuē cū in clericis magis & potiori iure prohibeatur impudicitia quæcūq; propter obligationem, qua tenentur ex constitutione Ecclesię obseruandi castitatē, sicq; puniendi sunt ex quacūque fornicatione, quamuis non vt concubinarij, si consuetudinē fornicandi non habeant; si verò illam dicti clerici ha-

beant, grauius puniatur, licet ea omnia, quæ ita exactē requirit Palacius Rub. ad probationem publici cōcubinatus, non probentur, sed tantū quod prædiximus: aliās enim impunitus remaneret concubinatus publicus in clericis, si ipsi alimenta non præstarent concubinis, vel si hoc non probaretur, quamuis reuera præstarentur alimēta, cæteraque necessaria, sicque occasio præberetur, vt passim clerici haberent concubinas, occultē ministrando eis necessaria: & hoc in clericis indubium reputo, nempē vt ad puniendum ipsorū concubinariū, nō requiratur necessariō probatio eorum quæ dicit Palat. Rub. sed sufficiat probatio aliās iuridica contra eos: præterquā q̄ Palat. Rub. non loquitur, quādo præceditur contra clericos publicos concubinarios, sed contra eorum & similiarum personarum concubinas publicas, & ad imponendas eisdem pœnas legum Regiarum, quod maximē à nostra specie differt.

Quinimō & cōtra clericorū & similiarum concubinas publicas, & respectu pœnarum legū Regiarū, adhuc Auend. vbi supra, num. 13. credit aduersus Palat. Rub. non esse necessarium quòd ultra conuersationem clerici & concubinæ, illa recipiat à clerico alimenta, vel alia necessaria, vt dicatur publica cōcubina, nā cōcubinatus ex luxurioso affectu & cōmixtione causatur, vt ibi probat; quā docunq; igitur constiterit de isto luxurioso affectu & commixtione, probatus est concubinatus; quòd si hic publicus fuerit, erit punibilis pœnis legum huius Regni, aliter impunitus esset publicus concubinatus, si ipse non præstaret alimenta concubinę suæ: fatetur tamen apertius istud præsumendum, si mulier recipiat alimenta à concubinario; & hanc opinionem Auendañi contra Palat. Rub. sequuntur communiter iudices seculares, quæ (si aliās rectē probetur publicus cōcubinatus) nō videtur à probabilitate aliena, cū leges Regiæ de hoc agētes, nūcupatim non requirāt q̄ concubinarius publicus præstet alimēta suæ

suæ concubinæ, ad hoc vt ipsa pœnis earum puniri possit, tamen si his probatis erit crimen indubitanter probatum: quod autem non admitto, est, vt ex quacumque probatione publicæ famæ concubinitas, iudices concubinas in pœnis legum Regiarum condēnent: hoc namque minimè sufficeret, nisi de publicitate constet per legitimos testes dependentes de diffamatione & rei euidētia, mutuaque conuersatione & frequentia suspectæ amicitia, & cæteris supra enarratis per Palat. Rub. vbi supra, præter illud de alimentis & aliorum necessariorum præstatione, vt resoluunt Bernard. Diaz, & Auend. vbi supra, sola namque deprehensio in delicto non sufficeret ad condemnandam concubinam in pœnis dictarum legum, vt rectè probat Palat. Rub. vbi supra.

76 Sed ad hoc vt clericus concubiniarius puniri possit pœna suspensionis, vel priuationis, si non est publicus concubiniarius, præcedere debet monitio, secundum Innocent. in c. si autem. de cohabit. cleric. & mul. quem refert & sequitur Præposit. in cap. nullus. 32. dist. & Bernard. Diaz d. cap. 73. vbi n. 3. q. ad hoc vt prælati excusentur à monitionibus faciendis clericis suæ diocesis, in hac materia prudenter facient, monendo omnes generaliter in suis constitutionibus synodalibus, ne concubiniarij sint; contra facientibus pœnas debitas irrogando, & ibi additio litera. F. hoc intelligit procedere contra illos clericos, qui secundum legem diocesanam tenentur in synodo comparere, alias enim ex quacumque via iudex procedat, monitio debet præmitti, nec sine ea iudex Ecclesiasticus procedere debet ad imponendas dictas pœnas, nisi talis clericus esset manifestus concubiniarius, & incorrigibilis: imò trinam monitionem requirunt iura, vt in cap. si quisquam. & in cap. si autem, de cohabit. cleric. & mul. per quæ iura ita tenet glo. pragmat. sanct. Gallic. titu. de concub. §. nec non, verbo monere. fol. 170. pagin. 2. & fol. 171. pag. 1. vbi quod contra clericos concubinariis occultos,

non publicos, nõ videtur sufficere vna monitio peremptoria, antequam ad probationem procedatur, nisi superior concubiniarium publicum in sua præsentia monuisset, quia tunc sufficit vna monitio; quia monitio facta per iudicem, habet vim trinæ monitionis, ex tex. in l. 2. & ibi DD. C. quomod. & quando iud. secundum communem intellectum eiusdem l. monitio tamē generalis, quod omnes clerici publici concubiniarij dimittant concubinas, non sufficit ad infligendam pœnam priuationis beneficiorum, sed monitio specifica requiritur: & postea in glo. sequenti, verbo teneatur, notatur, quod omissa monitione, non posset Episcopus procedere ad priuationem beneficiorum contra publicum concubiniarium & idem quoad suspensionem, nam si quis est diffamatus de concubinato, antequam fiat suspensio, requiruntur tres monitiones: & sacrum Concil. Trident. supra citatum pro secunda & vltioribus vicibus requirit monitionem fiendam, vt condemnationi pœnarum, de quibus ibi, locus sit: & sess. 21. in decret. de reformat. c. 6. ad fin. dicitur, Eos verò (scilicet clericos) qui turpiter & scadalosè viuunt, postquam præ moniti fuerint, coerceant, ac castigent, & si adhuc incorrigibiles in sua nequitia perseuerent, eos beneficijs; iuxta sacrorum canonum constitutiones, exceptione & appellatione quacumque remota, priuandi facultatem habeant.

Supra dicta tñ procedunt quoad pœnam priuationis beneficiorum, vel suspensionis indicendam, & ad cæteras pœnas, de quibus in d. c. si quisquam. & c. si autem. & in Concil. Trid. c. præcitato, tunc enim meritò vt prius moneri debeat clericus ob grauitatem pœnæ: ¶ at verò si alia mitiori pœna condemnandus veniat, ne pœna pecuniaria, vel reclusionis ad modicum tempus in Ecclesia, ob concubinatum notorium & scadalosum, pro prima vice existimo non esse necessarium ad hanc condemnationem infligendam præcessisse vllam monitionem, quãdo quidem crimen notorium à iure damnatum

- tum committit, & ob id veniat arbitrio iudicis puniendus: quod tenet Didac. Perez in l. 23. titu. 3. lib. 1. ord. col. 171. in princip. dicens non esse graue inferendam poenam, quousque monitus sit vt à crimine desistat, quâquam si sit notoriu, possit arbitrariè puniri: sed in eadē sententia à iudice monendus est, vt in posterum se à simili conuersatione illicita absteat, sub poenis à iure & sacro Concil. Trid. contra publicos cōcubinarios impositis: & hæc monitio cum sit facta à superiore in præsentia clerici, & cum causæ cognitione, sufficit pro trina, ad incurrendas cæteras poenas, si post primam monitionem reciduo vomitu ad crimē præfatum redierit, à iure & sacro Concil. Trident. impositas, iuxta supra dicta: & simile obseruabitur pro vltioribus vicibus reincidētæ, vt ad vltiores poenas procedi valeat; ac ita in praxi semper obseruauit, & ab alijs iudicibus Ecclesiasticis obseruari vidi; si verò fornicatio occulta sit, & semel vel bis commissa, sola monitione & cōdemnatione expensarum pro ea iudices contenti esse debent.
- 78 Quòd si post monitionē præmissam, clericus concubinam non dimittat, reputabitur publicus concubiniarius, vt probat Cosmas Guimier in d. pragmat. sanctione Gallic. tit. de concubinar. §. publici, in glo. dimitti, fol. 190. ad fi. primæ paginæ, vbi q̄ hoc est notoriu præsumptionis: ex suspitione enim mulieris suspectæ habitatis cum clerico in domo sua, spreta monitione, habendus est iste clericus tanquã publicus cōcubiniarius, ac proinde poenis eo casu statutis punietur.
- 79 Dubium tñ est, an iudex Ecclesiasticus possit punire clericum adulteru, nempè illum, qui cum muliere nupta fornicatur? Et videtur quidē, id minimè licere, quia agitur de honore matrimonij, & sic mariti: quare ipso non accusante, iudex nõ debet se in eo intromittere, propter periculum qđ verisimiliter inde timeri potest, quòd maritus sciens adulterium cōtra se cōmissum, occidet mulierem suam, † & ided nemo nisi maritus potest adulteram accusare, etiã data negligentia ipsius, vt in l. 3. tit. 7. lib. 4. fori leg. vbi notat Montalu. & ita cōmuniter practicatur secundum Ant. Gomez. in l. 80. Taur. n. 49. vbi Cisuent. in verl. tertio dubitatur. bene declarat, & etiam testatur de praxi. & præterea Gregor. Lop. in l. 2. tit. 17. par. 7. in glos. tan negligente. in principio, & Anto. de Padilla in l. tranũgere. nu. 92. de tranlaçt, & Ignatius Salced. in addit. ad Bernard. Diaz in pract. crim. Canonic. c. 78. litera. C.
- 81 † Quinimò nec iudex ex officio potest inquirere super adulterio, vt in l. 2. titu. 19. lib. 8. nouæ collect. reg. vbi dicitur: *Pero declar. mas, que ninguna muger casada pueda dezirse manceba de clerigo, frayle, ni casado, &c. Y q̄ la tal muger casada no pueda ser demandada en juyzio, ni fuera del: saluo si su marido la quisiere acusar:* per quam. l. ita tenet in terminis Grego. Lop. vbi supr. & de iure cōmuni idem probat Matth. de Affl. et. in decis. Neapolit. 176. nu. 2. nempè vt de adulterio non inquiratur: ex officio, nisi quando esset notorium: sequitur Maranta de ordin. iud. 6. parte, in princip. nu. 170. vbi etiam limitat ex eodem Matth. de Affl. et. in cōstitution. legum asperitate, col. 4. quando maritus vel alius accusauit, & postea destitit, quia tunc iudex inquit. Hæc tñ limitationes in nostris Regnis non procedēt, vt credo, per. l. 2. in verbis supra relatis, quæ indistinctè prohibent procedi ex officio, nec alio modo contra mulierem nuptam concubinam alterius, nisi marito accusante; prout etiam probat Palat. Rub. vbi supra, d. §. 21. nu. 21. † Hæc tamen licet vera sint, rectèq; iure procedant; vno tamen casu licebit iudici procedere contra mulierem nuptam concubinam clerici, religiosi, vel vxorati, duobus concurrentibus, nempè qđ sit publica concubina clerici, & c. & re-tenta in ipsius domo, vt disponit. l. 3. statim sequens dict. titu. 19. lib. 8. nouæ collect. reg. per quam. l. ita tenet Auend. vbi supra n. 8. resoluens, qđ si aliqua ex dictis qualitatibus deficiat, non licebit super
- 82

super huiusmodi cōcubinato procedere, quia vtrumq; copulatiuè requiritur; & per modum conditionis in lege supradicta, nempe quòd sit publica concubina, & retenta in domo; addès, quòd licèt in legè illa ponatur exemplum in retenta in domo clerici, illud est causa frequentiq; nam idem esset, si in domo religiosi, aut vxorati detineretur, cùm sit eadem causa prohibitionis; & iuxta supradicta asserit esse intelligenda, quæ notat Palat. Rub. vbi supra. Ego autem aduerto, aliam insuper qualitatem requisitam esse à legè illa, ad hoc vt iudex possit procedere contra huiusmodi publicam cōcubinam clerici mulierem nuptam; retetam in domo, quam Auend. omisit; nempe quòd clericus eandem mulierem antequam nupta esset, haberet in publicam concubinam. & vt crimen suum occultaret, eam matrimonio tradidit famulo suo, vel alteri, qui contentus sit eam in domo clerici habitare, sicut ante matrimonium, vt constat expressè ex eadem, quæ in hoc casu principaliter loquitur, ac disponit, sic dicens. *Por quanto muchas vezes acaece, que auiendo tenido algunos clerigos algunas mugeres por mancebas publicas, despuës por encubrir el delito, las casan con sus criados, y con otras personas tales, que se contentan estar en casa de los mesmos clerigos que antes las tenian, de la manera que antes estauan, por ende por obuiar lo susodicho, &c.* Ponderanda enim sunt illa verba dispositiua eiusdem. l. atque repetitiua qualitatis præcedentis, *en la manera susodicha, &c.* & sic necessariò est adiungenda hæc tertia qualitas duabus superioribus, vt omnes tres simul & copulatiuè cōcurrere debeant, ad hoc vt iudex procedere possit cōtra huiusmodi concubinam clerici mulierem nuptam: aliàs autè qualibet ex præd. tribus qualitatibus deficiente, iudex non poterit id facere, nisi maritus eam accusauerit; cùm regula sit in contrarium, vt prædiximus, & casus exceptus à dict. l. 3. sit cum præd. tribus qualitatibus, quia aliàs standum est regulæ. Cùm igitur hæc ita se habeant, videtur quòd nec iudex Ec-

clesiasticus possit procedere contra clericum adulterium committentem, marito non accusante, nisi in casu dict. l. 3. modò relato.

Nihilominus tamen in hac præsentis specie contrarium indistinctè determinat Bernard. Diaz. d. c. 79. nu. 6. nempe vt non obstantibus dictis ll. Regijs, iudex Ecclesiasticus possit punire clericum in hoc delinquentem; nec reus valebit opponere, quòd maritus non accusat, quia non potuerit illè leges Regiæ Ecclesiasticas iudices impedire, ne ad emendam suorum clericorum procedant: aliter enim clerici omnes incōtinentes libidinè suam potius cum nuptis, quàm cum mulieribus solutis expleant; cùm securius & impunè id agere cognoscerent, & inquit ita se iam practicasse, dum esset Vicarius Salmantini. & obtinuit e coram superiore in gradu appellationis. Debet tñ in hoc magna adhiberi cautela, quia si delictum non est publicum, aut creditur maritum ignorare, periculumq; inde vxori timeri posset, secretò in camera processus fulminetur, imò & nomine mulieris tacitò, nec nó & mariti, & familiari disciplina corrigatur, relegeturque sine expressione causæ in sententia: quòd si ab ea appelletur, hortetur iudex superiorem, vt secretè ab eo causam exquirat, ne aliàs delictum publicetur; idque debet superior obseruare, ne si aliud agat, cogat inferiores iudices ad dissimulandum adulteria similia, & adulteri ex hoc insolentiores fiant: sequitur Auendan. vbi supra, num. 8. & Anton. de Padilla in d. l. transigere. num. 90. in fi. Quod si adulterium clerici adeò sit notorium, maritique persona ita vilis, quòd præsumi possit ipsum scire, & parui pendere, tñ iudex Ecclesiasticus poterit publicè & liberè de adulterio tractare, & pœnam imponere, secundum Bernard. Diaz. vbi supra, cuius in hoc sententia mihi placet, ne delicta clericorum maneant impunita.

83 Nunc autem offert se nobis quæstio difficilis examinanda, an clericus noto-

rius cōcubinarius, aut fornicarius, cuius crimen nulla valet tergiuersatione celari, si ante pœnitentiam celebret, sit irregularis? Quod videtur, quasi hic sit ipso iure ante pœnitentiam suspensus quoad se, & quo ad alios, iuxta tex. in c. fin. de cohabit. cleric. & mul. & in c. si qui sunt. 81. dist. & cap. præter. 32. dist. ergo celebrando ante pœnitentiam efficitur irregularis. c. 1. de sententia & re iudic. lib. 6. † clericus nãq; propter aliquod crimen suspensus quoad se & quo ad alios irregularis est, si nondũ ea suspensione sublata proprio fuerit vtus officio, secundũ Hostiens. in c. tanta. de simon. Archid. in d. c. 1. de sententia & re iudic. lib. 6. Ioan. in summa confessorum, libr. 3. titu. 29. q. 5. quos sequitur D. Couar. in Clem. si furiosus. 1. p. §. 1. nu. 5. de homicid. idẽ est de Diaconis & Subdiaconis. c. si quis. 81. dist. & d. c. præter. 85 † & etiã de initiatis solis minoribus ordinibus, nam hi sunt suspensi ab omnibus ordinibus ex notoria fornicatione, tandiu quandiu in vitio perseverant, vt ex Florent. & alijs resoluit Bernar. Diaz d. c. 73. n. 2. & Nauar. in man. Latin. cap. 25. nu. 76. & latiũ deduximus in libr. 1. supra. c. 1. n. 44. ex quibus hanc sententiam affirmatiuam in terminis nostræ quæstionis principalis circa irregularitatem à solo Papa debetẽ, tenent Abb. in cap. vestra. de cohabit. cleric. & mul. num. 7. & Florent. in. 3. p. suæ summæ, titu. 27. cap. 3. Angel. in summa, verbo, concubinatus. num. 2. Bernard. Diaz & Nauar. vbi supra, Siluest. verbo, concubinarius. §. 4. Armila aurea verbo, concubinatus. num. 5. Abulens. in tract. de concubinis cleric. conclusi. 7. Cosmas Guimier in pragmat. sanct. Gallic. titu. de concubinar. §. & nihilominus, verb. inhabiles fol. 178. & sequent. Rebuff. in concordat. Regis Franciæ, titu. de public. concubin. in princip. hanc testatur communem Bermód. Chober. in tract. de concub. pagina 270. quod etiam fatetur Nauarr. in cap. si quando. de rescript. exceptione. 11. col. 53. prout eos & alios refert Couar. vbi sup. profitẽs esse

communẽ, & Ignatius Salced. in addit. ad Bernard. Diaz vbi supra dict. cap. 73. litera. C. & nos quoq; incidenter (aliud tamen agentes) cum hac opinione trãsiuimus vbi supra, quam etiã plures allegans sequitur & testatur veriorẽ Didac. Perez in l. 23. titu. 3. lib. 1. ord. col. 170.

His tamen non obstantibus, re accuratiũ discussa, contrariũ nunc existimo verius & tenendum, imò quòd clericus, quantumcũq; notorius & manifestus fornicarius vel concubinarius, si celebret ante pœnitentiam, durante vitio, licet grauitè peccet, non tñ efficiatur irregularis: & idẽ in cæteris clericis inferioribus, si actum propriũ sui ordinis exerceat. Primò, quia licet prædicti ante celebrationẽ vel exercitium sui ordinis sint ipso iure suspensi, vt in dictis iuribus; hoc tamen verum est quoad se tantũ, ad hoc vt non debeant se miscere diuinis propter peccatum in quo existunt, quemadmodum nec alius peccator ante pœnitentiam, non tamen quo ad alios: sicq; suspensio prædicta non est species censuræ, quia non est excommunicatõ, nõ interdictus, nõ depositus, nec aliqua pœna, nisi peccati mortalis astrictus: quare publicus concubinatus non inducit suspensionem, nec excommunicationis sententiã, depositionem, nec aliquam pœnam, nisi peccatũ mortale, quousq; per sententiam sint impositæ prædictæ censuræ ac pœnæ, vt rectè aduertit ac probat Cæsar Lãbert. de iure patronat. libr. 2. 1. p. q. 9. princip. art. 20. nu. 21. & 22. fol. 97. col. 4. & fol. 98. col. 1. Sed cõtra hãc sententiã Cæsar Lãbert. facit text. qui videtur expressus, in cap. fin. de cohabit. cleric. & mul. ibi: Quia quãtũ ad alios etiã in casu proposito suspensio nõ est, nisi peccatũ huiusmodi sit notoriũ per sententiã seu confessionẽ factã in iure, aut per euidentiã rei, quæ tergiuersatione aliqua celari non possit. Sed huic difficultati primò respondeo, adhuc isto casu requiri monitionẽ præcedere, iux. opin. Hug. Laur. Archid. Ioã. de Lignan. & Cardin. quos refert Abb. in c. vestra. nu. 6. de cohabit. cleric.

cleric. & mul. quam sequitur Lambert. vbi supra, & alij. Sed quia Abb. in d. c. fi. in. 4. notab. & alij plures, quos retulim⁹ supra lib. I. c. I. n. 44. tenent cōtrarium, idèò secundò & perēptoriè respondeo, quòd hodie, attento Concilio Cōstantiè, per quod notorius fornicarius vel concubiniarius, etiam si nulla tergiuerfatione celari possit, nō est vitandus in diuinis ante publicationē & denūtiationem iudicis nominatim factam, non est suspēsus quoad alios, etiā si sit notorius concubiniarius per sententiā, aut confessionem in iudicio factam, nisi fuerit per prælatum nominatim denunciatus, vel suspensus, vt euitetur, vt bene probauimus d. c. I. n. 45. libr. I. canon. q. Secundò, quia irregularitas nō cōtrahitur nisi in casibus à iure expressis, vt in cap. præcedenti probauimus: sed hæc irregularitas in specie nullibi in iure introducta inuenitur: igitur, & c.

Nec obstat, q̄ cūm publicus concubiniarius sit suspensus ipso iure, celebrando efficiatur irregularis, iuxt. regu. d. c. I. de sententia & re iudicata, in. 6. & c. I. de senten. excommunicat. eod. lib. 6. Respondemus nanq; prædictā regulam procedere in suspensione, quæ à iure directò inducta est propter delictū, in eius pœnā, vt si excommunicatus quis celebraret, & similes: fecus in ea, quæ ratione cuiusdā honestatis ab ipso canone, fit potius ob decorē, quàm in pœnā directā criminis, & ipsius delinquētis, sicut est illa, de qua agimus. Quare verius hæc secundā partē probat: ut Innoc. & Ioan. Andr. in. c. si celebrat. de clerico excommunicato ministrante. Card. in. d. c. vestra. & in c. quæsitum. de cohabitatione clericorū & mulierū. Nicolaus Plouin in tractatu de irregular. regula. 41. nu. 26. volu. 16. tract. diuersi. DD. Speculator in tit. de dispensatione. §. iuxta propositiones, n. 20. Ant. de Butr. in. c. I. n. 32. & ibi Imola col. 4. de iudic. Archid. in. d. c. præter. §. ad hæc verò. & Præposit⁹ ibidē in. §. ad hoc. n. 15. & 32. Anania & Felin. in d. c. cūm dilectus, de accusatio. & Couar. vbi supra, dicens quòd non auderet

iuxta prædictam commu. opin. iudicare quemquam irregularē esse, tametsi consuleret, vt absolutio aut dispensatio impetraretur à Romano Pontifice. Eandē contra communem sequitur Nauarr. vbi supra, & veriore existimat eam sequutus Ignatius Salced. vbi supra.

86 Suspensus tñ ab homine vel à iure in pœnam directā & propriā delicti, etiam ad tēpus certū, vel donec pœniteat, si celebret. durante suspensione, erit irregularis, secundum Innocentium, Ioan. Andr. Hostiensiem, Henricum, & alios in d. c. si celebrat. Speculat. vbi supra n. 21. vers. crassa autē. ac Socin. in c. ad audientiam. nu. 24. de homicidio, quorum opinio magis cōmunis est, licet alij cōtrarium probare conentur, secundum Couar. vbi supra

87 De pœnis clericorū sacris initiatorū contrahentiū de facto matrimoniū, latè differit Bernard. Diaz de Lug. in sua practic. crimin. canonica. c. 74. per totū, & ibi ei⁹ additior, quibus addenda est. l. Regia 41. tit. 6. p. 1. & ibi Greg. Lop.

88 Illud tamen in proposito admonere lectorem libuit, ne eū decipiat Romani singulare 520. quo habetur generaliter, quod filij Sacerdotis sunt serui illius Ecclesiæ, cuius pater suus est Sacerdos, seu clericus, vt in. c. cūm multæ. 15. q. 8. ibi: Proles autem aliena pollutione nata, nō solūm hæreditatem nunquam accipiet, sed etiam in seruitute eius Ecclesiæ, de cuius Sacerdotis vel ministri ignominia nati sunt, iure perenni manebunt: quem tex. Gratianus desumpsit ex cōcilio IX. Toletano, nēpè tex. illum tantūm agere de filijs clericorum natis ex matrimonio de facto ab eis contracto, non verò ex eorum concubinis, alijs ve mulieribus, cum quibus simpliciter cōcubuerunt; hi namq; minimè erūt serui Ecclesiæ, vt constat ex verbis præcedētibus Concilij, ibi: Vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ detestando connubio, & c. In quem errorem etiam incidit Petrus Ducas in regula 345. limitatio. 12. Cūm enim in tex. illo agatur de pœna clericorū de facto vxores ducētū, hiq; gra-

uius debeant puniri, quàm aliàs fornicâtes, vt in c. eos. 32. distinctione, & in cap. quidam. 81. distinct. & in cap. presbyter. 28. distinctione, extendi nõ debet eius decisio ad filios clericorum aliàs natos ex tali matrimonio, de factõ ab eorum parentibus contracto: & in terminis ita text. illum meritõ intellexit glos. ibi, verbo cõnubio, & est communis secundum Abb. in cap. 2. numer. 5. de cohabitatione clericor. & mulierũ, & probat dict. l. 41. titul. 6. part. 1. & l. 3. titul. 12. part. 4. vbi is casus ponitur, & desumptæ fuerũt prædictæ leges Regiæ ex dictis. cc. eos, quidam, & cum multæ, secundum Greg. Lopez in dict. l. 41. in glos. *si fuere vasallo de la Iglesia*: in super & Colmam Gumier in pragmac. sanct. Gallic. titul. de concubinar. §. qui etiam verbo, cohabitare, fol. 195. pagina 2. & Petrũ Plaça in epithom. de delict. libr. 1. cap. 41. numer. 31. vbi ex Speculat. in tractatu de concilijs in. 2. parte. c. 46. ex ipso Conciliorum codice restituit literam illius concilij Toletani, quæ in nostris decretis corrupta reperitur, ibi, Super innocetia, vt legamus Super incõtinetia: & ibi: Firmari, Reformari, & ibi, Aliena pollutione, Tali pollutione.

89 Addit præterea eadem glos. in dict. c. cum multæ. q. quidquid ibi dicatur, cù Ecclesia nõ sit isto iure vsa perdit id: similis glo. in cap. Dominus, in verbo repellitur. 56. distinctione, quas sequitur Guillier. Benedictus in cap. Raynũtius, in principio, nume. 21. de testam. Petrus Dueñas, & Plaça vbi supra: & inquit Ioan. Oros. in. l. lex nature, numer. 4. ff. de statu hominum, esse receptius, vt de consuetudine talis proles sequatur matrem quo ad libertatem: hoc tamen non placet Abbati in c. 2. de cohabitatione clericorum & mulierum, nume. 5. quia cum non sit memoria apud nos, quod constitutus in sacris duxerit vxorem, non possumus dicere quod illud ius sit sublatum, cum casus non acciderit: sed si accidisset, & Ecclesia nõ curasset illos in seruitutẽ redigere, posset procedere dictum illius glos. consuetudinẽ tamen

non extenderet de loco ad locũ, vt ibi probat: cuius sententia mihi magis placet, quia iuridica est, eamque sequuti fuerunt Cosmas vbi supra, & Gregorius Lopez in dict. l. 3. in glos. *seruos de la Iglesia*.

S V M M A R I V M.

- 1 Emptor fundi nõ tenetur stare colono, nisi aliud conuenerit, vt in num. 31. & nume. 5 ratio cõmunis assignatur: quod procedit, etiam si in locatione adsit pactum de non alienãdo, dummodõ cum eo non adsit hypotheca specialis, vt in num. 14. secus si adsit, vt in nu. 29. & 30. vbi quid non sufficit generalis: & quid si vltra obligationem personalem, conductor pro obseruantia suæ locationis habeat obligata omnia bona locatoris, num. 15 cum seqq.
- 2 Legatarius fundi non tenetur stare colono testatoris.
- 3 Vsufructuarius conductorem repellere potest, nisi aliud conuenerit.
- 4 Emphiteota potest colonum, vel inquilinum expellere.
- 6 Fructus pendentes pars fundi sunt propter unitatem.
- 7 Finito iure datoris, extinguitur ius acceptoris.
- 8 Singularis successor, non per viam transmissionis, sed per viam priuationis iuris, quod erat in prædecessore suo, non tenetur stare colono sui prædecessoris.
- 9 Conductor expulsus à singulari successore, habet actionẽ ad interesse aduersus locatorem ipsiusque heredes.
- 10 Singularis successor si approbauerit locationẽ à priore dño factam, non poterit illi postea contrahere: approbatio autem videbitur facta per receptionem pensionum à colono pro illis tantum annis, pro quibus pensiones recepit, vt in nume. 11. Inducitur etiam approbatio, si successor singularis dixerit colono, quod cõtinuaret locationem ei factam à prædecessore, & benè possessionem gubernaret, vt in nu. 12. Inducitur etiam approbatio, quando emptor post emptionem dixit colono, *Volo quod sic semines, & sic facias*, vt in nu. 13.

Emptor

- 15 *Emptor an possit expellere colonum vel inquilinum, quando hic habet omnia bona locatoris obligata pro securitate locationis, ultra obligationem personalem: & numeris sequentibus, ubi late agitur de hoc.*
- 19 *Colonus in casibus in quibus per singularem successorem expelli potest, poterit rem retinere, donec sibi restituatur pensio, si forte eam anticipatam soluit. Idem pro meliora mentis.*
- 20 *Scriptura publica requiritur ad hypothecam in casu l. emptorem. C. de locat.*
- 21 *L. emptorem. C. de locat. & conduct. an procedat in locatione facta ad non modicum tempus & ultra, vel ad vitam? & numeris sequentibus.*
- 22 *Res prohibita alienari, non potest ad decennium vel ultra alienari.*
- 23 *Locatio ad nonennium dicitur facta ad modicum tempus.*
- 24 *Locatio ad vitam, dicitur alienatio & concessio perpetua.*
- 25 *Locatio ad longum tempus dicitur etiam illa, que fit ad vitam locantis vel conducentis, vel ad ipsius voluntatem.*
- 26 *Conductor ad longum tempus naturaliter possidet.*
- 27 *Vtile dominium non transit ex locatione ad longum tempus, si de hoc fiat pactum in conductione.*
- 28 *L. 19. titul. 8. part. 5. an procedat etiam in locatione ad decennium, dum excipit alios casus.*
- 32 *L. emptorem. C. de locat. & conduct. an procedat, quando in contractu locationis appositum est iuramentum.*
- 33 *Pactum de non alienando, cum iuramento, non impedit translationem dominij.*
- 34 *Iurauerit si quis vendere Titio domum, si postea illam vendat Seio, eique eam tradat, statur huic venditioni contra iuramentum, licet venditor ex hoc sit periurus. Idem in iurante non vendere librum, ut in nu. 36.*
- 35 *Actus contra iuramentum factus non est nullus, sed validus, licet contra faciens sit periurus.*
- 37 *Iuramentum quo quis promittit aliquid non facere, non videtur ei legem imponere, quo minus illud facere possit.*
- 38 *Iuramentum recipit omnes limitationes & subauditiones, quas habet & recipere solet contraetus ille, super quo interponitur.*
- 39 *Vxor soluta matrimonio, an teneatur stare locationi facta per maritum? & numeris seqq. & an colono derur exceptio vel retentio in hac specie, nume. 40. & quid in paraphernalibus nu. 43. locationi autem admodicum tempus, nempe ad annum, stare tenetur, ut num. 45.*
- 41 *Successor necessarius tenetur stare colono.*
- 42 *Minor, finita tutela, an teneatur stare locationi a tutore facta.*
- 44 *Heres vxoris non tenetur vlllo modo stare locationi per maritum facta mala fide, id est, tempore maxime infirmitatis vxoris, quae incontinenti defuncta est.*
- 46 *Maritus non tenetur stare locationi facta per vxorem aut socerum ante doris constitutionem.*
- 47 *Successor non tenetur precise stare contraetui locationis, quando locator non habebat plenum dominium in re, nec plenam eius administrationem, ut usufructuarius, fideicommissarius, & possessor maioratus, & similes.*
- 48 *Missus in possessionem ex primo vel secundo decreto iudicis, tenetur omnino stare colono, nisi locatio precedens in fraudem creditoris facta fuerit.*
- 49 *Omnis ille, qui succedit per sententiam iudicis, tenetur stare colono vel inquilino, nisi locatio fuerit facta in fraudem.*
- 50 *Vsuarius, qui solum habet usum rei, tenetur stare colono.*
- 51 *Successor vniuersalis tenetur stare colono.*
- 52 *L. emptorem. C. de locato & conducto, an procedat in colono partiario? cum numeris sequentibus, precipue num. 63. & nume. 64. concordia ponitur inter contrarias sententias: & nu. 65. declaratio quedam.*
- 53 *Pars fructuum colonica praestatur loco operis, laboris & sumptuum factorum in percipiendis fructibus.*
- 54 *Tacita hypotheca videtur inducta in fructibus.*
- 55 *Contrahens cum Ecclesia, non tenetur rediere re, nisi primo satisfiat sibi de pretio, sumptibus & labore, sicq; potest vti retentione rei, etiam post concessam restitutionem pro pretio, sumptibus & labore.*
- 56 *Scriptor potest retinere quinternos pro mercede.*

- 57 *Animalia retineri possunt ob sumptus alimētorum eis prestitorum.*
- 58 *Exceptio retentionis ratione expensarū factarū in re, quā quis cōdōnatus est restituere, potest obijci in executione sentētiæ, etiā si ius retentionis reseruatū non sit in ea: & nu. 59. an procedat in exceptione retentionis melioramentorum liquidandorum?*
- 60 *Retentio multo facilius conceditur, quā petitio.*
- 61 *Retentio sicut transit in singularem successore creditoris, ita etiā cōtra singularem debitoris creditorem.*
- 62 *Retineri nō potest pro debito res, quæ ad creditorem peruenit cum vitio.*
- 66 *Succesor singularis Ecclesiæ an teneatur stare colono & numeris sequentibus.*
- 67 *L. si. C. de sacrosanct. Eccles. agens in ciuitate an locum habeat in Ecclesiæ.*
- 68 *Singularis succesor fisci tenetur stare colono, ne fiscus teneatur illi ad interesse.*
- 69 *Ecclesia in dubio vitur iure communi, cum in aliquo casu nō reperitur privilegiata.*
- 70 *Quando lex parificat duos casus in vna materia non fit extensio ad aliam diuersam.*
- 71 *Facta locazione per prælatum, succesor quādo teneatur stare colono quoad pensiones solutas anticipatas & quoad soluendas: & nu. sequenti.*
- 73 *Succesor in prælatione & rectoria tunc demū tenetur stare colono, cum res bona fide & rite gesta fuerint, & cū debita solēnitare.*

CAPVT VIII.

An singularis succesor Ecclesiæ teneatur stare ipsius colono vel inquilino?

VT RADICITVS hæc difficilis quæstio explicetur, necessariò repetenda materia est in alijs successoribus quā Ecclesiæ, quid in eis statutum iure sit, quæ & ex maximo vsu in praxi esse poterit, vt deueniamus in cognitionem veritatis nostræ Canonicæ quæstionis, an in ea aliquid esse speciale iure profitendum sit,

nec ne? Et regulariter emptorem fundi non teneri stare colono, cui prior dominus locauit, nisi ea lege emerit, vel aliquo pacto probetur consensisse, vt in eadem conductione maneret, quamuis sine scripto, probat expressa l. emptorem. C. de locat. & conduct. & in. l. si merces. §. si fundum. & in. l. qui fundum. ff. locat. DD. in. l. diuortio. in principio, & in. l. si filio familias. §. si vir in quinquennium ff. soluto matrimonio. Abb. distinguens in cap. fina. ne prælat. vices suas. l. 19. titul. 8. part. 5. † & in legatario fundi, quod non teneatur stare colono testatoris, probat expressè. l. qui fundū. & in. l. si merces. §. 1. ff. locat. & conduct. & in. l. nihil. 123. §. fina. ff. de legatis. 1.

3 † Similiter & ad exemplum venditionis poterit usufructuarius conductorem repellere, nisi aliud fuerit conuentum, vt in. l. arbores vers. sed ad exemplum, ff. de usufruct. & quemadmodum quis vtatur & fruatur. † & ead. ratione idem erit dicendum in emphiteota, si dominus postquam locauit rem, concessit illam alteri in emphiteosim, quia poterit emphiteota colonom vel inquilinum expellere, vt deducit Anton. Gom. 2. tomo. cap. 3. de locatione & conductione. nu. 9.

5 Ratio communis d. l. emptorē. cum similibus est, quia colonus hic nullum ius habet in re, sed tantum habet obligatam domini locantis personā, & obligatio personalis non sequitur fundum, nec eius possessorem, vt in. l. 1. §. si hæres percepto fundo. ff. ad Trebell. & ibi communiter DD. tex. in. l. fin. §. fina. ff. de contrahenda emptione. merito ergo emptor, vel alius singularis succesor, regulariter non cogitur stare colono.

6 † Accedit, quod fructus pendentes pars fundi sunt propter vnitatem. l. fructus pendentes. ff. de reuendicatione. iudicaturque de eis sicut de fundo. Bart. in. l. si filius familias. §. cum fundū. in fine, ff. de verborum obligationibus. Tiracuell. de retractu lignag. §. 1. glof. 7. nu. 37. cum sequētib: igitur ad dominum fundi pertinere debent. l. fructus, cum similibus.

- similibus. C. de action. empt. Matthæus de Afflictis decis. Neapol. 138. numer. 2.
- 7 † Præterea finito iure datoris, extinguitur & ius acceptoris. l. lex vectigali. cum similibus. ff. de pignor. ergo cum per venditionem vel legatum, sequuta morte testatoris, resoluatur ius locatoris, consequitur, vt eodem iure resoluatur ius acceptoris, hoc est conductoris, ac proinde singularis successor non teneatur stare locationi antea factæ per prædecessorem, vt in terminis resoluit Socinus conf. 32. nu. 6. lib. 2. dicens, † quod singularis successor nõ per viam transmissionis, sed per viam priuationis iuris, quod erat in prædecessore suo, non tenetur stare colono sui prædecessoris, ex regula d. l. lex vectigali, prout eum refert & sequitur Octavianus decisio.
- 9 Pedemont. 82. nume. 2. † habebit tamen conductor actionem aduersus locatorem, ipsiusq; hæredes pro interesse non completi sibi contractus, hi namq; tenentur conductori ad illud præstadium, vt probat tex. in d. l. qui fundum. & in d. l. si merces. §. 1. & in d. l. nihil. §. fina. ff. de legatis. 1. Cum enim venditor teneretur adimplere contractum locationis à se prius factum, ac potuisset reseruare in venditione ius coloni, & non fecerit, iustum est vt teneatur ad omne interesse coloni vel inquilini, vt in dictis iuribus probatur, & præterea tenet Alberi. in d. l. emptorem. Alex. in d. l. si filio famil. §. si vir in quinquennium. ff. soluto matrim. & ibi Imola nu. 8. Paulus Castrensis per text. ibi in l. in lege. §. si colonus. & in l. qui insulam. ff. locat. Augustin. Bero. quæst. 97. nume. 1. Gratus conf. 95. num. 30. volum. 1. Antonius de Fano de pignoribus. 2. part. in principio, num. 7. & 8. Greg. Lopez in dict. l. 19. in glos. del loguero. titu. 8. part. 5. Petrus Dueñas in reg. 240. limitatione 10. Anton. Gomez 2. tomo cap. 3. de locat. & conduct. num. 9. † Si tamen singularis successor approbauerit locationem à priore domino factam, tunc non poterit illi postea contrauenire: argu. regul. iuris, quod semel placuit, & c. & l. Pomponius scribit. ff. de negot. gestis. l. si vxor. §. fin. ff. de adulterijs. c. accepimus. vbi glos. de ætate & qualitate, tradit Oldrad. cõf. 18. in fine principij. & Decius conf. 475. num. 28. † Approbatio autem vedetur fieri per receptionem pensionis à colono in exequutione d. locationis contentiosa: quod patebit ex chirographis de recepto productis, & ex perceptione fructuum rei in contractu deductæ: argum. l. litibus. C. de agricol. & censit. libr. 11. secundum Alex. conf. 88. nu. 32. vers. præterea ipsa ratificatio, volu. 5. sequitur Decius consilio. 546. numero 14. & vtrumq; Tiberius Decian. consil. 14. nu. 17. & 18. volumine 2. Per receptionem autem pensionis vnus vel plurius annorum, non videtur approbatus contractus locationis, nisi pro illis tantum annis, quorum pensiones sunt receptæ, vt diximus supra lib. 1. cap. 36. numer. 13. Inducitur etiam in proposito
- 12 approbatio locationis, si successor singularis dixerit colono, quod continuaret locationem ei factam à prædecessore, & bene possessionem gubernaret, quia ipsum non expelleret: vt probat Decianus vbi supra, num. 19. & 20. dicens hoc posse probari, non solum per scripturam, sed etiã testibus: vt in terminis approbationis locationis tradit Paulus Castrensis. conf. 4. n. 4. in vers. breuiter licet, volu. 1. Tertio inducitur approbatio locationis, si quando emptor post emptionem dixit colono: Volo quod sic semines, & sic facias: per hoc namque tacite fecisse videtur pactum de stando locationi; vt est de mente glos. super verbo, tacite, & ibi eam notat Alberi. in d. l. emptorem. & allegat. l. ite queritur. §. qui impleto; ff. locat. & inquit ita de facto obtinuisse: quem refert & sequitur Greg. Lopez in d. l. 19. in glos. magna, ibi: Adde alium casum, vbi emptor.
- 14 Procedit etiam communis reg. dict. l. emptorem. si adsit pactum de non alienando in præiudicium locationis, dum tamen non adsit hypotheca specialis, vt infra dicemus; quia nihilominus si alienetur, valebit alienatio: per pactum enim impediti

impediri non potest dominij translatio, iuxta l. ea lege, & ibi glos. & Doctores. C. de condict. ob caus. & in l. si ita quis. §. ea lege, vbi omnes. ff. de verborū oblig. & in l. fina. C. de rebus alien. non alienan. est communis reg. vt plurimos allegans refert & sequitur Decius conf. 15 80. numer. 2. libr. 1. ¶ Sed quid si colonus vel inquilinus, vltra obligationem personalem domini locantis, habeat obligata ipsius bona pro obseruantia & securitate obligationis, & omnium in ea contentorum, prout communiter contingit, quando de locatione est confectum instrumētum publicum, quo partes hinc inde obligant personas, & omnia bona sua pro obseruantia prædictorum? Et in hac specie videtur prima facie dicendum, successorem particularē, pendente locatione, nō posse expellere conductorem à domo vel fundo locato per oblationē & solutionem eius quod interest, quia cessare videtur hoc casu ratio communis supra assignata ad decisionem dict. l. emptorem. cum similibus. C. de locat. & in terminis ita voluit Bart. in l. 1. §. quod autem. ff. de superficie. inquit se de facto dixisse, quod si de contractu locationis fieret instrumentum, in quo sit apposta hypotheca bonorum, esse per hoc quæsitū colonus in re, à qua non potest expelli, cum ea sit ipsi obligata; adeò quod ius ipsum prosequitur rem, penes quemcūque vadat, non obstante d. l. emptorem, quæ eo tantum casu procedit, in quo conductori nullum ius erat quæsitum in re, sed solum personam obligatā habebat; idem Bart. in d. l. si filio familiæ. §. si vir in quinquennium. Paul. de Castro in d. l. nihil. in fine, est communis, vt ex alijs pluribus refert Menchac. lib. 3. contro. vers. vsus frequent. cap. 53. numer. 8. & 9. & Rolandus à Valle conf. 6. numer. 4. libr. 1. vbi numer. 5. refert Bald. in l. merces. §. vis maior. in lectura antiqua. ff. locat. dicentem, quod licet emptor non teneatur stare colono, nisi ipse colonus habeat bona obligata pro obseruatione locationis, potest rem locatam retinere loco

pignoris, donec sibi soluatū quod sibi debetur, id est, præstetur patientia quod re frui bene possit, donec frui debet, id est, donec locatio durat, & quod nō potest expelli per emptorem offerentem soluere interesse, quia ipse se reperit in possessione rei obligatæ, qua vti potest pro ipso facto, quod sibi principaliter debetur: quod expressè sequitur Ioann. de Anania in cap. fina. colu. 5. vers. quid autem si colonus, nu. 9. ne prælati vices suas, & idē in hypotheca speciali subtiliter more suo probat cum cōmuni Socinus conf. 90. lib. 4. per totum, post Cumanum in d. §. si vir in quinquennium. Nec obstat secundum Bald. vbi supra, quod in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse, vt in l. 1. ff. de action. empt. & in l. stipulationes non diuiduntur. vers. Celsus. ff. de verborum oblig. quoniam id procedit in agendo, secus in excipiēdo, cum hypotheca bonorum: quia quis excipiēdo, quando reperitur in possessione rei locatæ vel venditæ, cogit aduersarium ad patientiam & factum: & Bald. sequitur Socin. conf. 99. colum. fin. volum. 1. & consilio 17. colum. penul. num. 13. vol. 3. & cons. 90. colum. 2. numer. 8. volum. 4. Guid. Pape singulari 419. & in decis. 580. vers. secundò fallit hæc regula. & in vers. sed iuxta præmissa, vbi post Iacob. de Aret. testatur hanc esse communem conclusionem, quod etiam soluendo interesse, non potest conductori, durante locatione, rpe emptorem auferri res locata. Vel secundò reg. præd. quod in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse, non procedit in obligato actione reali, is enim potest præcisè compelli ad factum, iuxta notata in d. versiculo Celsus.

16 Nihilominus tamē in hac specie cōtraria sententia verior est, receptior, ac tenenda in iudicando & consulendo, nempe vt licet colonus vel inquilinus hoc in casu non possit expelli à re vel fundo conducto per singularem successore, quia poterit eam retinere loco pignoris, hoc tamen verum est & procedit

cedit quoad sibi non soluat interesse: si tamen sibi realiter & cum effectu offerretur omne interesse per emptorem, vel alium singularem successorē, posset ab eo expelli: ita vult ac profitetur idē Bart. in d. l. emptorem. numer. 2: vbi loquitur etiam in pœna, vt sit offerenda, vltra interesse, & ibi Salic. colu. 2. vers. concludo, num. 6. post Bald. idem Bart. in d. l. qui fundum; & clarius Paulus de Castr. in d. §. si vir in quinquenni. colu. fin. vers. & idem, num. 4; idem Paulus in l. si merces. §. qui fundū. Salic. in d. l. qui fundum. & in l. mancipia. in fine. Q. de rebus alien. nō alien. quē sequitur Alex. in d. §. si vir. num. 4. & cons. 118. numer. 20. lib. 3. Barbat. cons. 36. in. 3. dubio, vol. 2. Socin. sibi contrarius cons. 30. in fine, volu. 4. l. in. l. filius familias. §. diui, in d. l. de tura num. 92. & ibi Hispani repentes numer. 441. Cozadin. cons. 100. colum. penul. in fine. Hanc testatur communem & tenendam Anton. de Fano de pignori. membro 2. partis, numer. 6. cum sequentibus; sequitur Rodericus Suarez in d. post rem iudicatam. i. limitatione nu. 8. ff. de re iudicata. dicit communem eam sequutus D. Couarr. libr. 2. varia. resol. cap. 15. num. 3: & Rolandus à Valle latissimè probans dict. consilio 6. num. 10. cum sequentibus. D. Anton. Gomez d. nu. 9. & Petrus Dueñas plurimos congerens, d. regula 240. limitatio. 7. Eandem sequitur, dicens esse de mēte omnium Doctorum, Greg. Lopez in d. l. 19. in glos. magna, in vers. addē alium casum, & nos quoque in repet. l. nemo potest. n. 44. ff. de legatis 1. Et nouissimè Aluar. Valasc. consultatione 76. nume. 5. addens cum Gomecio de Leon in informatione iuris. 63. num. 4. quod antequam huiusmodi conductori soluat verè & reipsa totum interesse, poterit rem locatam retinere, secundum Alex. in dict. §. si vir. colu. 2. vers. ex quorum

17 verbis, & Negussan. vbi supra, † Quē communis sententia, vt ex eius autoribus cōstat, procedit non solum quādo hypotheca est specialis rei locatæ, sed etiam si esset generalis tantum omnium

bonorum, per. l. generaliter. ff. qui potior. in pignor. habeantur. & in. l. si quis. ff. de iure fisci, cum per eam etiam ius in re acquiratur colono & inquilino, vt præsupponunt, & expressè fatentur omnes supra dicti DD. & in specie aduertunt Couarr. Dueñas, Anton. de Fano, & Rolandus à Valle vbi supra, num. 14. & testatur communem Fano vbi supra, dict. numer. 6. Idem facimus nos, & Aluarus Valasc. vbi supra, nume. 5. & 6. Menchaca vbi supra, num. 9. & Menoc. de retinend. possessione, remedio 4. num. 34. quamuis Imola & alij vbi supra, contrarium velint in generali hypotheca bonorum, eorum tamen opinio communiter improbat, sufficit enim generalis hypotheca bonorum in proposito quoad effectū quem prædiximus.

18 Et tenendo hanc partem, non obstat prima communis eiusdem Bart. supra citata, quia debet intelligi, quando singularis successor, & sic emptor, non offerret cum effectu conductori interesse; • secus si ei oblatum esset realiter: est communis secundum modum proximè citatos, vt referunt Fano vbi supra, num. 7. & Menchaca dict. num. 9. & Rolandus à Valle d. cons. 6. nu. 12. & ceteri. Non etiam obest dictum Baldi & sequacium in d. §. vis maior. quoniam respondemus, verum quidem non esse, contrariumque sensisse eundem Bald. in d. l. emptorem. Quinimò contra Bald. in d. §. vis maior. est communis sententia, vt vidimus, à qua in iudicādo supinum & fatuū esset recedere, secundum Roland. à Valle vbi supra, num. 13. Eadem ratione nō obstat sententia Ioann. Ananij in contrarium adducta, vt eius motiuis optimè satisfacit Greg. Lopez vbi supra, dicens se non credere eius dictum esse verum, imò quod de directo omnes DD. sentiunt contrarium: nam non intelligunt de interesse voluntario coloni, sed de damno vel interesse, quod verè & realiter sentiret: quia si daretur sibi talis domus, vel fundus, sicut illa, vel ille, quam vel quē cōduxit, & refarciretur sibi aliud quodcūque; interesse, quod in veritate prætenderet, non

impediri non potest dominij translatio, iuxta. l. ea lege, & ibi glos. & Doctores. C. de conduct. ob caus. & in. l. si ita quis. §. ea lege, vbi omnes. ff. de verborū oblig. & in. l. fina. C. de rebus alien. non alienan. est communis reg. vt plurimos allegans refert & sequitur Decius conf. 15 80. numer. 2. libr. 1. ¶ Sed quid si colonus vel inquilinus, vltra obligationem personalem domini locantis, habeat obligata ipsius bona pro obseruantia & securitate obligationis, & omnium in ea contentorum, prout communiter contingit, quando de locatione est confectum instrumētum publicum, quo partes hinc inde obligant personas, & omnia bona sua pro obseruantia prædictorum? Et in hac specie videtur prima facie dicendum, successorem particularē, pendente locatione, nō posse expellere conductorem à domo vel fundo locato per oblationē & solutionem eius quod interest, quia cessare videtur hoc casu ratio communis supra assignata ad decisionem dict. l. emptorem. cum similibus. C. de locat. & in terminis ita voluit Bart. in. l. 1. §. quod autem. ff. de superficie. inquit se de facto dixisse, quod si de contractu locationis fieret instrumentum, in quo sit appositā hypotheca bonorum, esse per hoc quæsitū colonus in re, à qua non potest expelli, cum ea sit ipsi obligata; adeò quod ius ipsum prosequitur rem, penes quemcūque vadat, non obstante d. l. emptorem, quæ eo tantum casu procedit, in quo conductori nullum ius erat quæsitum in re, sed solum personam obligatā habebat; idem Bart. in d. l. si filio familiās. §. si vir in quinquennium. Paul. de Castro in. d. l. nihil. in fine, est communis, vt ex alijs pluribus refert Menchac. lib. 3. contro. vers. vsufrequent. cap. 53. num. 8. & 9. & Rolandus à Valle conf. 6. num. 4. libr. 1: vbi num. 5. refert Bald. in. l. merces. §. vis maior. in lectura antiqua. ff. locat. dicentem, quod licet emptor non teneatur stare colono, nisi ipse colonus habeat bona obligata pro obseruatione locationis, potest rem locatam retinere loco

pignoris, donec sibi soluatur quod sibi debetur, id est, præstetur patientia quod re frui bene possit, donec frui debet, id est, donec locatio durat, & quod nō potest expelli per emptorem offerentem soluere interesse, quia ipse se reperit in possessione rei obligatæ, qua vti potest pro ipso facto, quod sibi principaliter debetur: quod expressè sequitur Ioann. de Anania in cap. fina. colu. 5. vers. quid autem si colonus, nu. 9. ne prælati vices suas, & idē in hypotheca speciali subtiliter more suo probat cum cōmuni Socinus conf. 90. lib. 4. per totum, post Cumanum in d. §. si vir in quinquennium. Nec obstat secundum Bald. vbi supra, quod in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse, vt in. l. 1. ff. de action. empt. & in. l. stipulationes non diuiduntur. vers. Celsus. ff. de verborum oblig. quoniam id procedit in agendo, secus in excipiēdo, cum hypotheca bonorum: quia quis excipiēdo, quando reperitur in possessione rei locatæ vel venditæ, cogit aduersarium ad patientiam & factum: & Bald. sequitur Socin. conf. 99. colum. fin. volum. 1. & consilio 17. colum. penul. num. 13. vol. 3. & conf. 90. colum. 2. numer. 8. volum. 4. Guid. Pape singulari 419. & in decis. 580. vers. secundò fallit hæc regula. & in vers. sed iuxta præmissa, vbi post Iacob. de Aret. testatur hanc esse communem conclusionem, quod etiam soluendo interesse, non potest conductori, durante locatione, rpe emptorem auferri res locata. Vel secundò reg. præd. quod in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse, non procedit in obligato actione reali, is enim potest præcisè compelli ad factum, iuxta notatā in d. versiculo Celsus.

16 Nihilominus tamē in hac specie cōtraria sententia verior est, receptior, ac tenenda in iudicando & consulendo, nempe vt licet colonus vel inquilinus hoc in casu non possit expelli à re vel fundo conducto per singularem successorē, quia poterit eam retinere loco pignoris, hoc tamen verum est & procedit

cedit quoad sibi non soluat interesse: si tamen sibi realiter & cum effectu offerretur omne interesse per emptorem, vel alium singularem successore, posset ab eo expelli: ita vult ac profitetur idē Bart. in d. l. emptorem. numer. 2. vbi loquitur etiam in pœna, vt sit offerenda ultra interesse, & ibi Salic. colu. 2. vers. concludo, num. 6. post Bald. idem Bart. in d. l. qui fundum. & clarius Paulus de Castr. in d. §. si vir in quinquenniū. colu. fin. vers. & idem, num. 4. idem Paulus in l. si merces. §. qui fundū. Salic. in d. l. qui fundum. & in l. mancipia. in fine. Q. de rebus alien. nō alien. quē sequitur Alex. in d. §. si vir. num. 4. & cons. 118. numer. 20. lib. 5. Barbat. cons. 36. in 3. dubio, vol. 2. Socin. sibi contrarius cons. 30. in fine, volu. 4. Ias. in l. filius familias. §. diui, in l. lectura nume. 92. & ibi Hispani repetentes numer. 441. Cozadin. cons. 100. colum. penul. in fine. Hanc testatur cōmunem & tenendam Anton. de Fano de pignor. i. membro 2. partis, numer. 6. cum sequentibus; sequitur Rodericus Suarez in l. post rem iudicatam. i. limitatione nu. 8. ff. de re iudicatā. dicit cōmunem eam sequutus D. Couarr. libr. 2. varia. resol. cap. 15. num. 3. & Rolandus à Valle latissimè probans dict. consilio 6. num. 10. cum sequentibus. D. Antoni. Gomez d. nu. 9. & Petrus Dueñas plurimos congerens, d. regula 240. limitatio. 7. Eandem sequitur, dicens esse de mēte omnium Doctorum, Greg. Lopez in d. l. 19. in glos. magna, in vers. adde alium casum, & nos quoque in repet. l. nemo potest. n. 44. ff. de legatis 1. Et nouissimè Aluar. Valasc. consultatione 76. nume. 5. addens cum Gomecio de Leon in informatione iuris. 63. num. 4. quod antequam huiusmodi conductori soluat verè & re ipsa totum interesse, poterit rem locatam retinere, secundum Alex. in dict. §. si vir. colu. 2. vers. ex quorum
 17 verbis, & Negussan. vbi supra. † Quē communis sententia, vt ex eius auctoribus cōstat, procedit non solum quādo hypotheca est specialis rei locatæ, sed etiam si esset generalis tantum omnium

bonorum, per. l. generaliter. ff. qui potior. in pignor. habeantur. & in. l. si is qui. ff. de iure fisci, cum per eam etiam ius in re acquiratur colono & inquilino, vt præsupponunt, & expresse fatentur omnes supra dicti DD. & in specie aduertunt Couarr. Dueñas, Anton. de Fano, & Rolandus à Valle vbi supra, num. 14. & testatur communem Fano vbi supra præ, dict. numer. 6. Idem facimus nos, & Aluarus Valasc. vbi supra, nume. 5. & 6. Menchaca vbi supra, num. 9. & Menoc. de retinend. possessione, remedio 4. nu. 34. quamuis Imola & alij vbi supra, contrarium velint in generali hypothecā bonorum, eorum tamen opinio communiter improbat, sufficit enim generalis hypotheca bonorum in proposito quoad effectū quem prædiximus.
 18 Et tenendo hanc partem, non obstat prima communis eiusdem Bart. supra citata, quia debet intelligi, quando singularis successor, & sic emptor, non offerret cum effectu cōductoris interesse; • secus si ei oblatum esset realiter: est cōmunis secundum modò proximè citatos, vt referunt Fano vbi supra, num. 7. & Menchaca dict. num. 9. & Rolandus à Valle d. cons. 6. nu. 12. & ceteri. Non etiam obest dictum Baldi & sequacium in d. §. vis maior. quoniā respōdemus, verum quidē non esse, contrariumq; sensisse eundem Bald. in d. l. emptorem. Quinimò contra Bald. in d. §. vis maior. est communis sententia, vt vidimus, à qua in iudicādo supinum & fatuū esset recedere, secundum Roland. à Valle vbi supra, num. 13. Eadem ratione nō obstat sententia Ioann. Ananię in contrarium adducta, vt eius motiuis optimè satisfacit Greg. Lopez vbi supra, dicens se non credere eius dictum esse verum, imò qd de directo omnes DD. sentiunt contrarium: nam non intelligunt de interesse voluntario coloni, sed de damno vel interesse, quod verè & realiter sentiret: quia si daretur sibi talis domus, vel fundus, sicut illa, vel ille, quam vel quē cōduxit, & resarciretur sibi aliud quodcūq; interesse, qd in veritate prætenderet, non

- non esset standum eius captiosæ voluntati, sed cum hoc expelli posset, iuxta receptiorem præfatam sententiam, ipsiusque mentem: in casibus tamen, quibus potest colonus expelli, poterit rem retinere, donec sibi restituatur pensio, si
- 19 fortè anticipatam soluit. † Item pro melioramentis, iuxta regul. l. si arcam. in fi. ff. de conditio. indebiti, vt in terminis probat Aluarus Valasc. vbi supr. nu. 10.
- 20 Ad prædictam tamen hypothecam requiritur scriptura publica, secundum D. Anton. Gam. decision. 243. quasi hypotheca species alienationis sit, ex l. si. C. de rebus alien. non alienandis. sequitur Valascus vbi supr. nu. 6. Non etiam obest sententia Cumani, & Socini vbi supra contrarium tenentium, quando adest specialis hypotheca, quia est contra communem supradictam sententiã, & præterea eos nuncupatim reprobant Anton. de Fano vbi supr. num. 7. & Couarr. nu. 3. vers. secundum.
- 21 Querunt insuper DD. an reg. d. l. emptorè, cum similibus, procedat, † quoties locatio & conductio fuit facta ad non modicum tempus, veluti ad decennium, & ultra, vel ad vitam conductoris, & sic in perpetuum? Et cõmuniter in ea sunt sententia, vt minimè in ea locatione locum habeat dict. regula, sed quòd huiusmodi conductor expelli minimè possit à singulari successore, & sic quòd teneatur eidem præcisè stare: quoniam etsi glos. in l. codicillis. §. instituto, verb.
- 22 non exitisse. ff. de legatis. 2. teneat, † re prohibitam alienari, posse ad centum annos locari, quasi hæc locatio, nõ dicatur alienatio, vt in l. non solet. ff. locat. quam glossam dicit singularem Bal. Nouell. de dote. 7. par. priuileg. 1. nu. 19. Bal. in c. querelam, nu. 30. de electione, & Angelus in l. si quis ante. nu. 1. ff. de acquir. possess. Imola in c. ad audientiam, nu. 1. de rebus ecclesiæ non alienandis, & eam contra cõmunem latè probat ac defendit nouissimè Ioseph. Gonçalez in suo libro variarum quæstionum. c. 29. num. 34. & ante eum Connanus lib. 7. c. 12. & Pinelus in l. 1. in 3. par. nu. 66. C. de bonis

maternis: vera tamen non est hæc opinio glossæ, sed magis cõmuniter damnata, quia locatio ad decennium, dicitur ad lōgum tempus, & sic prohibita, quia est alienatio, ex qua transfertur dominium, saltem vtile, vt in l. 1. §. qui in perpetuum. & in l. fina. ff. si ager vectig. vel emphit. pet. iuxta glos. d. l. si. vbi locatio ad decem annos, dicitur facta in perpetuum, & sic ad non modicum tempus, sicut illa quæ in perpetuum fit, ex eaq. transfertur vtile dominium, & conductori competit actio in rem utilis aduersus quemuis possessorem: in idem solet citari tex. in l. 1. §. qui superficiem, vers. quòd ait Prætor. ibi: Et sanè causa cognita, ei, qui ad nõ modicum tempus conduxit superficiem, in rem actio cõpetit. ff. de superficiebus, & ibi notant Dynus, Bart. & alij, Federicus cons. 123. Salicetus in l. fin. colum. fin. nume. 3. C. de rebus alien. non alien. & ita meritò glossam contrariam in d. §. instituto. reprobauit ibi Bart. & esse communiter reprobata testatur ibi Imola nume. 6. & Paulus Castrens. num. 4. & contrariù rectiùs tenuit glos. in Clemen. 1. verbo locationes, de rebus Ecclesiæ non alienandis, vbi communiter Doctores eam sequuntur. In summa, hæc glo. posterior est communiter approbata, & illa prior magis communiter improbata, vt constat ex Deci. cons. 204. numer. 1. Tiracquell. de retractu municip. §. 1. glos. 14. nume. 8. Abb. cons. 91. num. 3. volum. 2. Anania in cap. fin. numer. 17. ne prælati vices suas, Boerio decisione 234. num. 5. Couarr. lib. 2. variar. resolutio. c. 16. nu. 1. vers. ex quo apparet, vbi loquitur in locatione ad decennium, Ario. Pinel. in l. 1. in 3. parte nume. 64. vers. hoc autem. C. de bonis matern. Anto. Gomez in l. 40. Tauri nume. 84. Greg. Lopez in d. l. 19. in glos. *su vidã.* Anton. de Padilla in l. voluntas. num. 18. C. de fideicommiss. & Petro Dueñas plurimos allegante, & in locatione ad decennium loquente, in reg. 240. limitatione 2. & Alu. Valasc. de de iure emphit. 1. p. q. 29. num. 7. & glos. in d. §. instituto. vno ore à cæteris reij-

citur,

23 citur, secundum Menoch. de arbitrar iudic. lib. 2. centur. 1. casu. 5. nu. 7. vbi nu. 8. testatur communem plures allegans opinionem glos. in d. Clementi. 1. loque tis de locatione ad decennium, vt dica tur facta ad longum tempus: & prædicta omnia cum communi plures allegans se quitur D. Molina lib. 1. de Hisp. primog. c. 21. nu. 16. 17. & 18. & 29. vbi quod est communis sententia, locationem ad de cem annos, dici ad longum tempus, & nu. 24. & 25. an prohibitus alienare, pos sit saltem commoditatem rei, etiam ad centum annos locare: † locatio verò ad nouenium, dicitur facta ad modicum té pus, iuxta glossam in d. Clementi. 1. de re bus Ecclesie non alien. & ibi Cardinal. Zabari. dicens se ita pluries consuluisse, & quod ita obseruatur, & Zabariel. conli. 95. num. 3. & sequent. maxime nu. 6. Angelus consi. 245. in. 5. dubio, versu. quinto est videndum. Socin. conli. 32. & volu. 1. est communis, & ita interpretan tur omnes, secundum Tiberium Decia num prædictos allegantem conli. 14. n. 3. volum. 2.

24 Locatio ad vitam, dicitur alienatio & concessio perpetua, vt in d. Clemen. 1. iuncta glossa, verbo eius, de reb. Eccle sia non alien, & ibi Ancharr. Cardinal. & Imola; Alex. consilio 119. libr. 3. nu. 7. & consi. 165. lib. 2. nu. 7. Dec. consi. 204. nu. 2. & D. Molin. vbi supra, num. 16. vbi nu. 29. quod locatio ad longum tempus, dicitur etiam illa, quæ fit ad vitam loca tis vel conducentis, vel pro eo tempo re, quo conductor seu locator voluerit: & refert plures quod prius dictum est te nentes. Ioseph. González vbi supra, nu.

25 3. & 4. † Sic etiam conductor ad longu tempus naturaliter possidet, vt emphi teota, vt cū pluribus probat Menochius remedio. 1. de recuperanda possessione,

26 n. 68. † Ex superioribus igitur receptissi ma & vera resolutio deducitur, nempe quod locatio ad non modicum tempus, prout est decem annorum, vel ad vitam, dicitur facta in perpetuum, hoc est, ad longum tempus, & per eam transfertur dominium, salté vtile, ac proinde prohi-

bita alienatione, censetur prohibita huiusmodi locatio ad decem annos, & ad vitam. Rectè igitur ex hoc continetur, in locatione ad longum tempus; decem annorum, vel vltra, vel ad vitam, non habere locum regulam d. l. empto rem, cum similib. quia in ea specie do minium in conductorem transfertur, ac proinde cū habeat ius in re irreuo cabile, venditio, vel alia quæuis aliena tio simul cum traditione postea subse cuta; eidem nocere non potest, quia duo in solidum non possunt esse domini eiusdem rei, nec ambo simul in solidum eam possidere possunt, iuxta text. in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum, cum materia. ff. commodat. & ibi glos. & in terminis hanc sententiam voluit glos. in dict. l. emptorem. verbo colono, ibi: Item non sic in eo, qui conduxit ad non modicum tempus, & ibi etiam Bart. nu. 1. Albericus num. 1. Baldus 7. Salic. 6. & communiter Doctores, & voluit idem Bart. in l. 1. §. quod autem. numer. 5. ff. de superficie. & Alex. in. §. si vir in quin quennium, nu. 2. ff. soluto matrim. idem Bart. in l. qui fundum. nume. 1. ff. locati, ibi Bald. Paul. Salic. & Fulgos. & Alexa. Angelus consilio 2. num. 12. Tiraquell. de retractu municip. §. 1. glos. 14. nu. 82. in versiculo, ex hisq; fit. D. Couarr. libr. 2. varia. resolutio. c. 15. nu. 2. dicit com munem eam sequutus Anton. Gomez 2. tomo cap. 3. de locat. & conduct. num. 9. Petrus Dueñas plures referens d. re gula 240. limitatione 2. & Anto. de Pa dill. in d. l. voluntas. nu. 19. Greg. Lopez in d. l. 19. in glos. *su vida*, vbi quod hæc est cõmunis opinio in terminis nostræ quæstionis, † nisi in tali cõductione fiat pactum quod non transeat ex tali loca tione ad longum tempus vtile dominiũ, tunc enim non transiret: & hanc sen tentiam communem in locatione ad vitam, & in locatione in perpetuũ, ap probat expressè dict. l. 19. tit. 8. par. 1. ibi: *El segundo es, quando el vendedor la ouiesse lo gada para en toda su vida de aquel a quien la logara, o para siempre, tambien del, como de sus herederos.*

Secd

28 Sed cum hæc lex regia non exceperit etiam speciē locationis ad decenniū, in quo de iure communi erant opiniones, & glossæ diuersæ, quibusdam existimantibus relinquendum esse arbitrio iudicis, & communis erat sententia Doctorum, decennium dici tempus non modicum, vt prædiximus, sed tantum locationem ad vitam, & illa, quæ in perpetuum fit, videtur dicendum, in duobus solum casibus hodie procedere limitationem superiorem, non verò in locatione ad decennium, attenda dict. l. Partitæ, cum conditores ipsius aduertentes fortè ad varietatem opinionum, quæ erant tunc temporis, non elegerūt illam opinionem communem de locatione ad decennium, quod dicatur ad non modicum tempus facta, sed quod non modicum intelligatur, quando ad vitam conducentis fieret locatio, vel in perpetuum, & sic non sufficeret locatio ad decem annos, vt in terminis per illā legem perpendit Greg. Lopez ibidem, in glos. *survida*, ad finem, quanuis tandem relinquat cogitandum, quia parum fudit in inuentionibus suis; sed ex professo eandem sententiam Gregorij, eo non relato, probauit Villalobos in sua antynomia iuris ciuilibis ac Regni Hispaniæ, litera. E. num. 2. & in æratio cōmunium opinionum litera. E. num. 57. & Olanus in sua concordia iuris, litera. E. nūme. 5. & 6. & Ioseph. Gonçal. vbi supra, dict. c. 29. n. 23. & 55.

Nihilominus tamen, stante etiam d. l. Partitæ, tenēda est & procedit prædicta communis limitatio etiam in locatione ad decennium, non solum in locatione ad vitam, vel in perpetuum: quia lex præfata Regia etsi his duobus vltimis casibus tantum loquatur vt prædiximus, non tamē ideò reprobauit, aut correxit priorem de locatione ad decennium, sed eum omisit: casus autem omissus remanet sub dispositione iuris communis. l. commodissimè, cum similibus. ff. de liberis & posthumis. Sed iure communi secundum receptiorem sententiā iuxta quam iudicandum & consulendum est,

cum non sit text. in contrarium, statutum est per locationem ad decennium transferri dominiū vtile, ac induci alienationem, quia dicitur facta locatio ad non modicum tempus, ac proinde in ea specie limitandam fore decisionem d. l. emptorem, cum similibus: ergo idem seruandū erit etiam post legem Partitæ, cum ipsa id expressè non tollat, nec corrigat, quia quod nō mutatur, quare stare prohibetur? vt in. l. præcipimus. C. de appellatio. & in. l. sancim⁹. C. de testam. cum similibus. Præterea si aliud dicemus, eadem ratione idem cogemur profiteri in pluribus alijs limitationibus, quas patitur iure cōmuni d. l. emptorem, non expressis in. d. Regia, de quibus infra dicemus, vt sint correctæ per eam, quando quidem illas omisit, & tñ nemo sanè mētis id audebit dicere, correctio enim iuris communis non est inducenda, nisi ea expressè fiat à lege noua, vt in prædictis iurijs, nō enim legum Partitæ conditores tenentur in omnibus materijs excipere, nec approbare omnes casus à iure communi probatos (sicut nec leges iuris cōmunis id faciunt) id enim esset ad longum & in infinitum procedere: exceperunt enim plures eorum, quos voluerunt expressè approbare tanquam iustiores & perspicuos, cæteros verò reliquerunt dispositioni iuris communis, quo iudicandum erit an sint veri: cum verò hic de quo agimus locationis ad decenniū, argumento plurium iurium comprobetur, ac receptissima sententia maioris partis interpretum vtriusque iuris affirmetur, temerarium posset forsan videri, aliud tenere aut iudicare: lex igitur Partitæ cum in eo non se intromiserit, sed reliquerit dispositioni iuris communis, nil contradicit frequentiori sententiæ, quæ in praxi necessariò eligenda erit. Confirmatur & secundò hæc eadem pars, quoniam etsi d. l. Partitæ nuncupatim in locatione ad decennium minimè loquatur, in locatione tamen perpetua expressa lex est: sed locatio ad decennium iure communi est ac dicitur perpetua,

petua, vt supra diximus, & probatur preterea argum. l. final. C. de prescript. longi temporis, & in d. l. fin. iuncta glos. ff. si ager vectigal. &c. Ergo de ipsa etia loquitur d. l. Partite, vel saltem virtualiter, implicite & collectiue eam comprehendit, precipue cum longum tempus iure Partitarum dicatur decem annorum; vt in l. 14. tit. 14. partit. 3. ibi: *Egra tiempo es pasado; assi como diez años*, &c. sicque lex illa Regia 19. potius probat communem sententiam iure communi receptam, quam improbet, vt rectius aduertit atque profitetur Couarru. vbi supra, d. c. 15. num. 2. & Petrus Dueñas d. regula 240. limitatione 2. & simpliciter Ant. Gom. d. nu. 9. & Ant. de Padilla in d. l. voluntas, nu. 19. & ita verius existimo esse tenendum, & in praxi obseruandum, saluo meliori iudicio.

- 29 Similiter etia si in locatione & conductione adesset pactum, siue clausula de non alienando fundum, vel rem, durante locatione in simul cum hypotheca speciali ipsius, emptor, vel alter singularis successor, tenebitur preesse stare locationi, nec poterit expellere conductorem; nam per huiusmodi pactum & hypothecam specialem censetur reseruatum ius in dicta re, & impeditur alienatio postea facta, sicque erit nulla, vt in l. si creditor. §. si. ff. de distract. pignorum, iuxta literam Pisanam & in l. fin. tit. 5. part. 5. † Nec sufficeret hoc casu generalis hypotheca cum predicto pacto, iuxta magis communem sententiam, quam resoluim⁹ in repetitione. l. nemo potest, num. 28. ff. de legatis. 1. quamuis contrariam sententiam plurimos allegas, eamque probans, dicat veriore, communem, & crebriori calculo receptam, & ab ea non esse recedendum in iudicando & consulendo, Franc. Becius conf. 80. nu. 5. cum sequentibus libro 1. quare merito quod cum virtute d. pacti & hypothecae specialis, alienatio sit nulla, conductor debeat frui re conducta, ac proinde expelli minime possit per singularem successorem, durante tempore conductionis: & in terminis ita tenent Imola in l.
- 30

qui absenti. §. si quis possessionem. ff. de acquirenda possessione, & in l. qui Romae. §. cohæredes. ff. de verborum oblig. quem sequitur Alexand. in d. §. si vir in quinquennium. numer. 4. vbi dicit hoc menti tenendum. Gozadin. conf. 78. col. 2. Iason in l. quoties. nume. 28. vers. vndecimo, iuncto num. 29. C. de reuendicatione. & in d. §. diui in 1. lectura, vers. iuxta predicta nu. 92. & ibi Ferdinandus de Loazes nu. 442. vbi asserit hanc esse communem opinionem: sequitur Anton. de Fano vbi supra, in 1. membro 2. partis num. 9. D. Couarr. lib. 2. variar. resol. c. 15. num. 3. vers. vltimo, vbi quod secundum magis communem sententiam Doctorum non sufficit in specie d. l. si creditor. §. si. generalis hypothecariorum, sed quod requiritur specialis, quod nos resoluiimus in d. l. nemo potest. nu. 57. & 58. nisi quando promissio seu pactum fieret generaliter prohibens alienationem omnium bonorum, & cuiuslibet eorum partis, adiecta item omnium bonorum hypotheca, vt respondit Alex. conf. 56. libro 5. Eandem limitationem ad d. l. emptorem, sequitur expresse Greg. Lopez in d. l. 19. tit. 8. part. 5. in glos. *maiuscula*. ibi: Et nota: quamuis non recte aduersus frequentiore interpretum sententiam, quam praediximus, intelligat sufficere hoc casu generalem hypothecam cum predicto pacto de non alienando. Sed hoc non obstante, tenenda est communis sententia, non sufficere generale hypothecam in proposito, sed requiri specialem, tam in specie d. l. si creditor. §. si. ff. de distract. pignorum, quam in nostra limitationis ad l. emptorem, quam etiam probauit alios allegans, & referens esse communem, ex Loazes vbi supra, Rolandus à Valle d. conf. 6. nume. 17. & nos quoque tam sequuti fuimus in d. l. nemo potest, nu. 43. & Rodeticus Suarez in d. l. post rem iudicatam. in 1. limitatione, num. 8. Anto. Gom. in tit. de locat. & conduct. nu. 9. vers. quarto limita. est communis secundum Méchac. d. c. 53. numer. 9. ad finem, sequitur Aluarus Valascus vbi supra, nu.

7. & 8. licet n. 9. se confundat, dicens non esse tenendum, quod refertur in d. decisione Lusitanæ 243. dum dicitur ibi, quod tunc demum re locata & pro securitate contractus hypothecata tenetur emptor stare colono, quando ipse locator se obligauit, quod ipsam rem locatam non alienabit, quia hoc proficit, ne valeat alienatio, non autem ut teneatur stare colono, & qui aliter iudicarunt, salua pace, videntur æquiuocasse in terminis, ut aduertit Negus. vbi sup. Hæc ille: nam imò potius quod dicitur in prædicta decisione Lusitanæ est tenendum, quia verum, & iuxta supra modò relatam comunem limitationem d. l. emptoræ. quam probauimus, sicque prædicta clausula de non alienando cum hypotheca speciali rei locatæ, pro obseruatione contractus locationis proficit, ad hoc ut singularis successor teneatur stare colono, cumque expellere non possit ratione prædicta: & pro prædicta limitatione altera facit, quam exprimit d. l. emptorem. & d. l. 19. nempè quâdo tempore venditionis fuit expressè conuentum, ut conductor non posset expelli, quia tunc habebit ipse ius retentionis & exceptionis pacti conuenti contra emptorem, vel singularis successorem, ut in d. iuribus, & ibi comunis opinio, & tradit alios allegans Dueñas in d. reg. 240. limitatione 4. nam si ex prædicta conuentione singularis successor tenetur stare colono, vel inquilino præcise, idem eadem ratione dicendum erit, quando locator tempore locationis, pro securitate & omnimoda obseruantia ipsius promissit conductori rem vel fundum non alienare, & insuper ad id specialiter fundum vel rem conductam hypothecauit, cum in ea specie, etiam si de facto postea fundum vel rem prædictam alienauerit, non transeat dominiū in singularem successorem, sed remaneat penes ipsum locatorem, ut prædiximus. Singularis igitur successor hoc casu, cum nullum ius, nec dominium acquirat in illa in præiudicium conductoris, suique iuris, minimè poterit eidem præiudicare.

32 Denique sunt qui regulam d. l. emptorem.

cum similibus, limitent, si iuramentum apponatur in locatione de obseruandis in ea contentis, affirmantes, tunc emptor vel alium singularis successorem compellendum esse præcise stare locationi iurata, ut voluit Ant. de Butr. in c. si. ne prælati vices suas. Socin. in d. conf. 90. n. 10. lib. 4. Ant. de Fano de pignoribus in 1. membro 2. p. n. 9. Gozadin. conf. 24. col. 2. & conf. 100. col. fina. & hanc partem pluribus comprobatur fundamentis, ac latissimè defendit respondens contrariis Rolandus à Valle, conf. 6. n. 29. & seqq. lib. 1. & nos quoque cum ea trāsuiimus in d. l. nemo potest. & nouissimè post nos Becius d. cõl. 80. n. 10. & 11. dicens operari iuramentum in proposito, ut locatio præcise obseruetur, & ne dominus vendendo expellere possit conductorem soluendo pœnas & interesse, ut in terminis inquit tradere Butriū id c. vltim. ne prælati vices suas, & quod refert & sequitur Gratus cõsil. 95. num. 19. & sequent. Couar. ubi vbi sup. n. 3. in vers. secundum, ibi: Adhuc tamen, dubiam esse hanc opinionem existimauit, cum hic non agatur de vinculo iuramenti, respectu iuratis, vel eius vniuersalis successoris, qui conuentioni tenetur stare, sed tantum singularis successoris, qui eidem stare iure non tenetur, per d. l. emptorem, cum simil. cuius quidem in hoc sententia ex eo comprobatur satis vrgenter, nempè quod pactum de non alienando cum iuramento, non impedit translationem domini, sicque non obligat præcise promittentem, ut per Alber. de Rosat. in l. ea lege. col. fin. C. de conditionibus, quibus causam sententiam magis comunem, testatur Ias. in cõsil. 211. col. 2. vol. 2. & inquit Ruinus conf. 109. col. 9. in principio vol. 4. hanc esse receptam DD. sententiam: hoc idem tenuit Gozadin. conf. 14. colu. 1. Ferdinand. de Loazes in repetitione d. §. diui. nu. 429. post Crotū ibi col. 25. in fine, prout eam refert Roland. à Valle d. conf. 6. nu. 26. eandem probauit idem Loazes plurimos consulentes referens, in allegatione oppidi de Mula, in 1. dubitatione, nu. 143. Nec satisfacit, quod huic magis com-

muni

muni sententiæ respondet Rolandus à Valle vbi supra, nu. 54. nempè contrariū tenere Aretin. in d.l. si ita quis. §. ea lege, col. fi. de verborum oblig. & ibi Ias. & Ruin. in repetitione d. 6. diui colum. 42. vers. ex hoc videtur inferri. & ibi Ripa n. 93. quorum sententiam veriorem videri fatetur Rolād. à Valle, d. n. 54. nam cum se videret pressum hoc fortissimo fundamentò contra suam opinionem, quam ibi probat, vt prædiximus, nempè vt d.l. emptorem, cum simili. limitetur in locatione iurata, nihil aliud habuit, quod respondere posset præd. magis cõmuni sententiæ, nisi quòd contraria, cum quibusdam modò citatis, videatur verior. Hæc autè quàm infirma sit respõsio in actu pratico, vel facillè quilibet dignoscere poterit: adducere si quidem pro opinione, quam quis totis viribus nititur defendere, præcipuum fundamentū ex quadam singulari opinione contra alterā magis communem & receptam sententiā, signum potius est subtilitatis, quàm concurrentiæ veritatis, & idèò in suo vigore remanet prædicta magis communis sententia, quæ 35 habet, quòd pactum de non alienando, cum iuramento, non impedit translationem dominij, sicq; non obliget præcise promittentem, sicq; est fortissimū fundamentum pro opinione Couar. vbi supra, aduersus præfatam limitationem Ant. de Butr. Socini & sequaciū tenentium in specie d.l. emptorem, vt nõ procedat in locatione iurata, nam si pactū de non alienando, iuratum non impedit dominij translationē, nec obligat præcise promittentem, eodem iure idem fatèdum est in locatione iurata. Accedit etiam, q̄ Rolandus à Valle vbi supra, qui opinionem prædictorum defendit, nullum aliud fundamentum pro ea allegat, quod ita astringat (si solidum & inconcussum esset) quàm auctoritatem Aretin. Ias. Ruin. & Ripæ in locis supra citatis, tenentium contra præfatā magis communē sententiam: horū autem est singularis opinio cõtra communem & non tenenda: igitur limitatio de qua

agimus ad d.l. emptorē, improbata manet. Quinimò idem Roland. à Valle in d. cont. 6. à nu. 15. cum sequentib. vsque ad numerum 28. inclusiue arguendo ad partes, prout sui moris est, cum fundat contrariam partē præfatæ limitationi, nempè quòd vigore iuramenti in locatione appoliti, emptor soluendo interesse possit expellere conductorem fortioribus fundamentis eam & sic nostrā hac de re sententiam comprobat: inter quæ illud præcipuum est, quod iecit ibi num. 24. & 25. ex Imolā & Ias. Corseto. Innocent. Marsil. Gozadin. Cornelio, & alijs, nempè quòd si quis iurauerit vendere Titio domū, † si postea illam vendat Seio, eiq; illam tradat, statur ipsi venditioni contra iuramentum, licet alienans in alium quàm eum, in cuius fauorem iurauit, sit periurus. Quinimò etiam si quis vendat cum iuramento rem aliqui sine traditione, si tñ eandem alteri postea vendiderit & tradiderit, præfertur hic secundus ratione traditionis, vt resoluì esse communem DD. sententiā, & tenendam, in meo tractatu de iuramento confirmat. i. p. c. 30. n. 4. † Actus enim contra iuramentum factus nõ est nullus, sed potius validus, quàm is contra faciens sit periurus, secundum Innocent. Hostien. Panormitanum, & communiter DD. in c. dilecto, de præb. & plures allegatem Loazes in allegatione oppidi de Mula. i. dubitatione, n. 144. † Quo fit, vt si quis iurauerit non vendere librū, si non obstante iuramento eum vendiderit, valebit venditio, licet venditor ipse periurus sit, vt notat Innoc. in d. c. dilecto, & alios allegans Loazes vbi supra, 36 n. 148. † Iuramentū enim, quo quis promittit aliquid non efficere, ita intelligendū est, vt sibi non videatur legē imponere, nec præiudicium inferre, secundum Ioann. And. in regul. in spicimus, in mercurialib. de regulis iuris in 6. quem sequitur alios referens Loazes vbi supr. n. 162. Ergo ita & eodem modo dicendū est in nostrā specie, q̄ huiusmodi locator, licet iurauerit seruare atq; omnino adimplere omnia cõtenta in locatione,

quinimò etiam si cum iuramento promississet se fundum, vel rem locatam non alienare durante locatione, nisi præter hoc hypothecam specialem eidem rei adiecerit, vt prædiximus, valebit alienatio contra iuramentum facta, & dominium ex traditione subsequuta transferretur in singularem successorem, quamuis alienas sit periuas: at singularis successor minimè tenebitur, saltè præcisè stare locationi præfatæ, cum ipse nihil de hoc cõuenerit, nec iurauerit, ad quæ, cum sit singularis successor, non verò vniuersalis, non transit virtus nec obligatio iuramenti, vt in c. veritatis, cum materia, de iureiur. † Iuramentum enim recipit omnes limitationes & tubauditiones, quas habet & recipere solet contractus ille, super quo interponitur, & debet restringi quantum potest, vt iurans minus obligetur minusq; astringatur, secundum Abb. in c. quemadmodum, de iureiurando, quem refert & sequitur Ioan. de Selua in tractatu de iure iurando, 2. parte. 2. q. circa finem nu. 5. vol. 5. tractat. diuersi. Doct. idem Abb. in c. cum clerici, de verborum significatione, Loazes vbi supra, n. 164. Nec in iure legimus quòd per iuramentum constituitur ius in re, sed tantum in persona, vt in prædict. decisionibus; & sanè cum semper meus præcipuus scopus fuerit veritatè amare, atq; illam sectari, et si aliàs incidenter, & deductiuè prædictam limitationem tenuerim, nunc libenter contra eam firmo cum doctissimo Couarr. aduersus cæteros, qui puctum minimè digresserunt: non enim fidendum est Doct. orib⁹ aliquid sine præuio examine, & indagatione veritatis tenentibus (more auium, quæ cum vna volat, cæteræ eam sequuntur: ita ipsi sepius faciunt) nisi veritas eorum dicta comitetur: solus Rolandus pleniori manu articulum discussit, sed meo iudicio probauit opinionem minus veram, vt docuimus.

39 Nunc autè offert se nobis examinanda quæstio illa, an vxor soluto matrimonio teneatur stare locationi factæ per maritum, tẽpore quo ipsum matrimonium

constabat. In quo solet cõmunitè allegari tex. pro decisione huius dubij, in l. si filio familias. §. si vir in quinquenium; ff. soluto matrim. vbi dicitur: Si vir in quinquenium locauerit fundum, & post primum fortè annu diuortiu interuenerit, Sabinus ait, non aliàs fundum mulieri reddi oportere, quàm si cauerit, si quid præter vnus anni locationem, maritus damnatus sit, id se præstaturam esse. ex quo text. colligitur, vxorem non teneri præcisè stare colono apposito per maritum tẽpore, quo is erat dominus dotis, postquam ipsa vxor matrimonio soluto ius pristinum recuperauerit, sed tantum causatiuè, quia ipsa tenetur cauere marito de indemnitate, ne ipse damnatum patiatur, ex his quæ matrimonio constante, vt legitimus administrator gessit. † Colono tñ non datur exceptio nec retentio, quandoquidem ipse agere potest contra maritum pro interesse: ita voluit Bart. ibi n. 2. & sequitur Imola, Cuman. Paulus de Castro, nu. 3. Roman. Alex. & magis cõmunitè DD. & ante eos idem tenuerunt ibidè Albericus, & Dynus, & in l. diuortio. & ibi Imola. ff. eod. Cyn. & Salic. in d. l. emptorem. glos. fi. in l. 2. §. vlti. verb. consequi. ff. de dot. præleg. sequitur Campeç. in tractatu de dote, in 2. parte q. 23. Aufrer. in decisio. Capell. Tolos. 420. est cõmunis secundum Carol. Molina. in consuet. Parisiens. §. 30. q. 22. & secundum Couar. qui eam probat libro 2. varia. resol. c. 15. n. 5. est magis cõmunis, secundum Anto. Gom. de locat. & conduct. nu. 8. Eandem alios allegans testatur cõmunè Petrus Dueñas in reg. 240. limitatione 5. qui eam sequi videtur. Contrariam tñ opinionem probauit Angel. in d. l. emptorem. Bald. & Angel. in d. §. si vir in quinquenium. idè Bald. in l. iubemus nulli, col. fin. n. 4. C. de sacrosanct. Ecclesijs, Abb. & Anania nu. 9 in c. fina. ne prælati vices suas, quæ ea fundatur ratione, qd maritus res dotales locauit, vt legitimus administrator, & vxor postea matrimonio soluto succedit titulo singulari, transfertur enim in ipsam dominium rerum dotatum ipso iure

iure soluto matrimonio necessario, vt in. l. in rebus, cum materia. C. de iure dot. sed successor necessarius tenetur stare colono, iuxta glos. in vers. alij, quia mulier grauat in. l. diuortio. ff. soluto matrimonio, & ibi Bart. & Alex. est communis secundum Ial. ibi n. 32. cum seqq. & secundum Paul. Castrensi. in. d. §. si vir in quinquennium, num. 3. quamuis eam
 41 improbet, testatur etiam glos. † illā cōmuniter approbatam. decisio. Pedemont. 82. nu. 6. †
 42 Secundō eadem sententia fundatur, nam eadem videmus in tutore, qui durante tutela locat res minoris ad tēpus, minor namq; finita tutela tenetur præcisè stare locatōni, vt in. l. si tutelæ. ff. de administratio tutorū, & ibi Bart. & DD. Salicet. in. d. l. emptorē, post Alber. ibi Socin. & alij plures quos refert Petrus Ducas vbi supra; limitatione. 3. Couar. & Ant. Gom. etiam vbi supra.

Nihilominus tñ prior opinio verior, ac magis communis est & tenenda, quæ bene probatur in d. §. si vir in quinquennium, inducto vt supra. Non obstat primum fundamentum contrarium, quia quamuis in vxorem transferatur ex necessitate dominium rerum dotaliū soluto matrimonio, adhuc præcisè non tenetur stare colono, vt satis deducitur ex d. §. si vir in quinquennium, quamuis ipsa maritum indemnem seruare teneatur ab ea locatōne, etiam si ab eo, vel eius herēdibus præd. cautio nō petatur; secundum Paul. de Castr. num. 3. & DD. ibidem, vt refert Ant. Gom. d. n. 8. itaq; mulier tenetur stare locatōni quantum ad ipsum virum, & sic causatiuè propter bonam fidem & societatem communis vitæ, non verò quantum ad colonum; quia ipsum potest expellere, & sic sunt distinguēdi & concordādi DD. qui simpliciter tenent contrarium in hac materia: nō sic in alio singulari successore, quia nec quoad colonum vel inquilinum, nec quoad venditorem, seu donatorem tenetur stare locatōni, nisi aliud conuenerit: ita Paul. nu. 3. & DD. in d. §. si vir in quinquennium.

Ad secundum fundamentum respondetur, non idem esse in marito quod in tutore, tutor namque respectu minoris locat vt legitimus administrator nomine minoris pupilli; non verò nomine proprio: at maritus, etsi sit administrator rerum dotalium & vxoris, attamen nomine proprio vt dominus dotis matrimonio constante locat, & ideò vxor non tenebitur præcisè locatōni stare, quæ suo nomine non est facta. Quo fit, vt si maritus locasset res paraphernales, 43 † quas vxor eidem non dedit in dotem, sed tacita earum administratio est commissa marito, iuxta tex. cum materia in l. maritus. C. de procuratorib. vxor in hac specie tenebitur præcisè stare contractui, tanquam suo nomine gesto; ita Ant. Gom. vbi supra, d. nu. 8. Nec etiam obest regula, quod quem de euctione tenet actio; eundem agentem repellit exceptio, vt in. l. vindicantem. cum sim. ff. de euctiōibus. de qua latè per Petrus Surd. conf. 15. nu. 3. & 24. cum sequentibus; sicq; videbatur, qd cum vxor hoc casu teneatur cauere viro de indēnitate, gratia circuitus vitandi, non possit colonum vel inquilinum expellere, argu. l. dominus testamento. cum sim. ff. de condict. in deb. Nam respondemus; quod præfata reg. Quem de euctione tenet actio, &c. hic non conuenit, quia vxor non tenetur de euctiōne, sed marito de indēnitate; & circuitus vitandi ratio etiam hic cessat, quoniam vxor tenetur viro de indēnitate, non verò colono de præcisā obseruantia contractus; sicq; soluendo interesse vel damnum marito obueniens, non tenetur stare eiusdē locatōni præcisè: sicut idē contingit in conductore, cui sunt omnia bona locatoris obligata pro obseruantia contractus, cum enim potest expellere singularis successor; soluendo cū effectu eidem interesse, vt supra resolui-mus. Si tñ maritus mala fide locauit fundum dotalem, veluti muliere existente infirma; quæ postea incontinenti defuncta est, eius heres nō tenebitur stare præd. locatōni causatiuè, nec præcisè;

secundum Alex. post Cyn. quem refert in d. §. si vir in quinquennium. n. 1. circa finem. Nunc vero communis præfata sententia limitari poterit, vbi ea locatio facta fuerit per maritum ad modicum tempus, nempe ad annum, quasi id equitati conueniat, cum ea locatio recte ac bona fide facta sit, secundum Alex. in d. §. si vir in quinquennium. col. 1. num. 1. Carol. Molin. d. q. 22. nu. 92. quos refert & sequitur Couar. vbi supra, d. n. 5. quorum sententia mihi placet.

46 Ex supra dictis infertur, virum minime quidem teneri stare locationi factæ per vxorem, aut focerum ante dotis constitutionem, cum maritus sit singularis & voluntarius successor, ac proinde poterit colonum expellere, secundum Roman. in d. §. si vir. nu. 26. quod sequitur Alex. n. 38. & Claud. 35. in d. l. diuortio. & Couar. vbi sup. d. num. 5. in vers. quid autem, aduersus glos. contrariam in d. l. diuortio. in principio, verb. sequantur. ibi: Vel dic. cuius opinio admitti poterit secundum præfatos, eo casu, quo maritus paciscens dotem, sciret, rem sibi promissam in dotem, locatam esse, videtur enim locationi ex hoc consentire, & ideo non poterit expellere colonum nec inquilinum, & hoc propter auctoritatem glossæ in praxi recipiendum erit, secundum Alex. & Couar. vbi supra, licet in puncto iuris haud facile defendi posset meo iudicio, cum in specie & materia dict. l. emptorem. scientia emptoris locationis præcedentis eidem minime noceret, ex mente eiusdem legis, & similium ac omnium scribentium, non enim videtur iuri suo renuntiare, qui scit illud durare, vt in l. sicut. §. non videtur. ff. quib⁹ modis pign. vel hypoth. solu. requiritur enim ultra scientiam locationis factæ, quod probetur consensus singularis successoris, vel pactum expressum, vt locationi staretur, vt est prædictum: vel si actum esset inter locatorem & singularem successorem, quod pensiones rei locatæ spectent ad ipsum singularem successorem, tunc enim ipse conductorem expellere minime pote-

rit, vt recte probauit Alex. in d. §. si vir in quinquennium, nu. 13. aliàs autem si sola scientia sufficeret, nunquam aliter raro haberet locum decisio eorundem iurium. † Deniq; si locator non habeat plenum dominium in re, nec plenam etus administrationem, vt usufructuarius, fidei commissarius, possessor maioratus, vel similis persona, successor non tenebitur præcisè stare contractui, iuxta l. si quis domum. §. 1. ff. locati. Bart. & comunè in d. §. si vir. Ant. Gom. vbi supra, & allegat plures Petrus Dueñas vbi supra, limitatione 6. est communis secundum Socin. conf. 32. n. 6. lib. 1. Alban. conf. 8. n. 1. & seqq. decis. Pedemont. 82. num. 2. de successore maioratus; & prælaturæ sive beneficij, differuimus sup. lib. 1. c. 36. per totum.

48 Missus autem in possessionem ex primo decreto iudicis, quia non habet plenum ius, tenetur omnino stare colono, nisi locatio præcedens in fraudem creditoris facta fuerit: tex. est de hoc, in l. in venditione. §. 1. ff. de bon. auth. iudic. possid. per quem textum ita tenet Bart. in d. §. si vir in quinquennium. n. 2. & ibi DD. communiter, dicit communem Ias. in d. l. diuortio. n. 34. Quod alia ratione suaderi potest, nempe quia hic est successor ex causa necessaria, & ideo tenetur stare colono, vt ex eodem textu in d. §. 1. constat, & notauit glos. approbata, vt prædiximus in d. l. diuortio. glos. magna, ibi Alij, quia mulier grauatur. ff. soluto matrim. qd & in specie d. §. 1. probarunt ibi Angel. & Imola, nempe quod ibi est quædam translatio necessaria. Quo fit, vt non solum missus in possessionem ex primo decreto, quo casu loquitur dict. §. 1. sed etiam missus ex secundo decreto, teneatur stare locationi factæ à debitore, dummodò in fraudem facta non fuerit, quia licet habeat plenum ius, adhuc tamen concurrat altera ratio communis illius textus, nempe quod translatio possessionis sit ex causa necessaria iudicati, quæ sola sufficiens est ad operandum, vt successor singularis teneatur stare colono, per supra dicta, & in specie tenet Bart. in d. §. 1. & cum

& cum eo probauit Alexa. in d. §. si vir in quinquennium. nu. 7. aduersus eundem Bart. ibi aliud sentientem. sequitur etiam Ias. in d. l. diuortio. nu. 32. cum sequentibus. † Quinimò eadē ratione omnis ille, qui succedit per sententiam iudicis, tenetur stare colono & inquilino, nisi locatio fiat in fraudē, vt affirmat Bald. in c. quoniā frequenter. §. si. n. 9. vt lite non contest. quem sequitur Ias. in d. l. diuortio. num. 35. & Tiraquel. de retract. conuentio. §. 3. glos. i. num. 14. decisio Pedemont. 82. nu. 6. & 7.

50 Similiter vsuarius, qui solūm vsū rei habet, tenetur stare colono, iuxta text. in l. si habitatio. §. si vsus fundi. ff. de vsu & habit. quem textum ad hoc dicit esse singularem Roman. in dict. l. si filio familias. §. si vir in quinquenniu. num. 13. ff. soluto matrimonio, & sequitur ibi Alexand. num. 10. Petrus Duenas in regula 240. limitationē 11. licet secus sit in vsufructuario, vt in l. arbores. §. quidquid. ff. de vsufruct. secundū Alexand. d. nu. 10. † Successor vniversalis etiam, qualis est hæres vniversalis, tenetur stare colono, & locationi sui prædecessoris, vt in l. viā veritatis. C. locat. & in l. hæredi, & in l. ex qua persona. ff. de regulis iuris. l. 7. titul. 17. lib. 3. fori, & in l. 2. tit. 8. part. 5. Anton. Gomez cap. de loc. & conduct. num. 7. Petrus Duenas in dict. regul. 240. limitatione 1. vbi assignat rationem differentie inter successorem vniversalis & singularem, quia ille representat personam defuncti, & in eū transeunt omnes obligationes, actiue & passiuę, pro ea parte qua est hæres, vt in l. cum à tre. C. de reuendicatione, & in aut. iureiurando à mor. præstit. in principio collatione 5. glos. in l. 2. ff. de præto. stipul. singulare autem successorem non sequitur obligatio personalis, vt prædiximus.

52 Illa tamen se nobis hic offert examinanda quæstio, an regula dict. l. emptorem, cum simil. procedat in colono partiaro, nempe vt illum expellere singularis successor possit, necne? & 1. vide-

tur, quodd singularis successor teneatur præcisè stare colono partiaro; nam huiusmodi colonus appellatur socius, vt in l. si merces. §. vis maior. ff. locat. ergo si ante finem tempus societatis prouocaretur ad diuisionem, vel expelleretur, posset exceptionem opponere. l. idemque. §. fina. & ibi hoc notat Baldus. ff. pro socio, & in terminis hanc opinionem tenet Bald. in dict. l. si merces. §. qui fundum. & §. vis maior. & clarius in d. l. idemque. §. fin. post Cyn. & Ioann. Andr. per eum allegatos, Iacob. Butri in d. l. si merces. §. 1. & in d. l. emptorē, post Lambert. de Rapon. quę etiam refert, & Abb. in dict. l. emptorē, & Raphael. per illum text. in l. in hoc iudicio. §. penultimo. ff. commun. diuid. quos pro hac parte citat Alexan. in d. §. si vir in quinquennium. num. 17. sequitur etiam Angel. Aret. in princip. institut. de locat. & conduct. & in princip. de exceptio. vers. sed aduersus: eaq. tenere videtur Fabian. de Monte. in tractatu de emptione & venditione. 6. q. 18. membro, vers. item & tertio, in colono partiaro: † quę sententia secūdo probatur, quoniam pars fructuum colonica præstatur loco operis, laboris, & sumptuū factorum in percipiendis fructibus, vt in l. 1. & ibi Bart. C. de fructib. & litium expel. Bart. & Ias. in l. fructus. ff. de soluto matrimonio, vbi communiter Doctores, est communis secundū decisionem Pedemont. 83. nu. 7. † Hinc est, vt in præd. fructibus tacita quædam hypotheca videatur inducta: argu. l. interdum, & l. sequentis. ff. qui pign. hab. & in l. 1. C. quibus modis pign. vel hypoth. contrahatur; vnde ratione dictæ tacite hypothecę videtur non posse expelli colonū partiarium à perceptione dictorum fructuum, iuxta traditā per Abb. in c. 1. n. 3. de integ. restitutione, vbi inquit, q. qui cōtraxit cum Ecclesia, non tenetur reddere, rem nisi primò satisfiat sibi de pretio, sumptibus & labore, sicq. potest vti retentione rei, etiam post cōcessam restitutionem, pro pretio, sumptibus & labore: sicut in

56 simili dicimus in scriptore, ¶ vt possit retinere quinternos, donec sibi satisfactū fuerit de mercede, vt notatur in. l. si non sortē. §. si centum. ff. de cōdict. indeb. in glo. verb. retinebitur. vbi Bart. n. 7. & 8. bene distinguit, & ibi Paul. Castren. nu. 5. & 6. & Ial. n. 10. latius Greg. Lop. in. l. fin. tit. 2. p. 5. in glo. *de pnes que se lo prestā*, per totā, & præcipuè ibi: & cū emptor: vbi inquit, in pposito q̄ colon⁹ poterit retinere rē cōtra emptorē, propter expensas in re factas. ¶ Sic etiam animalia retineri possunt ob impensam alimenterum eis præstitorū, vt in. l. in summa, vbi Salic. C. de pignoribus. tradunt Alciat. & Plotus, quos refert & sequitur Menochius in. 11. remedio recuperand.

58 possess. n. 8. ¶ Similiter exceptio retētionis ratione expensarū factarū in re, quā quis cōdenat⁹ est restituere, potest obijci in exequutione sententiæ, etiā si ius retentionis reseruatū non sit in ea, secundū Alberic. de Rosat. in. l. 1. colum. 3. vers. itē exceptio. C. de iuris & fact. ign. idem Alber. in. l. in fundo, col. vlti. ff. de reiuendi. Tiraquel. de retract. conuent. §. 7. glo. i. n. 13. Negussant de pignor. 5. parte princip. 4. membro, n. 15. Boer. q. 43. nu. 10. & in quæst. 44. num. 14. & 16. Roland. à Valle, alios referens conf. 28. nu. 3. libr. 1. & Menoch. vbi supra: quod nō procedere in exceptione retentionis melioramentorū liquidandorū, consultiuit Paul. Castr. conf. 270. fol. 129. lib. 2.

59 Quare in hac specie saltem præstita cautione desoluedis melioramentis, liquidatione facta, possessionem esse cōcedendam, respondit Gozadin. consilio 100. nu. 21. & Petrus Benintend. concl. 77. n. 10. sed nihilominus contrariū verius est & tenendum, nēpè etiam retardari hanc restitutionem, etsi liquida adhuc nō sint hæc meliora mēta, vt egregie in terminis probat Ant. Capic. decisione 17. referens in eo sacro Consilio Neapol. sic fuisse decisum, & sic intelligit Paulum de Castr. vbi supra, sequitur Ruinus conf. 84. in fine libr. 1. negās hoc casu sufficere, si fideiussor illi possessori desoluedis melioramentis facta

liquidatione offeratur: idem sentit Tiraquel. vbi supra, & vtrumque probat Menoch. in. 1. 5. remed. recuper. possess. quæst. 39. n. 569. & 570. qui nu. 571. cum sequenti duobus modis limitat. Primò, post Paul. Castr. & Capit. vbi sup. in fine. quando in differendo subesset aliquod præiudicium. Secundò, cum Bald. conf. 309. quæritur vtrum, in fine lib. 2. vbi in continenti non adessent probationes melioramentorum factorum, quia in his casibus exequutio nō erit retardāda: & in continenti intelligo in his Regnis in termino exequutionis, dato nēpè ad probandas exceptiones legitimas, hoc est, intra decem dies oppositionis. Imò vt supra resoluimus iuxta magis communem sentētiā, colonus, vel inquilinus, habens obligata omnia bona locatoris, vel hypothecam rei locatæ pro securitate & obseruantia contractus, habet ius retentionis, nec potest expelli per singularem successorem, nisi sibi offeratur & realiter soluatur interesse: ergo idem in proposito coloni partiarij dicendum videtur: quia sicut ei competit actio pro suo credito, ita & multo magis retētio, ¶ quæ facilius conceditur quàm petitio, vt in. l. per retentionem. C. de vsur. l. Paulus. ff. de dol. except. Ial. in. l. naturaliter. §. nihil cōmune, vers. sed tu aduerte, num. 49. ff. de acquirend. possess. Decius in. l. diuus, nu. 2. ff. de reg. iuris. & in. l. diem functo. nu. 15. ff. de officio assess. Aymon; Crauetta consilio. 118. num. 2. Cephal. conf. 86. n. 20. Rolandus consilio 17. num. 8. volu. 4. Becius consilio 72. nume. 15. quos sequitur Petrus Surdus conf. 4. num. 5. vbi

60 ¶ 9. ¶ quod sicut retentio transit in singularem successorem creditoris, vt in. l. in hoc iudicio. §. impendia, versic. sed is qui à me. ff. communi diuid. vbi est casus vnicus, & per se notandus, secundū Roman. singulari 177. Socin. consilio 158. nume. 28. volum. 2. Ripa in l. vbi parè. §. qui indistrahendis, numer. 3. ff. ad Trebell. Boer. decisione 44. nu. 14. Negul. de pign. in 4. membro. 5. part. principalis, n. 23. Tiraquel. de retract.

con-

conuēt. §. 7. glof. 1. n. 15. D. Couar. lib. 1. varia. resol. c. 8. n. 3. verſ. cæterū : ita etiā debet cōpetere cōtra ſingularē debitoris creditorē : præcipuè cum ad huiusmodi colonū partiariū res non peruenerit cum vitio, ſed ex contractu bona fide celebrato, † quia cum res peruenit cum vitio ad creditorem, nō poteſt eam retinere pro debito, ſed cogitur eam reſtituere, vt in cap. finali de ordine cognitio. & in. l. 1. §. rediguntur. ff. quorum leg. per quæ iura ita tenent Salicet. in. l. final. C. commod. & Alexa. ad Bart. in d. §. ſi centū, & Neguſ. vbi ſupra, n. 1. & eos referens Petrus Surd, d. cōf. 4. n. 40.

63 Sed nihilominus contrariam ſententiam probauit Iacobus de Bellouifo in d. Lemptorem, reſoluens quod colonus partiarius non habeat ius in re, nec in fructibus, quouſq; ab eo ſint percepti, vt in. l. cum in pluribus. §. meſſem, & ibi glof. ff. locat. & probatur in. l. ſi fur. ff. de vſufruct. & in. l. ſi ſeruus. §. locati. ff. de furt. & ibi notatur, & ideò non datur ei cōdictio furtiua, vt ibi, & in. l. ſi apes. §. 1. ff. de furt. & fructus fundi, perfectò cōtractu emptionis, ſpectant ad emptorem. l. fructus. C. de actio. empti. Prætereà colonus non habet actionem perſonalem contra emptorem, quia illa nō tranſit in ſingularē ſucceſſorem, vt in d. l. emptorem, & in. l. ſi. §. fin. ff. de contrahenda emptione, & hanc ſententiam Iocobi de Bellouifo ſequitur Speculator, licet ſub dubio, in tit. de locat. §. 1. verſ. ſed pone locaui tibi, nu. 5. & Alex. in. d. l. ſi vir in quinquenniū, num. 17. & Bald. in d. l. emptorē, nu. 7. dicens q̄ tantum pro illo anno, quo colonus ſeminauit & fecit ſumptus, tenebitur emptor ſtare colono, nō vltra, & ſequitur etiam Gregor. Lop. in d. l. 19. tit. 8. p. 5. in glof. magna, ibi : Adde aliū caſum in colono partiario, dicens, q̄ quatenus Bald. dicit pro illo anno, videtur quod debeat intelligi ita quod fructus ſint iā percepti, aliàs namq; nec pro illo anno teneretur ſtare colono partiario, licet propter ſumptus colonus poſſet retinere fundū, donec ſibi eſſet de eis ſatiſfactū : Quid tenedū?

& profectò in pūcto iuris hæc 2. pars eū ſua declaratione verior videtur per ſupra dicta: æqua tñ mihi videtur cōcordia, quam in hoc articulo ſequutus fuit Senatus Pedemont. vt affirmatur per Octauian. deciſ. Pedemont. 82. n. 10. quæ eſt huiusmodi: † q̄ quādo agitur de fructibus pendētibus breui colligendis, in illis propter ſumptus factos ſalua ſit pars colonica, quali idē cēſeatur ac ſi recollecti fuiſſent, arg. l. penul. ff. de milit. teſtamēto, & eorū quæ latè cumulat Tiraqueſ. de retractu linag. §. 1. glo. 7. n. 44. ea enim quæ in cōtinēti ſunt, in eſſe vidētur. l. petēs. C. de pact. l. lecta. ff. ſi ceterū pet. reſpectu verò fructuū futurorū annorū, in quibus nulli facti ſunt ſumptus, nec præſtita aliqua opera, ſucceſſor ſingularis ſtare minimè teneatur colono, cum nullū hinc ius, nec dānū emergēs in eis prætereſſe poſſit colonus. cundū Cagnol. in. l. 2. n. 221. C. de pact. anter emptor & vendit. Alex. & reliquos pro 2. parte præcitatos quāuis huic diſtinctioni reſpectu primi mēbri, contradicat Greg. Lop. vbi ſup. & Ruin. conf. 134. n. 13. vol. 1. poſt Bald. & Speculat. per eos allegatos, † nihilominus æqua eſt & ſatis humana: addo ego, q̄ ſi fructus nō eſſent ita breui colligēdi, etiā ſi aliquos ſumptus feciſſet colonus partiarius, atq; operas præſtituſſet, abſq; dubio non teneretur ei ſtare ſingularis ſucceſſor, ſed ad impleret offerēdo atq; ſoluēdo colono, huiusmodi prædictos ſumptus, & labores verè in fundo impenſos pro fructuū collectione, pro quibus vt prædixim⁹ colonus ius retinēdi habebat, & ſic ceſſat adducta in contrariū pro 1. opinione.

66 Superreſt modò, vt ad præcipuā quæſtionē noſtri capitis iā optatā deueniamus, an ſucceſſor ſingularis Eccleſiæ teneatur ſtare colono, cuius cōtēplatione omnia ſupra diſſerta adduximus? Et pars affirmatiua veriſſima videtur, † quia valet argumentū de ſilco ad Eccleſiā. l. fin. C. de ſacroſanct. Eccleſijs, quæ licet tātum loquatur in ciuitate, non verò in Eccleſia, idem tamen eſt in ea, quod in ciuitate & ſilco, iuxta gloſſam final. in. l. ſi pro-

Pp 5 curator:

curator. §. fina. verbo, soluto. ff. de iure
fisc. & in c. quid ergo. 23. q. 4. glo. verbo,
Ecclesia, Abb. & Doctores, in cap. audi-
tis, de in integrum restitutione, Bart. in
l. à diuo Pio. §. sed si emptor. numer. 3. ff.
de re iudic. Paulus Castrenf. in. l. vela-
mento. C. de postul. Dec. conf. 700. nu.
9. Iaf. in. §. ex maleficijs. num. 35. & num.
40. cum sequentibus, de actionibus, laté
Euerardus in centuria legal. loco 26. est
communis secundum Petrum Dueñas
68 in reg. 240. limitatione 9. † Sed singula-
ris successor fisci tenetur stare colono,
ne fiscus teneatur illi ad interesse, vt est
tex. expressus in. l. fin. vers. Papinianus.
ff. de iure fisci, vbi glos. conuenisset, &
communis in d. §. si vir in quinquen-
nium. Guid. Pape decis. 480. glos. in d.
l. emptorem, verbo, colono, & ibi Bald.
Bart. per tex. ibi, in. l. cognouimus. nu.
1. C. de mancip. & colonis partiaris lib.
11. Iaf. in. l. diuortio, num. 36. ff. solut. ma-
trim. Petrus Dueñas, plures referens in
d. reg. 240. limitatione 8. Ergo idē in co-
lono, vel inquilino Ecclesiæ dicendum
est, vt eidem teneatur stare successor sin-
gularis Ecclesiæ, ne ipsa eidem colono,
vel inquilino ad interesse tenetur, si-
cut successor singularis fisci teneatur
stare ipsius colono vel inquilino, vt præ-
diximus, & in terminis hanc partē pro-
bavit Bart. in d. l. cognouimus, nume. 2.
Ludouicus Roman. in d. §. si vir in quin-
quennium. num. 13. Hieron. Gratus cōf.
95. num. 23. quem refert & sequitur Pe-
trus Dueñas vbi supra, limitatione 9.
eandem sequitur Aluar. Valaf. consul-
tatione 40. nu. 1. dicens, quod secundum
eam in vtroq; senatu Lusitanæ iudica-
tum est. Sed pro contraria parte, imò qd
successor singularis Ecclesiæ nō tenea-
tur stare ei⁹ colono vel inquilino, facit,
quia nullo iure probatur Ecclesiam ge-
neraliter gaudere iure fisci, vt ex pluri-
ribus probat Greg. Lop. in d. l. 9. in glos.
69 magna, in vers. sed adhuc, & c. † & in du-
bio cum Ecclesia non reperiatur in ali-
quo casu privilegiata, vtitur iure com-
muni, vt in cap. 1. de alienat. feud. quem
ad hoc allegat Salicet. in. l. 1. numer. 11.

versiculo tertio. C. de sacrosanct. Ec-
clesijs, & Alexand. consilio 182. colum.
1. volumine 5. sed in nostra specie nulli-
bi in iure reperitur (quod ipse sciam) vt
singularis successor Ecclesiæ teneatur
stare colono, vel quoddam eidem Ecclesia
ad interesse soluendum minimè tenea-
tur: ergo in eo standum est regulæ dict. l.
70 emptorem, cum simil. † Præterea quādo
lex parificat duos casus in vna materia,
non fit extensio ad aliam diuersam ma-
teriam, secundum Iaf. in. §. ex maleficijs.
numer. 43. de actionibus, & prius Al-
beric. in. l. 2. in quib. caus. pignus, vel
hypothec. tacit. contrah. prout eos re-
fert, & in proposito adducit Gregor.
Lopez vbi supra: ergo equiparatio fisci
& Ecclesiæ tantum procedit in casibus
à iure expressis, non verò regulariter,
& in terminis hanc partem probauit
aduersus Bart. Alexand. in dict. §. si vir
in quinquennium. nume. 5. & Curt. Se-
nior consilio 10. numer. 2. & Gregor.
Lopez vbi supra, & Anton. Gama de-
cis. Lusitan. 297. nume. 1. Bart. autem in
dict. l. cognouimus, contrarium tenens
loquitur in colono, qui steterat in fun-
do per maximum tempus, & sic non in
quali quali conductore, vt patet ex
verbis Bart. vbi supr. ibi, Per maximum
tempus, quibus verbis videtur sentire,
quod si non esset talis colonus, posset
expelli ab emphyteota, vt aduertit Va-
lascus vbi supra, quamuis fateatur Do-
ctores communiter intelligere doctri-
nam Bart. in quocumq; colono.

Nihilominus his non obstantibus,
prior sententia affirmatiua verior, cō-
munis, & tenenda est ex his quæ pro ea
adduximus, quæ satis vrgent. Et confir-
matur præterea ex altera communi o-
pinione, quam tenet Abb. disputatione
sive quæstione 3. in quinto dubio, sub
numero 16. in versiculo ad quintum ar-
71 guitur 1. cōcludens, † qd facta locatione
per prælatū, successor tenetur stare co-
lono, non modò quoad pensiones an-
nuas soluendas, sed etiam quoad antici-
patas solutiones, si tamen contraxit
nomine Ecclesiæ, non autem nomine
suo

suo speciali, quia tunc locatio foret
 personalis, & ideo extincta persona
 locante, extinguatur & locatio, vt de
 hoc vltimo plures allegans testatur esse
 communem opinio. Petrus Dueñas vbi
 sup. ampliatio 3. sequitur Bald. in d. l.
 iubemus nulli. num. 4. C. de sacrosanct.
 Ecclesijs. Itaq; Abb. præallegatus con-
 cludit in verfic. si verò tempus, succes-
 sorem prælatu teneri stare colono præ-
 cessoris his cõcurrẽtibus. Primò, q̃ ille,
 qui locauit, esset administrator vniuer-
 salis, non verò simplex clericus præben-
 datus. Secundo, quod locatio sit facta no-
 mine Ecclesiæ, non verò nomine suo
 proprio. Tertio, quod locatio facta sit
 ad modicum tempus, infra scilicet, de-
 cem annos: & ibidem etiam tenet, quod
 etiam si locatio non appareret facta in
 vtilitatem Ecclesiæ, adhuc esset valida
 iure, & illi tenetur stare successor,
 licet si Ecclesia foret læsa, posset succes-
 sor petere restitutionem in integrum:
 quod etiam tenet Zabarel. maximus Ca-
 nonista, cons. 95. colum. 1. & 2. num. 6.
 & 14. in fine, etiam si prælatu locasset sine
 cõsensu capituli, & Angel. cõf. 245. in 6.
 dubio. num. 6. verfic. sed his rationibus
 non obstantibus, & idem tenet in com-
 mendatario locante Fulgos. consilio
 125. & Bald. cons. 483. volumine 3. vbi
 idem tenet, etiam si pretium integrum
 totius tẽporis locationis fuerit datum
 præcessori, adhuc namque successor
 tenebitur stare locatõni præcessoris:
 hanc eandem opinionem probat, & plu-
 ribus confirmat respondens omnibus
 obiectis, Socin. cons. 32. in 2. dubio, n. 2.
 vol. 1. & cons. 34. vol. 3. & Petrus Ferrar.
 in sua practic. Papiens. in forma libelli,
 quo agitur ad facti præstationẽ, in verfic.
 soluere neglexerit, numer. 6. & hæc est
 vera & cõmunis sentẽtia, à qua in iudi-
 cando & consulendo non est receden-
 dum, secundum Tiber. Decian. consilio
 14. num. 5. & 9. volumine 2. tametsi Pe-
 trus de Anchar. consilio 116. & Geminia.
 consilio 17. & Alexan. consilio 160.
 volumine 6. teneant, quod ad hoc vt
 successor in Ecclesiasticis teneatur sta-

re colono, debeat probari, quod pecu-
 nia recepta per præcessorem, ac per cõ-
 sequens contractus locationis sit con-
 uersus in vtilitatem Ecclesiæ: hoc au-
 tem si probari possit, securus erit: illud
 autẽ, qd̃ prædiximus, successorẽ in Ec-
 clesiasticis teneri stare colono præcelio-
 rum, concurrentibus supra dictis, etiam
 quoad solutiones anticipatas, non est
 sine dubio, quia secundum prædictos
 modò citatos tres vltimos authores se-
 queretur inde, q̃ præcessor posset locare
 per nouẽ annos cunctas possessiones Ec-
 clesiæ, & integras pẽsiones nouẽ annorũ
 percipere, & primo anno postea mori, &
 sic successores nihil haberent per nouẽ
 annos, quo possint ali & viuere: addo
 ego, & onera beneficij vel dignitatis
 sustinere: quod esset maximum incon-
 ueniens: quæ ratio satis efficax est, vt
 concludit Decianus vbi supra, numero
 15. idem sentiens cum eis, dum nititur
 probare in suo casu, de quo ibi agit,
 prædictam rationem cessare, quia in eo
 non fuit integra pensio trium annorum
 locationis soluta, quinimò nec quarta
 pars ipsius pensionis, & iam vnus annus
 præfatæ locationis erat elapsus: sicque
 possunt concordari præfati authores
 contrarij, nempè vt Abb. & Baldus vbi
 supra, tenentes prædictam ampli-
 ationem de solutionibus anticipatis, pro-
 cedant, quoties nonnullæ pensiones
 anticipatæ solutæ fuerunt, remanenti-
 bus tamen alijs pro sustentatione suc-
 cessorum insolutis: secus verò si omnes
 integræ pensiones anticipatæ solutæ
 fuerint, vel maior pars earum, ita vt ex
 remanentibus successor ali non possit,
 & ita in hoc casu procedat contraria
 opinio Anchar. Gemin. Alexandri, &
 Decian. Addit Bald. in d. l. emptorem.
 numero 6. successorem in prælatione,
 vel rectoria, tunc demum teneri stare
 colono, cum res bona fide, & rite gestæ
 fuerint, & cum debita solennitate, quia
 eadem persona significatio eiusdem of-
 ficij esse videtur, aliàs non tenetur ma-
 chinationibus etiam & fraudibus ante-
 cessoris stare, vt ibi per eum.

SVM;

S V M M R I V M.

- 1 **D**ifferentia inter furtum & rapinam, de quibus in c. si quid inuenisti. 14. quaest. 5.
- 2 Qui rem inuentam detinet nec domino reddit, furtum committit: & quomodo hoc intelligatur.
- 3 Aues & cetera bestia fera & pisces maris, vel fluminum, occupantis sunt, quando in sua plena libertate capiuntur: secus verò si aues habeant, vel portet aliqua signa contraria, ut in nu. 5.
- 4 Domini temporales non possunt prohibere piscari in mari, aut publicis fluminibus.
- 6 Rusticus qui falconem perditum reperit cum iectis & sonalijs, si falco interijt eius culpa, an domino teneatur.
- 7 Inuentor rei alienæ teneatur ad eius restitutionem, sub poena peccati mortalis.
- 8 Inuentor rei alienæ si dominus eius sit incertus, ad quid teneatur in utroque foro, & nu. 9.
- 10 Bonorum inuentorum di. tributio. quorum dominus ignoratur, pauperibus faciendo Episcopis est reseruata.
- 11 Inuentor quod nō teneatur hoc casu necessariò bona inuenta restituere pauperibus, sed quòd possit ea retinere sincero animo, ut domino restituat, utq. diligentissimè eum cōquirat, nōnulli tenent, sed cōmunis est, in cōtrarium, ut in nu. 10. & 12.
- 13 Summus Pontifex potest libere compositionem facere, ac comm. tare causam in quam res ista incerti domini expendantur, ut hic.
- 14 Procurantes huiusmodi compositiones, sunt in peccato, donec eas adipiscantur, si cum possunt non restituant pauperibus, imò & post compositionem in casu de quo hic.
- 15 Si post compositionem comparerent veri domini, qui sua debita legitimè comprobarent non reciperetur debitoris exceptio, dicentis se fuisse compositum, ut hic.
- 16 Lex Regia 6. tit. 13. libro 6. nouæ collect. loquens de los mostrencos, refertur, vbi quomodò dicantur hæc bona apud Græcos, & in Francia.
- 17 Bona inuenta quæ Hispanè dicuntur mostrencos, in locis & oppidis dominorum, Ducum, Comitum & Marchionum, ac similitum, com
- petunt camera Regia, etià in foro consciētia, nisi ex privilegio, vel cōsuetudine aliud appareat.
- 18 L. Regia 7. eiusdem tit. & lib. pr. effigens formam omnino seruandam ad acquisitionem prædictorum bonorum, refertur.
- 19 Similis ferè cōiunctudo apud Aurelianenses, ut hic.
- 20 In Francia dominus prouintia & territorij, res & bona eorum, qui naufragium patiuntur, uti aberrantia, & cōminum incertum habentia, occupat & sibi acquirit: sed hoc non iure fit.
- 21 Fiscus nō debet ditescere calamitatib. miserorū.
- 22 Prædictarum legum Regiarum iusticia defenditur, & in numeris seqq.
- 23 Non obseruans diligentias requisitas à dictis legibus, ius suum perdit, atque ad restitutionem rei inuentæ teneatur tanquam pro sumto, & sic in neutro foro erit securus.
- 24 Prædictæ leges Regia in anime iudicio defendi possunt, si omnia admittunt obseruentur, & præterea domino rei inuentæ repetenti ius reddatur, etiam post præconia & sententiam iudicis solutis impensās.
- 25 Inuentor rei alienæ eam domino restituere teneatur gratis, hoc est, in pedir hallazgo, & in numeris seqq.
- 26 Datum ob causam necessariam, ad quam teneatur recipiens nece. itate præcepti, quo ad iustitiam est omnino restituendum.
- 27 Pro labore impensu in re quære. & inueniend. iuste merces aliqua recipi, & retineri potest imò & quod fuerit libere, & sponte datū ob rei inuentæ restitutionē, ut in nu. 28.
- 29 Petri à Nauarra intellectus nouus ad prædictas leges Regias refertur atque improbat, & in numeris seqq.
- 30 Leges Regia prædictæ non solum procedunt & locuntur en los ganados mostrencos, sed etiam in alijs bonis.
- 31 Sententia an requiratur in casu prædict. legum Regiarum.

CAPVT. IX.

De rebus inuentis, quæ certo domino carent.

- 1 **D**IVVS Augustinus homil. 9. lib. 50. & serm. 2. de verb. Apostoli, ita inquit: Estote fideles inuen-

inuentores: si quid inuenisti & non reddidisti, rapuisti, quantum potuisti fecisti: quia plus non inuenisti, idem plus non rapuisti: qui alienum negat, si posset & tolleret. Deus coninterrogat, non manum. Habetur apud Gratianum in c. si quid inuenisti. 1.4. q. 5. Hieron. in lib. Leuit. & Origen. homil. 4. ad c. 6. Leuit. at verò cum rapina sit manifesta, ac violenta rei alienæ acceptio, vt explicat. S. Thom. 2. 2. q. 66. art. 3. videtur in proposito non committi rapinam, licetq; improprie ibi dici, Rapuisti, &c. **Quamobrem** obseruandum erit, plerumq; furtum, & rapinam non ita proprie accipi, quin aliquando eorum significatio mutetur, atq; ob id impropria fiat interpretatio, prout contingit palam in d. c. si quid inuenisti, ea namq; in specie rapina non committitur proprie, sed verbum, Rapuisti, exponendum est, id est, illicitè accepisti, secundum Archid. ibi, quem Cardinal. sancti Sixti sequitur, & probat Paul. Castren. in l. sed eximedi. ff. ne quis eum, qui in ius voc. est, vi eximat. & D. Couar. in reg. peccatum. 2. parte relect. §. 1. nu. 2. versic. postremo illud: ea verò illicita acceptio rapina non est, licet sit ei similis, vt probat tex. in cap. multi. 14. quæst. 5. quem Gratianus tribuere videtur diuo Hieronymo super Leuitic. cum sit potius

² Origenis homil. 4. ad c. 6. Leuitic. nam & qui rem inuentam detinet, nec domino reddit, furtum committit. l. falsus. §. qui alienum. ff. de furtis. Quod verum est & procedit, vbi inuentor rem illam acceperit animo lucrandi sibi, vt in d. §. qui alienum: vel quando sciens alienam esse, eam retinet, vel negat, aut ea vtitur, vt in d. c. si quid inuenisti post princip. & in l. inficiando. ff. de furtis, tradit Ias. in l. rem quæ nobis. nu. 29. de acquirenda possessione, vbi cum Bald. in l. 1. col. 1. ff. de rerum diuisione, inquit, quòd si aliquis in quodam nemore inuenit sacculum pecuniæ, vel anulum pretiosum, aut similem rem, non potest de iure nec cum bona conscientia sibi retinere, sed debet præsentare Episcopo loci, qui si non inuenit ad quem pertineat,

debet in pauperes erogare, & Chassan. in consuet. Burgund. rubrica. 1. §. 3. colu. 2. Couar. vbi supra, in 3. part. §. 1. n. 1. D. Ant. Gomez. 3. tom. variarum resolut. cap. 5. de furt. nume. 2. & iterum in d. 45. Tauri nume. 3. secundum quos hoc intelligendum est, cum res inuenta eius conditionis sit, quæ verisimiliter antea fuerit alicuius, vt peculium, vel alia quælibet res mobilis: secus si talis sit, quæ ex probabili cōiectura antea nullius fuerit, nam acquiritur inuenienti, nec alteri restituenda est, vt in: §. item lapilli, insti. de rerum diuisione, vbi loquitur in lapillis, gemmis, & cæteris, quæ in littore maris inueniuntur, & docet sanct. Tho. & ibi Caiet. 2. 2. q. 62. artic. 5. & Florët. 2. parte, titulo 1. cap. 15. §. 2. Exemplum etiam fingi potest huius vltimæ speciei, in auibus & cæteris bestiis feris, & piscibus in mari & in fluminibus existentibus, † quia in nullius bonis sunt, tanquam res vacantes, & idem occupantis fiunt, & in eis quilibet diligentior naturaliter succedit, vt in c. ius naturale. & in c. ius gentium. 1. distinctione. c. dilectissimis. 12. q. 1. tex. in l. 1. ff. de acquirend. rerum domin. l. 1. ff. de acquirenda possessione, & in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. tex. in §. 1. & in §. singulorū. & in §. feræ, cum alijs, insti. de rerum diuisione. l. 10. cum pluribus alijs, tit. 28. p. 3. tradit latè post alios Ant. Gom. in d. l. 45. num. 2. † Quod aded procedit, vt de iure non possent domini & Principes piscari prohibere in mari, aut publicis fluminibus, licet cōmuni errore, quo dicunt se dominos in terra sua, & consequenter in fluminibus terræ cohærentibus, id de facto prohibeant, quòd de iure facere non possunt, nisi cōsuetudo pinguis ius hoc faciendi eis tribuit; & ita feruat Curia Franciæ, secundum Ioã. Fabrū in §. flumina, insti. de rerū diuisione, quem sequitur Guido Pape q. 514. & Guiller. Benedic. in repetitione. c. Rainūtius. verb. & uxorem nomine Adelfiam, in 5. decis. nu. 359. secundum impressionē Lugdunens. ann. 1575. de testa. vbi limitat, nisi ex iusta causa hoc fieret.

Illud

Illud tñ quod prædiximus de auibus, vt fiant occupantis, verum est & procedit, quando in sua plena libertate capiuntur, secus verò si habeant vel portent aliqua signa cõtraria, vt gectis & sonalia, vel similia, quia tunc non fieret occupantis, ex hoc namque præsumuntur prius ab alio occupata, nec pristinam dicuntur libertatem recuperasse, ac proinde illa sic inueniēs, ac retinens animo lucrãdi, committit furtũ, sicut in cætēris rebus mobilibus alienis, quarum certi domini ignorantur, vt prædiximus, secundũ Ant. Gom. vbi supra. Hinc de quodam rustico refert Bart. in suo tractatu de falcon. in princip. qui falconem cuiusdam domini venatoris perditum reperit cum gectis & sonalijs, quem posuit sub banco, & dedit ei beccare panẽ, caseum, rapas & carnes salvas, quibus ipse rusticus nutriebatur, quorum occasione falco interiit, & dicit Bart. quòd ille rusticus teneatur actione in factum nobili ad interesse, quia falconẽ malẽ nutriendo, & imperitẽ tractando, causam eius mortis præbuit, nec excusatur, licet fecisset quod potuit & sciuit, & falconem vt suam propriam personam tractauerit & aluerit, propter quã videbatur excusandus. l. bona fides. ff. deposit. quia tenetur ex eo quòd fuit in culpa nõ leui, se immiscendo rei ad ipsum non pertinenti, nec statui suo conuenienti, cui solum colere terram de qua viuat conuenit, & non de venatione. Potuit insuper cognoscere in gectis, & sonalibus falconem ab alio fuisse occupatum, ac detentum, & ad alterum dominum pertinere, & in sua naturali libertate non esse, vt sibi rustico occupati cõcederetur vnde debuit facere diligentiam quam infra dicemus: & hunc casum de falcone refert & sequitur Guillelm. Benedic. vbi supra, nu. 352. ex quorum mēte fati colligitur, aliud in proposita specie esse dicendum, si rusticus ille fecerit prædictã diligentiam, interimq; ea facta, dum dñs verus falconis perditu comparet, perijt falco, ex prædicta occasione nutrimenti nõ conuenientis illi præstiti: rectẽ igitur

hoc casu rusticum huiusmodi excusandum censeo ab actione contra eũ postea à domino falconis intentata pro interesse: fecit siquidem rusticus quod debuit, nempe prædictam diligentiam, & quod potuit, iuxta suam scientiam, nutriendo falconẽ sicut seipsum: nec enim ei rei se immiscuit prudens & sciens, sed casu, nec habuit malã fidem, nec dimittere tenebatur, sed credidit se rectẽ facere, & in aliquo non peccare, & potius domino gratum opus impendere, vnde sibi non videtur hoc casu imputandum, nisi eam quis sibi culpam imponere velit, quòd non consuluerit peritiores: at hoc nimia curiositas videtur. Ex superioribus igitur constat, inuenientẽ rem alienam, teneri ad eius restitutionẽ sub pœna peccati mortalis, & tradit Scotus in 4. distinctione 15. receptus secundũ Nauar. in manuali Latin. c. 17. n. 170.

8 Sed cum dominus rei inuentæ sit incertus, quæritur ad quid teneatur in vtroq; foro inueniens? Et in hoc Guillelm. Benedic. vbi supra, n. 368. inquit, quòd quando bona inueniuntur vacantia, quia ignoratur dominus, fortẽ quia errant & vagantur per patriam, prout faciunt interdum animalia, quãuis non fera, quæ in itinere publicis aut locis priuatis reperiuntur, tales res occupanti non conceduntur, nec fisco pertinent, sed eis est dandus curator, qui illa regat & custodiat, ac si certum esset dominum ab hostibus esse captum. l. cum cognatos. C. de postlimin. reuers. donec dominus bonorum reuertatur, aut cognoscatur, ne interim talia bona pereant, vt ibi dicitur, & facit tex. auth. nauigia. C. de furtis. Hoc tamẽ procederet rectẽ, vbi dominus certus absens esset in longinquis partibus, vel ignoraretur vbi sit, vel captus esset ab hostibus, vt in materia postliminij in d. l. cum cognatos: at verò quando bonorũ inuentorũ dominus quis sit ignoratur (de quibus bonis nunc agimus) profectò diuersa materia est ab illa, quando dominus est certus, sed tamen absens, ac proinde in nostrã specie aliter respondendum erit.

Quare

9 Quare idem Guillelm. Benedict. vbi sup. nu. 371. loquens in nostris terminis, decidit, quod reperiens tales res mobiles, quarum dominus est incertus, & de cuius voluntate non constat, proponere debet libellum publicum in Ecclesia, vel palatio, seu alio loco publico, quod tales res inuenit, redditurus eas domino, si reperitur qui eas consignatiue declarando repetat, vt expresse precipit. l. falsus. §. qui alienum. ff. de furt. & ibi DD. & plene Panormit. in c. cum dilecti. versic. quid autem si, n. 12. de accusation. quo facto, & sufficiens interuallo expectato, si nemo eas requirat, & inuentor sit diues, teneatur eas pauperibus erogare pro Deo, vt in d. c. si quid inuenisti, secundum Hostiens. in summa, de poenitentijs & remiss. §. que poena, versic. quid si quis inuenit. & Abb. vbi supra, sequitur & testatur communem alios referens Anton. Gomez in d. l. 45. Tauri nu. 3. dicens teneri inuentorem in conscientia & iustitia dominum inquirere preconijs, vel libellum in aliquo loco publico proponendo, vel alijs modis, & domino non inuento, tenetur in pauperes restituere: idem Ant. Gom. in d. c. de furto. n. 2. Et hanc opinionem, nempe quod si facta diligentia, dominus non reperitur, res inuenta sit restituenda pauperibus, tenet glos. in regula peccatum, verbo, restituatur, ibi: His autem non extantibus, de reg. iuris in 6. & in c. cum tu. de vsuris. & vbiq; ea DD. sequuntur, & S. Thom. 2. 2. q. 62. art. 5. ad 3. & est communis secundum Siluef. in summa, verbo inuentum, & secundum Nauar. in maual. Latin. c. 17. n. 92. & n. 171. & secundum Couar. in d. regu. peccatum in 3. parte relect. §. 1. n. 3. qui eam expresse loquitur, & Armil. aurea verb. inuenta, nu. 1. & verb. restitutio. nu. 20. estq; receptissima apud plerosq; Theologos, & iuris Pontificij, professores, vt constat ex Dñic. à Sor. lib. 5. de iustit. & iure, q. 3. art. 3. ad 2. pag. 413. col. 1. in princ. & ex fratre Angles in suis florib. Theologicis, quæst. 1. de restitutione. pagi. 146. vbi si non adhibita debita diligentia & inquisitione veri domini pro qualitate

rei restituendæ pauperibus tribuatur, erit restitutio iterum vero domino facienda, si comparuerit, & sibi impute secundam restitutionem, quia debite non inquisiuit dominum. Eandem priorem sententiam testatur communem omnium ferè Theologorum, plures referens Petrus à Nauarr. libr. 4. de restitutione cap. 2. nu. 74. eum sequentibus, & probatur argumento tex. in cap. non sanè. 14. q. 5. circa finem. vbi de illicite acquisitis, dum tamen dominium in accipientem transferatur, fit elemosyna, vt ibi notat glos. verbo, tanquam sua, Secundo per text. in auth. omnes peregrini. C. communia de success. & in l. penultima, tit. 1. partita 6. vbi quod bona peregrini morientis absque testamento, per Episcopum in pias distribuuntur causas, si hæres legitimus non appareat. Hinc supra occasione multi Episcopis esse reseruatam hanc distributionem bonorum inuentorum, quorum dominus ignoratur, pauperibus faciendam existimarunt, secundum Hostiens. in summa de poen. §. si. & eundem in d. c. cum tu. & Mercado de ratos y contratos, lib. fin. c. 15. versic. de los hallazgos, fol. 179. col. 2. vbi quod si sit quantitas, distribuitur in pauperes, secundum dispositionem & ordinationem Episcopi, alias solo arbitrio inuentoris. Idem in ceteris tenet cum Bald. Ias. in d. l. rem quæ nobis. 29. vt vidimus. Sed contra eos est comunis & vera sententia, vt copiose probarunt Ioan. à Medin. in suo cod. de restit. q. 3. causa 10. versic. esto igitur. ibi: Contrarium tñ, & c. & Nauarr. vbi supra, resoluens, eum qui restitutioni est obligatus, per se ipsum sine Episcopo, & etiam sine confessario restituere posse, adeo vt contrarium Episcopus iubere non possit, nec consuetudo contraria valeat, quauis confessarijs possit precipere, ne absq; consilio Episcopi absoluant, vel distribuunt, sed non prohibere partem, vt si per se velit, restituat, nec suam conscientiam, prout debet, exoneret, quod etiam voluit Armilla aurea, verbo casus, n. 9. dicens quod in hoc conueniunt communiter

summista

summissæ, & in verbo restitutio nu. 20. & nouissimè Henric. in summa Theol. moral. lib. 7. de indulg. c. 33. num. 4. pag. 584. estq; communis sententia Theologorum & Iuristarû, secundùm Salon de iustit. & iur. in 2. 2. D. Thom. q. 66. art. 5.

II controuers. 1. col. 1308. † Sûnt tñ viri peritissimi, qui etsi contra hanc communem non audeant aliquid asseueranter affirmare, disputando tñ nixi sunt ex pluribus probare, non esse necessariò hoc casu restitutionem pauperibus faciendam, sed q; demû facta diligenti inquisitione domino non reperto, possit inuentor rem detinere animo sincero, vt eam domino restituat, vtq; diligentissimè eum conquirat, vt latè disserit Domi. à Soto vbi supra, & constat etiã ex adductis per Couarr. in d. 3. parte. §. 1. num. 2. quorum illud præcipuum est, q; restitutio illiciti acquisiti minimè sit præcepta iure diuino, vel naturali pauperibus faciendâ, sed tantùm iure humano, sicut docet, post alios, Ioann. à Medina de restitutione q. 3. causa. 11. & Couarr. vbi supra, in initio 2. partis nu. 6. ius verò humanum hoc præcipiens, locum tantùm obtinet in his quæ illicitè acquisita sunt, vt constat ex c. cum tu. de vsur. cum simil. sed in nostra specie inuentor rei alienæ, diligenter inquirens quis sit eius rei dominus, non agit quid illicitum, si eam interim sibi retineat animo inquirendi dominum, eiq; restituendi propriam rem: fit igitur, vt si ius humanum aliud non statuerit in nostro casu, non sit necessariò restitutio faciendâ pauperibus, sed posse eam detinere inuentorè sincero animo, vt præ diximus, vt eam domino restituat: quinimò securè in cõscientia posse inuentorem hac in specie sibi retinere rem inuentam, factis prædictis diligentijs, domino non inuento, probat Mercado vbi supra, sequitur etiam & eam probat contra comunè cum Soto & Mercado, Ledesmio, & Barthol. à Medina, Petrus à Nauarr. vbi supra, nu. 75. cum sequentibus, quamuis tandem nume. 83. in fine dicat, se id dubitando dicere, & ab

alijs sic accepi velle. Eandem sequitur Salon vbi supra, col. 1310. dicens vtrâq; opin. tuta conscientia teneri posse atq; probari, sed probabiliorè sibi videri hãc secundam, & efficacioribus niti argumentis. † Nihilominus tamen communem sententiam ab his argumentis optimè defendit Couarr. vbi supra, & sequitur plures referens Henric. vbi supra nume. 2. quæ proculdubio est tenendâ, præterquam si inuentor pauper & indigens sit, is namque potest sibi totum, aut aliquam partem capere pro sua necessitate subleuanda, tanquam vnus ex pauperibus, vt fatentur fautores communis sententiæ, vt patet apud eundem Siluest. loco præcitato, dummodò id faciat de consilio prælati, aut confessorij; quamuis nec id forsan sit necessarium, secundùm Dominic. à Soto, vbi supra, versic. concludamus ergo. & Nauarr. vbi supra, n. 93. & iterum nu. 171. dicentem, non esse necessarium ei iniungere onus orandi, vel alia pia faciendi pro animabus eorum, quibus restitutio debebatur, quæ necesse non esset alijs pauperibus iniungere: Eandem limitationem probat Guillier. Bened. vbi supra, num. 371. vbi q; si inuentor pauper sit, poterit res sic inuentas, domino non reperto, tute retinere, & consumere, si seruari non possint, & cû intentione eas reddedi domino, dum & quando apparebit, si sint res, quæ seruando seruari possunt: Eandem limitationem probat Armill. aug. in summa verb. restit. n. 39. & Flores Theolog. vbi supra, fol. 148. nec non & Henric. vbi supra, cap. 34. num. 8. plures citans.

13 Sûmus tñ Pontifex potest liberè cõpositionem facere, ac cõmutare causam, in quam res istæ incerti domini expendatur, modò ea cõmutatio fiat in dominum ignoti vtilitatè, aut iuxta ipsius voluntatè, ratione quidè æqua præsumpta, nō aliàs. Et ad hunc modam intelligenda est sententia eorum qui cēsant, Romanum Pontificè liberã habere potestatem per cõpositiones, quas vocant, liberandi debitores ab obligatione restituendi res, quarum domini sunt incerti: quàm opi-

nionem

nionem defendit Medina de restit. quæst. 3. casu. 11. & Petrus à Nauarr. vbi supra, nu. 79. & 80. & pluribus fundat, quanuis eam non probet Antonius à Cordub. in suo quæstion. lib. 5. de indulgent. quæst. 43. in. 1. opinione, secūdū Couar. in d. reg. peccatū in. 3. p. relect. §. 1. n. 3. & hic mos bullarū videtur cœpisse ab Alexā. Summo Pontifice, vt refert Henri. vbi supra.

Sed in hoc dicendum est, iustè retinere quem illud quod per cōpositionē factam cum Camera Apostolica super incertis retinet, modò verè sint incerta, & cōpositio discreta, secundū Caieta. super D Thom. 2. 2. q. 100. art. 1. ad 7. quia Papa habet administrationem generalem omnium quæ debētur pauperibus iuxta tradita per Nauar. in commentar. c. non liceat Papæ. 12. q. 2. §. 9. nu. 2. & ita potest iusta de causa applicare in alia opera pia, prout semper facit argum. Clem. quia cōtingit, de religios. domib. & condonare aliqua iusta de causa, qualis est recuperandi pro illis, quod aliàs non recuperaretur, vel tardè, secundū eundem Nauar. in manual Lati. c. 7. nu. 93. † vbi aduertit, quòd procurantes huiusmodi cōpositiones, sunt in peccato, donec eas adipiscantur, si cum possunt, non restitunt pauperibus: imò & post compositionem si eis est animus non restituendi sibi condonata, etiam si sibi non fuissent condonata, sicut fur cui remissum est furtum, peccaret, si animum haberet non restituendi illud, etiam si non fuisset remissum, & sic compositi ex legitima causa erunt tuti in conscientia, vt latè probant post alios idem Medina de restitutio. q. 3. caus. 11. & Soto in. 4. distin. 21. q. 2. ar. 4. & latius Ant. à Cordub. plures citans vbi supra, in 2. opinione. Sed illi priores excusari possunt, si breuì sperant bullas compositionis, aut parāt adire commissarium, & sunt in ea animi præparatione, vt velint omnia restituere, si nō impetrēt iustam cōpositionē, præsertim si adsit quædam impotentia, aut alia iusta causa quæ excuset ne statim restituatur: sicut excusatur spectantes iubileū, aut Pontificis gratia vt absoluatur à reseruatis, & pœnitentijs iniunctis, aut dispensentur in voto,

aut in occulto impedimēto beneficij habitij, aut matrimonij cōtracti, si modò cūrēt breuì dispēsationē obtinere, vt cū alijs probat Henri. vbi supra d. c. 34. nu. 7. Si tamē postea cōparerēt, qui sua debita legitimè cōprobarēt, nō reciperetur debitoris exceptio dicētis se fuisse cōpositū pretio in diplomate taxato qui in foro iudiciario nō videtur Papa eos intēdere liberare, secūdū Domin. à Soto vbi supra, vers. dubiū tādē, sequitur latius Cordub. vbi supra, in. 1. dubio post prædictas secūdas opiniones positas, vbi q̄ tūc debitor tenētur ea dūtaxat restituere quæ extāt in sua forma seu substātia, licet alterata, & similiter quātū ex ipsis incertis bonis ditiores effecti sūt, nō autē alia, vt ibi per eū. † Apud nos iure regio extat. l. 6. tit. 13. lib. nouæ Collect. Reg. qua cauetur, *Que toda la cosa q̄ fuere hallada en qualquiera manera mostrēca de separada deue ser entregada a la justicia del lugar, o dela jurisdicō q̄ fuere hallada, y deue ser guardada vn año: y si dueño no pareciere, deue ser dada para nuestra Camara.* sicq; hæc bona apud Hispanos vocātur *mostrēca*: apud Græcos dicūtur, *τὸ ἀποσπασθὲν* auctore Strabone lib. 17. vbi de Aegpyto agēs inquit hæc bona ad fiscū publicū Cæsaris deferri, cui⁹ etiā meminuit Budeus lib. 3. de asse, in Frācia vulgariter dicūtur *Bestail*. Hispanè, & communi vsu loquēdi ab imperitis introducto vocātur *haspargia*, quasi bona errantia, secūdū Ioā. Fabrū in. §. examē, instit. de rerū diuis. & Guillier. Benedict. vbi supra. n. 370. vbi q̄ hodie domini terrarū in illo regno omnia mobilia sic errantia capiūt, & de facto occupāt, quæ vocāt *spaua*, quæ pprie sūt animalia abigeata seu fugata, & q̄ pei⁹ faciūt: quia omnes res in publico repertas, quarū null⁹ apparet dominus, qui eas repetat, sibi de facto vsurpāt: qđ facere nō debēt: sed in nostra Hispania statutū est lege regia qđ prædixim⁹: qđ adeò pcedit, vt in locis & oppidis dominorū, Ducū Cōmitū, & Marchionū ac similiū, bona hæc, quæ Hispanè dicūtur *mostrēcos*, cōpetāt Camerę regali, etiā in foro consciētia, nisi ex priuilegio vel cōsuetudine aliud appareat, vt resoluit Auend. c. 7. prætor. nu. 5. lib. 1.

Qq Oportet

- 18 Oportet tamen seruari solennia, quæ
l. 7. statim sequenti eiusdem tituli. 13. lib.
6. nouæ collect. præcipiuntur in huc mo-
dam *Orlemamos, que qualquiera que hallare
alguna cosa agena. sea tenuto de lo poner luego
en mano y poder del Alcalde de la ciudad, o lu-
gar en cuyo termino fiere hallada: y el dicho
Alca. de sea tenuto de lo poner en poder de per-
sona, ò personas idoneas que lo tenga de mani-
fiesto por un año y dos meses: y el que lo así ha-
llare, ò aquel, quien perteneciere por privilegio,
uso, y costumbre lo mostrenco, hagalo en este in-
terim pregonaç por publico y conocido prezo-
nero del lugar do la cosa fuere hallada cada mes
en dia de mercado: y mandamos que el mismo
dia que fuere hallada, la notifique el que la ha-
llare, ante el escriuano del concejo del dicho lu-
gar, y si hasta el termino de un año y dos me-
ses el señor de la cosa hallada viniere, libremen-
te le sea restituida, pagando las costas que fue-
ren hechas en la guardar: y si aquel à quien per-
tenece lo mostrenco, no hiziere las diligencias
de suso contenidas, pierda el derecho que le com-
pete al mostrenco, y la cosa hallada la restitu-
ya como por hurto: quã. l. refert Ioannes O-
ros. in. l. 1. numer. 10. ff. de rerum diuis.
adde similem pene. l. 2. tituli. 13. libr. 4.
fori: similis ferè consuetudo est apud Bur-
gúdios, vt refert, & declarat Chassançus
in rubric. 1. §. 1. & sequent. & apud Au-
relanenses in titulo de fugitiu. & errant.
vbi consuetudine introductum extat,*
- 19 Itquod dominus rei inuentæ possit rem
propriam petere, etiam post dicta præ-
conia & menses supradictos, modò non
sit sententia iudicis lata: quarum consue-
tudinum meminit Ioannes Faber vbi
supra.

- 20 Sic etiam in Francia dominus prouin-
ciæ, & territorij res & bona eorum qui
naufragium patiuntur, vti aberrantia,
& dominum incertum habentia occu-
pat, & sibi acquirit, vt refert Guillerm.
Benedict. vbi supra, latè inuehens con-
tra eam, & Couarru. vbi supra. d. 3. part.
§. 1. numer. 5. eam consuetudinem etiam
improbat, cum iure statutum sit, vt res,
& bona eorum, qui naufragium patiun-
tur, à nemine occupari possint, nisi eo
animo vt dominis restituantur, non ob-

stante quacunque consuetudine, quæ
contrarium fieri permittat, vt in auth.
nauigium. C. de furt. quid enim naufra-
gus miser fecit, vt dignus sit amissione
rerum, quæ ad ipsum lege naturæ perti-
nent? Quid item Principem Christianis-
simum mouere potest, vt tam impiam, &
crudelem consuetudinem probauerit,
aut à iudicibus seruari permiserit? fil-
cus enim non debet ditescere calamita-
tibus miserorum, iuxta glossam in ca-
pit. dispensationes, verb. despiciamus. 1.
quæstion. 7. per text. in. l. 1. C. de naufra.
libr. 11. & ibi Platea, ita Guillerm. Bene-
dict. vbi supra.

Quare non erunt tuti in conscientia
foro domini hæc bona occupantes, vt
docet Rebuff. in proæmio ad leges re-
gias Gallie. glos. 5. nu. 74. quem refert &
cum eo tranlit Couarru. vbi supra d. nu-
mer. 5.

- 22 Et quanuis de iustitia nostrarum le-
gum circa bona mostrenca dubitauerit
Chassançus in cõsuetud. Burg. rubric. 1.
§. 1. in super. & Couar. pluribus cõtra eas
adductis vbi supra, in versi. de legibus ve-
rò huius regni: possunt tamen ex recti-
tudine iustitiæ defendi, dũmodo obser-
uemus, ne vlla fraus fiat per iudicem, aut
per eum, cui lege vel consuetudine, vel
principis priuilegio harum rerum custo-
dia tradita aut delegata est, sed exactè, &
bona fide omnes, & singulæ diligentia
à lege regia requisita fiant, aliàs secus.
† Quinimò his non obseruatis, eadem
lex in fine præcipit, vt is, ad quem hæc
bona pertinent, ius suum perdat, atque
ad restitutionem rei inuentæ tenea-
tur tanquam pro furto, sicque in neu-
tro foro erunt securi. Caueant igitur do-
mini arcium, quibus ex consuetudine
immemoriali, vel regis priuilegio com-
petunt prædicta bona mostrenca, eo-
rumque locum tenentes, nequid horum
prætermittant, aut quid fraudulenter,
perperam ve, aut dolose hac in re admit-
tant cupiditate excecati, sed omnia re-
ctè, & solenniter perficiant atq; confer-
uent, aliàs rei erunt gehennæ atque ani-
mas suas perdent: & ita Anton. à Cor-
dub. vbi

dub. vbi supra, in 2. opinione princip. in versic. & quia in hoc: & iterum col. penult. in versic. princeps decidit, nō posse principem secularē disponere de predictis bonis perditis, & errantibus, sicut de facto disponit per predictas suas leges regias ad vtilitatem Reipublicæ, & cui voluerit ad libitum applicare, quia hæc ad thesaurū pertinet Reipublicæ secularis, & ad bonam politiam eius pertinet disponere de his ad vtilitatem Reipublicæ. Eiusdem sententiæ videtur esse Mercad. vbi supra. Hoc tamen videtur intelligendū, quando non seruantur seruāda, iuxta supradicta, & statim dicenda.

24 Erit præterea obseruandum in proposito, in animæ iudicio etiam defendi posse predictas leges regias, si omnia ad amissum obseruetur, vt prædiximus. Præterea dum modò priori domino rem inuētā repetenti ius reddatur, fiatq; ei rei restitutio, etiam post præconia, & sententiā iudicis, solutis impensis in eadem re factis, vt censuit Couar. vbi supra, circa finem, cuius sententia mihi mirum in modum arridet, & placet, eamq; probat Ant. à Cordub. vbi supra, in .2. fundamento princip. circa finē. 2. opinio, & infra in .1. dubio. & Mercad. vbi supra, & eā nouissimè latè probat ac defendit in vtroque foro post hæc scripta visus D. Azeued. in .l. 6. nū. 55. cum pluribus sequentibus, tir. 13. lib. 4. noue Coll. Regi. vbi etiā quòd consuetudo contraria non excusat, quia est corruptela, & ideò non obseruanda, & quòd procedit re etiam perempta alio modo quàm apud dominū esset peritura, quia tunc receptor illius ad interesse vero domino, quatenus factus est locupletior, teneretur, tametsi nouissimè Salon vbi supra, in .c. sequenti, col. 1314. cum sequent. oppositum contra Couar. vbi supra, dicat esse multo probabilius, id latè probans, & dicens docere plerosque ex recentioribus: & quāuis in foro iudiciali aliud colligatur ex litera d. l. 7. à cōtrario sensu, ibi: *Y hasta el termino de 7m año. 7 dos meses, &c.* non tamen expressè id in lege illa continetur: nec est sumendum argumentū à cōtrario sensu

hac inspecie, quia resultaret absurdū, hoc est peccatū: in foro tamen animæ, vt prædiximus, quocūq; tempore verus dominus compareat, audiendus est, atq; ei res sua restituēda solutis impensis iustis, nec non & in foro exteriori, per predicta: quod si nullo tēpore prædictus dominus compareat, aut rem suam esse probauerit, obseruatis tamen predictis diligētis requisitis, securus in consciētia remanebit is ad quem predicta bona authoritate dictarum legū peruenerūt atque pertinent, quia authore prætoris possidet, iuxta .l. iuste possidet, cum simil. ff. de acquirenda possess. Debet igitur is, si timorata, & inculpabilem conscientiam habeat, eo animo esse, vt paratus sit vero domino, quocūq; tempore rem suam repetenti, & talem esse probanti, eam reddere atq; restituere, vel ipsius æstimationem solvere deductis impensis, si ipsa alienata, vel aliàs consumpta ab eo sit.

25 Illud deniq; in calce huius. c. adnotare libuit, quòd cū ex lege iustitiæ teneatur inuentor rei alienæ eam domino restituere, vt in d. c. si quid inuenisti, cum reliquis supra notatis, gratis id facere debet, vt in specie hanc regulam constituit Sifuest. in summa, verb. restitutio. 2. §. 1. & restitutio. 4. §. 1. nempe datum ob causam necessariam, ad quam tenetur recipiens necessitate præcepti, quoad iustitiam est omnino restituendum, probat latè Couar. in regu. peccatum, in .2. parte §. 3. num. 1. communis secūdum Cordub. lib. 1. quæstionarij. q. 32. in .4. opinione, versic. primo dictū: imò turpiter recipit, vt cum glossa & alijs probat Nauarr. in manual. Latin. cap. 17. num. 33. & 34. huiusmodi inuētor mercedē aut præmium ex pacto vel aliàs recipere non poterit, hoc est quod Hispanè dicitur *hallazgo*: quod expressè probat tex. in .l. falsus 44. in ordin. §. qui alienū, versic. quid ergo. ff. de furt. ibi, Et si non probe petat aliquid, & ita aduersus Hostiens. Abb. rectius existimauit in .c. dudum. el. 2. nu. 18. de electi. quem sequitur D. Couar. vbi supra d. §. 3. nu. 3. in hunc sensum exponens vocem Græcam d. versic. quid ergo, vt idem signi

Qq 2 *fiect*

fiet qđ inuentionis præmiū: & ita Bart.
 in d. §. si qui alienū, scribit propter restitu-
 tionē rei alienę, quę inuenta fuerit, nihil
 iustē peti posse, nec accipi: pro labore ta-
 27 men impenso in ea re quærenda, & inue-
 nienda iustē mercedem aliquā recipi, † &
 retineri posse, qđ sequuntur ac probāt,
 Alber. Ias. Fel. & Chassanęus, eosq; refert
 Couar. vbi supra, resoluens apud se certū
 esse posse iustē recipi, & retineri quod
 fuerit datum ob rei inuentę restitutionē
 28 modò saltem coniecturis quibusdā appa-
 reat dominum id libere, & sponte dedisse:
 † quod verissimum puto: verbi gratia,
 si illud sponte offeratur inuentori absq;
 eius petitione, vel aliàs constet de libera
 & spontanea voluntate dantis.
 29 Vltimò, inuenio quòd nouissimè Pe-
 trus à Nauar. lib. 4. de restitution. c. 2. nu.
 82. dictas leges regias interpretatur ac in-
 telligit, vt procedant in conscientia, tan-
 tum in casu in quo loquuntur, nempe
 non de omni inuento, sed de *los mostren-
 cos*, quę sunt animalia errantia, & perdi-
 ta, vt patet ex dictis legibus, deinde non
 loquuntur, nec præcipiunt id esse facien-
 dum ante sententiam, sed post condem-
 nationem, & quòd ita sunt accipien-
 dæ, nempe vt alia bona perdita applicen-
 tur regi, lata tamen sententia: hæc ta-
 men opinio procedit ab eo authore, qui
 supra contra communem prope om-
 nium Theologorum sententiam tene-
 rat cum Dominic. à Soto, & reliquis su-
 pra citatis, inuenta non esse necessariò
 pauperibus reddenda, sed inuentorem fa-
 ctis competētibus ac possibilibus dilige-
 tijs, domino non inuento, posse sibi ea iu-
 stē retinere, eo tamen animo vt semper
 quòd verus dominus appareat, teneatur
 ei inconscientia rem inuentam restituere:
 vnde vt hanc suam opinionem susti-
 neat atque defendat, respondet funda-
 mentis communis sententię, & acce-
 dens ad dictas leges regias, quę sibi ma-
 gis obstant, præd. modo eas intelligit:
 licque primò notandum, prædictum in-
 tellectum esse à se in eum finem inuen-
 tum, vt possit in sua opinione permane-
 re contra communem: quæ còmunis ha-

bet, nullo modo posse huiusmodi inuen-
 torem retinere sibi eam rem, sed pauperi-
 bus teneri eam erogare, ac proinde non
 est multum fidendum prædictę suę ex-
 30 positioni. † Secūdo (quod salua pace dixe-
 rim) moneo, mihi eundem intellectum
 verum nec tenendum videri, nepe quoad
 primum vt procedant dictę leges solum
en los ganados mostrencos, & non in om-
 ni inuento: quòd tenet Salon vbi su-
 pra, controuers. 1. colum. 1311. in 4. con-
 clus. dicens in hoc regno Castellę posse
 iusta conscientia inuentorem rerum in-
 animatarum, & non se mouentium sibi
 retinere non apparente domino post de-
 bitam ipsius inquisitionem, quia iuxta
 hæc leges & iura Castellę nihil decer-
 nunt, contrarium nanq; constat ex gene-
 ralitate earumdem legum, vt patet ex l.
 6. ibi, *Toda la cosa q̄ fuere hallada en qualque-
 ra manera mostreca, &c.* & ex l. 7. ibi: *q̄ qual-
 quiera que hallare alguna cosa agena, sea tenu-
 do, &c.* loquuntur enim expressè in om-
 ni inuento generaliter, saltem d. l. 7. Si ta-
 men prædictę leges regię non fuerunt
 nec sunt receptę, aut saltem consuetudi-
 ne admisse, nisi tantū *en los ganados mostre-
 cos*, quòd ignoro, procedere posset præfa-
 ti moderni opinio, quòd ipse nõ asserit: si
 militer respectu secundi dicti, nepe quòd
 prædictę leges non loquantur, id esse fa-
 ciendū ante sententiam, sed post còdem
 nationē, & quòd ita sunt accipiendę, nepe
 quòd bona prædicta applicentur regi la-
 ta sententia, nõ verò prius: hoc si refera-
 tur ad depositum faciendū per inuentor-
 res, de quo in dictis legibus regijs, gratis
 dictū videtur: quòd si prædictę leges sūt
 iustę, & procedunt, & seruandę sunt in
 foro conscientia, prout sunt, & debent
 seruari, obseruatis quę prædiximus, ad
 quid, obsecro, necessaria sententia, quan-
 do quidē hic non agitur de pœna, sed de
 deposito rei inuentę faciendo statim in
 manibus personę publicę arcis custo-
 dis, atq; de applicatione ipsius obseruatis
 prius requisitis ab eisdem legibus, ne diu
 dominia rerū sint in incertoditq; leges
 prædictę minimè sunt pœnales, sed imò
 purę iustamque decisionem & bonū Rei
 publicę

publicæ continent, tum ex eo quòd modò dicebamus, ne dominia rerum sint in incerto, tum etiam quia prædictis diligentis regiarum legum factis, veri domini rerum perditarum facilius eas penes personam publicam depositas inueniēt, quā penes plures ac diuersos priuatos earū inuentores, si eas retinere possent: multū igitur conuenit Reipublicæ decisio, & bona prouisio dictarum legum: ergo statim obligant inuentorem ad prædictum depositum faciendū, nulla expectata sententia. Is præterea nullum dominiū acquirat ex sola inuentione, vt patet ex his quæ in principio huius cap. adduximus, tenetur igitur res inuentas statim deponere, & consignare coram d. arcis custode, iuxta decisionem dictarum legum, nec sibi retinere poterit, nec domino restituendas, quandoquidem ad id & ad faciendas diligencias necessarias pro comparitione dominorum incertorum persona publica ad hoc per dictas leges regias iustissimè & conuenientissimè designata est, cui hoc incumbit, non verò priuato inuentori: quo fit, vt præd. intellectus in eum, quem prædiximus sensum acceptus, tenendus non sit, tanquam periculosus ac destruens decisionem præd. legum regiarum, ac proinde animæ iudicio non securus, quia si aliud diceremus, facile patrimonium hoc regis, de lās mostrencos, minueretur & defraudaretur, si inuentores res sic inuentas sibi retinere possent ante condemnationē: & præterea veris dominis earum præiudicium ingens fieret, vt prædiximus; ignorarēt enim apud quos res suæ essent, ac proinde eis inuiti carere cogerentur, quā fortè præconia non audirent, nec libellos publicè super hoc positos videbunt, nec legent: at verò licet hoc vltimum etiam contingere possit, deposito facto coram arcis custode, attamen dùm sciuerint domini res suas esse perditas, statim accedent ad prædictam personam publicam, penes quem deponi debent, exquisituri ab ea, an penes se depositæ sint, & vt ad hoc librū suū exhibeat, & sic facillè fraude cessante, eas consequentur: secus verò

erit, si inuentores, cum cōmuniter ignoretur qui sint qui ipsas retineāt: nec presumendum est contra prædictam personam publicam, quod depositū negabit, aut aliud quippiam in fraudē dominorum committat, hoc siquidem licet non nunquā fiat, imò forsan sepe, sicut & furta & alia crimina in republica frequēter perpetrantur, non tamen iniustā reddit decisionē prædictarū legū, nec venit in considerationē, quandoquidem si de eo constiterit (sicut & cætera crimina) grauius puniendū erit, partiq; læsa damnū & interesse resarciendum: & ideò forsan D. modernus minus securus de præfata sua sententia, inquit postea. n. 83. Sed quoniā in more nostro est, rarò à communi doctorum sententia discedere, etiā ratione multū coacti, idcirco hæc omnia dubitādo, & à medici, & ab alijs accipi volo.

32 Si verò ipsemet author in alium sensum prædictam suam opinionem intellexit, nempe cameræ regie non competere dominium harum rerum sic inuentarum, quanuis inuentores statim eas arcis custodi reddiderint, nisi postquam sententia iudicis regi, vel suum ius habenti fuerint applicatæ, transactis terminis, ac omnibus obseruatis quæ dictæ leges iubent, domino non inuento, hoc verum esset: quanuis si post hanc sententiam applicationis verus dominus compareat, offerretque & realiter soluere paratus esset iustas expensas, eidem protinus in conscientia esset restitutio facienda, vt prædiximus: non tamen vidi obseruari, vt sententia iudicis præd. super hoc feratur: forsan obseruatur, eritque bona præcis, mihi tamen id non constat, nec contrarium. Eadem l. regiam refert nouissimè Henric. vbi supra d. lib. 7. c. 36. n. 6. pag. 593. additq; q̄ hoc ius petēdi pecus seu mostrēcum, quod ex ea competeat prætori, transtulit rex in fratres ex ordine Mercedis, aut Trinitatis (quibus datur locus præuentioni) pro redemptione captiuorum, vt ibi latius commemoras: ego autem hoc intelligo in illis locis, vbi priuilegio regis, vel consuetudine alteri ius illud non est concessum,

Qq 3 quo

quo casu etiam obseruanda erunt omnia prædicta: cæterum ubi id iudicis, alijs uel personis concessum prius erat, aut donatum (prout contingit in pluribus ciuitatibus & oppidis horum regnorum) præd. fratres se non intromittunt.

S V M M A R I V M.

- 1 **D**atum meretrici ob actum Venereum, potest iuste ab ea retineri, etiam si causa turpis non sequatur postea, vel si turpitudine ex parte dantis & accipientis versetur, ut hic.
 - 2 Quod uedum procedit in foro contentioso, sed etiam in foro conscientie, de quo etiam num. 14. cum sequentibus.
 - 3 Dum tamen non interueniat fraus, aut excessus, quis is donationis titulum exigit, ut datum recipi & retineri valeat.
 - 4 Item dummodo dantes vel promittentes concubine, vel meretrici, habeant ius donandi, & promittendi, aliàs secus, ut sunt illi, qui alieni iuris sunt.
 - 5 Idem est in monachis.
 - 6 Idem in mulieribus conjugatis de bonis maritorum, aut superlucratis, secus de paraphernalibus.
 - 7 Minor, miles & clericus, concubinis suis donare minimè possunt.
 - 8 Is, qui cum muliere publica, vel ea foemina, quæ sui corporis quæstum facit, coierit: absque expressa conuentione mercedis, cogendus est à iudice lege taciti ac subintellecti pacti, eidem foemina hoc poscenti consuetà Venerei usus mercedem soluere, & numer. 10.
 - 9 Non soluens meretrici statutum prætinum, cogitur in foro iudiciali ad solutionem eiusdem.
 - 10 Masculus à foemina ob actum Venereum pretium recipere potest.
 - 11 Meretrix licet turpiter faciat eo quod sit meretrix, non tamen turpiter accipit cum sit meretrix numer. 13. contra hoc arguitur, sed numeris sequentibus argumenta dissoluntur.
 - 12 Meretrix domina est sui corporis, & materia vendibilis est.
 - 13 Legis. 4. §. sed & quod meretrici. ff. de con-
- dict. ob turp. caus. intellectus, & numeris sequentibus præcipue numer. 18. ubi Iurisc. Iulci ratio defenditur ab impugnationibus Nauarr. & numer. 20. & 21.
 - 14 Acceptum voluntariè ab aliquo, ubi ab utraque parte committitur turpido, an sit restituendum & num. 27.
 - 15 Meretrix secundum Medina & Nauarr. non minus peccat recipiendo mercedem suæ operæ illicitæ, quam ceteri, qui pro alio maleficio committendo recipiunt pretium, quantum à restitutionem non teneantur: sed contra num. 16. & 17.
 - 19 Leg. 2. 3. & 4. ff. de condict. ob turp. caus. intellectus.
 - 21 Concessio corporum ad copulam æstimabilis est pretio, siue pecunia.
 - 22 Genesis. c. 36. ubi Iudas mercedem promissam Thamar misit eidem, adducitur.
 - 23 Pro maleficio perpetrando nihil accipi aut retineri potest, nec etiam pro labore & periculo mortis, cui mandatarius se exponit.
 - 24 Recipi potest merces pro fornicatione à muliere soluta, & uirum uxoris, monachis & clericis, atque retineri ab eisdem secure, dummodo moderatum sit, ac sine fraude, & datum à persona sui iuris.
 - 25 Foemina fornicaria, quæ publica meretrix non est, petere potest & retinere secure in conscientia, quod sibi ob copulam promissum aut solutum est.
 - 27 Sed in foro exteriori actio eidem ad petendum denegatur.
 - 28 Nauarrus inuadentem imponit Episcopo Segobien. Couarruu. quod ipse non dixit.
 - 29 Meretrici tunc in conscientia apud iudicem exterioriorem petere potest mercedem sibi promissam sequuta copula: secus dicendum est in alijs mulieribus non meretricibus, respectu eiusdem fori exterioris.

CAPVT X.

De receptis & promissis ob causam fornicationis.

Ulpianus

Vlpianus summus Iurifconsultus in l. 4. in versi. sed & qđ meretrici. ff. de condition. ob turp. vel iniustam caus. ita faciuit: Sed & qđ meretrici datur, repeti non potest, vt Labeo & Marcellus scribunt: sed noua ratione, non eo, quod vtriusq; turpitudō versatur, sed solius dantis: illam enim turpiter facere quod sit meretrix, nō turpiter accipere cum sit meretrix. & ibi Bart. & cōmuniter doctores, & in l. 2. C. eodem tit. Bart. in l. affectionis. ff. de donatio. consonat. l. 53. tit. 14. par. 5. in versi. *esso misimo*:
¹ Ex quibus iuribus manifestē & ad literā probatur, datum meretrici ob actū Venereum, posse iustē ab ea retineri, quando quidē repeti non potest. Quod procedit, etiam si causa turpis postea non sequatur, quia mulier noluit cum viro coire, & à fortiori si turpitudō ex parte dantis & accipiētis versetur, vt puta quando is turpis actus paciscitur cum foemina bonæ famæ, vt in d. l. 53. in. 1. & in. 2. partibus.
² Quod nedum procedit in foro cōtentioso, in quo non est huiusmodi lucrum necessariō restituendum, sed etiam in foro conscientiæ, vt bene probat Abba. in cap. plerique, de immun. eccles. in. 3. quæstio. numer. 12. & 13. S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 7. & ibi Caiet. idem Thom. q. 62. art. 5. ad 2. Paluda. & alij in. 4. distin. 15. glos. communiter recepta in summa, verbo, quod verò, ibi: Vt si aliquid datur. 24. q. 5. D. Couar. in d. regu. peccatum. 2. p. §. 2. n. 4. testatur cōmunem Ioan. à Medina in suo cod. de restitutio. q. 20. versi. in oppositum, licet ipse cōtrariū teneat, vt infra dicemus, & in hac conclusione ferē omnes, tam Theologi, quàm Canonistæ & Legistę conueniunt, vt testatur Nauar. in manual. Lati. c. 17. nu. 34. versi. quartum dictum, sequitur & latē probat Dominic. à Soto lib. 4. de iustitia & iure. q. 7. art. 1. ad 2. in versi. qua propter. & nouissimē latē idem fundat Ant. à Cordub. lib. 1. sui quæstion. q. 32. in. 1. opinione, & in 2. opinione, in versi. sed hęc ratio, & in 4. opinione in. 4. dict. Ant. Gom. in l. 62. Tauri. in fi. Henric. in summa Theolog. moral. lib. 7. c. 35. nu. 3. & est commu-

nis Theologorum sententia, diui Thomæ & omnium discipulorum eius, quācunque mulierem, modò absint fraus & dolus, posse accipere, quæ moderatē sibi à fornicario dantur, secundum Salon de iustit. & iur. quæst. 62. articul. 5. controuers. 4. vbi eā bene probat. Vnde minus rectē Medina vbi supra probauit contrarium, nempe datum meretrici non posse licitē retineri, alia ex causa quàm donationis liberę, nec recipi titulo mercedis & pretij actus Venerei: hoc namque contra receptissimam nostrorum maiorum, veram, optimeque fundatam sententiam est, ac proinde non tenendum, vt eum nuncupatiū reprobant D. Soto Couarr. & Nauarr. vbi supra, num. 40. versi. tertio infertur. Couarr. omnino in totum. Nauarr. verò in eo quod ait, acceptum à meretrice in operā suā foedæ mercedem, esse in foro conscientiæ restituendum, hoc namque est falsissimum, quia minimē est de necessitate restituendum, ex prædicta communi sententia probata in d. versicu. sed & quod, vt probat Couarr. d. nume. 4. modò secundum ipsum absint fraus in ipsa acceptione, nec sit excessus aliquis in ea: is namque excessus si adsit, arbitrio boni viri donationis titulum exigit, vt datum recipi & retineri tutē valeat: quod & probat bene Mercad. libr. 4. de contractib. capit. 16. versicul. *todis las vezes*. & frater Angles in suis Florib. Theologic. quæstion. in titulo de restitutione. in quæstion quis à restitutione sit liber, versicul. si quod titul. de donationis, pagin. 191. Item dum modò dantes vel promittentes concubinæ vel meretrici, habeant ius donandi, & promittendi, aliàs secus, vt sunt illi, qui non sunt sui iuris, veluti filij familias, non habentes bona castrensia, vel quasi, & serui, iuxta text. in l. contra iuris. 29. §. si filius. ff. de pactis. l. 3. titul. 4. part. 5. qui cum non habeant propria bona, sed omnia sint parentum, vel dominorum, non possunt de illis disponere contra voluntatem eorum, aut expendere, vt notat Henric. in capit. 2. de adult. Palac.

Rube. in rubric. de donation. inter virum & vxor. §. 41. nu. 1. circa fin. & frater Angles vbi supra pagin. 192. in 9. dubio & Armill. aur. verbo restitutio. nu. 10. Na-
 5 uar. d. c. 17. n. 156. ¶ Idem intelligo de monachis, vt notant supradicti, aduertentes eadem ratione mulieres coniugatas de bonis maritorum, aut superlucratis constante matrimonio, non posse dare amassijs, nec ipsas retinere, imò debent restituere maritis: secus si mulieres ipsæ de bonis paraphernalibus, de quibus possunt liberè disponere, largitæ fuerint, secundum Palac. Rube. vbi supra, nu. 2. Minor similiter, & miles, atq; clericus concubinis suis donare minimè possunt, vt post
 7 alios probat Couar. vbi supra, nu. 2. ¶ Si igitur mas liberam administrationem bonorum suorum habeat, & meretrici aliquid moderatum dederit, ob actum Venereum ratione conventionis expressæ vel tacitæ, repeti ab ea non poterit: quin imò ipsa iustè id retinebit, etiã si constet non omnino liberè datum, sed ob prædictam turpè causam, vt prædiximus: imò, vt rectè existimat Couar. vbi supra, nu.
 8 4. ¶ is qui cum meretrice publica, vel ea foemina, quæ sui corporis quæstum facit, coierit absque expressa conventionione, cogendus erit à iudice, lege taciti ac subintellecti pacti, eidem foeminæ (hoc tamen poscenti) consuetam Venerei usus mercedè soluere: cui adde, quòd Republica nõ solum meretrices permittit, sed & pretium eis taxat, id quod nomen
 9 ipsum meretricis admonet: ¶ dicitur enim à merendo, vnde qui illis statutum pretium non persolueret, cogetur in foro iudiciali ad solutionem eiusdè, vt probauit Soto vbi supra, in versic. & quod
 10 non solum, illud superioribus addens, ¶ etiam masculinum à foemina ob actum Venereum pretiũ recipere posse, imò equius, quia plus præbet, sed quia foeminis maior inest pudor, ob idq; rariores sũt quæ illi turpitudini vacent, quàm viri, pretiũ ipsæ iustius recipiunt, & quòd amans v-
 fus corpore mulieris titulo venditionis, etiam si nihil promiserit, pretium eidem soluere teneatur; sequitur etiam frater

Angl. vbi supra, pagin. 191. versic. hinc si amans.

11 Sed antequã vltèrius progrediamur, oportet inquirere veram rationem supra dictorum, ex qua ad alia plura pro extensione ipsorum procedemus: & ea quidè in promptu est, quam prædiximus ex Iurisconsulto, scilicet quòd meretrix licet turpiter faciat, eo quòd sit meretrix, nõ tamè turpiter accipit, cùm sit meretrix: quam rationem ad literam sequitur S. Thom. 2. 2. quæst. 32. art. 7. in versic. tertio modo, & omnes alij post eum: quãuis enim fornicatio praua sit, & iure diuino vetita, & sic est peccatũ mortale, aded vt qui cõtrarium affirmaret, esset hæreticus, vt
 12 resoluimus supra c. 7. nu. 15. ¶ ipsa tamen meretrix domina est sui corporis, & materia vendibilis est, nec ipsa venditio actus Venerei illicita cõsetur: licet enim actus Venereus ex se ipso reprobus sit, eius tamen venditio non est prohibita, nec illicita ratione materiæ: dare enim mulieri pecuniã pro vsu Venereo, malũ est, quia datio illa imperatur à luxuria, & à praua sensualitate procedit: at datio pecuniæ meretrici promissæ, cùm ea fiat post actũ Venereum, mala non est, sed actus iustitiæ à nullo vitio imperatus, quia materia vendibilis in hanc dationem adducitur: ita explicat Caiet. d. arti. 7. in versic. nam in meretricio: quod etiam probatur ex dicto Iurisconsulti loco, & præcæteris hoc latius explicat atque subtiliter probat D. Couar. vbi supra, num. 1. per totum.

13 Hanc tamèn Iurisconsulti, & communem Doctorum rationem nouissimè improbat Nauar. in d. suo manual. Latin. c. 17. nu. 34. dicens, non satisfacere: tũm quia videtur sibi repugnare, cùm præsupponat turpe esse meretricari, & non esse turpè mercedem pro meretricio accipere, & sic desimilibus: quia si turpe est meretricari, turpe erit pro meretricio accipere. Nec obstat secundum Nauar. quòd Iurisconsultus in d. versicu. sed & quæ meretrici, contrariũ videatur expressè decidere, quia defendendus erit in hũc sanè modum, nèpe quòd cum sentit turpe esse

pe esse meretricari, intelligat de turpitudine vera iuris naturalis, quod ius ipse Vlpianus nouit, licet diuinum, contra quod etiam est, ignorauit: cum autē ait: Non turpiter accipere, sentit, de turpitudine iuris humani, quod permittit meretricari: quare secundum hoc, sicut iure naturali & diuino turpe est meretricari, ita etiam erit turpe pro meretricio aliquid accipere: vnde fit, vt cum in foro conscientię ius naturale & diuinum sit necessariò seruandum. cap. sunt quidam. 25. quæst. 1. in hoc eodem foro vtrumque erit turpe, & meretricari, & ob meretricium aliquid accipere, sicque prædicta ratio Iurisconsulti non satisfacit quoad forum conscientię, quanuis satisfaciat quoad exterius, in quo impunè licet meretricari. Nec insuper ratio Caietani d. arti. 7. supra adiuncta Vlpiani rationi, ne per quod materia sit vendibilis in nostra specie, quam Dominicus à Soto & ceteri sequuntur, omnino satisfacit, secundum Nauar. vbi supra, nu. 35. quia licet satisfaciat quoad constituendam differentiam inter acceptum ratione criminis simoniæ, & acceptum ratione meretricij, non tamen quoad alia: nam æquè, imò magis vendibilis est opera se locantis ad militandum in bello iniusto, ad dolum committendum, & ad fuste cædendū, vel occidendū, ac opera meretricis ad explendam libidinem cum ea coire volentis: at Caiet. & ceteri negant idem esse in alijs delictis, in quibus ex vtraque parte versatur turpitudine. Accedit etiam secundum Nauar. quod non inuenitur text. significans licere accipere pretium pro opera peccandi, vel peccato cooperandi, excepta meretrice, quoad forū exteri. Quin imò addo, quod cum meretrix recipiens datum vel promissionem dandi, consentiat ob hoc turpitudini, aliàs non cōsensus, non videtur posse seiungi actus receptionis, vel promissionis pretij, ab actu ipso Venereo, quoad peccatum, sicque in vtroque peccare videtur, tanquam cooperans peccato alterius, operæque illicitę illius. Secundò mouetur Nauar. d. nu. 34. vers. 2. contra rationem Iurisconsul-

ti, quia iuxta eam concluditur vnum falsum, nempe quod acceptum ob fornicationem à mulieribus solutis clam fornicantibus, est necessariò restituendum, & fortius id quod accipitur à coniugatis, & monachis, ob eandem causam, & non minus quod accipiunt mares, præsertim clerici & religiosi à fœminis, eo quod libidini earum inseruiunt, quia ratio permissiua iuris humani in meretricibus, cessat in præd. omnibus, præsertim in coniugatis, monachis vtriusque sexus, & clericis, qui omnes etiam in exteriori foro puniuntur ob actum Venereum, vt est notum: hoc autem nempe quod hi teneantur ad restitutionem receptorum, nõ est verum, vt infra dicemus num. 24. & 25. ergo, &c.

Quare ipse Nauar. vbi supra, num. 36 cum sequentibus, omnibus omnium dictis ruminatis, tria præcipuè inter alia aduersus communes & receptas sententias profitetur ac docet.

Primò, non esse differentiam, quoad forum conscientię, inter acceptum ob operam meretriciam ex vna parte, & ob operas ad alia maleficia, in quibus vtriusque turpitudine versatur, ab altera, quia in omnibus datur & accipitur cōtemplatione maleficij, damnati & punibilis in eo foro cōscientię, & in omnibus æquè voluntariè datur, & æquè turpitudine ab vtraque parte admittitur quoad prædictum forum.

14. Secundò, quod ratio solida & vera, quare acceptum ob operam meretriciam non est restituendum, ea est, quod acceptum voluntariè ab aliquo, vbi ab vtraque parte committitur turpido, nulli est de præcepto restituendum, secundum S. Antonin. in sua summa. 2. par. c. 5. in principi. Monaldum verbo restitutio. Angel. verbo restitutio, vers. turpe. Siluest. eodē verbo restitutio. 2. §. 3. & verbo eleemosyna. §. 4. quos sequitur ibi Nauar. & n. 30. d. c. 17. aduersus communem, vt ipse ibi profiteatur. Tertio, quod tex. in d. §. sed & quod meretrici, dum approbat receptionem pretij meretricis ob actum Venereū, habet locum tantum quoad forum exterius,

Qq 5 quo

quo opera meretricis est permiffa, fecus quoad forum conscientia, in quo est prohibita: & ita refoluit, quod meretrix nõ minus peccat recipiendo prædictã mercedem fuã operã illicitã, ¶ quam ceteri qui pro alio maleficio committendo recipiunt pretium, quanuis nec illa, nec hi ad restitutionem accepti teneantur prædicta ratione, ficq; in hoc approbat opinionem Ioan. à Medina de restitution. c. 20. tenentis, peccare meretrices accipiẽdo mercedem tanquam debitam fuẽ fornicationis: idemq; esse cenfet Nauar. esse necessariò dicendum quoad eundem forum conscientia de alijs fœminis & maribus, cuiuscunq; ordinis qui ob fornicariam operam aliquid accipiunt. Tãdem Nauarr. nu. 41. docet confessarios quid respondere debeant atq; consulere prædictis mulieribus & viris impudicis, quibus ob actum Venereum aliquid promiffum est, & nondum solutum vel traditum, ne iterum peccent id petendo tanquam debitum in foro conscientia ob illa turpia facta, & sic approbando illud, sed alio modo, per viam miserationis atque eleemosynã, vt latius ibi per eum.

Quid tenendum? Ego profecto veritatem attingere & sequi desiderans in omnibus meis actionibus, & bona venia habita à doctissimo Nauar. mihi que obseruatissimo, eius dicta supra citata, subtilia ac ingeniosa nimis, rectoque animo pronuntiata, vt consuleret saluti animarum eorum qui actibus Venereis inuoluuntur, esse existimo: attamen, salua semper censura sacrosanctæ matris Ecclesiæ, à ratione præfata Iurisconsulti, communique sententia sancti Thomæ, & aliorum, discedere non audeo, quinimò ipsã veriorẽ esse existimo, ¶ nempe vt quanuis meretrix turpiter faciat meretricandõ, non tamen turpiter recipiat: quia licet actus ipse Venereus vtriusque, maris scilicet & fœminæ, turpitudinem contineat, atque ita pactio ipsa contingens inter marem & meretricem ratione huius actus, & quatenus ex appetitu & libidine fit, ex parte vtriusque turpis sit, attamen quatenus datio & receptio merce-

dis, eiusque promissio, seorsum possunt cenferi & considerari, turpitudinem nõ habent, quia datio vel promissio fit in compensationem, mercedem ac pretium corporis meretricis, quoad vsum Venereum, qui vendibilis est, & idẽ ad iustitiam commutatiuam pertinet, ac proinde receptio vel mercedis pactio in hunc sensum accepta iusta est, quippe quẽ nõ procedit ab appetitu actus Venerei, sed vt habeat ipsa mercedem & pretium vsum corporis ad actum fornicationis: licet enim opera illa fœda meretricis, quatenus est peccatũ, & sic ingenere moris & actus intrinsece mali, nullius sit pretij: quatenus tamen est res quædam humano vsui accomodata, & sic de se in genere entis pretio estimari potest, quo fit, vt nec ipsa datio, quatenus tendit ad stipendium & mercedẽ actus Venerei, & vsum corporis, quem ipsa præstat meretrici, & ob quem pretium habere potest, meretrix, turpis sit, tamen quatenus turpitudinem habet alio diuerso respectu & consideratione peccatum contineat. ¶ Vnde præd. merces dummodo moderata sit vt prædiximus, aut sine fraude, iuste accipitur ac retinetur sine obligatione præcisa restituendi in vtroque foro, vt Angelicus doctor, & alij communiter post eum testantur: inquit enim S. Thom. esse aliquid illicitè acquisitum, non quidẽ quia ipsa acquisitio sit illicita, sed quia id ex quo acquiritur, est illicitum, sicut patet de eo quod mulier acquirit per meretricium: & hoc propriè vocatur turpe lucrum: quod enim mulier meretricium exerceat, turpiter agit, & contra legem Dei, sed in eo quod accipit, non iniuste agit, nec contra legem: vnde quod sic illicitè acquisitum est, retinere potest, & de eo eleemosyna fieri. Sentit igitur manifestissimè his verbis S. Thom. ac expresse probat, licitè ac secundum legem meretricem recipere ac retinere quod sibi ob actum Venereum datur: si enim hoc esset contra legem Dei, sanctus Doctor hoc minimè assereret, nec permitteret, cum ipse legis diuinæ maximus selector, ac cultor esset. Eiusdem sententiæ fuit

Calet.

Caieta. ibidem cū eo trāsiens, & probās materiam esse vendibilem, & actum esse iustitiam. nullo vitio imperatū, dare mulieri por vsu Venereo post factum, quamuis dare antequam fiat, malum esset, sequitur etiam Siluest. in summa, verb. restitutio. 4. tit. 1. & Armill. aurea in eodē verbo restitutio. nu. 10. & alij in. 4. distinction. 51. estq; communis secundum Ledesmium ibi, in 2. part. quæst. 15. art. 5. fo. 132. vbi quod licet verum sit, quod peccatum pro formali non sit vendibile, secus tamē est, si peccatum accipiatur pro actu aut vsu ipso positiuo, sicut qui vendit aut emit rem in loco aut tēpore prohibito iusto pretio, non tenetur ad restitutionem, etsi actus esset peccatum, & est communis sententia Theologorum secundum eundem Ledesmium ibidem quæst. 28. art. 5. folio. 264. quod meretrices licitē accipiunt pretium pro vsu sui corporis ex vi locationis & debiti, nec tenentur ad restitutionem: eandem sententiam D. Thom. latē probant Dominicus à Soto, & Couar. vbi supra, & Mercad. de contractib. lib. 4. c. 16. vers. *todas las vezes*, & frater Angles in suis Floribus Theologi. quæst. in tit. de restitutio. in quæstion. quis à restitutione sit liber, in. 11. difficult. & ibi statim in 7. dubio pagina. 190. loquens expressē in foro conscientie, p̄buit omnes Theologi supra citati in eodem foro censendi sunt loqui, quandoquidem vt Theologi scribunt, Ioan. autem à Medina & Nauar. vbi supra, tenentes contrarium; non sunt audiendū quia loquuntur contra communem, tūm etiam quia communis verior videtur ex supradictis, tū quia fundamentis contra communem supra adductis per Nauar. respondebimus infra statim per ordinē. Deniq; Medinam in specie carpunt Soto & Couar. vbi supra, & opinionem contra Medinam esse securiorem testatur Ioseph Angles vbi supra, in d. 7. dubio pagina. 190. Quinimō ipsemet Nauar. c. 17. nu. 56 & 40. tenet contra eundem Medinam, quatenus existimabat meretricem non posse retineri in conscientia, quod ex meretricio ac-

cepit, sed teneri id restituere, dicens hanc opinionem non esse veram, sed potius communem supradictam, nempe posse iustē id retineri à meretrice, nec esse de precepto restituendum: solum itaq; Nauar. cū Medina tenet contra communem, vt vidimus, meretricem nempe minime posse iustē in conscientie foro accipere mercedem pro vsu sui corporis, nec promissam petere, quamuis vtrunq; possit in foro exteriori, in d. §. sed & qđ meretrici. Hęc autem opinio vera non est, nec tenenda, sed potius communis contraria, ex prædictis, & Medin. & Nauar. in supradictis reprobatur nuncupatim contra eos tenens instruct. conscient. 1. part. c. 105. & instruct. negotiat. lib. 1. c. 11. in principio.

18

Modò respondeamus ad motiua contraria Nauar. supra relata, vt res hæc illustrata atq; ab spinis, quæ eam suffocare videbantur, erepta remaneat, nā fundamentis Methymnæ optimē satisfacit Couar. d. nu. 4. † Et quidem primum motiuum, quo ratio Iurisconsulti impugnatur, eo qđ videatur sibi repugnare, cū præsupponat, turpe esse meretricari, & non esse turpe pro meretricio accipere, nullius est momenti: tūm quia arguit Iurisconsultum de repugnantia, quod nemo audebit ei imponere: tūm etiam, quia vera non est sua consequentia, nēpe, Turpe est meretricari, ergo turpe est propter meretricium accipere, quia præterquam quod loquitur expressē contra decisionem d. §. sed & quod meretrici, hæc sequela non currit, quia ex hoc facto actus Venerei, datione vel promissione pretij & mercedis interueniente, duo diuersa insurgunt, quæ possunt seorsum censeri, nempe ipse actus Venereus, qui ex parte vtriusque turpitudinem continet, ac proinde ambo in hoc agunt contra conscientiam peccando mortaliter, quia datio vel promissio meretricem prouocat ad fornicationem, & procedit ab appetitu & libidine coitus: & præterea datio ipsa vel promissio mercedis & pretij pro vsu corporis: hæc autē acceptio ex parte meretricis, quamuis sit turpe lucrum, eo quod

co quòd ex illicito actu proueniat, non tamen est illicita, sed iusta, quandoquidem est materia vendibilis, & non procedit ab appetitu actus Venerei, sed vt habeat ipsa mercedem & pretium vsus corporis: sed nec ipsa datio, vt prædiximus, turpis est, quatenus ea tendit ad stipendium moderatum, & iustam mercedem vsus corporis, & compensationem ipsius, qui vendibilis est. Nec etiam obest altera consideratio eiusdem authoris, de sumpta ex l. 2. 3. & 4. ff. de condict. ob turpem caus. dum ibi probatur, ideò turpiter quem accipere aliquid, vt hominem occidat, † vel vt sacrilegium faciat, vel vt inique iudicet, vel vt stuprum faciat, quia turpe est hæc facere. Tráseat. Ergo cum turpe sit meretricari, turpe est aliquid accipere pro meretricio. Nego, datur enim ea instantia inter hæc duo, nempe inter receptionem ob meretricium, quæ receptio in hac specie permisa est, & nõ turpis, vt in d. §. sed & quod meretrici, & inter receptionem ob aliam turpem causam, nempe vt accipiens hominem occidat, vel vt sacrilegium, vel stuprum faciat, vel iniquè iudicet, & alia similia faciat, hæc nanque acceptio in his vltimis speciebus & eis similibus iure prohibita est, atque illicita, sicque & datio & acceptio his casibus turpitudinem continet ex parte dantis & recipientis, vt in dictis legibus, & in l. 2. C. eodem titulo, ibi: Contra disciplinam temporum meorum domum aduersariæ dedisse profitearis, & in quam plurimis alijs iuribus, & sic non datur his casibus repetitio male dati, & male accepti, quia in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis: quare meritò quòd cum turpe sit hominem occidere, & sacrilegium facere, stuprum committere, & inique iudicare, turpiter pro his aliquid recipiatur, quia datio & receptio ipsa est prohibita: non sic in nostra specie, quia licet meretricari sit turpe, non tamen pro meretricio aliquid accipere, & ita hæc inter se verè differunt: hæc proinde non licet de vno casu ad alterum, siue cæteros argumentari. In summa non licet tenere con-

tra textum expressum, per argumentum aliorum iurium diuerso casu loquendum. Intellectus autem eiusdem authoris, nempe Nauarri ad d. §. sed & quod meretrici, vt dum ait, turpiter accipere meretricem, sentiat de turpitudine iuris humani, quod permittit meretricari, secus de turpitudine iuris naturalis & diuini, quia cum hoc iure turpe sit, & illicitum meretricari, ita etiam erit turpe & illicitum pro meretricio aliquid accipere, vn de in foro conscientie vtrumq; erit turpe, & illicitum, non sibi omnino constat, quoniam ibi Iurisconsultus non distinguit inter turpitudinem iuris naturalis, & humani, sed simpliciter in vtroq; casu de turpitudine loquitur: primo affirmatiue, scilicet quòd meretrix turpiter faciat quòd sit meretrix: secundo negatiue, scilicet non turpiter accipere cum sit meretrix: ergo de eiusdem iuris turpitudine intelligendum est loquutum fuisse in vtroque casu, nempe vt eo iure quò non licet meretricari, eodem non turpiter accipiat pro meretricio. Præterea nõ solum ob id quòd iure humano non sit turpitudine meretricari, meretrix turpiter non recipit pro meretricio, quia etiam si esset turpitudine illo iure meretricari, prout est iure naturali, & diuino, adhuc accipere mercedem moderatam propter vsus corporis sui, huiusmodi nõ esset, quia est materia vendibilis: bene enim stat quòd datum meretrici sit turpe lucrum, quia prouenit ex illicito actu, non tamen sit ob id illicita acceptio, quia materia venalis est, ac proinde iuste postea accipi possit: nam licet nemo sit dominus membrorum suorum, est tamen dominus vsus corporis sui, vsus siquidè corporis locare potest pro mercedè, vt passim videmus apud Iureconsultos, qui locationem operarum permittunt & probant. Quòd si replices, id obtinere cum locatio sit ad vsus illicitum, secus ad illicitum: responsio in promptu est, nempe vsus illicitum operari quòd ipsa locatio illicita sit: item quòd non sit cogendus locator conuentioni stare, nõ tamen ex hoc sequitur, non esse locatori solendam mercedem

- mercedem, quoties ipse quod in locatio-
nem duxit, opere impleuerit: sic ius na-
turale ac diuinum prohibet meretricari,
non tamen inde sequitur, vt prohibeat
quoque receptionem pretij pro meretri-
cio, ¶ vsuq; corporeo, diuersa enim hæc
sunt, vt prædiximus: ita Dominic. à Soto
d. lib. 4. de iustit. & iur. quæst. 7. ar. 1. ad 2.
in versic. nam licet, probat iure naturali
concessionem illam corporum æstima-
bilem esse pecunia, & Ledesmius vbi su-
pra d. q. 18. arti. 5. fol. 264. col. 4. in versic.
& ideo.
- 22 Quinimò ex diuinis literis videtur
comprobari posse, promissionem merce-
dis pro meretricio, licitè ad impleri, Ge-
nes. c. 36. vbi Iudas mercedem promissã
Thamar, quæ habitum meretricium as-
sumpserat ob fornicationem, misit post
ipsum actum Venereum, non alia ratio-
profectò quàm quòd teneretur mercedè
promissam meretrici soluere, vt confi-
derauit in proposito Couar. d. §. 2. num.
1. versic. secundo, & adducit etiam eandè
authoritatem Ioseph. Angles vbi supra,
pagi. 191. in versic. si quod titulo. Non me-
latet, nonnullos eidem authoritati Ge-
nes. supra adducte respondisse, ne probeat
communem sententiam præfatam, nem-
pe quòd sicut Iudas à culpa non excusa-
tur in hoc quòd ad Thamar accessit, ita
potuit in alio peccare, cooperando scili-
cet iniquæ hædi receptioni: hæc tamen
responsio minimè satisfacit, nam quãuis
in accessu libidine incensus peccauerit
Iudas, ad soluendum tamen post coitum
promissã, nullo vitio impellebatur, sed so-
la fidelitatis virtute, credens se ad id te-
neri, & ita laudatur de fidelitate. Præter-
eà non constat, quòd acceptio esset ini-
qua, quandoquidem pactio præcedens
inter ipsos ibidem non reprobatur: ergo
si promittens tenetur in proposito solue-
re in foro conscientie, vt infra latius di-
cemus; & meretrix illud in eodem foro
recipere poterit.
- 23 Aliud motium Nauarri contra Caiet.
asserentem in proposito materiã ven-
dibilem esse, nempe quòd æquè, imò ma-
gis vendibilis sit opera se locantis admi-

litandum in bello iniusto, ad duellum com-
mittendum, & alia maleficia perpetranda,
& opera meretricis, & tamen in præ-
cedentibus casibus Caieta. & ceteri ne-
gant idem esse quod in meretricio, quia
in illis acceptum est restituendum fisco,
vel pauperibus: in hoc verò minimè, se-
cundum Caiet. ex eo diluitur, quòd etsi
iure contra Caietani, & communem sen-
tentiam defendi posset, quòd quando la-
bor humanus, operaque alterius condu-
citur ad quodlibet maleficium perpetrã-
dum, quanuis versetur turpitudine in con-
uentione ex parte vtriusque, posset acci-
piens datum retinere in animæ iudicio,
in compensationem ac iustam mercedè
laboris impensi, & industriæ præstitæ ad
maleficium committendum, arbitrio bo-
ni viri. Addo ego, & propter periculum
vitæ, cui se exponit sic conductus, quasi
communis sententia contraria, tunc so-
lum obtineat, cum accipiens nihil labo-
ris vel industriæ impedit. Nihilominus
tamen frequentissima est omnium sen-
tentia in contrarium indistinctè, ex eo
quòd conuentiones istæ iure sunt repro-
batæ, & nullæ censeantur, & ideo ac-
ceptio sit illicita, quia est iniqua, & à lege
reprobata, vt latè deducit Couar. vbi su-
pra, nu. 6. qui nu. 2. agit de intellectu. l.
iuris gentium. §. si ob maleficium. cum
simil. ff. de pactis, vt procedat in malefi-
cio quod lege exteriori punitur, quantum
ad ipsum recipientem actionem, siqui-
dem ratione actus, qui iure humano pu-
nitur, non potest iure quicquam pacisci
nec stipulari. l. mercedem. C. de condict.
ob turpem causam, etiam si ex propria
natura materia vendibilis sit, vt ibi latius
probat: attamen pro meretricio accipe-
re, non est turpe, sed imò iustum, vt ex-
pressum inuenitur in d. §. sed & quod me-
retrici: non sic in reliquis. Nò obstat ad-
ditio vltima, quã supra fecimus ad coad-
iuuandum primum fundamentum Nauarri
de periculo vitæ, cui se exponit cõ-
ductus ad maleficium perpetrandum, quia
ei est iam sufficienter satisfactum.

24 Ad secundum motium Nauarr. res-
pondetur, quòd etsi mulieribus solutis
clam

clam fornicantibus, & in viris vxoratis, & monachis, item & in clericis, & religiosis idem facientibus, & ob id aliquid recipientibus, cesset ratio permissua iuris humani, quia coitus horum est punibilis eodem iure, non tamen idè sequitur eos sibi ob actum Venereū datū recipere & retinere, non posse tutè, nec teneri ad restitutionem eius, quia etiam meretricari iure humano turpe reputatur, vt in d. §. sed & quod meretrici. & iure naturali, & diuino prohibitum, & nihilominus accipere pro meretricio nō est turpe, nec prohibitum, idem iuribus, vt probauimus. Præterea licet meretricari, iure humano antiquo esset permissum, aut saltem toleratum, vt diximus supra c. 7. nu. 17. non verò stuprum, adulteriū, vel incestus, aut sacrilegium, nihilominus remanet intacta altera ratio materiae venalis in omnibus supradictis illicitis copulis & accessibus, quæ iustam efficit mercedis ac pretij acceptionē pro vsu corporeo, dū modò ea moderata ac sine fraude sit, & à persona sui iuris habente potestatem dandi permissam, & concessam.

35 Quo fit, vt licet Cyn. & Angel. in l. 2. C. de condic. ob turp. caus. Abb. in c. quia plerique, num. 14. cum sequenti. de immunit. eccles. item & Paulus in l. 1. §. ob rem igitur, num. 8. ff. de condic. ob turp. caus. & Palac. Rub. alios. referens in repe. rubric. de donation. inter vir. & vxor. §. 41. in princip. ante n. 1. teneant, fœminam fornicariam, quæ publica meretrix non sit, non posse petere promissum, recipere nec retinere mercedē sibi ob actum Venereum promissam, & pretium fornicationis, imò potius in animæ iudicio id restituere teneri, & cui sit restitutio faciendā in hac specie, distinguit latè Henric. in c. peruenit, in 2. distinctione, de adult. cuius distinctionem refert & sequitur Palac. Rub. vbi supra, nu. 2. & sententiam supradictorum communē esse scribunt Adrianus in 4. senten. in tractatu de restit. c. oritur alia quæstio, & Methymia vbi supra, quæstio. 20. col. 2. versic. quintò facit, qui eā per discursum

totius quæstionis probat, eorum opinio nec vera, nec cōmunis sit, etenim vt ex supradictis patet, ratione materiae vendibilis contrarium in omnibus supradictis est verius, sicq; in prædict. personis idem tenendum est, quod in meretrice publica scripsimus, atque tenendum esse supra resoluius: si enim materia vendibilis est, parum refert vendatur publicè vel secretè, imò hæ longè iustius possunt pretiū recipere, quàm publicæ meretrices, quia ob maiorem honestatem plures sunt estimandæ: & ita aduersus Cyni, & sequaciū sententiam, hanc vltimam probant Monald. in sua summa in titulo de restitutione male acquis. Henric. vbi supra, Florètin. in sua summa in 2. par. tit. 2. c. 5. col. 2. Siluester in summa verbo restitutio. 2. colu. 2. vers. sed quod dictum est. Adrianus in d. c. oritur alia quæstio, Dominic. à Soto de iustit. & iur. lib. 4. quæst. 7. art. 1. ad 2. vbi probat, iure naturali concessionem illam corporum æstimari pecunia, & D. Couar. vbi supra, nu. 4. Ledesmius vbi supra d. fol. 264. col. 4. in vers. sed an alia, & Ioseph. Angles vbi supra, pagi. 191. versic. meretrix. 1. & 2. Henricus in summa Theolog. moralis. lib. 7. c. 35. nu. 3. in margine, & Salon vbi supra, & in 2. conclusione: & quòd acceptum ab huiusmodi personis ob actum Venereū, non sit necessariò restituendum, aduersus Cyn. & reliquos tenet etiam Nauar. vbi supra, nu. 34. versic. 2. & in num. 40. vers. 4. infertur, quanuis ibidem quoad receptionem atque exactionem teneat, idem esse dicendum quoad forum conscientie, quod ipse supra resolverat in meretricibus, nempe quòd peccent recipiēdo, & petendo promissum: hoc autē vltimum dictum Nauarri, quoad forū conscientie verum non est, & præterea contradicit communi sententiæ, quam modò probauimus, vt ex superioribus patet & contrarium in terminis tenent modò proximè citati.

26 Sed tamen quoad forum iudiciale, est differentia inter has mulierum species, quia meretrici datur in iudicio actio petendi pretium, vt infra dicemus, ei autem

quæ

que nõ est publico loco exposita, denegatur, quia illis solis decreta sũt pretia, vxores autem & virgines non solum à iudicio arcentur, ne hoc petãt, verũ in pœnam sui criminis priuabuntur acquisito pretio: sed tamen ante cõdemnationem iure naturæ eis debetur: ita inquit Soto vbi supra, & sequitur Ledesmius vbi supra, & in hoc casu fatetur Couar. vbi supra, nũ. 3. sententiam Cyni in foro exteriori, obi eius; & aliorum doctissimorum virorum auctoritatem, frequentissimè admitti, & a plerisque iudicibus eam admittendam fore, quanuis nõ esse veram probet.

Superest modò vt videamus, an tria dicta Nauarr. supra recitata sint vera ac rectè procedãt, necne? Et quoad primũ, nempe non esse differentiam quoad forum conscientie inter acceptum ob operam meretriciã ab vna parte, & ob operas ad alia maleficia ex altera, &c. aduerto, eundem authorem supra num. 35. approbatõ rationem Caiet. asserentis, quòd vsus meretricis est materia vendibilis, & non rei sacræ, quoad constituendam differentiam inter acceptum ratione criminis simoniaci, & acceptum ratione meretricij, non tamen quoad alia: sed quoad alia etiam maleficia, eadem differentia remanet satis probata in precedentibus, præterquam quòd communis sententia eam quoad vtraque probauit, & ita communis differentia verior est, & tenenda aduersus Nauar.

27 Secundum etiam dictum Nauarri, asserentis eum quibusdam, acceptum voluntariè ab aliquo, vbi ab vtraque parte committitur turpitudò, nulli esse de precepto restituendum: & idèò acceptum ob operam meretriciam non esse restituendum, iuxta veram & solidam rationem, est etiam contra receptissimam interpretum sententiam, vt prædiximus: quare si auctoritati doctorum fidèdum est, potius communi, quàm paucorũ standum est, præcipuè cum communis ipsa bonis rationibus suaderi possit, vt in proposito vidimus supra: vnde cum Nauar. hoc secundũ dictum suum probet autho-

ritate nonnullorum, meritò vt stante in contrarium receptissima cæterorũ omnium Theologorum sententia, potius hæc eligenda sit, quàm illa, præcipuè cũ maximè differat versari in aliquo actũ turpitudinem ex parte vtriusque, & dantis, & recipientis, ad hoc vt acceptum ex illa causa securè retineri non possit, vel ex parte dantis tantum, quo casu meritò vt acceptum retineri possit, cũ in ea acceptance nõ versetur turpitudò ex parte accipientis, vt contingit in accepto ex meretricio, vt supra satis superque declaratum existit: sicq; ratio Iuriconsulti in d. §. sed & quod meretrici, est verissima, & tenenda in proposito, non verò quam assignat Nauar. vt pote in diuerso casu procedens, eaque adhuc non constans nec firma, sed potius communis contraria.

Tertium etiam dictum Nauarri non rectè iure procedit, contrarium nempe in nostra specie est verius, & receptius, vt ex præcedentibus patet. Quo fit, vt doctrina, quam idem author ibi præbet cõfessarijs circa consilium ab eis præstandum meretricibus quoad exactiõnem sibi promissi, non sit necessaria, quandoquidem, vt docuimus, & infra latius dicemus, rectè in vtroque foro meretrix datũ retinere possit, & promissum quoque petere. Tandem quòd idem Nauar. d. c. 17. nu. 35. in versu. ratio verò. † carpit eundem Episcopum Segobiensẽ, dum se quartus alios sentit, quòd lex permittit, & facit iustam operam meretricis, non tamen alias prædictorum operas, hoc illi inaduertenter imponit, ipse siquidem hoc non dixit sed potius ingenuè fateatur, eam iniustam esse, actumque Venerum maris & foeminae turpitudinẽ habere: tantum enim affirmavit, mercedis pactionem iustam esse, cum eam non turpiter recipiat meretrix, ex d. §. sed & quod meretrici. hoc autem verum est, & iuxta mentem communis opinionis.

29 Ex quibus omnibus iam clarè deducitur atque iure probatur, vt quanuis glo. in d. l. 4. §. sed & quod meretrici, verbo sed noua ratione, & in l. 2. C. eodem titu. de

de condict. ob turp. caus. verbo, turpem, & in l. affectionis, verb. meretrices. ff. de donat. existimauerit, meretricem apud iudicem exteriorem petere minimè posse sequuta copula mercedem ob eam sibi promissam, quas glossas sequuntur Imola in d. l. affectionis, Angel. Bald. Paul. & Ias. in d. §. sed & quod meretrici. Ias. Alciat. & Zasius in l. generaliter. ff. de verborum oblig. Fortun. in d. §. sed & quod meretrici. Connanus lib. 5. cōmentar. c. 11. & eas esse veras quoad forum cōscientiæ, probat Nauarr. d. c. 17. nu. 40. vers. 5. infertur, prosequutus suam eandem prædict. opinionem. Nihilominus tamè quoad vtrunque forum contrarium est verius & tenendum, imò quòd tam in iudicio exteriori, quam in foro cōscientiæ tutò meretrices sibi ob id promissū petere atque exigere possint, ex prædicta ratione Iuriscōsulti, iunctis omnibus supradictis, quibus opinio contraria Nauarr. confunditur atque diluitur: & ita meritò contra prædictas glossas tenet in terminis Cyn. & Salicet. in d. l. 2. C. de condict. ob turp. caus. Bart. & Alex. in d. §. sed & quod meretrici. idem Bart. in d. l. affectionis. Abb. in d. c. quia pleriq. nu. 14. de immunit. Eccles. Ripa in l. si plagij. ff. de verborum obligation. nu. 10. cū sequentibus. Palac. Rub. in rep. rubric. de donatio. inter virum & vxor. §. 40. per totum, & hanc profitentur esse communem Ias. & Zas. in d. l. generaliter, num. 20. eandem quoad forum exterius probauit Nauarr. d. nu. 40. vers. 5. infertur, & videtur magis communis opinio secundū Greg. Lopez, qui eam sequitur in d. l. 53. tit. 14. par. 5. in glos. que se los huuiesse dado, & eundem in l. 38. tit. 11. eadem partita, in glos. otro yerro: & Anto. Gom. in l. 62. Tauri ad finem, vbi eam in foro cōscientiæ etiam procedere affirmat, & Menchaca controuerf. illustrium. c. 84. num. 2. & in vtroque foro latius cæteris idem probauit D. Couar. d. 2. part. §. 2. per totum: & hanc partem probarunt communiter Theologi, existimantes meretricem mercedem sibi promissam ob vsum sui corporis in iudicio petere, & recipere posse,

promittentemque in conscientia teneri ad solutionem eiusdem, dummodo fraus non interueniat, & merces moderata sit, & à persona sui iuris promissa vel soluta, vt constat ex Dominic. à Soto d. lib. 4. de iustitia & iur. quæst. 7. art. 1. ad 2. & ex Ioseph. Angl. & Mercad. vbi supra, & cæteris alijs quā pluribus, & probatur ex exemplo illo supra adducto Genes. c. 36. Iudæ & Thamar. † Hæc tamen cōmunis sententia respectu iudicij exterioris limitanda est, vt prædiximus, vt procedat tātum in meretricibus, quibus solis à republica constituta sunt pretia, non verò in vxoribus, virginib⁹ alijsque mulieribus, quæ in loco publico ad actum Venereum nō snt expositæ, quia hæc in foro exteriori arcentur à iudicio, nec pmissum petere poterunt, quanuis si eis soluatur, id tutò in conscientia accipere & retinere possint: quinimò, & promittens in eodè foro tenebitur ad obseruandum, & adimplendum promissum, vt ex supradictis patet. Post hæc scripta in lucem prodijt tractatus de restitutionib. Ludouic⁹ Carb. qui quæstio. 48. per totam plerisque ex supradictis conclusiones tenet, probat atque defendit. Necnon, & frater Michael Salon de iustit. & iur. in 2. 2. D. Thom. quæst. 62. art. 5. controuerf. 4. col. 790. cum sequentibus.

S V M M A R I V M.

- 1 **A**N satis sit eligere dignum prætermisso digniore? & numeris sequentibus.
- 2 **C**atholicus, & prudētissimus Rex noster Philippus optimè se habet in prouisione Episcoporum.
- 3 **M**elior cæteris simpliciter non est eligendus, sed magis idoneus ad animarum regimen quòd possit Ecclesiam, & instituere, & defendere, & pacificè gubernare.
- 4 **B**eneficia ecclesiastica ex bonis cōmunib⁹ populi veluti stipēdia, & premia virtutis & liberarū instituta sunt Ecclesie ministris proposita, vel secundū Ledesmiū sūt distribuēda iuxta Ecclesiarum vtilitatem quia illorum redditus sunt instituti propter Ecclesias, & non propter cōditiones ministrorū, vt in. n. 5. Qui be-

6. Qui bene presunt presbyteri, duplici honore digni habentur.
7. Qui facit contra conscientiam, edificat ad gehennam.
8. Habens duas voces, unam nomine proprio, & alteram alieno, non potest unum suo nomine, & alterum alieno eligere, etiam ubi merita duorum vel trium essent aequalia, ut discerni non possit ab electoribus, quis melior aut idoneior sit, ut in numer. 9.
10. Ecclesiasticum officium & beneficium, non ex affectu carnali, sed discreto iudicio in persona magis idonea dispensandum est.
11. Provisio Ecclesiarum parochialium quomodo sit facienda, iuxta decret. de reformatione, cap. 18. session. 25. sacri Concilij Trident. & bullam Pij V.
12. An beneficia simplicia necessario sint dignioribus conferenda.
13. Collatio beneficij, vel electio, & muneris, prelatio, digno facta, omisso digniore, valida est in utroque foro, nec rescindi ex hoc potest, quauis providens peccet: & in numer. 16. quod procedit, etiam si ante electionem vel provisionem denuntietur electoribus, ut digniorem eligant, & a contraria electione ab initio sit appellatum, ut in numer. 14. etiam si electores irruerint eligere digniorem, quauis aliter faciendo sine periuri, ut in numer. 15.
17. Latio intra dimidiam iusti pretij in conscientia non est licita, & met si iure Canonico contractus, in quo ipsa interuenit, non rescindatur, sicut nec iure civili.
18. Agens quod lex iubet, non peccat: secus qui agit quod lex humana permisit, quia non omne illud permittit diuina.
19. Patroni tenentur ad beneficia sui iuris patronatus digniores presentare: quod procedit in beneficijs curatis, secus in simplicibus, & nu. 27. & 28.
20. Episcopus ex duobus presentatis à diuersis patronis tenetur instituere presentatum à maiori parte, si idoneus & dignus sit, etiam si presentatus à minori parte dignior sit. Idem erit, si patronus dignum Episcopo presentauerit, omisso digniore, ut in numer. 21.
22. Confirmans, si sibi non constet electum confirmandum indignum esse, potest securè eum confirmare: si tamen plures sunt nominati, & liberum est confirmatori eligere inter illos in quem consentiat, tenetur meliorè illorum ad hoc preferre.
23. Episcopus ex pluribus clericis presentatis ab uno eodemque patrono, vel aequali patronorum suffragio, tenetur in utroque foro digniorum eligere.
24. Dignior pretermisus ab Episcopo in provisione beneficij parochialis, hodie ex bulla Pij V. appellare potest, licet ea appellatione non obstante electio ordinarij sit mandanda statim executioni, sed non superioris priorum reuocantis, si à sententia eiusdem fuerit appellatum, ut in nu. 25.
26. Regula. l. cum quidam. C. de fructib. & litium expensis, de aequalitate in iudicijs seruanda, quomodo intelligatur, capit. monasterium. 16. question. 7. intellectus. numer. 26.
29. Leges Regia de beneficijs patrimonialibus loquentes, in super & consuetudo immemorialis super eodem, nempe ut ea iuribus, & originarijs, & non alijs conferantur, aequissima, & iusta sunt, & aliter providens tenetur ad restitutionem, ut in nu. 30.
31. Impetrare nemo debet à summo Pontifice litteras Apostolicas ad beneficia patrimonialia in derogationem pread. laudabilis consuetudinis, nec eis uti, donec in Consilio regali videantur, & licentia praestetur eis utendi, ut in l. Regia. Hispania cauentur.
32. Institutio Canonice Magistralium, & Doctoralium iustissima est, atque his regnis utilissima, & electores, qui alijs quàm qualificatis huiusmodi prebendas contulerint, tenentur illis ad restitutionem, ut in numer. 33. Idem in obtinente eas, qui per mendacium affirmavit se esse talem, cum verè non sit, ut in nu. 34.
35. Leges huius regni, quae prohibent exteris conferri beneficia Ecclesiastica, & pensiones, sed tantum regnicolis, & originarijs, iusta sunt.
36. Statutum fundamentale Ecclesie cathedralis

- lis Placent. quo canctur, vt seruitores chori; oriundi ex ciuitate vel dioceſi. aſſumuntur, & prouidentur ad præben- das, & dignitates pro tempore vacantes eiusdem Eccleſiæ, iuſtè deſendi poteſt, ac li- teris exequutorijs regalis Conſilij obserua- ri iuſſum eſt: & quo modo præd. ſtatutum intelligatur.
- 37 **Conditio fundationis beneficij vel capellaniæ,** vt patroni ſemper nominent ac præſentent clericum ex genere, & parentela fundato- ris, valida eſt: & an tunc dignior ex illo ge- nere & familia, etiam ſi remotior ſit, præ- ſentandus ſit, necne? vide numer. 38: & quid ſi detur facultas in fundatione eligen- di quem velit dignum, omiſſo digniore, in numer. 40.
- 39 **In legato relicto conſanguineis pauperibus præ- fertur propinquior pauper remotiori paupe- riori, aut maioris ætatis.**
- 41 **Vacantibus duabus Eccleſijs, vna locupletiffi- ma, vt Toletana, alia verò pauperiore, ha- bente tamen multos ex Mahometis neo- phitis, vt Granatenſi, iidem & ſunt duo ſacerdotes, dignus & dignior, quomodo ſint hæ duæ Eccleſiæ vel præbendæ, ſiue benefi- cia prouidenda.**
- 42 **Officia publica ſecularia magistratum, & gu- bernationis dignioribus ſunt prouiden- da.**
- 43 **Dignus & idoneus, cui beneficium Eccleſia- ſticum, vel munus publicum collatum fue- rit, prætermiſſo digniore, tenetur eſt in ani- mæ iudicio: tamen ſi qui eum præpoſuerint, & elegerint peccauerint mortaliter, omittè- do digniorem.**
- 44 **Eligens indignum ad beneficium Eccleſiaſti- cum, vel munus publicum, tenetur ad reſti- tutionem Eccleſiæ vel Reipublicæ laſe fa- ciendam, non verò digno prætermiſſo.**
- 45 **Collatio beneficij indigno facta, eſt nullâ in v- troque foro, & ſic prouiſus per appellatio- nem priuabitur beneficio, & damna inde ſequuta tenetur reſarcire.**
- 46 **Eligens indignum peccat mortaliter, e- tiam ſi ex ea electione nullum damnum Eccleſiæ, vel Reipublicæ poſtea immineat. Idem in reſignante in fauorem indig- ni**
- 47 **Eligens dignum, prætermiſſo digniore, an te- neatur ad reſtitutionem digniori facien- dam.**
- 48 **Impediens ne detur beneficium digniori, tenetur ei ad reſtitutionem.**
- 50 **Res debita vt communis, non eſt propria nec- verè debita, præcipue cum debeat ad vti- litatem communitatatis, vt contingit in bene- ficijs, & publicis muneribus.**
- 51 **Obligatio reſtituendi non procedit à iuſtitia di- ſtributiua, ſed à commutatiua.**
- 52 **Iuſtitia diſtributiua agit de diſtribuendis bo- nis communibus, alicuius nempe com- munitatis, inter eos qui eiſdem ſunt: com- mutatiua autem agit de bonis priuatis vnicique, cuius ea propria ſunt, dan- dis.**
- 53 **Admonitio ad electores, vt ſæper eligant di- gnorem.**
- 54 **Prælati, ſeu alij promiſor, qui omiſſo dignio- re, prouidit dignum quauis ad reſtitutio- nem ei non teneatur, tenetur tamen, vbi alia prouiſio occurrerit, accuratiorem ra- tionem habere illius dignioris prætermiſ- ſi pro ſecuritate ſua conſcientiæ.**
- 55 **Eligens dignum, prætermiſſo digniore, quo- tiens per edictum pro poſitum digniori præ- benda vel beneficium fuit promiſſum, te- netur eidem ad reſtitutionem: & numer. 56. an idem ſit dicendum in quocunq; beneficio, quod per concurſum prouide- tur.**
- 57 **Regula, taciti & expreſſi idem eſſe iudicium, & ea quæ habet, expreſſionem eorum quæ ta- citè in ſunt, nihil operari, quomodo intelli- gantur.**
- 58 **Eligens dignum, prætermiſſo digniore, non peccat, quando meritorum exceſſus non eſt tantus, vt videatur ad rem mul- tum referre: & quomodo hoc intelliga- tur.**
- 59 **Eligens dignum, prætermiſſo digniore, ad mu- nus exigui momenti, non peccat mortali- ter.**
- 60 **Eligere dignum, omiſſo digniſſimo, licet in caſu hic poſito.**
- 61 **Idoneus ſiue dignus in propoſito quis dica- tur.**
- 62 **Qualitates requiſitæ in Epifcopo eligendo, & ad ſacerdotia curata.**
- 63 **Idoneor & dignior quis dicatur.**

Expediten.

- 64 Expedientior, & aptior ad munus pastorale eligendus est necessario ad Episcopatum, & praestantior Ecclesiae tributendus.
- 65 Idoneus, vel dignior non dicitur ille simpliciter qui doctior est, vel qui sanctior, sed is, qui iuxta munus, & rem cui praeficiendus est, aprior eius ministerio apparet.
- 66 Doctior, & sanctior si unus sit, sed non ministrabit Ecclesiae, quia non residet, & alius non ita doctus, & minus sanctus residet, & prouidebit Ecclesiae sedulo, hic indoctior, dummodo bonus, & dignus sit, erit dignior ac convenientior minister.
- 67 Impediens dolo, fraude vel in quod beneficium detur digniori, vel idoneo conferatur, tenetur ad restitutionem, ut hic.
- 68 Impediens ne detur beneficium digno vel digniori, etiam sine vi, dolo, & fraude, precipitamen, aduertens id fieri ut immerito, & indigno detur, tenetur ad restitutionem digno, vel digniori faciendam.
- 69 Impediens, utcumque, & quomodocumque ne beneficium detur alicui etiam digno, ut digniori conferatur, non tenetur ad restitutionem.
- 70 Impediens beneficij, aut publici muneris collationem ne ea fiat digno, ut detur, & fiat aequali digno, non tenetur ad restitutionem, limitatur, ut in numer 74. & 75.
- 71 Si quis sibi vel alteri praebendam procurans sit, alij obstaculo, ne eam obtineat, idque faciat, non ut alteri noceat, sed ut sibi vel amico prosit, non tenetur ad restitutionem, & quid si id faciat ex odio, & malo animo alterius procurans nocumentum, & numer. sequenti.
- 72 Intentio mala, sine opere iniurioso non obligat ad restitutionem damni.
- 73 Impediens eum qui erat in via ad obtinendam praebendam, si iniuste id faciat, tenetur ad restitutionem.
- 76 Impediens indignum a consequuntione beneficij ad nullam restitutionem tenetur.
- 77 Restitutio in quibus casibus ex suprascriptis inducitur, arbitrio boni viri fienda est, iuxta modum hic positum.
- 78 Restitutio tunc est facienda ad arbitrium prudentis viri, quando elector nondum animo constituerat huic dare, & erat in via.
- 79 Impediens alterum a consequuntione beneficij, quando praelatus constituerat illi dare, an, & quando teneatur illi ad restitutionem.
- 80 Impediens iniuste possessionem beneficij iam collati alteri, tenetur in totum eidem ad restitutionem.
- 81 Collator si postquam contulit vni beneficium, mutata voluntate alteri idem beneficium contulerit, peccabit, & non valebit collatio, & tenebitur ad restitutionem, etiam si secundus esset longe dignior.
- 81 Secunda collatio beneficij alteri facta non casus prima iniuriose non valet, secus si rite, & recte prior cassetur.
- 82 An ad hoc ut impediens dignum a consequuntione beneficij teneatur eidem ad restitutionem, requiratur simul quod violet iusticiam distributiua, & propositum prouisionis.
- 83 Impediens alterum a consequuntione legati, hereditatis vel gratuita donationis, quando teneatur eidem ad restitutionem, & quando non.
- 84 Scholares suffragia praestantes in prouisione Cathedralium tenentur eligere digniorem sub poena peccati mortalis.
- 85 Impediens alterum a consequuntione cathedrae, an, & quando teneatur eidem ad restitutionem.
- 86 Scholares suffragia praestantes, non testes, sed verè electores esse.
- 87 Canonicus vel alius capitularis an possit aliquid quando pro illa vice votum suum cassare.
- 88 Parentes qui ex regia facultatis virtute primogenitum instituunt, vel ex legis facultate aliquem filium meliorant in .3. & 5. parte suorum bonorum, an teneantur in conscientia meliorem filium eligere, necne? & numeris sequentibus.
- 90 Indatione pertinenti ad liberalitatem nulla contingit personarum acceptio, nec iustitia aliqua infringitur.
- 91 Moralisis obligatio non imponit transgressori culpam, sed legalis.
- 92 Praecepta legalia seu iudicialia legis veteris non astringunt, nisi quatenus nouo Testamento approbata fuerint.

CAPVT XI.

De electione & prouisione beneficiorū Ecclesiasticorū, ac secularium officiorum.

Qui ex suo placito ac proprio libitu amicū vel cōsanguineū, vel ab eo oblatū siue propositum ad dignitatē, prębendā, vel alia sacerdotia Ecclesiastica eligere volūt, veritatem à peritioribus nō exquirendo, vel eam docentes nō auscultando, vt precibus alterius deferant, pro constituto sibi habēt, ac eo clypeo statim se tutantur, q̄ satis sit eligere, pręsentare, vel prouidere ac pręficere dignum, quāuis digniorem omittant, prout vidimus iam nonnullos iuris ignaros in prouisionibus prębendarum existimasse, quibus fauere videntur glossę in cap. constitutis, in verb. magis vtilem, de appell. & in cap. 3. de iure patron. verb. maioribus. & in cap. 2. de officio custod. verb. sanctiores. & in cap. licet ergo. verb. qui pręstantior. 8. quęst. 1. tenentes, quod licet dignior sit semper eligendus, sufficit tamen si eligatur idoneus & bonus secundum Hugonem, quia conueniens scientia toleratur in pręlato, vt in c. cum nobis olim. de electione, & sufficit quod non sit malus, vt in c. monasterium. 16. q. 7. quas glossas doctores vbiq; approbant, vt constat ex Rocho de Curt. plures referente in tractatu de iure patron. in verb. honorificū. q. 15. & D. Ant. de Padilla in l. cum quidā nu. 18. ff. de legat. 2. & decretalis inquit, quod sufficit eligere bonum, nec requiritur quod melior eligatur, secundum D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 3. credo voluit allegare. c. cum incūctis. de electio, sed & huius opinionis alios authores, & 12. fundamenta cōgerit nouissimē, non tamē eam probat Salon de iustitia & iur. in 2. 2. D. Thom. art. 2. controuers. 3. an sit peccatū accepti personarum, eligere dignum ad benef. Eccles. omisso digniore, in princ. colu. 994. Sed profecto sic eligentibus, omisso digniore, conuenire videtur il-

lud quod pronunciauit D. Paulus Apostolus ad Timot. dicens: Erit enim tēpus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros p̄furentes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur: quare vt ipsemet Apostolus, ibi monet, est vigilandum ac in omnibus laborandum, vt ministerium quisque suum impleat, eligendo semper secundum Deum, & conscientiam rectam, quem Ecclesię magis vtilem & idoneum reputauerit, vt inquit textus in d. capit. constitutis, vt sciant omnes, & certi sint, quod qui pręstantior est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium: vt inquit textus in d. capit. licet ergo, vnde in foro conscientię sub reatu peccati mortalis tenetur quis precisē semper eligere digniorem ad pręlationem, vel beneficium ad quod assumitur, nec sufficit quoad illud forum eligere dignum prętermissio digniore, aliàs peccabit, vt probatur in pręcitatīs iuribus, & tradunt eleganter Sanctus Thomas. 2. 2. quęst. 63. articul. 2. ad 3. & quęstion. 185. articul. 3. vbi quod qui quemquam ad Episcopatum eligit, non simpliciter ex ceteris meliorem tenetur eligere, sed quem ceteris magis idoneum ad animarum regimen nouit, & idem quodlibet. 6. articul. 9. & quodlib. 8. articulo. 6. vbi quod ad pręlationem, vel beneficium Ecclesiasticū, nō est eligendus melior simpliciter, sed is qui est melior ad illud officium ad quod eligitur. Caietan. in cōmentar. ad Thom. Florent. in 2. part. titul. 1. capit. 20. numer. 1. & in sua summa verb. acceptio. & in ientacul. 12. quęstion. 4. & in 2. 2. quęstion. 62. articul. 2. & Ioannes Maior in 4. sententiarum. distinct. 24. quęstio. 8. & 9. Adrianus in 4. in tractatu. de restitution. c. quia iam determinatum est, conclusionē. 1. Siluester verb. electio. 1. quęstio. 16. Dominicus à Soto plures referens libr. 3. de iustitia & iur. quęst. 6. art. 2. conclusio. 9. vbi etiā loquitur in electione pręlatorum Ecclesiasticorum

fiasticorum, idq; latius differit ac probat lib. 10. q. 2. art. 3. pag. 858. cum sequenti vbi quòd si in omnibus sacerdotijs, & præcipuè in habentibus animarum curam hoc necessarium est, quanto id magis necessarium erit in Episcopis præficiendis, vt pote quorum administratione tota salus spiritualis Christianæ Reipublice periclitatur: & Ledesmius in 2. 4. quæst. 18. arti. 2. fol. 252. col. 1. versu. his notatis, & probat latissimè Mercad. de *tratos*, y *contratos*, lib. 6. c. 17. in versicu. *cerca de las dignidades*, & c. vbi quòd idoneorem, & magis sufficientem & habilem omnium secundum statutas leges illius Ecclesie, vel beneficij, tenentur eligere ad Episcopatû præbendam, & cetera beneficia Ecclesiastica, & Ioseph. Angles. in suis floribus Theologicis. quæst. 2. par. in quæst. de cleric. restitutioni obnoxij, in 4. difficultate, versu. qui confert. pagi. 209. in fine. & nouissimè Petrus à Nauar. lib. 2. de restitutione. c. 2. nu. 121. cum sequentibus, vbi quòd omnes id fatentur, & latè probat soluendo ingentem difficultatem, quam contra id mouet, loquiturque in parochialibus beneficijs, & Episcopatibus, & nu. 174. quòd in Episcopatibus, quæ ex sola regis præsentatione prouidentur, nempe in Hispania, tenetur ipse Rex rationabili quadam diligentia, ex sibi oblati à secretario, vel ab eo, qui id officij, habet, explorandi scilicet digniores, eligere digniorem, nam licèt fiat alij meliores in regno, non tenetur rex omnes explorare, & indagare, id enim esset laboriosissimum, & sicut olim Episcopatus non conferebatur digniori totius regni, sed digniori ex illa Ecclesia, ita modo Rex non tenetur digniori suorum regnorum, sed digniori ex cognitis humana quadam diligentia, vel digniori eiusdem Ecclesie: quòd fortasse securius esset, & sine dubio iuribus magis conforme: qui verò regi idoneos offert suæ animæ consulat, ne quòs digniores nouerit silètio trãseat. Hæc ille, cuius in hoc opinio mihi placet seruatis seruandis, hoc est adhibita debita diligentia, & cõmissa cura explorandi digniores & meliores Ec-

clesijs quibus præficiendi sũt, licèt nõ meliores simpliciter vjris fidelissimis ac timoratis, & probatæ cõscientiæ, à quibus rex sibi consulat ac satisfaciat abesse omnem respectum humanum, & Deum solũ præ oculis haberi, omni timore, & amore postpositis, si hoc enim nõ sufficeret, plus quã homo rex deberet esse. Satis igitur est qd ipse obseruet, quòd moraliter potest in quãtũ homo, ad impossibile enim nemo obligatur. Curet igitur ipse rex. vt omnem possibilem in hoc diligentia adhibeat, vt omnipotenti Deo, per quem ipse regnat, vt in. c. 8. Proberuio. Nõ enim est potestas nisi à Deo. Paul. ad Roma. 13. placeat, ac munus suum fideliter exequatur: cor enim regis in manu Domini est, & quocunq; voluerit, inclinabit illud, Prouerb. c. 21. in principi. Hominis est animã præparare, & Domini gubernare linguam, & initium viæ bonæ facere iustitiã. Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius. Diuinitio in labijs regis in iudicio non errabit. os eius. Voluntas regum labia iusta: qui recta loquitur, dirigetur. Prouerb. c. 16. & Isaia. 32. Ecce in iustitia regnabit Rex, Principes in iudicio præerunt.

2 Sic facit Catholicus & prudētissimus Rex noster Philippus, totius Hispaniæ & Europæ dominator, qui in eligendis Episcopis, ac in pũsione Episcopatuũ, quorũ ipse verus patronus est, mirũ in modũ diligentia adhibet, ac haberi sepe sua instructione circũspectissimã prouidit vt quocũque nomine regio scribatur prælatis suorũ regnorũ, qui eũ suosq; Regios Cõsiliarios certiores reddat virorũ eminentiorũ, & huic muneri prælatorũ præficiendo. rum cõuenientiorũ, doctrina, moribus, omniunq; virtutum meritis ceterisq; requisitis in suis diocesisbus exillentiu, vt ab his digniores in prælatos eligantur, iuxta formam, & modum sanctissimum in d. regia instructione cõtentũ. O Christianissimum decretum, dignumque tanto auctore, profecto obseruatio ipsius securissimum in cõscientia reddet principem. Præterea, vt redeamus ad priora, quòd dignior ad beneficia Ecclesiastica

fit eligendus sub reatu peccati mortalis, & non sufficiat eligere dignū, omisso digno. c. tenet cæteri summiste in locis ordinarijs, & infinitos authores huius communis sententiæ refert Salon vbi supra, vers. oppositū, dicens eam tenere omnes discipulos D. Thomæ eāq; in seqq. pagināte probat, maximè in beneficijs curatis & limitās eā in tribus casibus pœnalibus nēpe ratione modici excessus inter beneficia vel inter personas, vel ratione beneficij vel muneris, qđ est exigui momenti, quia in his casib⁹ secūd. omnes peccatur tātū venialiter eligēdo dignū omisso digniori. Addit insuper, certū esse apud omnes electores nō teneri ad exquirendos per orbē digniores, sed ex eis quos habent in prōptu, & facile possūt nominare, debere eligere, & enostris Iuris Canonici p̄fessoribus, eādē sententiā cōmunē præd. sequuntur & absq; dubio probāt Ant. de Butri, nu. 1. Abb. n. 7. & 8. & cōmuniter DD. in d. c. cōstitutis de appellat. vbi Dec. n. 5. asserit esse cōmunē opinionē: sequuntur etiā Gome. in. c. vt animarū. n. 22. de cōstitu. lib. 6. & Palac. Rub. in repet. c. per vestras, de dona. inter virū. & vxorē. in 3. notab. §. 26. n. 12. Roch. de Curte vbi supra; late Casar Lamber. de iure patron. lib. 2. p. 1. q. 10. art. 3. testatur cōmunem D. Couar. in regu. peccatum. 2. p. §. 7. nu. 4. in vers. igitur iura humana, & D. Anton. de Padilla in. l. cum quidam. n. 19. ff. de legat. 2. & Molina de Hispan. primogen. lib. 2. c. 5. nu. 50. sequitur Greg. Lopez in. l. 5. tit. 15. in glos. digno. par. 1. & probat latissimè sex fundamentis plures alios DD. referens, & loquens in prouisione Ecclesiarum à rege faciēda D. Didacus Perez in. l. 2. tit. 6. lib. 1. ordinamenti, col. 253. cū sequentibus, & in beneficijs curatis dicit cōmunem Nauar. consi. 21. n. 1. de simonia, est cōmunis sētēt. Theolog. & Canonist. secūd. Flami. Paris. lib. 4. de resignat. benefi. q. 11. n. 35. cum sequent. Sicut etiā peccat, qui renuntiat in fauorem minus digni, omisso digniori, & perpēsa qualitate negotij mortaliter quidē, quia tenetur digniorem præficere secūd. cōmunē omnium sententiā, teste Flami. vbi supra,

nu. 39. plurimos in hoc allegāte, pro quo facit glo. 1. ad Timot. 3. super illud, Oportet Episcopū irreprehensibilē esse, inquit namq; illa glossa: Talis eligatur Pōtifex, cuius cōparatione cæteri grex dicātur. Ergo oportet in Episcopatu se per eligere meliorē, vt refert D. Thomas d. quolib. 8. art. 6. in princip. & Caiet. in sūma verb. electio. in prin. licet postea in versic. & hæc duo, & in versic. ex quib⁹ patet, aliud velit: sed Armilla aur. verb. electio. n. 3. sequitur Caiet. in priorilo co: quinimò idē Caiet. ad D. Thom. 2. 2. q. 185. art. 3. versic. tertio, idē probat, dicens qđ debet esse magis idoneus ad hæc, quā quicūq; ali⁹ possibilis haberi: alioquin vitiū acceptionis personarum esset, si ille alius possibilis haberi melior isto ad regimem postponeretur: & hæc est concors, & receptissima omnium sententia atq; verissima.

3 Dummodo intelligamus nō teneri quē quā simpliciter ceteris meliorē eligere, sed quē ceteris magis idoneū ad animarū regimē nouerit, qui possit Ecclesiā, & instruere, & defendere, & pacifice gubernare, secundū D. Thom. 2. 2. q. 105. art. 3. & ibi Caiet. Vnde D. Hieronymus super illud. 1. ad Titum, Et constituas per ciuitates presbyteros. tom. 9. habetur in. cap. Moyses. 8. q. 1. insurgit cōtra quosdā, qui non querunt eos in Ecclesia colūnas erigere, quos plus cognoscunt Ecclesię prodesse, sed quos plus ipsi amant, vel quoru sunt obsequijs de limiti, vel pro quibus maiorū quispiam rogauerit.

4 Et quanuis hæc ita præ se veritatem ferant, vt probatione nō indigeāt, nihilo minus ea primò cōprobantur, quoniā ex iure Ecclesiastica beneficia ex bonis cōmunibus populi, veluti stipendia instituta sunt, & præmia virtutis & literarum Ecclesię ministris proposita, ex hac ergo parte, & contra iustitiā distributiua, & commutatiua, fidem populo, & Ecclesiæ frangit, qui non optimum ei ministrum absque fraude, & dolo prouidet, ac proinde peccat mortaliter, vt probat Domin. à Soto vbi supra, & lib. 4. de iustitia & iure. quæst. 6. art. 3. ad 6. quem sequitur D. Couar. vbi supra, nu. 2.

Idem

- 5 Idem conuincitur, si mauiſ ſecūdūm
 Ledefmium vbi ſupra, quōd hęc ſacerdo-
 tia ſunt diſtribuenda ſecundūm vtilita-
 tem Eccleſiarū, quia illi prouētus, ſicut
 & dacia, ſunt inſtituti propter Eccle-
 ſias, & non propter conditiones mini-
 ſtrorū: at miniſter dignior eſt vtilior Ec-
 cleſiæ, ergo contra rectam rationē eſt, il-
 lo poſtpoſito, dignum eligere.
- 6 Secundō eadem ſententia probatur ex
 illo prioris ad Timoth. 5. Qui bene præ-
 ſunt preſbyteri, duplici honore digni ha-
 beantur: ſed dignior præeſt lōge melius
 digno ſimpliciter. Ergo ille eſt eligēdus,
 hoc prætermiſſo, nō verō è contra: vn-
 de colligitur quōd eccleſia habet maius
 ius ad digniorem.
- 7 Prætereā, & tertio, qui facit cōtra con-
 ſcientiā, ædificat ad gehennā: ſed præter
 mittēs meliorē, & conuenientiore Eccle-
 ſiæ, videtur facere contra conſciētiam,
 ergo peccat mortaliter ædificans ad ge-
 hennā. Deniq; & quartō ille, qui eſt pro-
 pinquior ad hæreditatem poſſidendam
 debet præferri: ſed Chriſto, cuius patri-
 monium poſſident clerici, & prælati, eſt
 propinquior qui eſt melior, ergo ad præ-
 lationes & officia eccleſiaſtica ſemper
 ſunt meliores eligendi.
- 8 Sed & noſtri ſcriptores in d. c. conſtitu-
 tis, allegāt p eadē ſentētia tex. in. c. ſi quis
 iuſto. §. porrò, de electio. in 6. vbi diſponi-
 tur, qd ſi quis habeat duas voces, vnā no-
 mine proprio, alteram alieno, nō poteſt
 vnum ſuo nomine, & alterū alieno elige-
 re. Cuius ratio eſt ſecundūm gloſſam ibi
 verbo nihil agit, & communiter ſcriben-
 tēs, quōd cum in foro conſcientiæ melio-
 rem eligere quis aſtrictus ſit, hæduę vo-
 ces ſunt inſeparabiles, cum nō niſi vnus
 cæteris melior eſſe valeat.
- 9 Hęc tamen ratio communis non om-
 nino ſatisfacit, quoniam deficit, vbi me-
 rita duorū, vel trium eſſēt aded. Qualia,
 vt diſcerni nō poſſet ab electoribus, quis
 melior aut idoneor ſit, tunc enim iuxta
 præd. rationem à ceſſatione illius videtur
 ſecurè poſſe eligi ab eo qui duas voces
 habet, vnum nomine proprio, & alterū
 alieno, & tamen eſſet contra deciſionē d.

§. porrò. idē ratio illa cōmunis tāquā, de
 ſectuoſa, falſa eſt atq; erronea cēſēda, ſe-
 cund. D. Molina vbi ſupra, nu. 52. qui nu.
 53. aliam verioreſ. ex Archid. aſignat, .
 quæ ad noſtrum propoſitum non ſpe-
 ctat, idē eam non referò.

10 Vterius pro eadem ſententia eſt opti-
 mus tex. in c. vt noſtrum, vt Eccleſiaſtica
 beneficia, ibi: Quia non ex affectu carna-
 li, ſed diſcreto iudicio debuiffi Eccleſiaſti-
 cum officium & beneficium in perſona
 magis idonea diſpenſare. ſed & alijs plu-
 rimis testimonijs certiffimis atq; fortiffi-
 mis fundamentis eandem conſuſionem
 probauit Soto vbi ſupra, lib. 3. de iuſti. &
 iur. q. 6. art. 2. & Didac. Perez, & Petrus
 à Nauar. vbi ſupra d. lib. 2. de reſt. cap. 2.
 nu. 121. cum pluribus ſequentibus, apud
 quos ſunt videndæ.

11 Tandem noſtra cōmunis ſentētia ho-
 die à ſancto Concil. Tridē. approbata eſt
 in electione Eccleſiarū parrochialium
 ſeſſio. 25. in decreto de reformatione. c.
 18. ibi: Peracto deinde examine renūtiē-
 tur quotquot ab his idonei iudicati fue-
 rint, ætate, moribus, doctrina, prudentia,
 & alijs rebus ad vacantem Eccleſiam gu-
 bernandam opportunis, ex hiſq; Episco-
 pus eligat quem cæteris magis idoneum
 iudicauerit, atque illi, & nō alteri colla-
 tio Eccleſiæ ab eo fiat, ad quem ſpecta-
 uerit eam conferre. Idem decreuit Pius
 V. Summus Eccleſiæ paſtor in ſua bullā,
 anni. 1566. 15. Calend. April. ſuper colla-
 tion. parrochial. Eccleſ. lata. Et quanuis
 tex Concilij præcitatus loquitur etiam
 in vacatione Eccleſiæ parrochialis per re-
 ſignationem, intelligendus eſt de reſigna-
 tione ſimplici, non autem in cōditiona-
 li, quæ fit in fauorem, vt fuit reſolutum
 per ſacram cōgregationem in tribus cauſis,
 vt refert nouiffimè Flamin. Pariſ. de re-
 ſign. benef. libr. 1. 7. quæſtion. numer. 7.
 & 8.

12 Dubium tamen in propoſito ſe no-
 bis offert, an cum Concil. Triden. in præ-
 citato decreto in prouifione Eccleſiarū
 parrochialium tantum loquatur, in ſu-
 per & ſimiliter bulla Pij V. an idem ſit
 dicendum in prouifione cæterorum

Rr 4 bene-

beneficiorum ecclesiasticorum; præter curata, & Episcopatus, nempe in canonicatibus, personatibus, & dignitatibus, cæterisque præbendis, & dimidijs præbendis Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, & in præstimonijs, & alijs simplicibus beneficijs, necne? & primo videtur dicendum in omnibus præd. beneficijs, & officijs ecclesiasticis, quia in eis omnibus ibidem idem non disponitur, & quia tantum agunt Concil. Tridenti. & bulla Pij V. de prouisione parochialium Ecclesiarum, non verò cæterorum beneficiorum ecclesiasticorum, in quorum prouisione illa forma concursus seruanda non est, sed per prælatum vel eum ad quem prouisio spectat absq; concursu & edictis ~~facienda~~ iuste aliàs est, sicut nec Concilium aut bulla loquitur de prouisione Episcopatum: & tamen certum est eos adhuc dignioribus esse prouidendos: igitur & regulariter cætera beneficia ecclesiastica, etiam non curata, prout credendum est Concilium Tridentinum, & bullam Pij V. dispositurum, si de eis loquerentur, prout Innocent. III. loquens in Cancellaria Ecclesiastica, & sic in beneficio non curato, decidit atque disponit in d. c. 1. vt Ecclesiastica beneficia, &c. & DD. præcitati, indistinctè loquuntur in omnibus beneficijs Ecclesiasticis, decedentes ea esse dignioribus conferenda, quod iura antiqua & patres docuisse videntur: igitur in omnibus beneficijs Ecclesiasticis idem seruandum erit per prædicta: quod enim non mutatur, quare stare prohibeatur? vt in. l. præcipimus. C. de appell. & in. l. facimus. C. de testament. cum similibus. Nihilominus tamen pro contraria parte facit, nam dum Concilium Tridentinum in diuersis capit. sola Episcopalia beneficia, & curata dignioribus esse conferenda decreuerit, videtur concessisse cætera beneficia ad arbitrium prælati distribui posse, præsertim, quia cum decanonicatibus loquitur sessione. 24. in decreto de reformatione. capit. 12. hortatur vt in prouincijs vbi id commode fieri potest, dig-

nitates omnes, & saltem dimidia pars canonicatum in Cathedralibus Ecclesijs, & Collegiatis insignibus conferatur tantum magistris, vel doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, vel iure Canonico: ergo necessario conferri non debent graduatis, & sic dignioribus, sed arbitrio superioris legitimi, quibus prouidendi sint, videtur relictum: at verò antiqua iura non ita plana sunt in beneficijs simplicibus, sicut in curatis, quæ si essent, vt est textus in d. capit. vnic. vt Ecclesiastica beneficia, vt vidimus, adhuc oppositum videtur introductum, & ipsemet Summus Pontifex præd. beneficia simplicia, nempe, canonicatus cæterasque præbendas atque præstimonias, & alia beneficia simplicia dignis prouidet, absque concursu, beneficia verò curata per præuium examen & concursum coram ordinarijs faciendum, & electione facta de digniori ab examinatore synodalibus vnius cuiusque diocesis, vt quotidie videmus: ex hoc igitur videtur abrogata constitutio dicti capit. vnic. in verbis supra relatis: præterea huiusmodi beneficia simplicia non videntur ex natura rei esse bona communia, & decertantibus debita, & ita nullam committi iniustitiam per acceptionem personarum, si dignioribus non conferantur, sed tota res commissa videtur Papæ, & Prælati Ecclesiæ, vt ipsi arbitrio suo prouideant bonos, dignos, & exemplares ministros, qui etsi non sint meliores, non tamen ociosi, & cum scandalo uiuant: quòd si aliud diceremus, omnes ferè prælati essent in statu damnationis, prouidentes præd. beneficia simplicia dignis, prætermisissis dignioribus, quæ acerbissima esset profectò sententia: quare his penè fundamentis Petrus à Nauarr. d. lib. 2. de restitutione. capit. 2. numer. 147. in hoc dubio respondet, sibi primo nunc videri non esse peccatum ista beneficia dignioribus denegare, modò tamen dignis conferantur: quod & tenet Salon vbi supra, statim post. 1. conclus. col. 1005.

Quid

Quid tenendum? Ego salua censura, & correctione sacrosanctæ matris Ecclesiæ, cui me in hoc, & in omnibus humiliter subijcio, hanc secundam partem probabilem esse arbitror ex prædictis: securius tamen existimo esse in omnibus beneficijs digniorem eligere, atque eidem beneficium etiam non curatum providere atque conferre, si tamen aliter fiat, dummodo digno, & benemerito beneficium non curatum conferatur, ac demum illi qui sit aptus ad munus suum, & non malus, credo conferentem non peccare mortaliter, nec ad ullam restitutionem teneri. Non loquor modo de canonicatibus lectionis sacre Scripturæ, Doctoralibus, nec Magistralibus, nec de illis beneficijs quæ 14 sunt de iure patronatus, & ad præsentationem patronorum sunt providenda, de his namque in inferioribus agemus nuncupatim.

13 Superest modò vt respondeamus ad glossas, quas supra in principio huius cap. adduximus, tenentes cum Hugon. vt licet dignior sit semper eligendus, sufficiat tamen si eligatur idoneus, & bonus: & dico q̄ præterquã q̄ illa sententia est falsa omnino, vt ex supradictis patet, & affirmat Petrus à Nauarr. vbi supra, numer. 133. illæ glossæ non sunt verè contrariæ, prout similiter non est contraria decretalis in contrarium allegata, sed in hunc sensum accipiendæ sunt, vt collatio beneficij, electio, & muneris prælatio valida sit, nec in foro iudiciali, nec in interiori animæ iudicio possit iure rescindi: non tamen ex hoc sequitur, præficiendum dignum omisso digniore, tutum esse atque immunem à peccato, quanuis electio ita valida sit, vt retractari nequeat, vt probat textus in d. capit. constitutis, vbi Abbas & cæteri hanc opinionem tenent: textus etiam in capit. quia propter, iuncto capit. cum in cunctis, de election. capit. nisi cum pridem. §. ne pro defectu, de renuntiat. atque ita profitentur diuus Thom. 2. 2. quæstion. 63. articul. 2. ad 3. & in dictis quodlibet. Siluest. & Adrian. vbi su-

pra, Dominicus à Soto libr. 3. de iustitiâ, & iure quæstion. 9. articul. 1. conclusione. 8. & latissimè Cæsar Lambert. vbi supra, lib. 2. part. 1. quæstion. 10. articul. 3. numer. 1. cum sequentibus: & hæc est communis opinio, secundum Didac. Couarruu. vbi supra, numer. 3. qui eam probat. Didacū Perez vbi supra, column. 255. versicul. vtrum autem, & alios allegans Petrus à Nauarr. lib. 2. de restitution. capit. 2. numer. 155. cum sequentibus. & hæc est magis cõmunis opinio, vt plures citans, affirmat Flaminus Parisius vbi supra, numer. 40. & est communis omnium ibi doctorum sententia, secundum Salon vbi supra, colum. 998. versu. obseruemus.

14 Quod procedit etiam si ante electionem, quæ de certis facienda est, denuntietur electoribus vt digniorem eligant, & à contraria electione, si facta fuerit, ab initio appellatum fuerit, vt cum Imol. & Franco in d. capit. constitutis, existimat tenendum esse in praxi aduersus Abb. & alios, quia aliàs omnes electiones maximum discrimen, & periculum paterentur, essetque locus mille litibus, quod non est permittendum. Procedit etiam si electores iuramentum de digniore eligendo præstiterunt, & quanuis dignum eligendo prætermisso digniore tunc temporis, sunt periuri, vt probauit Didac. Couarruu. post alios vbi supra, numer. 4. versiculo secundò probatur.

15 Sed cum electio de digno, omisso digniore, valida sit iuxta communem sententiam iure Canonico probatam, videtur esse impossibile peccare illum qui sic elegerit, cum Iuris Canonici auctoritate id fecerit: argumento. cap. qui peccat. 23. quæst. 4. aliàs enim Ius Canonicum animabus vinculum iniiceret, peccandique causam electoribus præberet: quod minimè est dicendum: quæ ratio adeò vrsit Perusinum in d. capit. constitutis, vt ex eâ contrariam sententiam sequutus fuerit.

Respondetur tamen huic difficultati, Iura Canonica non disponere prin-

Rr 5 cipaliter

paliter dignum esse eligendum, sed imò potius digniorem, vt in cap. licet ergo. 8. quæstio. 1. cap. 1. vt Ecclesiastica beneficia, &c. cum cæteris iuribus supra allegatis: si tamen de facto dignus eligatur, omisso digniore, concedunt, statuunt ac permittunt validam esse electionem, ac proinde non esse reuocandam, vt euitentur maiora inconuenientia, vt inquit glossa in d. capit. licet ergo, verbo, quæ præstantior, & probatur in d. capit. quia propter, de elect. & in d. capit. constitutis, vbi communiter DD. id notat. Cùm igitur hæc non sit præcisa Iuris Canonici dispositio, sed vnus mali permissio, 19 ne totus mundus litibus inuoluatur, & vt maiora etiam mala vitentur, & ad maiorem Reipublicæ tranquillitatem, consequitur vt eligens dignum prætermisso digniore, non minus à peccato liberetur, quàm qui publica lupanaria exercuerit, quæ etiã à Iure Canonico, vt maiora mala vitentur, permissa sunt, vel alia peccata commiserit: quod in electione loquens resoluit Decius in d. capit. constitutis, de appellat. num. 5. & D. Co- 20 uar. vbi supra, num. 3. & 4. atque D. Molin. d. c. 5. num. 55. id comprobans nu. 56. alio simili ex communi opinione, quæ habet, vt quauis Iure Canonico permis- 27 sum sit † contrahentibus se inuicem decipere intra dimidiam iusti pretij, ad lites sufferendas, vt probatur in cap. cum dilecti, & in cap. cum causa, de emptio- ne & venditione, hoc tamen in foro cõscientiæ licitum non est, quia is, qui con- trahentem secum, etiam intra dimidiam deceperit, peccat, canon enim aliud dis- ponens permissorius est, non verò iussor- ius, idèò à peccato non liberat, nisi de- ceptio intra dimidiam modica sit, vt te- 20 nent plurimi ab eo ibi relati: ergo idem dicendum est in specie nostra electio- nis: idem in præd. terminis læsionis in- tra dimidiam tenet, dicens, quòd omnes communi consensu ita sentiunt cum sancto Thom. Domin. à Soto. libr. 6. de iustitia, & iur. quæstion. 3. articul. 1. ad primum, versic. tertia tamè opinio, vbi inferius in versicul. sed alleget. forsan,

supra d. modo. respondet ad regulam d. capit. qui peccat, nempe vt illud intel- ligendū sit de lege iussoria, secus de per- missoria. Ille enim qui agit quod lex iu- bet, non peccat: secus de illo, qui agit quod lex humana impunè permittit, quia non omne illud permittit diuina, alioqui meretrices, quia lege permittun- tur, non peccarent: vnde Chrysostomus vt habetur in cap. hac ratione. 33. quæstion. 1. Quod permittimus, inquit, nolentes præcipimus, quia malas homi- num voluntates ad plenum prohibere non possumus.

Supradicta procedunt, nedum in ele- ctione ad prælaturas Ecclesiasticas, atq; prouisiones beneficiorum Ecclesiasti- corum, sed etiam in præsentatione cle- ricorum à patronis facienda ad bene- ficia sui iuris patronatus, tenentur enim huiusmodi patroni digniores semper præsentare sub præd. pœna peccati mor- talis, etiam si aliàs dignos præsentauerint omiſsis dignioribus, vt pleriq; ex supra- dictis authoribus probarunt, estque ve- rissimum ac receptissimum, & in præd. decreto Cõcilij Tridenti. approbatum, ibi: Is quem patronus digniorem inter probatos ab examinadoribus iudicabit, Episcopo præsentare teneatur, vt ab eo instituatur: loquitur tamen in benefi- cijs curatis, quæ per concursum, & præ- uio examine prouideri debent, iuxta for- mam Concilij: secus autem videtur di- cendum in beneficijs non curatis iuris patronatus, vt sunt capellaniæ, & alia be- neficia simplicia iuris patronat², in quo- rum institutione & fundatione aliud expresse cautum non fuerit, vt infra la- tius dicemus, numer. 28. † Verùm hac in specie illud obseruandum erit, Episco- 20 pum teneri instituere præsentatum à maiori parte patronorum, si dignus, & idoneus sit, etiam si præsentatus à mino- ri parte patronorum dignior sit: nec in hoc casu poterit Episcopus dignio- rem instituere, cum is verè præsentatus non sit, sed potius alter qui maiorem patronorum partem, eiusque suffragia habuerit: quod cenluit glossa verb. ma- ioribus,

ioribus in capit. 3. de iure patronat. pro intellectu illius textus, dum probat, illum esse præficiendum Ecclesie, qui maioribus iuuatur meritis, & plurimum eligitur, & approbatur assensu: inquit enim glossa præfata sufficere quod sit idoneus, dum tamen habeat maiorem partem, hoc enim, respectu patronorum eum presentantium, quoad validitatem presentationis, & ut reuocari non possit presentatio, sed omnino admittenda sit, & executioni mandanda in utroque foro, quanuis presentantes dignum omisso digniore peccent mortaliter, verum est, ut prædiximus: at verò respectu Episcopi debentis instituire, absolutissimum est, quod securè absque vilo peccato tendatur eum instituire, eo quod dignus sit, & presentatus à maiori parte, non verò digniorem, quia non est presentatus à maiori parte, ut debebat, ut doctores in d. capit. 3. de iure patrona. Bernardum ibi sequenti existimant Rochus: statim citandus, & Couarru. alios allegans vbi supra. d. §. 7. nume. 4. † Idem erit si patronus dignum Episcopo, omisso digniore, presentauerit, nam cum Episcopus reuocatur eum instituire secundum canonicas sanctiones, idè nullam contra hec culpam, si eum instituat secundum Caetanum in summa verb. beneficium Ecclesiasticum, & Ioannè Muorem in 4. sententiarum distinction. 15. question. 8. & 9. quos sequitur idem Couarruius d. numer. 4. versiculo tertio, &c. † Idem eadem ratione in confirmante dicendum est, quia cum sibi non constet, electum confirmandum indignum esse, potest eum securè confirmare; secundum Mercad. vbi supra, folio 209. versicul. del que confirma, &c. & Salon. vbi supra, column. 999. vbi quod est communis inter Thomistas, & quod si nollet confirmare, compelleretur per superiorem, & ante eos Caetan. in summa verbo electio, in versu. secus autem de confirmatore, vbi quod si plures sunt nominati, & liberum est confirmatori eligere inter illos in quem consentiat; tene-

tur inter illos meliorem ad hoc præferre, ut de electore dictum est eadem ratione: si verò fuerint plures clerici Episcopo presentati ab vno eodemque patrono, vel æquali patronorum suffragio, tunc temporis tenetur Episcopus, etiam in foro iudicali, nedum in interiori animæ iudicio, digniorem instituire, alioqui ab eo poterit dignior appellare, † & in apellationis instantia huiusmodi institutio de digno facta, prætermissa digniore, reuocabitur secundum Abba. in capit. cum autem, numer. 5. de iure patronat. & Rochum de Curt. alios allegantem de iure patronat. verb. honorificum quæstion. 15. numer. 46. Cardinal. & Imola. in Clementina plures, de iure patron. quos sequitur Gregor. Lopez in l. 5. in glossa digno, titul. 15. part. 1. per text. in capit. si facte. 63. distinctio. & Cæsar Lamber. de iure patron. libr. 2. 2. part. quæstion. 7. articul. 26. per totum & iterum in 3. part. 2. lib. quæstion. 5. articul. 1. per totum, licet hinc non agat de apellatione. Hæc tamen adiectio vltimam mihi non placet, nec communi præd. attenda, est tenenda: quanuis enim iuxta eiusdem iuris dispositionem Episcopus hoc casu digniorem Ecclesie præficere debeat iuxta omnium sententiam hodie probatam in d. capit. Concilij Tridentini, ibi. Cum vero institutio ab alio quam Episcopo erit facienda, tunc Episcopus solus ex dignis eligat digniorem, quem patronus ei presentet, ad quem institutio spectat. Quia ratione idem erit etiam dicendum, si ad Episcopum institutio pertineat, eidem que presententur æquali voce plures, quorum vnus idoneus sit cæteris. iuxta communem sententiam, alioqui malè vtetur officio Episcopus, ac proinde peccat mortaliter: attamen si idoneum contempto digniore ad sacerdotium elegerit, vel instituerit, non idè electio vel institutio reuocanda erit, ut prædiximus: & interminis institutionis de quibus agimus, contrarium probarunt Hostiensis, Ioannes Andreas, Antonius de Butrio, & Cardi.

& Cardinal. in d. capit. cum autem, & hæc opinio contra Abbat. vbi supra, communiter approbatur secundum Decium consil. 129. numer. 2. quem refert, & sequitur Cæsar Lamber. de iure patrona. 3. part. quæstion. 5. articul. 2. ad finem sibi contrarius: sequitur etiam ac magis communem profertur Didacus Couarruu. d. numer. 4. paulò post princip. & Didacus Perez vbi supra, colum. 255. versi. notum.

24 Hodie tamen Summus Pontifex Pius V. in præfata sua bulla, anno. 1566. lata super prouisione Ecclesiarum parochialium, circa prouisiones earundem per concursum faciendas, & examine præuio ab examinadoribus nominatis in synodo diocesana, iuxta formam eiusdem Concilij Tridentini, contrarium statuitur, siue beneficia parochialia iuris patronatus sint, siue libera, vt prouisio facta de digno, prætermisso digniore, per appellationem reuocetur, & Ecclesia parochialis magis idoneo conferatur, vt in d. bulla latius patet, sicque quoad prouisionem beneficiorum curatorum opinio prior Abbat. & sequacium probata est, in cæteris autem beneficijs Ecclesiasticis præter curata bulla loquitur, nec corrigit ius commune: in eorum igitur prouisione, quæ non habent curam animarum, seruanda erit magis communis sententia suprascripta, quia quod non mutatur, quare stare prohibebitur: vt in d. l. præcipimus. C. de appellation. & in d. l. sancimus. C. de testamentis, & quod electio ordinarij sit mandanda exequutioni, non obstante quacunque appellatione, decreuerat prius Concilium Trident. vbi supra.

25 Dubium tamen circa prædictam bullam forsan quibusdam insurget, dum inquit, quod appellatio à digniore facta de prouisione beneficij curati facta digno, non impediat, aut suspendat, quo minus electio per ordinarij primo loco facta interim debite demandetur exequutioni, & prouisus ab eadem Ecclesia, causa appellatione

huiusmodi pendente non amoueat, & si quis à sententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, istunc ad Sedem ipsam Apostolicam appellabit, an sicut prima appellatione pendente facta à digniore, electio ordinarij primo loco facta interim mandatur exequutioni, ita etiam sententia lata à iudice primo appellationis reuocatoria electionis ordinarij, qua iudex appellationis præfert digniorem, & amouet dignum iuxta formam eiusdem bullæ, exequutioni mandanda sit, non obstante appellatione electi ab ordinario, & sic ipse interim amouendus sit à possessione beneficij, necne?

Et profectò Summus Pontifex in præfata sua bulla hoc non expressit, sed videtur idem dicendum ratione equalitatis seruandæ in iudicijs, argumentò l. cum quidam. C. de fruct. & lit. expensis, & ne dignior deterioris sit conditionis, quam dignus: nihilominus tamen contrarium verius existimo, & tenendum, imò quod electus, & prouisus ab ordinario non debeat spoliari possessione sua propter sententiam iudicis appellationis secundæ instantiæ reuocatoriæ electionis ordinarij, imò in sua possessione primò electus debet esse ac permanere tueri ac defendi, donec literis exequutorialibus aliud definitum fuerit, & hoc primò quia hic electus, & prouisus ab ordinario habet titulum, & collationem atque possessionem per appellationem asserti dignioris non amouibilem, nec reuocabilem, vt ex eadem bulla retulimus, & expressè in ea cautur: is autem qui per sententiam iudicis appellationis, electo ab ordinario tantquam dignior præfertur, habet tantum ius quoddam, & hoc per appellationem secundam ab eadem ab electo interpositam siue legitime interponeda inidibile & suspensum, vt in l. 1. §. fin. ff. ad Turpilianum, & in l. vnic. ff. nihil nou. appellatio. pendens non autem habet titulum firmum ac perfectum: nec vllam possessionem, ergo præfertur in possessione prior electus ab ordinario, cum habeat

habeat titulum, & possessionem: argumento. l. quoties, cum materia. C. de rei vendicatione. Secundò hæc sententia deducitur ex mente præfatæ bullæ Apostolicæ, dum prouidet, vt electio ordinarij mandetur executioni, non obstante appellatione alterius asserentis se digniorem, sicque beneficio vacanti, dum lis agitatur, prouidet de pastore idoneo iudicio ordinarij electo, cui ordinario in hoc magis deferre voluit, & meritò Summus Pontifex, dum causa non est finita, quã iudici appellationis aliud præcipienti, à quo extiterit appellatum: quia in dubio lite pendente præsumendum est pro electione ordinarij, quod digniorem ministrum coadiutorem suum in cura animarum elegerit pensatis pensandis, sicut sibi est præceptum à sacro Concilio Tridentino & cum postea Summus Pontifex in sua bulla dicat, quod si quis à sententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad sedem ipsam Apostolicam appellabit, sicque simpliciter permittat ab ea posse appellari absque adiectione, quod exequatur interim sententia iudicis appellationis, sicut expressè cauerat executioni demandandam esse electionem ordinarij, non obstante appellatione alterius: ergo intelligitur, ac consequenter sensit Summus Pontifex, vt appellatio, secundum prædict. sit ac censeatur esse cum suis legitimis affectibus deuolutionis, & suspensionis, cum illos non remouerit, & de iure ita sit dispositum, cum quo se conformare visus sit, idèdque ad sedem ipsam Apostolicam appellandum. Secundo decreuisse conijcitur, quia interim prouisum extat pastore idoneo, beneficio curato, electo ac prouiso ab ordinario iudicio examinatorum misso in possessionem beneficij autoritate Concilij Tridentini, & eiusdem bullæ Apostolicæ. Tertio, quoniam ad minus ordinarius prouidit idoneum ac competentem ministrum, qui oues interim pascat atque custodiat: at ve-

ro, quòd prætermiserit magis idoneum, hoc sub iudice lis est, quantum prius iudex appellationis id iudicauerit, quandoquidem ab ipsius sententia supponimus legitimè esse appellatum: quousque igitur id ordine legitimo ac Canonico absolutum sit, hoc est per tres sententias conformes, non potest dici dignior prætermisus: & iniquum profecto esset plus credere iudici appellationis, suspensionis eius sententia per appellationem, quam ordinarij electioni ac prouisioni, qui autoritate d. Concilij Tridentini, & bullæ præfatæ: eiusque forma probata suum munus rectè executum fuisse præsumendum sit, cum ei plurimum intersit conuenientiorem ministrum proprijs ouibus præficere, sicque in dubio existimandum est fecisse. Accedit, & quarto odium spoliij, quod iura abhorrent: sed prouisus ab ordinario, ac in possessionem beneficij missus iustè possidet, non obstante appellatione alterius, vt in Concilio, & in dict. bulla: ergo lite pendente nec innouandum est, nec ipsa possessione spoliandus, quousque lis diffinitiuè ac irrevocabiliter finiatur. Non obstant adducta supra in contrarium, quia negamus, quòd hic assertus dignior, talis sit, quòd sicque id appareat tribus sententijs conformibus, vel saltem vna aut duabus in auctoritatem rei iudicatæ transactis. Insuper negamus, esse æqualitatem seruandam inter præfatos duos, quandoquidem prior, & sic electus ab ordinario, habet titulum, & possessionem, alter verò ius quoddam tantum ad beneficium ex sententia iudicis appellationis, idque per appellationem suspensum: magna igitur est profecto inter ipsos inæqualitas: regula autem d. l. cum quidam, loquitur in priuilegio, & prærogatiua vni litigantium concessa, nempe vt eo ipso concessum videatur alteri ad hoc vt eo vti quoque possit, vt ex eadem. l. patet: at verò nos non sumus in eo casu,

fu. Præterea l. illa loquitur in priuilegijs concessis circa ordinationem, & executionem iudicij: at verò in iudicij decisorijs, vt tenent ibi DD. præcipue Bald. numer. 4. versicul. quæro, vbi Salicet. numero. 2. versiculo concludamus, bene distinguit in proposito.

26 Ex superioribus iam clare liquet minus rectè existimasse Cæsarem Lambertinum de iure patronatus libro. 2: quæstion. 10. articul. 3. numer. 17. Patronum non obligari nec teneri ad præsentandum digniorem, sed satis esse si dignum præsentet, vt liber sit ab omni culpa, ex textu in d. capit. monasterium. 16. quæstion. 7. vbi probatur patronum posse nominare quem voluerit, modò is malus non sit: idem nouissimè tenet Petrus à Nauarra, libr. 2. de restitutione capit. 2. numer. 150. siquidem contrarium verius est, atque receptius, nempe vt licet præsentatio patroni, quoties fit de digno omisso digniore, valida sit atque ab Episcopo admittenda, nihilominus tamen si digniorem contemnat, peccabit mortaliter, tenetur si quidem inquirere diligenter, qui sint ad sacerdotia digniores, eosque Episcopo præsentare, vt ipsis beneficia patronatus conferant, vt ex suprascriptis patet, & in terminis tenet. Federicus de Senis consil. 95. Ledesmius, & Mercad. qui supra, & plerique ex præcitatjs, & doctor Couarru. Lambertinum in hoc reprehendens, ipsiusque in hoc sententiam falsam esse rectè asseuerans d. §. 7. numer. 5. versicul. 4. & doctor Molina lib. 2. de Hispanor. primogeni. capit. 5. numer. 69. vnde non bene Petrus à Nauarra vbi supra, citauit pro sua sententia contraria Soto & Couarru. vbi supra, cum ij potius teneant quod prædiximus, nec diuum Thom. 2. 2. quæstion. 85. articul. 3. cum ibi de hac materia minimè loquatur, sed de alia multum diuersa: citat etiam pro sua opinione Conciliū Tridentin. sessione. 24. capit. 9. de reformatione, quod tamen hoc non pro-

bat, sed tantum dicit quòd liceat Episcopis præsentatos à patrono, si idonei non fuerint, repellere cum, idem Conci. Trid. in loco supra citato potius contrarium probet vt vidimus, dicens, Is, quem patronus digniorem, & c. Non obstat. text. in d. capit. monasterium, nam intelligitur hoc modo, vt sufficiat præsentari à patrono dignum prætermisso digniore, ad effectum validæ nominationis, non tamen ad excusandum à peccato: ipsum patronum, qui digniorem potuit nominare vt prædiximus, & eum omisit. Vel secundo respondeo d. capit. monasterium, procedere, & loqui in eo tantum, qui ex proprijs facultatibus Ecclesiam vel oratorium instituit atque fundauit, hic etenim non tenetur digniorem eligere, sed sufficit, si idoneum eligat, quod glossa ibi verb. ne malus, & communiter scribentes sic resoluunt, teste Ludouico Molina vbi supra, sequitur Dominicus à Soto libr. 3. de iustitia & iure quæstion. 6. articul. 2. † Opinio tamen Cæsaris Lambertini contraria, & sequacium saluari potest in beneficijs simplicibus, prout sunt capellanæ de iure patronatus, & alia beneficia curam animarum non habentia, in quorum institutione, & fundatione, aliud expressè cautum non sit, in his etenim etiam si iuris patronatus sint, sufficit præsentare dignum vel idoneum omisso digniore, nec tunc peccabitur mortaliter, sicut nec peccare diximus supra in prouisione aliorum beneficiorum simplicium, præbendarum, & canonicatum, & præstimoniorum quæ iuris patronatus non sunt, eisdem rationibus, secus verò in beneficijs curam animarum habentibus iuris patronatus, in hæc etenim dignior præsentandus erit sub reatu peccati mortalis, sicut in cæteris beneficijs curatis quæ non sunt de iure patronatus, vt supra resoluiimus, cum in his nuncupatim loquatur sanctum Concilium Tridentinum præcitatum, & in eis militent rationes supra in fauorem digniorum adductæ, non verò in simplicibus, & ita in specie cum
Domini-

Dominicò à Soto limitat loquens in be-
nificijs curatis iuris patronatus, Petrus
à Nauarr. vbi supra d. numer. 150. ibi:
Quod limitat Sotus, nisi beneficium ha-
beret cūram animarum, tunc enim ini-
quissimum putat, vt dignior dimitta-
tur.

29 Vtterius erit nihilominus obseruādū,
consuetudinem immemoriam, & le-
ges regias de beneficijs patrimoniali-
bus loquentes, hoc est, vt beneficia va-
cantia in certis quibusdam Episcopa-
tibus, ciuitibus eiusdem atque origina-
rijs, & non alijs conferantur, prout in
Bürgenf. Calagurritanenf. & Palentin.
Episcopatibus contingit, vt cauetur
in l. 21. titul. 3. libr. 1. nouæ Collect. Re-
giæ, vbi forma seruanda in his electio-
nibus præfigitur: idemque seruandum
est in alijs locis, vbi eadem consuetudo
fuerit quòd beneficia sint patrimonialia,
vt in l. 23. eiusdem titul. esse æquissi-
mas ac iustas, vt probat Dominicus à
Soto libr. 3. de iustitia & iure, quæstion.
6. articu. 2. versicul. en nascitur, & tenen-
tur electores magis idoneum ex illis e-
ligere, secundum Mercad. de tratos, y con-
tratatos, libr. 6. capit. 17. foli. 205. column.
1. in versicul. si manda, & quòd sint ius-
ta dict. 11. probat etiam Ledesmius in
2. 4. quæstion. 18. articu. 2. versicul. 5.
30 & versicul. præterea ille, foli. 256. † vbi
quod cōferens alteri beneficium quàm
tali ciui, tenetur ad restitutionem
præd. ciuibus, & vni, si solus esset vnus
ciuis: sequitur etiam Petrus à Nauarr.
d. libr. 2. de restitutione capit. 2. numer.
165. vbi quid in cathedris, & collegio-
rum præbendis: non enim parui æstiman-
dus est ingenitus amor, quem quis ad
natiuum solum habet: præsertim quòd
licet possent nonnunquam inueniri
extranei meritis præstantiores, mul-
tum est Ecclesijs conducentius, vt am-
bitionibus, & litibus sibi molestissimis
obuietur: tum etiam quia laici, & vici-
ni videntes naturales loci præferri, &
ad beneficia admitti, filios suos ad stu-
dium mittunt, eosque multipliciter
edoceri faciunt in his, quæ ad sacerdo-

tium sunt necessaria, quia magis ido-
neus præfertur minus idoneo, secundum
statuta, & constitutiones illorum Episco-
patuum, vt pro sustinenda consuetudi-
ne immemoriam eorum circa beneficia,
quæ sint patrimonialia, considerauit Pa-
lac. Rubi. in tractatu de beneficijs vacan-
tib. incuria. §. 12. alia in fauorem eiusdem
similiter adducens: & vtinam de bene-
ficijs, saltem parrochialibus, quibus an-
nexa est animarum cura, easdem. 11. vbi
que faceret Ecclesia, quod in Concilio
Tridentino summo omnium consensu
consultatum fuit, secundum Dominic. à
Soto vbi supra, quod esset sanctissimum
secundum D. Couar. in practic. quæstio.
capit. 35. numer. 5. ad finem. & capit. 36.
numer. 3. versicul. olim, ibi, Hoc ipsum
fieri, & c. & D. Azeued. in l. 14. & 25. nu-
mer. 9. & in l. 21. titul. 3. libr. 1. nouæ Col-
lect. Regiæ. † Quare decisum extat in
d. l. 21. vt nullus à Summo Pontifice lita-
ras Apostolicas impetret ad præd. bene-
ficijs patrimonialia in derogationem
præd. laudabilis consuetudinis, ac impe-
tratis vtatur, quousque in Consilio rega-
li videantur, & licentia præstetur eis vt-
tendi, de quo latè per Palac. Rub. & Co-
uarr. vbi supra d. vers. olim.

31 Ex quibus deducitur primò, eisdem
prope rationibus sanctè, & iustissimè in-
dulsisse Summum Pontificem ad instan-
tiam & supplicationem nostri Regis
Hispaniæ ac capitulorum Ecclesiastico-
rum Ecclesiarum Cathedralium horum
regnorum, eisdem, vt in vnaquaque ea-
rum primò vacatura præbenda canoni-
catus prouideretur Magistro in sacra
Theologia, ad prædicandum Euange-
lium Dei, & altera Doctori vel Licen-
tiate in vtroque vel altero iurium, ad
defendendum iura, & causas Ecclesiæ: id
quod in tota Hispania exequutioni tra-
ditum est abhinc plus centum annis;
quo præd. indultum à Sede Apostolica
emanauit: de quibus præbendis Magistra-
libus, & Doctoralibus fit mentio in Con-
cilio Tridentino sessione 25. capit. 5. in
decreto de reformatione, & Concilio
prouinciali Compostellano Salmanticæ
habito

habito, actione. 2. decreto. 39. & vt experientia docet, maximam vtilitatem ac honorem ex eo Ecclesiæ horum regnorum consequuntur, præcipuè quando electio eorum iustè, & sic de digniore fit, prout debet: ac proinde Reges Hispaniæ, tãquam iustum ac sanctum indultum huiusmodi totis viribus obseruari volunt, ac omnino eidem derogari prohibent, vt cauetur in l. 25. titu. 3. lib. 1. nouæ collect. Regiæ.

Quinimò & sapissimè hos canonicos Magistrales, & Doctores, tãquam dignissimos, & meritisimos ad maiores dignitates, hoc est ad Ecclesias ipsas gubernandas, promouent, ac Summo Pontifici ad prælatos earundem præsentant: de quo præ alijs meritò laudandus venit noster maximus Monarcha, ac inuictissimus Rex Philippus. I. Hispaniarum, qui nunc prosperè ac feliciter regnat, & vtinam regnet plurimis annis, is, inquam, pro sua in omnibus summa religione, cum sibi semper curæ sit digniores Ecclesiæ præficere, plures ex canonicis in præfatis præbendis Magistralibus, & Doctoralibus ad id munus exequendum euehit: & ad eò iusta est lex Pontificia, siue indultum Apostolicum supradictum, vt electores qui præbendam Magistralem, aut Doctoralè alijs quàm in sacra Theologia Magistris, vel Doctoribus, siue Licentiatis in vtroque vel altero iurium respectiue cõtulerint, teneantur illis ad restitutionem, vt probat Ledesmius vbi supra, fol. 253. colu. 3. versu. 3. & versu. 4. & fol. 156. versu. præter eà, vbi quòd sunt iustè similes leges, & fol. 254. versu. 7. idem concludit in obtinente huiusmodi præbandem dandam Doctori Theologo, qui per mendaciũ affirmans se esse talem, cum verè non sit, eam consequutus est, nam hic quoq; tenebitur Doctori Theologo resignare, & restituere præbendam: adde tu, cum fructibus perceptis, & percipiendis, cũ sit malæ fidei possessor, & idem in obtinente præbendam Doctori iuris perito dandam, per mendaciũ, vt in Theologo debita dictum est.

35 Secundò deducitur, iustas itidem esse leges huius regni, quæ prohibet exteris cõferri beneficia, & pensiones Ecclesiasticas super eisdem beneficijs horũ regnorum, sed tantum regnicolis ac eorũ originarijs, & naturalitates alijs concessæ reuocantur, vt in l. 14. & sequen. tit. 3. lib. 1. nouæ Collect. Reg. vbi nouissimè conciuis noster Azeuedo plures rationes cõgerit pro iustitia earundem legum.

36 Tertiò infertur, iustè defendi posse, ac literis executorijs regalis Cõcilij obseruari iussum esse statutum fundamentale auctoritate sedis Apostolicæ roboratũ Ecclesiæ Cathedralis Placentinæ, quo cauetur, vt seruitores chori oriundi ex ciuitate vel diocesi assumantur, & promouentur ad præbendas, & dignitates pro tẽpore vacantes eiusdem Ecclesiæ, vt in terminis quoq; probauit incola eiusdem ciuitatis, in d. l. 14. nu. 11. Itaq; in terminis d. statuti non sufficit, qd sit de seruatoribus chori pmouendus, nisi sit naturalis, & idoneus neq; qd sit idoneus de ciuitate vel diocesi, nisi sit de seruatoribus chori idoneis ibi existentibus, nec quòd sit naturalis, & de seruatorib' chori, nisi sit idoneus. Itaq; seruator chori naturalis non idoneus, ea qualitate quæ requiritur à Concilio Trid. & synodali Cõpostellano, hoc est, gradus, nõ præfertur alij seruatori eiusdẽ chori qualificato, vt præfertur, nõ naturali imò hic illi præponendus erit, vt accepi in Rota cõclusum in vna Archidiaconatus de Medellin, pro Licentiato Parra, Canonico Doctorali eiusdẽ Ecclesiæ non naturali, contra alios Canonicos d. Ecclesiæ, oriundos ex eadem ciuitate, nõ tamẽ graduatos, me in partibus patrono existente pro d. Licentiato Parra.

37 Quartò hinc est, iure defendi posse, validam esse conditionem fundatoris beneficij vel capellaniæ iuris patronatus, tempore eius creationis appositã, qua cauetur, ordinetur ac stabiliatur, vt patroni semper nominent ac præsentent clericum ex suo genere ac parentela ad præd. beneficium seu capellaniam: quod etiam comprobatur ex his quæ latius nos adduximus consi. 1. nu. 1. & consi. 2. nu. 3. vbi citauimus

citauimus ad hoc Concil. Trid. sess. 25. in decreto de reformatione. c. 5. incip. Ratio postulat, vbi oēs qualitates in fundatione appositę iubentur ad vnguem obseruari, ad id vt aliter facta prouisio, nulla ac subrepticia sit, & in terminis post nos idem probauit concilius noster in d. l. 14. nu. 13. vbi etiam allegat Cęsar. Lābert. quem & alios nos vbi supra citauimus: sed & eandem sententiā sentit prius Ioan. Maior vbi sup. in 4. dist. 15. d. q. 9. asseuerans, Ecclesia ab aliquo constructa, doteq; congrua eius ministris constituta, ea lege & conditione, vt ad Ecclesię ministerium electio, nominatio, & presentatio fiat ex certo genere, vel instituētis familia; semper digniorem presentandum fore Episcopo, vt eum instituat, & clausulam à primo institutore additam tunc obseruandam esse, cum plures sint dignitate æquales, quo quidem casu locus erit gratiæ & liberę nominationi. Bene igitur sentit ac præsupponit Maior his verbis, presentandum debere esse ex illo genere & familia à fundatore præceptis: dum tamen exprimit, esse digniorem ex illo genere presentandum, eius sententia vera est, ac proinde patronus inspecta materia subiecta sub pœna peccati mortalis tenebitur digniorem ex illis Episcopo presentare, vt probant Federicus de Senis d. conf. 95. & Mercad. vbi supr. nec non & Salon in loco infra numero 40. citado. Quod si Maior voluit digniorem esse nominandum, etiamsi non sit ex illis, quos fundator Ecclesię nominari & præfici mandauit, eius opinio admittenda non est, vt in specie probauit Dominic. à Soto, quem refert ac sequitur D. Couarru. vbi supra, dict. §. 7. numer. 5. vers. quinto, potuit enim, qui Ecclesiam instituit, iuste legem hanc institutioni addere, idcirco seruanda erit, modò satis dignus possit ex eo personarū genere Ecclesię præfici, & secundum Couarr. vbi sup. Præd. tamen sententiam Maioris, dum habet, in hac specie digniorem ex genere & familia à fundatore explicitis presentandum esse,

veram esse insuper intelligo, ex illis, qui in qualitatibus à testatore requisitis, nēpè in gradu cōsanguinitatis, & ordine, & cęteris sunt pares, tunc enim meritò vt dignior presentandus sit, sub pœna peccati mortalis, quamuis presentatio de digno, omisso digniore, sit in vtroque foro valida & seruanda, vt prædiximus, præterquàm in beneficijs curatis, in quibus à digniore cōtempto potest appellari iuxta latius supra dicta: attamen si dignior sit remotior, cū fundator proximiorē præferendum esse decreuerit, vel etiā sacris non initiatus, cum presbyteros, vel saltem in sacris constitutos præferri voluerit, aut prætereà alijs qualitatibus requisitis ab eodem fundatore defecerit, quāuis sit cōsanguineus eiusdem, dignus autem reperiat ex eodem genere & familia propinquior & ordinatus, vel cum alijs qualitatibus requisitis, tunc eadem ratione existimo hunc esse presentandum ac præferendum, non verò digniorem, iuxta voluntatē fundatoris omnino seruandam, vt prædiximus, cum ea in specie perinde iudicandū esse videatur, ac si dignior nō esset de præd. genere & familia, quando quidem paria sunt esse cęteris qualitatibus requisitis deficientibus, & nō esse, cum in idoneo eadem reperiantur, & in terminis in legato relicto cōsanguineis pauperibus, quod præferatur propinquior pauper remotiori, pauperiori tamen aut maiorætatis, tenet Corduba in sua summa de casis de conscientia, quæstione 72. in princip. allegans Cęsar. Lambert. vbi limitat in casu particulari, de quo ibi per eum.

Cęterum nihilominus conditio illa fundatorum, qua facultatem & potestatem concedunt Episcopis, & patronis successoribus, vt cōferant cui digno voluerint Sacerdotia vel præbendas ab illis institutas ac dotatas, relicto digniore, vel esto quod sit dignior, non sint alstricti ad eligendū eum in conscientia, nō est valida nec sufficiens, cum sit contra legem diuinam & humanam, &

¶ contra

contra rationem iustitiæ distributiæ, quæ habet, vt beneficia Ecclesiastica prouidenda sint dignioribus, & licet fundatores possent nõ instituere, iam quod instituunt, id debent facere conformiter ad leges, vt in. l. nemo potest. ff. de legat. 1. & in terminis ita cum Ioann. Maior. vbi supra, in 4. distinctione 24. quæst. 3. tenet Ledesmius in. 2. 4. quæst. 18. artic. 2. fol. 156. in versiculo sed quia diximus, &c. quod probo: contrariam tamen omnino sententiam fundat & latè probat Salon vbi supra, in cap. seq. an ad beneficia sit eligendus dignior, colum. 1010. cum sequentibus, estque probabilis, ac proinde excusabit in conscientia. Ex supra dictis insurgit dubitatio, duæ vacant Ecclesiæ, vel beneficia, quorum vnum vberius est altero: pinguius verò nullam habet animarum curam, alterum autem, quod fructibus est sterile, eandem habet annexam, vel plures habet sub se parocicos, plusquam doctrina indigentes: verbi gratia: Ecclesia Tolitana & Granatensi simul vacantibus, illa locupletissima est, hæc autem pauperior, habet tamen multos ex Mahometis neophitos: itidem & sunt duo Sacerdotes, dignus, & dignior, quomodo sunt hæc duæ Ecclesiæ, vel præbendæ, siue beneficia prouidenda? Et in hoc Ledesm. vbi supra, asserit probabilius esse quod digniori detur pinguius beneficium, ex illo Pauli priori ad Thimot. 5. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: ergo maior honor dādus est digniori. Nec obstat, quod secūdum hoc malè prouidetur Ecclesiæ, fieretque iniuria, si vbi magis indiget, vt est in cura animarum, præficatur minus dignus, & vbi minus indiget, præficatur dignior, nam negatur antecedens, quia ille dignior qui præficatur beneficio simplici, vel minus indigenti, est etiam minister Ecclesiæ vniuersalis, eique administrat, ad quod habenda est ratio, & ideò magis præmiandus, quia laborat in vniuersali Ecclesia, verbo & doctrina, & vitæ sanctimonia. Dominic. autè à Sot. lib. 3. de iustitia & iure. q. 6. artic. 2. vers.

hinc exurgit, in hac eadem specie respondet contrarium, nempe semper habendam rationem publicæ necessitatis, ad quam nos Christiana charitas astringit, ideoque animarum curam digniori esse commendandam, ibiq; respondet authoritati diui Pauli superius in contrarium adductæ. Quid tenendum?

Ego profectò huic opinioni Dñic. à Sot. potius accedo, quàm contrariæ Ledesmiij, tum ex eo qd publica vtilitas præferenda sit priuatæ, vt sunt iura vulgaria, tum etiam, quia, vt ipsemet Ledesm. supra non semel probauit, prouentus Ecclesiarum sunt Ecclesiarum, & non ministrorum digniorum, licet sint ad illū finē conducēdi: id quæ etiam prius resoluerat idem Sot. vbi sup. d. artic. 2. & latè Nauar. in manuali Latino c. 17. nu. 72. & 73. ergo dato hoc concursu, potius prouidendum est Ecclesiæ egentiori, & sic curatæ, & magis curatæ de digniori ministro, quàm huic pinguiori non ita digniore indigenti. Ex hac igitur maxima Ledesmiij, quæ vera quidem est, conuincitur, veram minimè esse eiusdem authoris præfatam sententiam, quam in præsentī dubio pronuntiauimus, quasi hæc duo inter se repugnantiam quandam habere videantur: nec responsio Ledesmiij ad difficultatē cōtra suam sententiam obiectam, mihi satisfacit, nec concludens est, quoniam etsi dignior, qui iuxta suam opin. præfici debet beneficio seu Ecclesiæ pinguiori, minus in indigenti dicatur ac censeatur per hoc interuire Ecclesiæ vniuersali, hoc tamen verum est: non quidem præcipuè de per se, sed per quandam consequentiam, quatenus hæc Ecclesia particularis est membrum Ecclesiæ vniuersalis, & sic quod principaliter fit attendendum est, & ita meritò hæc nostram sententiam post hæc scripta, probauit indubiè Salon vbi supra, in d. 3. cōtrouers. col. 1003. in princip.

42 Superiora omnia de digniore eligendo ad Ecclesias & beneficia Ecclesiastica, procedunt etiā eisdem rationibus in electione & prouisione munerū publico.

publicorum secularium atque Reipublicæ magistratum, officiorumque gubernationis, & administrationis iustitiæ, ex quibus totius Regni regimen, Ecclesiasticumque ac secularis status moderatio plerumque pendet: & probatur præterea ex tex. in auth. vt iudic. sine quoquâ suffragio. §. eos autem, collat. 2. ibi, Honestiorum quosdam administrationem dirigere: & iterum ibi, Testimoniū habēs quidē quia sit optimus: tex. in auth. de defensor. ciuit. in princ. vers. interim. ibi, Sed inuicem vniuersi nobiliores, vbi gloss. verb. nobiliores, inquit, notabiliores esse eligendos, quam ibidē scribentes sequuntur. l. ad subeūda. C. de decur. tion. lib. 10. ibi, Dignissimi meritis & facultatibus, Thomas Grammaticus cōs. 6. nume. 11. l. 1. tit. 4. libr. 2. nouæ collectio. regie. per totam: siue etenim hæc publica munera conferantur, vt onera Reipublicæ, quæ priuati ad eius ministerium subire tenentur, vel vt bona & honores ipsius communitatis, vtroque casu peccatur digno conferendo, & omisso digniore: priori quidem, quia conferens non seruat illam iustitiæ, & rectitudinis rationem in regimine communitatis, qua vti debet, erga ipsam rempublicam, cum teneatur digniorē muneribus publicis præferre, vt in d. c. licet ergo, & in e. vnico, vt Ecclesiastic. benef. & in c. vilissimus. 1. quæstio 11. posteriori autem casu peccat Princeps communitatis aduersus iustitiā distributiua, iuxta quam tenetur Reipublicæ honores & bona subditis distribuere, secundum cuiusque dignitatem, vt dignior digno, melior bono in his assequendis præferatur, vt ex Aristotel. libr. 5. ethico. cap. 3. probauit in nostris terminis D. Covarru. vbi supra, per totum illum §. 7. & præcipue numer. 3. & ante eum idem tenuit D. à Soto. libro 4. de iustitia & iure, quæstio 6. articulo 3. pagina. 338. colum. 1. ad finem, in vers. idem affirmatiuè, & D. Molin. de Hispan. primo gen. libr. 2. cap. 5. numer. 66. & Didacus Perez vbi supra, colum. 257. versiculo hinc infertur, vbi q̄ si aliter fiat, non est

restitutio facienda prætermisissis: sequitur etiam Mercad. vbi supra, fol. 209. ibi: *¶ porque casi*, vbi optimè declarat Principem teneri prouidere optimos ac rectos iudices, aliàs peccare, ac ad restitutionē damni illati teneri, si sciens defectum, vel inhabilitatem iudicis, eum præfecit officio, vel si non adhibuit debitam diligentiam, ac informationem ad id necessariam non fecit vt sciret, aliàs secus, ibique sigillatim enumerat conditiones & partes, quibus bonus iudex constare debet: eandē sententiā latē probat nouissimè Salon de iustitia & iure, fol. 63. articulo 2. controuers. 9. & ita est tenendum, tametsi Caietan. in summa verb. electio. versiculo electio secularis, atque Armilla aurea verb. electio, numero 5. teneant in secularibus officijs sufficere dignum eligere, et si dignior prætermittatur, eorum tñ opinio in hoc non videtur vera, nec tuta ex supra dictis, & in specie id testatur D. Molin. d. nu. 66. in princip.

43 Circa supra dicta omnia obseruandū erit, dignū, & idoneum, cui beneficiū Ecclesiasticum, vel munus publicum collatum fuerit, prætermisso digniori, in animæ iudicio tutum esse ac posse iustissimè id possidere, tametsi qui cum illi præfecerit, peccauerit mortaliter omittendo digniorem, vt resoluunt scribentes in 4. distinctione 15. præcipue Scotus & Ricard. & Ioann. Maior. ibi, quæstio 8. & 9. diuus Thom. & Caiet. 2. 2. quæstio 185. articulo 3. D. Covarru. in regul. peccatum, 2. parte. §. 7. num. 4. in vers. ex his autem, & ante eum Dominie. à Soto lib. 3. de iustitia & iure, quæstio 6. arti. 2. versicu. contra hæc tamen, & Didac. Perez vbi supra, colum. 255. versiculo dignus autem: dicunt enim diuus Thom. & ceteri, quod ex parte eius qui assumitur, non requiritur, quod reputet se alijs meliorem (hoc enim esset superbum, & presumptuosum) sed sufficit quod nihil in se inueniat, per quod illicitum ei reddatur assumere prælationis officium.

§ 2 Eligens

44 Eligens autem indignum ad Ecclesiam, præbendam, dignitatem, vel aliud Ecclesiasticum beneficium, vel publicum officium, omisso digno, tenetur ad restitutionem, non quidem digno prætermisso, cum nullum ius considerabile ad beneficium illud, seu munus publicum prætereundum possit, sed Ecclesie vel Reipublice, cui ex electione indigni ipsum damnum verè & propriè illatum est. Prouisor enim tenetur per iustitiam commutatiuam dignum Ecclesie, vel Reipublice ministrum prouidere: contrarium igitur prouidens, hoc est indignum, tenetur Ecclesie vel Reipublice restituere quod prædiximus. Secundò, quia vt non semel diximus, redditus Ecclesiastici, atque officia publica sunt quidem principaliter instituta in vtilitatem, & seruitium ipsarum Ecclesiarum & Reipublice respectiuè, atque sunt ipsarum, non verò solùm stipendia ministrorum, quamuis in eum finem, vt digniores ministri eligantur constituta sint: damnum igitur obueniens ex electione mali ministri, ac indigni, ipsis Ecclesijs ac Reipublice contingit, non verò ministris dignis omisis, qui magis dicuntur certare de lucro omisso, quam de damno emergenti: at verò Ecclesie & Reipublice, quibus indignis ministris prouisum extat, propriè agunt de damno sibi contingente euitando in restitutione hac obtinenda, igitur ipsis restitutio facienda erit, non verò dignis omisis, qui nullum ius considerabile prætereundum possunt: quod si adhuc aliquod possent ratione impediementi consequutionis beneficij, vel officij sibi facti, ab electore vel prouisore, adhuc Ecclesie, vel Reipublice, cui damnum præcipuè illatum est, est fortius, maius ac considerabilius, quare id præferendum, quia duobus in solidum idem damnum restituere non tenetur. Tertio, hæc sententia optimò simili confirmari potest, nam si pater familiaris eorum suum ad conducendum operarios mitteret, ille autem illos studio conduceret, qui non essent ad operas

idonei, omisis idoneis, restituere profectò damnum teneretur, non illis idoneis, quos omisit, sed domino, cui damnum dedit: ergo ita Episcopus vel alius prouisor conferens Ecclesiam, beneficium vel officium indigno, relicto digno, ei non tenebitur ad restitutionem, sed Ecclesie vel Reipublice, quam læsit, idcirco deberet indigno alium coadiutorem suis expensis dare, vel alia ratione prospicere, vt damnum illi in detrimentum animarum datum alleuiaret. Similiter si respublica dat Regi, aut Duci pinguem pecuniam, vt conducat milites ad bellum, Dux autem cõducit ignauos, prætermisis fortibus, clarum est, Regem vel Ducem illum iniuriam facere, & ad restitutionem teneri, vt oēs fatentur, non quidem strenuis militibus, sed Reipublice; ergo idem est dicendum in reipublica Ecclesiastica. Accedit vltèrius. Papa constituit Episcopos Duces Ecclesie: Episcopi autem eligunt ministros indignos, tenebuntur quidem ad restitutionem Episcopi, non quidem dignis ministris, sed Ecclesie. Quarto, bona Ecclesiastica hoc est ipsius redditus, non sunt nisi stipendium pro illis, qui conuenienter ei seruiunt: at hi ministri omisi, quantumcumque digni, non administrauerunt, nec Ecclesie seruiunt: ergo nihil eis debetur, sed Ecclesie pro ministro digno conducendo, vel pro damno sibi euidenter dato aliter satisfaciendo: & in terminis hæc sententiam in eo, qui ex crassa ignorantia, vel sciens Ecclesiam, vel beneficium, munus ve publicum indigno contulerit, tenet Adrianus in 4. in tractatu de restitutione, cap. quia iam determinatus est, versiculo secunda conclusio. Dominicus à Soto libro 4. de iustitia, & iure, quæstione 6. articulo 3. ad sextum, versiculo, ex his ergo, vbi quoddam huic sententiae communis animorum conceptio applaudit, & eam latissime probat aduersus Caietan. Palud. & Siluestrum tenentes, digno prætermisso hac in specie faciendam esse restitutionem, Ledesmius in secundam quarti, quæst.

quæstio. 18. artic. 2. fol. 253. versi. nihilominus alia est opinio. & Mercad. libr. 6. de contract. cap. 17. fol. 208. col. 2. versic. *lo segundo*, vbi quod omnes concordant quod ex indigni præsentatione peccatur mortaliter, & ad restitutionem tenetur cum præsentans omnium propè vel quasi reddituum beneficij vel officij, & tandem sequitur communem opinionem cõtra alios in eo; quod restitutio hoc casu fieri debeat Ecclesiæ, nõ verò digno prætermisso, sequitur etiã Ioseph. Angles in suis floribus Theologicar. q. in 2. p. titulo de clerico restit. õbnox. pagin. 209. colum. 1. & Petrus à Nauarra libr. 2. de restitutione, cap. 2. numer. 120. & 132. & ex nostris eandem sententiã tenent Anchar. in Cle. 1. in fine de ætate & qualitate. Felinus in cap. si quando, nu. 7. de rescript. Ioan. Lupius de Pala. Rub. in repetitione c. per vestras, notab. 3. §. 26. numer. 11. de donat. inter vir. & vxor. & eos referens D. Couarr. d. §. 7. num. 2. Nauarrus in manu. Latin. cap. 17. numer. 72. & 73. D. Molin. de Hispan. primogen. cap. 5. nume. 57. versic. q. quando, & c. imò secundum ipsũ Petrũ à Nauarra vbi supra, numer. 154. & 155. & 164. collatio facta indigno est nulla in vtroque foro, & quod appellatione in foro exteriori priuabitur beneficio, qui probatur indignus, imò damna alia ex tali electione sequuta tenetur resarcire: & idem cum Mercad. probat in officio publico iustitię, vt in auditoribus Regijs, perquisitoribus, iudicibus, & rectoribus, & c. vt si eligatur indignus, peccet mortaliter eligens, & ad damni restitutionem teneatur, & q. cõferens indigno, vel procurans, vt indignus promoueat ad beneficiũ Ecclesiast. absque dubio peccet mortaliter, tradit cum alijs Flamin. Paris. vbi supra, d. lib. 4. de resig. ben. quæst. 11. nume. 37. Sic etiam resignans in fauorem indigni peccat, & hæc est verior & communis opinio, vt pluribus allegatis resoluit & latè eam probat, respondens contrarijs

fundamenti Flamin. vbi supra, num. 34. cum seqq. Si tamen fortassis ex indigni nominatione & prælatione nullum damnũ Ecclesiæ, aut Reipublicæ postea immineat, quippe qui varijs ex causis commodè & prouidè officium gesserit, adhuc peccabit elector mortaliter, vt in c. hi quoscumque. 1. quæstione 1. & probat latius D. Couar. vbi supra, nu. 2. paulò ante fin.

Superest modò hic examinare illam egregiam ac difficilem quæstionem, an eligens dignum, prætermisso digniore, teneatur ad restitutionem, & damni satisfactionem ipsi digniori faciendam, necne? Ecclesiæ namque in dubium est, q. non sit faciendam, cum eidem dignum præposuerit ministrum, nec aliquod damnum, saltem considerabile, eidem intulerit: sed quod digniori omisso teneatur ad restitutionem, probant Caiet. 2. 2. quæstione. 62. articulo 2. ad quartum, versiculo ad confirmationem; & in summa in verb. acceptio, Paulud. in. 4. distinctione 15. quæstione 2. articulo 2. conclusionem 4. & Silvester verb. restitutio. 3. quæstione vltima, & nouissimè Petrus à Nauarra. lib. 2. de restitutione, cap. 2. numero 140. cum sequentibus: quæ opinio. 1. fundatur, quia elector vel Episcopus tenetur hoc Sacerdotium, vel officium publicum digniori dare: ergo non satisfacit, nisi id vel saltem æquiualens dederit, vt patet. Secundò comprobatur præfata opinio, ex eo quod Episcopus tenetur ex iustitia distributiua facere quod commune bonum, id est, dignitas Ecclesiastica aut beneficium sit proprium dignioris: ergo ad id tenetur, vel æquale, & sic ad restitutionem. Præterea qui obligatur ex bonis communitatis mihi dare centum, nec dat, cum ea dare possit, infert mihi damnum in centum, & per hoc iustitia commutatiua violatur, siquidem supposita distributionis lege, ex qua mihi centũ debentur, qui hæc mihi cum possit, & teneatur, non dederit, iustitię cõmutatiuę refragatur, auctore

D. Thom. 2. 2. quæstione 62. articulo 1. ad 3. igitur ad restitutionem tenetur ratione violatæ iustitiæ commutatiuæ, sicut oēs fatētur. Tertio, quia paria esse vidētur ab aliquo auferre quod suum est, vel ipsi non dare quod ei debetur. Sed qui digniori nō dat Ecclesiam, dignitatem, Sacerdotium, aut munus, & res communitatis, quæ ei debentur, negat rem debitam ei soluere: ergo tenetur ad restitutionem, ac si ab eo abstulisset, quod propriū erat. † Quarto, & fortassis peremptorie quoniam, vt scribunt sanct. Thom. 2. 2. quæstione 62. articul. 2. ad quartum, & Siluest. verbo restitutio, 3. quæstion. vltima, & communiter alij Theologi, vt fatetur Ledesmius in 2. 4. quæstione 18. articulo 2. folio 253. versiculo sed contra, impediens, ne detur beneficium digniori, tenetur ei ad restitutionem: ergo ad eandem quoque tenebitur, quia potuit & tenebatur ei conferre, & non contulit, sed digno. Quinto addit Nauar. vbi supra, numero 144. aliam rationem, quæ sibi valida videtur, nempe, iustitia omnis est, dare vnicuique, quod suum est: ergo, qui quamcumque iustitiam lædit, aufert à proximo, quod suum est: sed quicumque abstulit à proximo quod suum est, in conscientia restituere tenetur: ergo non conferens digniori beneficium, eidem ad restitutionem tenetur. Quinimò quod non solum digniori omisso, sed etiam Ecclesiæ sit in hac specie facienda restitutio, probat latissimè Salon de iustitia & iure in 2. 2. D. Thomæ, quæstione 63. articulo 4. controuerf. 3. in 4. conclus. colum. 1115. cum seqq.

49 His tamen non obstantibus, contrariam sententiā defendo, ac probo tamquam veriolem & in praxi conuenientiolem, quæ eligentibus dignum prætermisso digniore respectu restitutionis non faciendæ fauorabilis est ac potior, nempe vt quamuis hi peccent quidem mortaliter ita eligendo, cum teneantur digniori conferre, si ad id ad-

uerterunt, vel sua negligentia, vel culpa, diligentiam conuenientem ac necessariam ad id sciendum facere commiserunt, vt est prædictum: nihilominus tamen ad nullam restitutionem faciendā teneatur digniori prætermisso. Primo, quia si restitutio in hac specie faciendā esset, non alia contingeret ratio, quàm quod digniori damnum illatum fuerit in re sibi debita: hæc tamen ratio in proposito non concurrat, quia ipsa tantum obtinet, quando damnum alicui fit in re propria, vel sibi debita vt propria, non autem ei debita vt cōmuni: † res autē debita vt cōmunis, non est propriè nec verè debita, præcipuè cum debeatur ad vtilitatem communitatis, vt contingit in beneficijs & publicis muneribus, nam vt inquit sanctus Thomas 2. 2. quæstione 16. articulo primo ad tertiū, alio modo debetur alicui quod est commune, alio verò quod est proprium: at verò Princeps, vel alius prouisor conferens digno, prætermisso digniore, Ecclesiam vel publicum munus, seu Sacerdotiū, quod ei debitum erat, solum peccat respectu dignioris aduersus iustitiam distributiua, quia est acceptor personarum, digniori non concedens ex bonis communitatis, quod iuxta eius dignitatem ei potius quàm digno debitum erat, at obligatio restituendi non procedit à iustitia distributiua, sed à commutatiua, secundum diuum Thom. 2. 2. quæstione 62. articulo 1. in corpore quæstionis: igitur in nostra specie prouisor non tenetur ad restitutionem. Ex qua deducitur optima doctrina in proposito, nempe eam esse differentiam inter iustitiam distributiua, & iustitiam commutatiua, † quia illa agit de distribuendis bonis communibus, alicuius nempe communitatis, inter eos, qui eiusdem sunt communitatis: hæc autem, id est iustitia commutatiua, agit de bonis priuatis vnicuique, cuius ea propria sunt, dandis, sicq; eō tendit, vt vnusquisq; habeat à priuatis

à priuatis & particularibus, quod suum est, vnde prior iustitia, id est distributiua, constituitur respectu communitatis ad priuatos, posterior verò, id est commutatiua, respectu priuati ad priuatum, sicut prius docuit Arist. lib. 5. ethicorum cap. 5. & post eum sanct. Thom. 2. 2. quæstion. 61. articul. 1. Florent. in. 4. parte suæ summæ titul. 5. cap. 2. & 3. in quo cæteri Theologi communiter cõfentiunt, & sequitur D. Couarru. in d. regula peccatum 2. parte. §. 7. numero. 1.

Et in terminis hanc secundam partem principaliter probat & tenet Adrianus in 4. sententiarum, in tractatu de restitutione, cap. quia iam determinatum est, & Dominic. à Soto libr. 4. de iustitia & iure, quæstion. 6. articu. 3. ad sextum, versicul. posterior conclusio est, &c. & lib. 10. quæstion. 2. articu. 3. ibi, Reliqua loco citato, & hanc dicit proculdubio benigniorem & fortassis veriore, & potiore apparere in re adedõ controuerfa & dubia, & in praxi conuenientiore D. Couarru. vbi supra, numer. 6. sequitur Nauarr. in manual. cap. 17. nu. 69. Mercad. d. libr. 6. de tract. & contra. ct. cap. 17. fol. 208. colum. 2. in vers. *tambien ay opinion, &c.* eandem sententiam latè probat Ledesmius vbi supr. fol. 252. in fine, vers. 2. conclusio, vbi fol. sequenti latè eadè defèdit, ac respõdet fũdametis Caiet. in cõtrariũ adductis & alijs, quæ pro sua opinione etiam adduci poterãt, sequitur etiam Ioseph. Angles in suis floribus Theologic. quæstion. 2. parte, titu. de cleric. restit. obnox. fol. 209. col. 1. eundem sequitur Anton. de Padilla in l. cum quidam, nume. 18. ff. de legat. 2. & probabilis videtur secund. D. Molinã lib. 2. de Hispan. primogen. cap. 5. nume. 57. in princip. & D. Spino in suo specul. testam. glos. 18. princip. n. 9. & 10. & Nauar. in cons. 2. n. 2. de simonia, & nouissimè Ludou. Carb. de restit. q. 30. concl. 4. & pleriq; ex supra dictis satisfaciunt, vt prædiximus, fundamentis contrariæ partis, quibus serè ex adductis pro hac secunda respondetur. Sed quod magis

vrget pro contraria, est doctrina sancti Thom. supra adducta in responsione ad tertiu, & tamen ei sufficienter satisfieri videtur, dicendo quòd procedit & loquitur, quoties præcipuè agitur de bonis communibus distribuendis in eos, qui communitati subsunt, & eius membra sunt, iuxta cuiusque dignitatem & portionem, tunc enim fortassis iam ad iustitiam commutatiuam pertinent, si detur alicui minus quàm debitum sit, id circo locus erit obligationi restituendi, vt explicat Caieta. 2. 2. d. quæst. 62. articu. 1. sed in nostra specie non agitur de bonis Ecclesiæ, vel cõmunitatis distribuendis, saltem principaliter, sed de Sacerdotijs & Magistratibus ac muneribus Ecclesiæ, vel Reipublicæ, ad eius regimè & vtilitatem conferendis, vbi ex praua munerum collatione, præcipuè Ecclesia vel Respublica læditur, ei que damnum infertur: quod non contingit vbi digno magistratus, vel beneficium confertur, atque idedõ nulla obligatio restitutionis in hac specie dari potest. Sed quod magis me diu anxium habuit hac in re, est quartum fundamentum contrariæ partis, nempe alia doctrina eiusdem sancti Thomæ & communis, quæ habet, quòd impediens ne detur beneficium, vel officium digniori, tenetur ad restitutionem illi faciendam: ergo & prouisor: cui responderet Soto, & Ledesmius vbi supra, negando consequentiam: quia etli qui malè eligit, violet commutatiuam iustitiam aduersus Ecclesiam, nihilominus qui capax est Sacerdotij vel officij, & ad illud idoneus, habet ius peculiare petendi & procurandi, quinimò & possidendi, si ei conferatur, & ob id qui contra hoc ius illum obtinere conantem impedit, iniustitiam ei facit, & tenetur ei ad restitutionem: sed meo iudicio melius dicerent, quòd elector conferendo digno, prætermisso digniore, solum peccare videtur contra iustitiam distributiua, sed quia malè nõ distribuit, quia digno contulit, quamuis possit,

vt tenebatur melius distribuere conferendo digniori, licet peccauerit ex hoc mortaliter, non tamen tenetur ad restitutionem; quamuis si proprie peccaret contra eandem iustitiã distributiã malè distribuendo, hoc est cõferendo indigno, teneretur ad restitutionem, vt est prædictum: & ita sunt intelligenda quæ supra diximus, asserentes simpliciter ad restitutionem teneri, qui peccat contra iustitiã distributiã: at verò qui impedit digniorem à cõsequutione beneficij, peccat quidem contra iustitiã cõmutatiã quoad impeditum, ergo merito quòd ad restitutionem ei teneatur per supra dicta: sed de his infra latius agemus;

Non obstat quinta ratio Petri à Nauarra, quia ipse confundit iustitiã distributiã cum commutatiã, intelligens, vtriusque transgressionem obligare ad restitutionem, quæ est cõtra doctrinam sancti Thom. & cõmunem Theologorũ, vt vidimus. Præterea verissima est doctrina, quod beneficia Ecclesiastica sunt instituta principaliter in vtilitatẽ & seruitium Ecclesiarum, licet secundariò in præmium & stipendium bene meritorũ, vt etiam prædiximus, & probat ibi Nauar. vbi supra, nu. 126. dicens num. 153. Præcipua institutio est, vt Ecclesia haberet idoneos ministros; minus tamen principaliter sunt etiam vt præmia proposita: sed eligens dignum prætermisso digniore nõ tenetur Ecclesiæ, cuius sunt redditus Ecclesiastici, & in cuius fauorem sunt principaliter à populo instituti secundum omnes: ergo nec digniori prætermisso: si enim alicui esset restitutio faciendã, id esset Ecclesiæ. Huic non quia ei fuit prouisum de ministro digno, ergo nec illi, cui nihil sublatum fuit: & inquit Magister Petrus de Aragon in 2.2. diui Thom. quæstio. 62. arti. 2. vers. sed dubium est, pag. 202. cum seqq. quòd præd. 2. opinio Soti, & sequacium sit probabilis, quantũ ad illa beneficia, atque officia quæ sine oppositione distribuuntur, opinio verò contraria lógè probabilior & sibi certissi-

ma de cathedris & beneficijs, quæ oppositione obtinentur.

Sed quamuis hæc rectè se habeant, considerent summopere electores in quàm manifesto se cõstituant periculo eligendo dignos, omisis dignioribus, quãdoquidẽ adhuc sub iudice lis sit, an ob id teneantur ad restitutionem: pars si quidem negatiua quæ eis fauet, non est constituta, nec adeò certa, quin bonæ mentis hominibus maximè timendum sit, ne forsan ad restitutionem teneantur: caueant igitur ne se huic periculo exponant ac iniiciant, sed omnia rectè secundum Deum & proprias conscientias gerant, inquirendo prout melius potuerint, quis sit dignior, eiq; prælaturas, Sacerdotia, ac munera publica incunctanter atque seuerè conferant, omni alio humano respectu postposito: hæc nãq; prout tenentur, faciendo, securè se habebunt, ac apud Deum & homines merebuntur.

54 Sed quamuis eligens dignum, omisso digniore, nõ teneatur ad restitutionem iuxta supra proximè dicta, prælatus siue alius prouisor ob violatam distributiã iustitiã, vbi alia electio occurrerit, accuratiorem rationem habebit illius dignioris prætermissi: quod maximè præstabit pro securitate conscientie prælati huiusmodi, siue alterius electoris, vt aduertit Soto libr. 4. de iusti. & iure quæst. 6. art. 3. vers. aut tamẽ, & c. quam opinionem, eo tacito sequitur Ledesmius vbi supra, fol. 253. colum. 1. circa finem, ibi, Verum est tamen, & Sotum citans D. Molin. vbi supra, d. n. 57. in vers. sed quamuis.

55 Supra dicta tamen sententia quæ habet, vt eligens dignum omisso digniore, non teneatur eidem ad restitutionem, limitanda forsan erit, nisi edictũ propositum fuerit, quo promittatur beneficij collatio illi, quem digniorem esse constiterit, prout in electione canonicatum Magistralium, ac Doctoralium, vel etiam Cathedrarum, seu præbendarum collegij effici solet, tunc enim videtur, cum, qui digniorem neglexerit,

ad

ad damni restitutionem eidem teneri: hic namque non solum iustitia distributiva, sed etiam commutativa violatur ob non adimpletam promissionem: quia ex huiusmodi edicti propositione quidam contractus vltro citroq; obligatorius inter digniorem & electores resultat, quem electores tenentur precise obseruare, prout in simili subhastatione, in qua promittitur q̄ res dabitur plus offerenti, concludit Bart. communiter receptus in l. licitatio, in princip. num. 4. ff. de public. & vectig. nam quando iustitia commutativa violatur, absolutum est, illam violantem teneri ad restitutionem, vt prædiximus, estq; communis Theologorum sententia, vt resoluius: & in terminis hanc limitationem probauit D. Molina vbi supra, nume. 57. in vers. hæc autem limitanda sunt, dicens perpetuo menti tenendum; vidit namq; viros doctissimos hoc non rectè percepisse, quod & nos iam itidè vidimus: nihilominus tamen vera mihi videtur, & tenenda præfata de qua agimus, limitatio, tum ex supra d. ratione, quæ profecto sufficiens videtur: tum etiã, quia cõtrahentes tenentur adimplere in foro conscientie, licitum contractum, sicut & in contentioso, prout est ille, quod digniori conferatur præbèda, quinimò & iustissimus: & in obligationibus facti, succedit obligatio ad interesse, vt in l. stipulationes non diuiduntur, vers. Celsus, cum materia. ff. de verborum obligat. ac proinde idem dicendum erit in animæ iudicio, vt contrahens non adimplens promissum, teneatur secum contrahenti ad restitutionem eius quod sua interest ob non impletam fidem promissam, & ad damni illati ob id resarcionem: si enim qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, vt in cap. fina. de iniur. quod late exornat Petrus Surd. conf. 12. nume. 40. & ob id eligens indignum, ad restitutionem damni illati Ecclesie tenetur, vt supra resoluius; ita qui promisit digniori conferre præbèdã, si id non adimpleat cum posset, tenebitur ad restitu-

tionem. Præterea hæc eadem limitatio probatur ex doct. sancti Thom. 2. 2. q. 62. articul. 1. ad 3. quam supra adduximus pro corroboratione sententiæ Caietani tenentis, eligentem dignum prætermisso digniore teneri eidem ad restitutionem. Fauetur etiam eadem pars extraditis per Nanarr. in simili quæstion. in manual. Latin. cap. 17. nu. 69. in princip. ibi: Itaque habebat acquisitum aliquod ius imperfectum, quod appellant ad rem, per iustam promissionem, &c. vbi hoc casu impediens alterum à consequutione beneficij, ad restitutionem eidem teneri resoluit: quinimò eandem limitationem probauit generaliter in quocumque beneficio, quod per cõcursum siue examen prouidetur, stãte lege, vel statuto, vt digniori detur, Bartholom. à Medina in sua instruction. cõfess. in 7. præcepto. §. 32. fol. 167. cuius opinio. sequitur Aragon vbi sup. & nouissimè Ludouic. Carb. de restitutione quæst. 30. in 4. conclus. in fine, & conclus. 12. & rursus post 13. conclus. versic. ex quibus, nec non & Salon de iusti. & iure vbi supra. Sed tamen obstare videtur, quia sequeretur inde, quod cù omni iure teneatur elector eligere digniorè, & cù præcipuè id caueatur in Bulla Pij V. sup. citata in prouisione Ecclesiarum parochialium per concursum faciendam, aded vt omissus dignior possit à prouisione digno facta appellare, & constituto de maiore idoneitate prætermissi, sit reuocanda prouisio & electio de digno facta ab ordinario, vt ibi expressè cauetur, ordinarius eligens dignum prætermisso digniore, ad restitutionem, præter peccatum mortale ab eo ob id admissum, teneretur, cùm id non exprimatur in dict. Bulla, & summum Pontificem non lateret esse in hoc opiniones, & tamen in eo nihil disposuit, remanere igitur videtur res in dispositione iuris communis, & sic sub prædicta opinionum controuersia, in qua vt vidimus, negatiua verior videtur, & tenenda. Respondeamus tamè, opinionè Bartholom. à Medina, & sequacium restringendam esse ad

Si 5 legem

legē edicti, quo cauetur digniori seu magis idoneo conferendum esse beneficiū, & sic in beneficijs quę per concursum & examen prouidentur, quo sensu sustineri poterit, quia concurrat cum sentētia D. Molin. rectē sup. probata: quam etiam probauit nouissimē Petrus à Nauar. libr. 2. de restitutione cap. 2. nu. 178. & 179. dicens, quoduis beneficium, Cathedralā, Collegiaturā, Canonicatū, & præbendā, quę confertur concursu & edicto, omnes venire volentes vocante, sine dubio bonum esse cōmune venientium, & digniori ex iustitia propriē & strictē reddēdum. Sed contra illam iam se offert difficultas, quod taciti & expressi idem est iudicium. l. cum quidam, cum simil. ff. si certum pet. item alia iuris reg. obest, quę habet, quod expressio eius, ꝑ quod tacitē inest, nihil operatur, vt in. l. 3. cum similibus. ff. de legatis. 1. Sed sic est quod secund. iuris diuini, ac humani dispositionem electores tenentur Ecclesijs, & reb^o publicis digniores ministros eligere, vt satis superque ostēdimus, & nihilominus conclusimus ob omissionem dignioris, admissio digno, ad restitutionē eos nō teneri, ergo nec etiam si in edicto id exprimat: quid enim, obsecro operatur hæc expressio, quandoquidē idē subintelligebatur etiā si ipsa non fieret? Adhuc tamen vera videtur & rectē procedit præcedens limitatio probata vt supra. Non obstat difficultas obiecta, quoniam regula illa, taciti & expressi, &c. procedit in his quę tacitē veniunt ex natura cōtractus, non verò extra istos terminos, secund. Ias. in. l. cum quid, numer. 5. ff. si certum pet. Secundò respōdeo, quod licet illud quod tacite inest, si exprimat per modum dispositionis, non possit operari damnum & grauamen, bene tamen potest commodum & fauorem operari: ita Ias. in. l. 3. num. 44. ff. de legat. 1. Præterea regul. illa procedere potest, vbi aliter quam in sit non sit expressum, & vbi expressum alio respectu quàm tacitum ad plus obligat. At verò in specie nostra illa expressio eius, quod tacitē à

iure inerat, fit per contractum vltro, citroque, obligatorium inter electores & digniorem oppositorū vt prædiximus, sicque aliter vel alio modo exprimitur, quàm inerat: qua ratione transgressio cum iam sit iustitię commutatiuę, obligat ad restitutionem, quam non inducebat iustitia distributiua, quę violabatur ex sola iuris transgressione: itaque expressio in proposito alio respectu quàm inerat in tacito plus operatur.

58 Illud tamē pro consolatione animarum fidelium timoratae conscientię, atque pro auferendis scrupulis addere libuit, nempe non esse statim peccatum timendū ab eo, qui dignum eligit, omisso eo, qui aliquo modo dignior videbatur, quando meritorum excessus non est tantus, vt videatur ad multum referre; nec enim Deus cogit nos tam anxie personas explorare, sed secundū prouidentiam pro rei qualitate & conditione, vt probat Dominicus à Soto lib. 3. de iustitia & iure, quęst. 6. arti. 2. vers. at verò. ibi, Mox neq; &c. quod sequitur ac probat D. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 5. numer. 74. addens hoc verum sibi videri, dummodò id bona fide, & absq; dolo factum fuerit: aduerto ego, hoc cum rectitudine obseruandum esse, nec enim huius pretextu quisquam arbitretur, statim ob id à peccato liberum ac immunem esse, meritis oppositorū non pensatis, prout debet, si reuera excessus notabilis in omisso sit, sed tūc demum cum prudenter ac boni viro arbitrio id fit, seruatis seruandis, licet in altera parte omissa aliquis, minimus tñ excessus adesse videatur: non enim semper ad oculum patet excessus punctualis, nec facillē dignosci potest. Habeat igitur vnusquisque suam cōscientiam in iudicem, cui relinquendum est, an notabilis, vel minimus excessus adsit in vno plusquam in altero, & videat ne cum amor, aut odium aliter iudicare faciat, quam rectos & timoratos viros sentire fas est: quod si munus ad quod persona; eligitur, exigui momenti sit, nō censetur peccatū mortale digniorem

rem prætermittere, secundum Dominic. à Soto vbi supra proxime eum citauimus d. versat. verò.

Vno tã casu licet absq; peccato eligere dignũ, omisso dignissimo, nẽpẽ cum hic dignissimus eligi non potest, sunt enim tres in quos suffragia ferri debent, dignissimus, medius, & infimus, si ego eligerem dignissimum, nec ipse, nec medius eligeretur, sed infimus, me autem accedente ad medium, ipse vincet, tunc enim eidem consentire possum, licet, ac decet, ne infimus eligatur, etiam si iure itrando me astrinxerim eligere digniorẽ: intelligitur enim huiusmodi iuramentum inter posibles & in electione opus vanum, non est opus charitatis: omnesque idẽ leges ad mores prudentiæ iudicio sunt applicandæ: cessante autem hoc, vel simili casu, semper eligendus est dignior, & nunquam indignus, etiam si conlitterit illum à reliquis omnibus optari, quoniam talis non nisi per nequitiam obruditur, cui nullo colore fauendum est, neq; assentiendum, vt omnia hæc probat ac sequitur Dominic. à Soto d. libr. 3. de iustitia & iure, quæst. 6. art. 2. in 9. conclusionẽ, in vers. sequitur post hæc, vbi exemplificat in electionibus Religiosorum, & Canonicorum de prælato faciendis, vel Ecclesiarum de publico cathedrę prælectore, sequitur Petrus à Nauarra lib. 2. de restitutione cap. 2. num. 159. & est commun. Theologorum sententia, secund. Salon de iustitia, & iure in 2. 2. sancti Thom. q. 63. art. 2. controuers. 4. col. 1022. & in col. sequent. refert alium casum, nẽpẽ in electione prælati, vel gubernatoris, à pluribus faciendã inter duos oppositores, vnum dignum, & alterum digniorem, nam si videam plures electores inclinare in dignum prætermisso digniore, nullum peccatum est in isto casu eligere dignum: secus si electio fiat de aliqua cathedra, vel Canoniatu, vt ibi bene probat. Sed quia sæpissime meminimus de digno, digniore & indigno, vt dignior digno præferendus

sit in electione & prouisione, tam Ecclesiarum, quàm præbendarum, aut Sacerdotiorum & munerum Republicæ, & indignus nullo modo prouideatur, necessarium, & opportunum duximus hĩc videre quis dicatur & sit dignus, dignior, & indignus. ¶ Qua in re obseruandum erit, quod idoneus siue dignus in proposito dicitur, & est ille, qui habet qualitates ad beneficium vacans necessarias, videlicet, etatem legitimam, literarum scientiam, morum honestatem, & ordinẽ necessarium: text. in cap. cum in cunctis, in princ. & in. §. inferiora, de electione, in cap. eam te, & in cap. prætereã, de etate & qualitate, c. si pro clericis pauperibus, de præbend. lib. 6. concil. Triden. sessione 7. cap. 1. & sessione 22. cap. 2. & 4. docet Lambert. de iure patronat. 1. part. lib. 2. artic. 1. q. 10. princip. Selua in tractatu de benef. in. 3. p. q. 5. numer. 1. volum. 15. tract. diuers. Doct. nos quoque conf. 2. numer. 22. vbi hæc adduximus, & tenet Ledesmius in 2. 4. q. 18. articul. 2. vers. tertio est considerandum, & Mercad. d. libr. 6. de *tratosy contrat.* cap. 18. fol. 205. & seqq. vbi refert qualitates requisitas in Episcopo eligendo, & ad Sacerdotia curata, item & præbendas & cetera beneficia simplicia, & Dñic. à Soto lib. 10. de iustitia & iure q. 2. art. 3. vers. quæ autem, & requisita in Episcopo, præter charitatem, ad tria quæ sanct. Thom. refert, reducit, ¶ quæ sunt instituere plebẽ fide & moribus, & ab hereticorum, aliorumq; periculis, qui mores peruertit, defendere, ac demũ pacificẽ gubernare, nam scopus gubernationis est, pax mentium & corporum: hac enim ratione Dei filij suum retinẽt nomẽ: Beati enim, inquit, pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Sed & supra d. conclusionem ad literam probauit in prouisione Ecclesiarum parochialium per concursum faciendã, idem Concil. Trid. sessione 24. in decreto de reformatione cap. 18. illis verbis: Peracto deinde examine, renuntientur quicumque ab his idonei iudicati fuerint, etate,

656 **Canonica. Quæst. D. Ioan. Gutierrez**

ætare, moribus, & doctrina, prudentia, & alijs rebus ad vacantem Ecclesiã gubernandam opportunis.

- 63 Dignior autem, siue idoneor, est ille, qui cæteris aptior, & magis utilis est ad beneficium, cui præficitur, vt probatur in d. sessione 24. cap. 18. sacri Concilij Trident. ibi, Ex hisq; Episcopus eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, docet D. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 2. Dominic. à Soto libr. 3. de iustit. & iure, quæst. 6. art. 2. D. Couarru. in reg. peccatum 2. parte, §. 7. num. 4. versu. dignior verò, Ledesmius vbi supra, ibi, secundo est magnopere, fol. 251. vbi resoluit, omnia hæc esse estimanda arbitrio prudentis viri: nos quoq; diximus dict. consil. 2. nume. 22. † & quod qui expedientior & aptior ad munus pastorale fuerit, eligendus sit necessariò ad Episcopatum, & præstantior Ecclesiæ tribuendus, probat Dominicus à Soto dict. lib. 10. de iustitia & iure, quæstione 2. articul. 3. per totum.
- 64

Indignus autè est ille qui non habet qualitates prædictas ad beneficium necessarias, vt constat ex prædictis supra dictorum.

- 65 Illud tamen menti semper est tenendum, in proposito digniorem, vel idoneorem non simpliciter dici illum, qui doctior sit, vel qui sanctior, sed eũ, qui iuxta munus, cui præficiendus est, aptior eius ministerio apparet, quandoq; enim qui sanctus vir & bonus est, aptior, & diligentior est ad Ecclesiam vacantem gubernandam viro sanctiori, qui non ita diligens est, nec aptior ad regimè illius Ecclesiæ, quare huic præferendus ille erit, vt sanct. Thom. præcipuè in dictis quodlibet. & cæteri Theologi passim docent, quos sequitur Couarr. vbi supra, dicens idem seruandum esse circa doctrinam & eruditionem, nam frequentissimè, qui doctior est, non ita conuenit muneri publico, sicut alter qui doctus est, & doctrinam habet satis sufficientem ad munus, quod ei confertur: enim verò

licet occurrat vir literis clarissimus, & prudentia conspicuus, est tamen venerator, vel alijs implicitus negotijs, de quo non est tanta spes quòd prædicabit aut gubernabit secundum suas dotes, vel fortè etsi sit optimè moratus publicis tamen est negotijs ineptus, huiusmodi profectò hominibus ille præferendus est, qui licet huiusmodi dotibus non sit tam potens, speratur, tamen curam sollicitudinis habiturum, diligentiamque ad suum munus exequendum habiturum: si autem cæterus rei præter eligentium spem aliter subsequantur, nihil electionem vitiant, vt si negligens postmodum reperiatur, qui dignus prius credebatur, secundum Dominic. à Soto d. lib. 3. de iustitia & iure, quæst. 6. artic. 2. versu. præterea, sequitur D. Molin. lib. 2. de Hispanorum primogenijs, cap. 5. nume. 73. & Didac. Perez vbi supra, col. 255. in versu. quæro quis.

- 66 Quo fit, quod si vnus doctior sit & sanctior, sed non ministrabit Ecclesiæ, quia non residebit, & alius non ita doctus, & minus sanctus residebit & seruiet Ecclesiæ sedulo, hic indoctior, dummodò bonus & dignus sit, erit dignior ac cõuenientiõr minister, & non alius, qui absolute doctior & sanctior est, quia tunc illa doctrina & sanctior vita nihil proderit huic Ecclesiæ, postquam ille non est ea vsurus: ita colligitur ex Thom. & Ledesm. vbi supra, in d. versu. 2. est magnopere, &c. & iterum folio 256. colum. 2. in versu. quid autem fiet si vacat, &c. In summa itaq; ille, qui bonus & dignus est, præficiendus erit Ecclesiæ, vel beneficio aut muneri publico, qui ad præd. Ecclesiam, vel munus gubernandum aptior & conuenientiõr omnibus perpenis & consideratis est, non verò sanctior vel doctior, qui tamen in cæteris non ita aptus est illi ministerio sicut primus non ita doctus nec sanctus, quia ad maiores qualitates morum, & literarum absolute attendendum nõ est in hac materia,

teria, sed ad illas solas que rei, de qua agitur melius expediendæ & inseruiendum, magis proficiet ac vtiliores erunt, dum modò præficiendus, siue eligendus sit aliàs bonus ac idoneus vita, moribus, & doctrina: quod etiam fuit de mente Felin. in cap. cum aded, numer. 6. de rescriptis, dum dicens, q̄ melioribus conferri debent beneficia, declarat, quòd Episcopus non tenetur conferre meliori simpliciter, sed meliori quoad provisionem talis beneficij, quem refert & sequitur Quintil. Mandol. in regula 21. de imper. benef. viuent. q. 3. nu. 2. Vnde Petrus à Nauar. libr. 2. de restitutione c. 2. num. 149. dum dicit, quod ad vitadum peccatum non videtur necessariũ, aut quòd sit eminentior, aut quòd sit literatus, sed satis est quod suum munus exequi sciat, & soleat, vel intelligi debet iuxta proximè dicta, vel non rectè sic simpliciter loquitur, aniam forsan præbens prælatis, alijsque electoribus minus circumspectis, eligendi in posterum, aptum ad officium vel beneficiũ, omisso aptiore: non enim sufficit quod eligendus suum munus exequi sciat, & soleat, si prætermittatur alius, qui melius id faceret, tunc autem procedere potest eius dictum, quando ille eminentior aut literatus, non quia æquè exequetur illud munus sicut electus, vt constat ex supra dictis, & ex eodem authore d. cap. 2. nu. 160. versic. quia vt benè, dum sequutus Soto & Couarr. inquit, quod ille dicitur idoneus, qui ad officium ad quod elegitur, aptior est.

67 Sed quia supra egimus incidenter aliquantulum de impediente digniorem à consequutione beneficij, & ad hunc locum remisi lectorem, nunc pleniori manu rem agens, eam per aliquot conclusiones propositas perstringam.

Prima conclusio: Impediens dolo, fraude, vel vi, quòd beneficiũ detur digniori, vt idoneo conferatur, tenetur ad restitutionem, eo modo, quo sanct. Thom. distinguit, vt dicitur infra in 6. conclusione: hæc est communis sententia Theologorum, vt prædiximus, eam-

que sequitur Pet. à Nauar. libr. 3. de restitutione cap. 5. nume. 12. & nouissimè Ludouic. Carb. de restit. quæst. 30. in 6. conclus. & rursus in 8. cõclus. vbi quod in hac specie restitutio non est faciendæ Ecclesiæ, sed digniori, vel digno impedito: & procedit etiam si absque vi, & fraude impiedierit beneficij collatione digniori fieri, nempè precibus & sollicitudine, aduertens & sciens ex his digniorem impediri, quoniam legè infringit iustitiæ distributiue, & præterea dånnum alteri aduersus iustitiã commutatiuã infert, in re propè iam ei quæ sita: ita D. Couarr. vbi supra, n. 8. vers. tertiã conclusio, sequitur Petrus à Nauar. vbi supra, num. 10. quæ sententia mihi placet, tametsi Ioseph. Angles vbi supra, pag. 212. in fine contrarium expresse tenent, qui in princip. pag. seq. supra dictam primam conclusionem expresse probauit absque præd. ampliat. Couarr. sed eam probat post hæc scripta Magister Aragon in 2. 2. quæst. 62. pag. 211. vers. sexta conclusio.

68 Secunda conclusio: Impediens ne detur beneficiũ digno, vel digniori, etiã sine dolo, vi, & fraude, precibus tamen, aduertens id fieri, vt immerito & indigno detur, tenetur ad restitutionem digno, vel digniori faciendam, in quo omnes concordant, secundum Couarr. vbi supra, d. num. 8. vers. 4. conclusio, Aragon vbi supra, & in hac specie etiã Ecclesiæ est aliquid restituendum, vt probat Ludouic. Carb. vbi supra, in 9. conclus.

69 Tertia cõclusio: Impediens vt eumq; & quomodocumq; ne beneficiũ detur alicui etiam digno, vt digniori conferatur, non tenetur ad restitutionem, vt deducitur ex D. Thom. 2. 2. quæstio. 62. articul. 2. ad 4. & Palud. in 4. sententiarum, distinctione 15. quæst. 2. art. 2. Siluestro verb. restitutio. 3. quæstio. vltim. sequitur D. Couarr. vbi supra, vers. 1. cõclusio. Petrus à Nauar. vbi supra, num. 4. vbi idem si aliquis impediatur legatum diuiti, vt pauperiori, vel hospitali relinquatur: eandem conclus. sequitur Lud. Carb. vbi supra, d. q. 30. concl. 4. la. 1.

Quarta

70 **Quarta conclusio** : Impediens beneficij, aut publici muneris collationem, ne ea fiat digno, vt detur, & fiat æquali digno, non tenetur ad restitutionem, quia hic nec iustitiæ distributiæ ius infringitur, ita tenet Caiet. d. art. 2. versicu. ad primum, Palud. & Siluest. ac Couarru. vbi supra, vers. 2. conclusio. Ledesmius vbi supra, fol. 254. colum. 3. in princip. & Mercad. statim citandus, & procedit etiam si impediatur digniore sine vi, & fraude, vt detur digno, secundum Lud. Carb. vbi supra, in 4. conclus. la 2.

71 Hinc explicanda venit sententia quædam Scoti. q. 2. & Ricard. in 4. dist. 15. art. 5. q. 4. & aliorum Theologorum, quod si quis sibi, vel alteri præbendam procurans, sit alij obstaculo ne eam obtineat, idq; faciat non vt alteri noceat, sed vt sibi vel amico proficit, ad nullam tenetur restitutionem: si verò id faciat ex odio & malo animo, alterius procurans nocuumentum, tunc ad restitutionem tenetur, ex tex. in l. 2. §. idem Labeo. 2. ff. de aqua plu. arc. d. vbi habetur, quod qui non animo nocendi aqueductum, qui per suum fundum ad vicini possessionem deriuatur, rumpit, non facit ei iniuriam: secus verò si id faciat, nõ vt sibi proficit, sed vt obsit vicino: ad idẽ etiam allegatur. l. 1. §. denique. 1. ff. de aqua plu. uia arc. d. & l. Proculus, & l. fluminum. §. si. ff. de damno infect. quam sententiam Scoti & cæterorum testatur comunẽ Nauar. in manu. Latin. c. 17. n. 70. in primis enim sententia supra dictorum intelligenda est in specie nostræ 4. conclusionis, nempe quando æquẽ digno impedimentum præstatur; nam et si regulariter ad restitutionem hoc casu impediens nõ teneatur, vt habet hæc nostra quarta conclusio, id tamen secundum mentem Scoti & Ricardi procedit, quando id fit vt sibi vel amico æquẽ digno proficit, non vt alteri noceat, secus si fiat ex odio & malo animo, vt alteri digno noceat, quia tunc secund. ipsos huiusmodi impediens tenebitur eidẽ ad restitutionem. Secundò obseruadũ erit, q̄ in præfata specie, siue impedimẽtũ fiat ex bono, siue ex malo

animo, ad restitutionem impediens non tenetur, & sic respectu huius membri sententia præfata Scoti, Ricardi, & sequacium vera non est: nõn qui suo vtens iure præbendam absque vi, & fraude sibi vel amico procurat, etiam si ex alterius odio id faciat, & contra charitatem delinquat, ad nullam tenetur restitutionem: quantum namque ad restitutionem attinet, non est inspiciendum, quo animo id fiat, sed quo iure: si igitur recto iure fit, quia est æquẽ dignus, nõ habet locum restitutio, quando quidem damnum iniuste non fit impedito, cum impediens, vtatur iure suo, atque ex odio & malo animo id faciat, ad charitatem violandam potius attinet, quam ad iustitiam distributiã, vel commutatiã, ac proinde quamuis ex hoc peccet, non tamen tenetur ad restitutionem, quia intentio mala sine opere iniurioso, non obligat ad restitutionem dñi. secund. communem, quam refert & sequitur & probat Nauarr. vbi supra, nu. 70. † Nec obstat d. l. 2. §. idem Labeo, quia animus nocendi potest quidẽ esse peccatũ contra charitatem, non tamen potest obligare ad restitutionem, nisi vbi fieret contra iustitiam, vt est prædictum, qui enim non vt sibi proficit, aquam vicini arcet, videtur non facere iure proprio, & idẽ potest in iudicio exteriori prohiberi; si autem velit fundamentum muri ducere per aqueductũ, qui per suũ transit fundum, ob idque venas aquę rumpit, licet ex odio faciat inimici, & charitatẽ violer, non tamen tenetur ei ad restitutionem: at qui sibi vel amico procurat præbendam, iure proprio vtens id facit, quamuis alteri æquẽ digno impediatur consequentem eius præbendam, quare ad restitutionem non tenetur, quamuis peccet contra charitatem, ex odio, & malo animo id faciens: & ita meritò contra opinionem Scoti & sequacium in hoc libenter tenet ac probat Dñic. à Soto lib. 4. de iusti. & iure, d. q. 6. art. 3. versic. illa tamen sententia, & Ledesm. in 2. 4. q. 18. art. 2. fol. 255. colum. 1. vers. si quis sibi, & Ioseph. Angles in suis floribus Theo-

Theolog. quæst. in 2. p. in q. de cleric. restit. obnoxij, pag. 212. in 7. difficulta. in princip & fol. seq. in vers. hinc si impedimentum, &c. & Nauarr. vbi supra, num. 70. & Petrus à Nauarr. vbi supra, num. 70. cum sequentibus, vbi refert eandem sententiam tenere Mercad. & Bartholom. à Medin. & nu. 5. post Nauarr. vbi supra. num. 71. ibi, Responderi enim potest, respondet ad dict. §. deniq; cum similibus, sequitur nouissimè Aragon vbi supr. in 5. conclusione, pag. 210. cum seq. & post hæc scripta hunc articulum latè examinat Ludou. Carb. de restit. q. 29. per totam, vbi nititur defendere atque probare sententiam priorem Scoti, & sequatium dicens esse probabilem, quamuis teneat, adhuc non esse restitutione totius boni faciendam in præd. specie, distinguens tres casus. Tãdem inquit secund. præfat. sentent. Soti, & sequacium, quam nos supra defendimus, sua probabilitate nõ carere, & qe eã recentiores libenter defendunt, & suas habet rationes probabiles, estq; ad praxim magis accommodata; agitq; etiam de intellectu d. l. 2. §. idem Labeo, & iterum idem auth. quæst. 30. in 7. conclus. addenda est prædictis. l. 19. titu. 9. part. 7. vbi non tenetur actione iniuriarũ, qui impedit officium prouidendum alicui, vt detur alteri, quem affirmat digniorẽ, quia nõ est præsumẽdũ hoc fecisse animo iniuriãdi illum, sed vt prouiso, vel amico pro quo intercedit, prosit.

73 Ex quibus constat ratio 2. dict. sancti Thom. nempe quod qui impedit eum, qui erat in via ad obtinendam præbendam, si iniuste id faciat, tenetur ad restitutionem, nempe quia intendit eius nocumẽtum propter odium, aut vindictam. facere enim ex odio aut vindicta solum, neminem ad restitutionem astringit, sed facere iniuste, hoc est nullo iure, sed alienum violando: facere tamen ex odio est signum aliquod te nullo iure vitia Dominic. à Soto, & Ledesm. vbi supra, & Nauarr. dict. numer. 70. versiculo quæ solutio.

74 Supra dicta quarta conclusio limita-

tur, vt nõ procedat, si in specie ipsius impedimentum contingerit per vim, fraudem, aut dolum, vel mendacium, hæc enim reddunt conferentem inuoluntarium, ac proinde mutatio voluntatis conferentis in hunc modũ, obligat mutantem ad restitutionem faciendam, etiam si eam mutationem fieri curauerit in fauorẽ equè digni, cum iniuriosa sit, ac per iniuriam damnũ alteri intulerit, secundum Couar. vbi supra, dict. nu. 2. in 2. conclusione, in vers. fortassis tamen: sequitur Ledesm. vbi supra, fol. 254. colu. 4. vers. si enim, vbi exemplificat in eo, qui dignum impediuit à consequutione præbendæ, eum detinẽdo, vel decipiẽdo, ne petat, vel malum de eo prouisorio dicendo; vt ostendefet illũ nõ esse dignum, vt si dixisset, Est idiota, est cõcubinaris, & similia; eum tamen non sit nisi doctus, & studiosus; sed & alia exempla in praxi contingibilia refert idem aũthor eod. fol. 254. colu. 2. per totam, quæ apud ipsum sunt videnda: consentit Mercad. lib. 6. de contract. d. cap. 17. fol. 214. colu. 2. ibi, *Si se loquitur*, & Petrus à Nauarr. vbi supra, numero 12.

75 Secundò limitatur ead. quarta conclusio, quando impeditur consequutio beneficij benemerito, absque præensione, quod alteri cõferatur digno, quia tunc iuxta certitudinem electionis, vel confirmationis, impediens tenetur ad satisfactionem, vt per Mercad. vbi supra, fol. 215. in princip. in versiculo, *Mas impeditur*.

76 Quinta conclusio: impediens indignum à consequutione beneficij, ad nullam restitutionem tenetur, quia indignus non habet ius ad petendum beneficium, nec illud retinere potest, & iure est priuandus: & in hoc omnes consentiunt. Quod procedit, etiam si id fiat dolo, fraude, & animo nocendi, & non vt profit Ecclesiæ, quia licet ob id peccet impediens, adhuc ad restitutionem indigno huiusmodi non tenetur, vt tenet Adrianus in 4. quæstione 10. de restitutione, ad 4. quem sequitur latè id probans

probans & defendens Ledesm. vbi supr. fol. 255. colum. 2. vers. sed adhuc potest dubitari, & Ludouic. Carb. vbi supra, conclus. 2. & 3.

77 Sexta conclusio: Vbicumq; in præcedentibus assertionibus docuimus esse obligationem restituendi, obseruandum erit, non semper eam esse ad æquale præcise, sed arbitrio boni viri, qui damnum æstimabit, ex varijs circumstantijs distinguens negotium istud, cum non ita damnum æquale inferatur ab eo, qui impedit Sacerdotij collationem digniori, digno ve fieri, eo tempore, quo ea nondum erat facta, sed tantum erat ius quoddam imperfectum ad eam, quia non erat firmatum quod ei daretur, ac si impedierit collationem iam factam, eius reuocatione precibus & sollicitudine procurans: tunc enim ius in re acquisitum aufertur, ac proinde plenaria restitutio damni illati, hoc est, in totum, erit facienda, vt constat ex sanct. Thom. & Caiet. d. q. 62. art. 2. ad 4. Siluest. Adrian. & Palud. supra citatis, ac Florent. 2. p. tit. 2. cap. 1. §. 26. & Couarr. d. nume. 8. in 4. conclusione, in vers. hæc verò, & c. & Mercad. vbi supr. modò eum citauimus: & ante hos optimè Soto d. libr. 4. de iustit. & iure, questio. 6. art. 3. vers. at verò quoniam, vbi secùd. D. Thom. discernit tres casus:

78 Primus est, quando elector nõdum animo cõstituerat huic dare, sed erat in via, & tunc restitutio est facienda ad arbitrium prudētis viri, secund. D. Thomam. † Secundus casus est, quando prælatus constituerat illi dare, quo casu ex D. Thom. deducit Caiet. ibi, in 4. dubio, teneri impedientem in totum, quia iam elector decreuerat dare illi, quod sanct. Thom. expressè non dicit, nihilominus tamen deduci potest ex eius litera, dum dicit, Firmatum est, idque sequitur Ledesm. vbi supra, fol. 254. colum. 3. vers. sic. sed quid intelligit, sequitur Didac. Perez vbi supra, colum. 256. vers. si verò, & Aragon vbi supra, in d. 6. conclusione: sed improbat latè Nauarr. d. c. 7. nu. 71. in se tamen Sot. in hac specie distinguit

in hunc sanè modum, nõmpè vt si impediens per vim, vel fraudem mutauit animum collatoris, teneatur digniori, & etiam digno impedito in totum ad restitutionem, quia ei per fraudem abstulit, quod iam penè habebat: & hoc significat sanct. Thom. quando dicit, In iustè, & propter indebitam causam, quauis reuera non videtur hac in specie totum damnum esse restituendam, etiam data vi, vel fraude, quia non rectè fit æquiparatio huius casus cum 3. sequēt. quando aufertur beneficium iam collatum, vt patet ex traditis per Nauarr. d. c. 17. nu. 71. & Mercad. vbi supra, & ante eostenuit Siluest. in summa verb. restitutio. 3. q. vltim. sequitur Ledesmius vbi supra, fol. 254. colum. 3. in vers. sed quid intelligit, & hoc sequor: si verò, inquit Soto, non per vim aut fraudem id impediens faceret, sed precibus patefaciendo veritatem, licet mutauerit eius voluntatè in fauorem alterius digni, nõ teneretur ad restitutionem: quod sequitur Ioseph. Angles in suis floribus Theolo. q. 2. p. in q. de clericis restit. obnox. pag. 213. vers. si collator. † Tertius casus est, quando iam contulit beneficium, & de hoc nihil meminit D. Thom. quia hoc non esset impedire, sed tollere, secundum Caiet. d. q. 62. articu. 2. quare si quis collatione facta possessione iniustè impediret, tenebitur in totum impedito ad restitutionem, secund. eundem Soto ibidem dicentem hoc esse manifestum: sic etiam ipse collator, si postquam vni contulit beneficium, mutata voluntate alteri idem beneficium conferret, peccaret, & non valeret collatio, & teneretur restituere, etiam si secùdus esset: lógè dignior, secundum Nauarr. vbi supra, d. numer. 71. in vers. at qui iam contulit.

81 Illud autem quod dicit, † non valere secundam collationem, intelligendū est, quando prima facta per ipsum non fuit secundū iuris ordinem reprobata siue cassata, quia tunc beneficium non vacans non potest nec debet in alium ritè transferri, vt est tex. in hoc expressus in cap. considerauimus. 10. in ordine, de electione,

electione, & in cap. post electione, vers. quoniam, de concessione præb. si autem ritè, & rectè fuit prima collatio vel electio cassata, & sic beneficio iure vacante, alteri de eò iustè prouisio fieri poterit, nec restitutio priori faciendà est, si quidem ab eo iuridicè ablatum est beneficium.

82 Addit tamen Caiet. vbi supra; dicit. q. 62. ad 3. dubium, quòd ad hoc vt impediens pignus teneatur vinculo restitutionis, requiritur quòd impediens violer iustitiam distributiuam, & propositum prouisoris, quo volebat conferre præbendam digniori: aliàs his duobus simul non concurrentibus, sed vno eorum tantum, impediens non teneatur ad restitutionem: quia si non est propositum prouisoris, siue collatoris, non est beneficium proprium dignioris, sed commune, & ille impediens non tenebatur applicare, sed prouisor: ergo tunc impediens non tenetur ad restitutionem: quando autem incipit fieri dignioris, propter propositum collatoris, tunc impediens illud propositum distributoris, tenetur restituere digniori; vel digno impedito: sed nihilominus contrarium videbatur verius, imò quòd quomodo-tumque impediatur dignus iniustè; siue quando iam est firmum propositum collatoris; siue ante illud; imò licet Episcopus non dum de illo cogitauerit, si tamen moraliter sciebatur, quòd si iret & peteret, obtineret beneficium, tenetur illum impediens eidem ad restitutionem; vt probat Ledesmius vbi supra, fol. 254. colum. 2. versicul. sed hesitabis, & fol. seq. in princip. Verum tamen est; quòd quando ad est propositum collatoris, digno; vel digniori conferendi, facilius ac certius scitur, quòd ille impeditus habiturus esset beneficium; ac proinde distinguendum erit in hac specie, an illud propositum esset firmatum, nec ne, prout supra, ac iuxta ibi distare restitutio erit faciendà.

Quando verò illud propositum non erat in collatore, quia nunquam de illo digno vel digniore cogitauerat, diffi-

cilius dignosci potest, vtrum ille esset habiturus, si peteret, nec ne, quare etiam si moraliter intelligeretur, quòd si iret ad collatorem, & peteret, obtineret, adhuc tamen ratione nonnullæ incertitudinis, cum illud sit quid contingens, & nonnunquam fallax, non verò omnino certum, non in totum omne damnum restituendum esset; sed aliquid arbitrio recti & prudentis viri, & fortan nihil; cum auctoritas Caiet. asserentis quòd nihil hoc casu restituatur, maxima sit, & fortassis in actu practico sequenda; quam probat Nauarr. in manuali Lati. c. 17. num. 74. ad fin. & circa supra dicta in hac sexta conclusione plura disserit Petrus à Nauar. vbi supra, nume. 17. cum seqq.

83 Septima conclusio: Impediens alterum à consequutione legati, hereditatis, vel gratuitæ donationis, dolo, vi, vel fraude, tenetur eidem ad restitutionem arbitrio boni viri; tecus si absque vi, aut dolo, & fraude, etiam odio, vel vt sibi consulat; alterum ad mutationem voluntatis induxerit: ita D. Couarru. vbi supra, num. 8. conclusione 5. hoc modo temperans sententiam Paludani, Caietani, & Siluestri; tenentium; generaliter & indistincte non esse hoc casu inducendam obligationem restitutionis, etiam si adsit suggestio; secundum Siluestrum: eius namque opinio intelligenda est, cum suggestio sit absq; dolo: tecus aliàs: quam sententiam Couarru. ad litteram, eo tacito; sequitur & omnino probat exempla fingens Ledesmius vbi supra, fol. 256. in vers. ego autem, & Nauarr. d. cap. 17. numer. 73. & Ioseph. Angles vbi supra, in vers. idem tenet, & in versicul. seqq. & Soto d. libr. 4. de iustitia & iure; quæst. 6. articul. 3. in vers. atque inde secundo, & nos quoque de hoc diximus libr. 1. Canonic. q. cap. 37. numer. 20. & Petrus à Nauarra vbi supra, numer. 11. in emp. libr. 3. de restitutione; cap. 5. vbi cum Mercad. aduertit se impediens, vt videant, quem admodum id efficiant, ne nimis contradicant; infirmum terrendo voce,

T t vultu;

vultu, contristatione, vel lacrymis, &c. ita vt sæpissimè cōtingat id concedere, quod nollet, quia importunæ preces metui æquiparantur; & allegat alios idem tenentes: eandem septimam conclusionem sequitur Aragon vbi supra, in. 1. conclus. pag. 210.

84 De scholaribus suffragia præstantibus in prouisione cathedrarum idè omnino dicendum est in omnibus, quod in electore, prouifore, collatore, & cæteris distributoribus Ecclesiarum, præbendarum, ac Sacerdotiorum, nec non & munerum publicorum, supra ratiocinatum atque dissertum est, vt in terminis latius extendètes, sed idem qđ supra in his docuimus, tenent ac probāt Dominic. à Soto d. libr. 4. de iustitia & iure, art. 6. quæstione 3. artic. 3. colum. penultima & fin. & Ledesmius in secundam 4. quæstion. 18. articu. 2. fol. 256. colum. 3. versic. 2. conclusio. quicquid contrarium teneat Petrus à Nauarr. libr. 2. de restitutione, cap. 2. numer. 160.

85 De impediētibus autem per vim, vel fraudem aliquem ne obtineret cathedram aliter quàm suffragia ferendo, nempè arcendo eum ne cathedram peteret, quam certum erat moraliter seu alioqui obtenturum, aut si deciperet electores, ne illum eligerent, quia expoliant eum eo iure, quod ad petendum habet: idem Soto, & Ledesmius vbi supra, vbi quod teneantur ei, vel in partem, vel in totum pro ratione fraudis aut vis. Tandem agunt ibi præfati aucthores de iniustitia commissa bifariam ab scholaribus suffragando, de quo ibi

86 per eos. † Denique addit vnum notabile Soto, scholares suffragia præstantes, non testes, vt aliqui opinantur, sed veros electores esse, vt bene ibi hoc probat, inferens ex eo, quod compelli vt testes non possint ad suffragandum, sed quod possunt renuntiare iuri eligendi, nisi quando Rectori, & qui ei sunt à consilijs, vel propter paucitatem vel ad rescindendas alias fraudes, ratio appareret; vt compellerentur.

87 Hinc decidendum iuste venit dubiū,

quod sæpè contingere solet in capitulis Ecclesiasticis, an canonicus, vel alius de capitulo possit in electione fienda, vel alijs prouisionibus renuntiare iuri eligendi illa vice, hoc est, quod vulgo dicitur, *cassar su voto*? Et videtur id licere, præcipuè cū hoc fit iusta causa, nempè quia est dubius de maiori idoneitate eligendi, quia sunt plures oppositores, & nescit, quem eligere debeat, vel quia omnes sibi minus idonei vidètur, ne Ecclesiæ damnum inferat, vel alias iusta de causa, quod comprobatur ex supra dicta doctrina Dominic. à Soto. idem decidentis in electoribus cathedrarum quare ita videtur tenendum etiam in canonicis, nisi, vel propter paucitatem eligentium, vel ad alias fraudes euitandas ratio dictaret, vt cōpellerentur à capitulo suffragia ferre, iuxta limitationem Dominici à Soto vbi supra.

88 Postremò ex omnibus supra dictis inferitur, parentem qui ex Regiæ facultatis virtute primo genium instituit, vel ex legum Regiarum authoritate meliorationem ex tertia vel quinta bonorum suorum parte, vel maioratum inter liberos fecit; teneri in foro conscienciæ sub reatu peccati mortalis, non solum dignum, sed etiam digniorem ex eis eligere: quod etiam comprobatur ex. l. fœminæ, C. de secūd. nupt. vbi disponitur, quod mater quæ tenetur filijs prioris matrimonij lucra eiusdem referuare, potest vni eorundè illa prælegare, dummodò in illum, non ex sola voluntate, sed ex cōtemplatione meritorum iudicium suum direxerit. Accedit qđ in Testamēto veteri legitur, plures minores natu prelatos fuisse primogenitis, & in terminis nostris, ex his hanc sententiam probauit Palat. Rub. in rep. c. per vestras, in 3. notabil. §. 26. numer. 1. cum pluribus sequentibus, de donat. inter vir. & vxor. & Archiepiscopus Florent. in tertia parte sue summæ, titul. 10. cap. 1. §. sed si fundum, numer. 7. ff. de legat. 2. Ludouic. Gomez in cap. 2. numer. 23. de constitut. libr. 6. Anton. Gomez in. l.

17. Taur. nu. 18. D. Simanc. de instit. Catholic. c. 9. nu. 12. & de primog. Hispan. lib. 3. c. 3.

68 Sed quamuis hæc opinio tutior atq; bonis moribus conuenientior sit, in rigore tamen iustitiæ contraria verior videtur, & tenēda, imò q̄ possit pater in persona filij maioris natu, dūmodò indignus nō sit, vel incapax, prætermisiss dignioribus maioratū instituere, vel meliorationem tertij & quinti facere absq; peccato. Primò ex tex. in l. 18. Tau. quæ permittit parentibus beneficiū hoc meliorationis in quemlibet ex filijs aut ne potibus, quem voluerit conferre: idem que concedere solent amplissime facultates Regiæ ad maioratum conficiendū concessæ: ergo liberum erit eisdem parentibus, quemlibet filiorū eligere atq; præferre, absque vlla consideratione maiori vel minoris mēriti: nam vt inquit D. Thom. 2. 2. q. 63. art. 1. ad 1. † in datione pertinēte ad liberalitatē nulla contingit personarum acceptio, nec iustitia aliqua infringitur: quod etiam ex pluribus probat D. à Soto lib. 3. de iustitia, & iure, q. 6. artic. 2. ergo cum hæc melioratio, vel primogenij institutio sit omnino patris liberalitas, nullo iure debita, poterit fieri ad libitum in persona illius filij, vel nepotis, vnius vel pluriū, prout sibi magis placuerit, absque vlla obligatione ad id eligendi meliorem ac magis benemeritum. Secundò & præcipuè, quia pater meliorando minus dignum, omisso digniore, nec peccat cōtra iustitiam commutatiuam nec distributiua; ergo nullam culpam contrahit. Antecedens probatur, quia iustitia cōmutatiua tunc infringitur, cum ab aliquo aufertur, aut ei non redditur, quod suū est, vel ei necessariò debetur, vt proprium, & priuatum, ac particulare bonum: at vero iustitia distributiua violatur, quando bona cōmunia vnius vniuersitatis vel familiæ distribuenda sunt inter eos, qui sunt eiusdem vniuersitatis, vel familiæ, alicuius priuati auctoritate, iuxta cuiusque dignitatem & merita, ex his quæ docet sanct. Thom. 2. 2. q. 61. art. 1. ad 3. & q. 62. art. 1. & diximus

supr. sed in nostra specie hæc bona, quæ per meliorationem vel maioratum pater in filium transfert, nec sunt propria dignioris, nec ei vt propria debentur necessariò, vt patet, quandoquidem ea possidens, verè & iniuste ea possidet auctoritate Principis, vel legis, nec ab eo reuocari possunt à digniore omisso, nec eidem in conscientia melioratus ea restituere tenetur, qui tamen cogendus ad id esset, si melioratio facta foret aduersus iustitiam commutatiuam. Præterea nec eadem bona sunt alicuius vniuersitatis, nec cōmunia familiæ, sed propria patris, qui sanè dominus est verus & solus eorum, ad ipsiusque patrimoniū pertinent, & de his liberè disponere valet, dūmodò legibus humanis vtatur: ergo non peccat aduersus iustitiam distributiua. Tertio, quia quamuis ad honestatem & moralem obligationem pertineat q̄ pater digniorem filium cæteris præferat in remunerationem & præmiū virtutis, hæc tñ moralis obligatio non imponit transgressori culpam, siquidem culpæ reatus ad legalem obligationem attinet, secūdum D. Thom. 1. 2. q. 71. art. vltimo. & ita meritò hanc secūdā sententiam, priorem Palat. Rub. improbās, probauit D. Couar. in d. reg. peccatum, 2. p. §. 7. n. 7. & Nauar. in manuali Latin. c. 26. n. 37. & veram esse hanc secundam constanter etiam professus est D. Petrus Peralt. in l. cum quidam, n. 2. ff. de leg. 2. vbi D. Ant. de Padil. n. 20. cum eadem videtur transire, quandoquidē eam non approbat, nec reprobat: sed eā expressè probat, sic intelligendus D. Spin. in suo specul. testam. glo. 18. princ. n. 6. cū seqq.

Non obstant modò adducta in contrarium: & primò ea quæ de digniore præferendo prædiximus; illa namque procedunt in electione ad beneficia & munera Reipublicæ, nec ad distributionem bonorū patrimonialium extendi possunt: in hac enim, si ea à vero dño fiat, non potest acceptio personarū cadere, nec iustitia cōmutatiua, nec etiam distributiua violatur, vt diximus. Non etiā obest d. l. fœminæ, quia casus illius legis diuersus omnino est à casu legum

T t 2 huius

huius Regni, de quibus agimus, & facultatū Regiarū ad maioratus conficiēdos, hæc si quidē liberā parentibus facultatē tribuūt atq; cōcedunt, vt in quēcūque ex filijs, quē voluerint, primogeniū instituāt, seu meliorationē faciant. d. autē l. fœminę, non sibi liberā facultatem, sed restrictā ad qualitatem meritoū concedit, idēdōq; de vno casu ad aliū argui nō potest: cū facultas, siue à lege sit, siue ab homine concessa, in specifica forma seruanda sit. l. diligēter. ff. mandati. cum similibus. Ratio autē diuersitatis inter prædicta in eo cōsistit, quoniā in casu d. l. fœminę, mater disponit de bonis mariti, quæ hac lege acquisiuit, vt liberis primi matrimonij restituere teneatur, & in quibus liberum dominiū non habet, sed ad id subordinatū, nec etiā alienandi facultatē: in nostra autē specie pater disponit de bonis proprijs liberis, in quibus liberū habet dominiū, atq; alienandi facultatē, & quorū ipse est moderātor & arbiter, quamuis neq; in vita, nec in morte disponere possit titulo lucratiuo vltra quintū inter extraneos, & tertium inter liberos: ergo nil mirū si in primo casu restricta facultas sit, in secūdo verō amplissima. Nō etiā obstat, q̄ in Testamento veteri plures fratres minores prælati fuerint maioribus natu, illud namq; diuina permissione, mysticè atq; ex alijs causis factū fuit, atq; idēdō in consequentiā trahendū nō est: imō in veteri Testamento statutū seu præceptū non inuenitur, vt primogenituræ ius non filio maiori natu, sed meliori relinquendū sit: nec si id statutū fuisset, † præcepta legalia seu iudicialia legis veteris nos alstringunt, nisi quatenus nouo Testamento approbata fuerint, secund. S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. latissimè D. à Sot. lib. 2. de iusti. & iure. q. 5. art. 4. Tiraq. de retract. linag. in præfation. n. 8. cum seqq. quos in proposito nostro sic respōdens adducit D. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. c. 5. nu. 62. & 63. qui n. 67. cum seqq. in q. principali supra examinata latissimè distinguit, idēdō videndus, cū casus occurrerit: & n. 70. in melioratione quinti absq; dubio probat hanc secundā partem: in

tertij autē melioratione, & in maioratu facultate Regia instituendo, distinguit, vt prædiximus: mihi autē nūc satis placeat in omnibus opinio secunda supra d. quam probaui, cum Couarru. Nauar. & Peralta.

S V M M A R I V M.

- I **V**xor iure canonico propter adulterium à viro separata iudicio Ecclesię, vel voluntariè ab eo recedens, perdit dotem, nisi reconcilietur viro?
- 2 Vidua, durāte viduitate, videtur adhuc esse in primo matrimonio quoad priuilegia.
- 3 Heres concubans cum vxore testatoris defuncti, efficitur indignus, & auferitur ab eo hæreditas, fiscoque defertur.
- 4 Vasallus feudum amittit, si concubuerit cum vxore domini viui, vel mortui.
- 5 Vidua luxuriantes dampnantur, quia primam fidem irritam fecerunt: non luxuriātes verō in fide prioris matrimonij persistunt.
- 6 Dotes amittuntur propter adulterium commissum in matrimonio putatiuo, quod verius dicitur stuprum: sed contra nu. 22. vbi ponitur concordia.
- 7 Offendi quis potest post mortem.
- 8 Vidua luxuriosè viuens videtur marito atque eius animę maximam tristitiam atque iniuriam irrogare.
- 9 Vidua luxuriosè viuens priuatur tutela testamentaria, legitima, & datiuā.
- 10 Vidua propter stuprum post mortem viri commissum amittit medietatem lucrorum cōstante matrimonio acquiritorum.
- 11 Vidua luxuriosè viuens amittit donationem quam habuit à marito.
- 12 Vidua luxuriosè viuens amittit facultatem testandi sibi à marito concessam.
- 13 Vidua luxuriosè viuens amittit hereditatem, vel legatum sibi à marito relictum, & officium exequutoris, vt in n. 14.
- 15 Vidua propter stuprum amittit dotem: sed cōtra nu. 19 cum similibus.
- 16 Auctoritas B. Pauli ad Roman. 7. declaratur.
- 17 Alius, alia, aliud, est dictio repetitiua similitudinis.
- 18 Damnata est hæresis condemnantium secundas nuptias.
- 20 Priuatio locum non habet, nisi in casibus à iure expressis.
- 21 Vidua luxuriosè viuens easdem patitur penas,

- nas, quas mulier secundò nubens.
- 23 *Impedimentum inter eum, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, & ipsam adulteram, non solum impedit, sed etiam dirimit tribus in casibus, de quibus hic, & n. 24. ponitur quoddam requisitum.*
- 24 *Vidua propter stuprum, etiam intra annum luctus commissum, non amittit dotem, nec etiam actionem ad eam repetendam.*

CAPUT XII.

De vidua stuprum committente.

I CVM iure canonico vxor propter adulteriũ à viro separata iudicio Ecclesiæ; vel volũtariè ab eo recedens, perdat dotem, vel dotalitiũ, nisi recõcilietur viro, vt in c. plerũque, de donat. inter vir. & vxor. & ibi communiter DD. tex. etiã in l. ex cõsensu. §. vir. C. de repud. & in l. fin. C. ad l. Iul. de adult. & in l. miles. §. socer. ff. eod. tit. c. 1. vt litè non contest. l. 15. titu. 17. p. 7. & in l. 1. tit. 7. lib. 4. for. leg. 1. §. tit. 20. lib. 8. nouæ collect. reg. vbi q̄ si maritus iudicis autoritatè occiderit vxorẽ adulterã, lucratur dotem, secus si propria autoritate, etiam si in fragranti delicto ac iustè secund. leges id faciat: & de materia agunt glõs. & cõmuniter scribentes in d. c. plerumq; . & in c. ex parte. de cõfuet. & in auth. sed hodie. C. de adult. Paul. Castr. vbi notabiliter loquitur; in l. rei iudicatæ. §. 1. nu. 2. ff. solut. matrim. Rebus. in tractatu de sentent. prouision. art. 3. glo. 1. Ripa in rubr. de iudic. in decretal. Hippol. in l. vnic. nu. 48. cũ seqq. C. de raptu virg. D. Couar. in. 4. de spõsal. 2. p. c. 7. §. 6. per totum. D. AntuGom in l. 82. Taur. per totam. Auend. respõs. 24. per totum. Soto in 4. dist. 37. q. vnic. art. 3. per totũ, & alij infiniti authores,

Opportunum nobis visum fuit hic illam solennem, difficilem ac satis controuersam, nec minus vtilẽ in praxi quæstionem canonicam dissere, an ita etiã vidua propter stuprũ dotẽ amittat? In qua quæstio. primò videtur dicendũ huiusmodi viduã stuprum cõmittentẽ, dotem amittere, & sic opinionem affir-

2 matiũã esse verã: † quoniã vidua, durãte viduitate, videtur adhuc esse in primò matrimonio quoad priuilegia. l. fi. C. de bonis matern. & ibi DD. tex. in l. filij. §. viduã. ff. ad municip. l. quoties. C. de priuileg. schol. libr. 12. & in l. fi. C. de verb. signif. Marsil. vbi supra, n. 49. cum seqq. latè Ignatius in annotat. ad reg. 786. Bernardi Diaz in princ. Sed si fornicaretur matrimonio durãte, dotẽ amitteret, vt in dictis iuribus: ergo idem si stuprum committat, cùm dicatur in eodem matrimonio perseuerãre, vt sentiat etiã in commodum pœnæ amissionis dotis, sicut gaudet priuilegijs matrimonij. † Secundò, quia ita etiã hères concubans cum vxore testatoris defuncti, efficitur indignus, & aufertur ab eo hereditas, fiscoq; defertur, quia dicitur testatorem offendisse, iuxta glõs. fi. in l. sororem. C. de his, quibus vt indig. communiter approbatam, secund. Corneũ ibi: sequitur Bart. in l. 1. n. 3. ff. de his quib. vt indig. prout eos & alios refert decisio Pedemont. 77. n. 15. & 16. est cõmunis, vt plures allegans eos sequit^o aduers^o Mèch. testatur D. Molin. libr. 1. de Hispan. primog. c. 9. nu. 47. † Tertio, quia vassallus feudũ amittit, si cõcubuerit cum vxore domini, siue eò viuo, siue mortuo, iuxta cõmu. opinio: DD. contra Bald. in c. 1. quib. mod. feud. amitt. quam adducunt Curtius in tracta. de feud. in 4. p. col. 6. vers. 2. principalis causa priuationis, & col. seq. & plures alios allegans decisio Pedemont. 77. n. 17. post Tiraquel. statim citandum. † Quarto ex dicto B. Pauli Apostoli ad Timot. 5. dicentis, viduas luxuriantes dãnationem habere, quia primam fidem irritam fecerunt. Et hinc est, vt non luxuriantes dicantur in fide prioris matrimonij persistere, vt latè cõprobat Tiraq. de nobilit. c. 18. n. 9. vidua enim est vera, viuãq; viri mortui imago, secund. Bald. in l. pignoris. C. de pignoratit. actione, quem refert & sequitur vbi supra Tiraqu. nu. 10. † Quintò, quia propter adulterium, seu verius stuprum commissum in matrimonio putatiuo amittuntur dotes, vt expressè tenet glõs. magna & final. circa fin. in d. c. plerũq;

- quamibi sequuntur & commendant Innocent. Hostiens. Ioann. Andr. Ant. de Butriō. Cardin. Anchar. Abb. & cōmuniter DD. secund. Anton. Gom. in l. 80. Taur. num. 48. & ultra eum Paul. Castr. cōf. 147. n. 1. vol. 2. & in alijs locis statim citandis, & Iacob. de S. Georg. in l. fororum. C. de his quib. vt indig. ergo idem videtur dicendum in matrimonio ficto,
- 7 quod consideratur in viduitate. † Sextò quia ex huiusmodi stupra iniuria fit defuncto marito, cui ita potest offensa fieri, sicut & viuo, argu. l. 1. §. & si fortè. ff. de iniur. vbi Bart. notat, q̄ post mortem potest quis offendi, idem probatur in l. sed & si quis. §. iudex. ff. de religiof. & sumpt. funer. & in l. 1. ff. de his quib. vt indign. & in l. fideicommissum. C. de fideicommiss. & in terminis Bart. in l. penul. C. de adult. † vidua namq; luxuriosè viuens videtur marito atq; eius animæ maximam tristitiam atq; iniuriam irrogare, vt in auth. de nupt. §. quæ verò. col. 4. Palat. Rub. plura in proposito adducens in repeti. rub. de donat. inter vir.
- 8 & vxō. §. 28. n. 3. Hinc est, vt vidua luxuriosè viuens priuetur tutela testamentaria, legitima, & datiuā; † paria enim sunt vxorem transire ad secunda vota, & incontinenter viuere eo casu quo transitus ad secunda vota non est licitus: si enim actus legitimus transitus ad secunda vota priuat mulierem tutela, vt in auth. Sacramentum, & ibi DD. C. quand. mul. tut. offi. fung. poss. & in l. 4. tit. 16. p. 6. Ant. Gom. in l. 14. Taur. n. 10; & ceteri omnes: ergo multo fortius luxuria, quàm castitas, secund. Abb. in c. vxoratus, num. 2. de conuers. coniug. & secundum Ioan. de Anan. in c. qualiter & quando, el 2. §. licet n. 12. de accusat. Ioā. à Garro. in rub. de secund. nupt. num. 57. Greg. Lopez in l. 3. titulo 12. p. 4. in glos. *maldad de su cuerpo*, Ant. de Padilla in d. l. fideicommissum, nu. 8. C. de fideicommiss. Pinelus plura adducens in l. fin. n. 18. C. de bonis matern. D. Molin. vbi supra, n.
- 10 49. † Similiter etiam propter stuprum post mortem viri commissum amittit medietatem lucrorum constante matrimonio acquisiteorum. l. si. tit. 4. lib. 5. ordinam. Palat. Rub. & eum referens Ant. Gom. in l. 14. & 15. Taur. n. 17. & in l. 53. n. 80. Auiles in proœmio. c. prætorum, glos. 1. n. 39. Cifuēt. in d. l. 15. Tauri. Tell? Fernand. in l. 6. Taur. n. 6. Ant. de Padil. in d. l. fideicommissum. n. 9. D. Molin. vbi
- 11 supra, n. 50. † Amittit etiam vidua luxuriosè viuens donationem quam habuit à marito, ita disponit l. 9. tit. 12. lib. 3. fori & quamuis l. 3. tit. 12. p. 4. hoc videatur probare tātum quādo infra annū luctus viuit luxuriosè; attamē cūm lex fori in distinctè loquatur, & eadem ratio militet in vtroque casu, indistinctè procedit in vtroq; tempore, secund. Ant. Gomez in d. l. 15. Taur. nu. 17. & ante eum Montalu. & Palat. Rub. quos refert & sequitur Auiles in proœm. c. præto, glos. 1. n.
- 12 37. & 38. † Amittit etiam facultatem testandi sibi à marito concessam secundum Cifuent. in l. 31. Taur. n. 4. Palat. Rub. in repet. rubri. de donatio. inter vir. & vxō. §. 67. n. 7. Ant. Gom. & Auiles vbi supr. in nu. 44. Ant. de Padil. in d. l. fideicommissum, n. 10. D. Molin. vbi supra, n. 52. & hereditatem vel legatum à marito sibi relictum, licet ipse clausulā non adiecerit, si castè, vel quādiu castè vixerit, secund. Salicet in d. l. fideicommissum, nu. 4. & Ant. Gom. vbi sup. post Palat. Rub. quem refert, idque probatur in d. l. 3. tit.
- 14 12. p. 4. † Et officium executoris testamenti sibi à marito relictum similiter amittit, secund. Boer. decis. 338. nu. 12. & Molin. vbi supra, nu. 53.
- 15 Cum igitur hæc omnia ita se habeāt, meritò vt eadem ratione idem sit dicendum in specie nostra, nempe vt vidua per stuprum amittat dotem, ac si viuente viro adulterium commisset, & in terminis ex præd. fundamentis hanc partem probauit Paulus Castr. in d. l. sororem, n. 4. & in d. l. fideicommissum, num. 4. & conf. 147. lib. 2. Præpos. in d. c. plerumq; col. 2. n. 3. las. in l. 2. n. 6. ff. solut. matrim. Feii. in c. pastoralis, de iudic. n. 5. in vers. itē adde. Ripa in rubr. de iudicijs in decretal. n. 21. Gerard. singul. 48. Hippol. singul. 234. & 416. & in l. 1. §. itē Diuus, nu. 4. ff. ad l. Cornel. de sicar. & conf. 13. num. 16. Silua nupt. lib. 2. n. 44. Cifuent. in l.

in l. 17. Taur. num. 4. Ioann. Crotus in l. 4. §. Cato. in l. lectura, num. 139. ff. de verborum oblig. Hippol. de Marfil. vbi supra, testatur communem Bellonus in rubric. C. de edendo, num. 83. Purpur. in l. ex conuentionis. C. de pact. Boer. decis. 338. num. 11. Palat. Rub. in repet. rubricæ de donationibus inter virum & vxor. §. 67. num. 6. sequitur etiam Ant. Gom. in l. 53. Taur. in fin. eamque esse communem opinionem, & in practica obseruadam, testatur D. Peralta in l. cum quidam, nu. 8. ff. de leg. 2. & eam nouissimè probat Modernus Costa in tract. de dot. cap. 6. num. 30. cum seqq. plurimos eam sequentes allegans, & Arias Pinel. in d. l. fi. n. 9. C. de bonis mater. & D. Molin vbi supra nu. 55. dicens comunem: qui duo vltimi eam non probant, sed contrariam, vt statim videbimus. Idem facit Ignatius Sallced. in annotat. ad d. regu. 786. Bernard. Diaz in vers. 3. ex hoc deducitur. Denique hanc partem latissimè probat plures allegans, & dicens ex eis apparere opin. Pauli, hoc est, hanc de qua agimus, esse comunem Octavian. in d. decisione Pedemont. 77. nu. 15. cum seqq. vbi satisfacit fundamentis contrariæ partis. † Nec huic priori parti quicquã obstat auctoritas B. Pauli epistol. Roman. c. 7. asserentis: Nã que sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri: igitur viuente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro; si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro: hæc namq; auctoritas Pauli hoc modo interpretanda est secund. diuû Chrylost. ibidem, quæ refert & sequitur Octauia: vbi supra, n. 35. nempe quod vxor mortuo viro soluta sit à lege viri, ita vt non sit adultera, si fuerit cù alio viro, id est marito: nam vir pro marito accipitur in sacris literis, vt in Euangelio Ioan. c. 4. Quinq; viros habuisti, & hunc, quem habes, non est tuus vir: eundem intellectû probauit Titelmã ibidẽ, estque planus, & iure probatur, † quia dictio, Alius, alia, aliud, est repetitiua similium,

iuxta glo. in l. si fugitiui. verb. alia poena. C. de seruis fugit. comuniter approbata secund. Ant. Gom. in l. 29. Tau. n. 12. & 26. similis in auth. ex testamento; glo. mag. in princ. de collat. & ibi DD. & alibi sapissimè. Nec obstat, quod secund. hunc intellectû indubiû videatur dictû Pauli; † nam respondeo hoc dixisse diuû Paul. ad confundendû illã heresim quorudã danatium secundas nuptias: quam heresim optimè confutat Alfonso à Castro aduersus hereses lib. 11. in princ. verbo, nuptiæ, in vers. 2. heresis, vbi eundem intellectû suprad. ad verba D. Pauli sentit: & comprobatur hic intellectus ex eodẽ Paulo 1. ad Corinth. 7. ibi: Mulier alligata est legi, quanto tẽpore vir eius viuitt: q; si dormierit vir eius, liberata est à lege: cui vult nubãt in Domino, &c.

19 Nihilominus tñ in articulo principali contraria sententia, imò q; viduã committens stuprum, dotẽ non amittat, est verior, & tenenda in iudicãdo & cõsulendo. Primò, quia hæc est poena, & ided odiosa, sicque debet restringi, non verò ampliari, vt in reg. in poenis, & in reg. odia. de reg. iur. in 6. Cùm ergo nec canon, nec lex priuet expressè viduam dotẽ propter stuprum, nec nos priuare debemus: tex. in auth. de non eligend. secundò nub. §. cum igitur. † Priuatio enim locum non habet nisi in casibus à iure expressis, vt tenet glo. in c. fi. de iur. patron. & ibi comunis. Deci. in rub. de iudic. Ias. in l. 1. n. 12. C. de transact. Tiracquel. latè plures citãs in l. si vnquã, verb. reuertatur, n. 249. cum seqq. C. de reuoc. don. Roland. à Valle conf. 27. nu. 14. lib. 3. decis. Pedemont. 77. n. 3. vbi bona iura allegat, & Francis. Beccius conf. 35. n. 5. lib. 1. Aymo. Crau. alios allegãs col. 205. nu. 31. vbi & in num. præcedentibus & seqq. bene probat extensionẽ nõ esse faciendã hoc casu de adulterio ad ituprũ, minor enim est iniuria quæ fit defuncto, quàm illa quæ fit viuenti, vt per Bart. in d. l. fideicommissum. & ided non debet æqualis esse poena, quæ semper est commeturanda delicto, vt in l. respiciendum, cum simil. ff. de poen. Nec satisfaciunt

responsiones huic fundamêto assignatę per Octavian. d. deciss. 77. n. 20. quia illę sunt extra rem, non verò in indiuiduo: & sufficit pro præcisa probatione huius secundę sententię, nullo iure caueri, viduam propter stuprum amittere dotem, sed est inuentũ Pauli de Castro & sequacium, quorũ sentētia nullo fulcitur solido fundamento, cũ ius canonicũ & ciuile solũ infligant hanc pœnam amissionis dotis pro vero & proprio adulterio cõmisso ab vxore viuente viro, non verò eo mortuo: nam q̄ vidua lucris ab ipso marito, & causa eiused sibi obuenientibus, priuetur propter vitam luxuriosam, tanquam ingrata & indigna, iure cautũ est, vt vidimus; at verò q̄ propria dote ac patrimonio, qđ nec à marito, nec ei occasione acquisiuit, priuetur, nullo iure cautũ inuenitur; non enim aliqua lex inquit, quòd ex causa ingrati tudinis quis priuetur proprio patrimonio, sed solũ his bonis, quę acquisiuit ab illo, aduersus quem ingratus extitit, vt in l. si. cum simil. C. de reuoc. donat. In sũma, iura pœnã amissionis dotis constituunt atq; imponunt pro adulterio commisso durãte vero matrimonio: quãuis igitur viduitate durante, adhuc remaneãt vestigia matrimonij quoad fauorabilia, honores & priuilegia viduę, ipsum tñ matrimonium iam morte viri solutum est, vt prædiximus, & infra quoq; dicemus: vnde quoad pœnalia non est idem cõsendum, ac si matrimonium verè duraret. † Secũdò eadem sentētia negatiua hoc irrefragabili fundamento fulcitur, nam vidua luxuriosè viuens easdem patitur pœnas, quas mulier secũdò nubens infra annũ luctus de iure ciuili, & sic priuatur lucro à marito sibi relicto, vt in auth. de restit. & ea quę parit, & c. §. fin. vers. inferim⁹, Abb. in c. vxorat⁹. n. 2. de conuers. cõiug. & ceteri DD. quę pœnę enumerãtur in l. 1. C. de secũdis nuptijs, & ibi DD. sed inter illas non numeratur amissio dotis: ergo nõ amittit dotē. ita Crau. vbi supr. n. 27. dicēs hoc esse iudicio suo efficacissimũ fũdamētũ, dos enim est propriũ patrimonium mulieris, non

verò lucrũ sibi à marito proueniēs, vt in l. Põponius. ff. famil. herciscũd. & in l. 3. §. sed vtrũ. ff. de minorib⁹. Nec obstat respõsio Octau. vbi sup. q̄ præfatũ argumētũ procedat affirmatiuè, nēpè nubens 7 annũ luctus, punitur talibus pœnis; ergo eisdẽ punitur vidua impudica, nõ autem negatiuè, puta, Nubēs intra annũ luctus, non punitur tali pœna; ergo nec vidua luxuriosè viuens, quia hæc alijs pœnis subijcitur, vt in d. §. si. vers. inferimus, in auth. de restit. & ea quę parit. quoniã in d. §. final. vers. inferimus, nõ imponitur pœna amissionis dotis, de qua agimus.

Et in terminis hanc secũdã partẽ principalẽ tenet Alex. in d. l. sororẽ, col. 1. C. de his quib. vt indignis. las. sibi contrarius in d. l. fideicõmissum, nu. 3. Dec. in c. pastoralis, nu. 8. de iudic. & in l. cũ quædam puella, nu. 12. ff. de iurisdict. omniũ iudic. Maynerius in l. in ambiguis pro dote, nu. 208. ff. de reg. iur. Aymon Crauet. d. conf. 205. n. 24. cũ seqq. & inquit Socin. Iun. conf. 111. num. 7. in fin. libr. 3. quòd fortè hodie contra Paul. Castr. est magis cõmu. opin. sequitur Chassanæus in consuetud. Burgũd. rubr. 4. §. 6. verb. *Et scia tenue* nu. 24. vbi inquit, se ita vidisse in practica seruari; & hanc opinio nẽ esse veriorẽ & benigniorẽ affirmat D. Couar. in 4. de sponsal. 2. p. c. 7. §. 6. n. 11. dicens secundũ eam pluries iudicatum fuisse, & Ant. Gom. sibi contrarius in l. 80. Taur. n. 70. & Pinel. in l. si. nu. 9. C. de bonis mater. Petrus Dneñ. in reg. 12. limitat. 3. & Emanuel Costa in repet. c. si pater 1. p. verb. legauit, n. 41. cũ seqq. de testam. in 6. dicens, quod in puncto iuris, tũm maximè in iudicando & consulendo, non auderet recedere ab hac opinione. D. Ant. de Padilla in d. l. fideicõmissum, nu. 4. Quinimò Guiellerm. Benedict. in repet. c. Rainuntius, in 3. p. n. 202. de testam. clarè affirmat, q̄ conclusio contraria, nēpè quod vidua stuprũ cõmittens amittat dotem, communiter reprobatur; & inquit Iulius Clarus libr. 5. recepr. sent. §. stuprũ, in vers. sed nunquid, se credere hodiernis temporibus opinionẽ contra Paul. de Castr. esse

esse magis communem, ut dicit Socini ubi supra, & Roland. à Valle consilio 87. circa finem, lib. 2. & quod iuxta illam in facti contingencia iudicavit Curia Burdegalens. ut refert Boeri. in præcitata decisione 338. in fin. & idem ab ea, tanquam etiam benigniore, non esse recedendum in iudicando. Eandem sententiam veriore, & in practica assidue receptam vidisse testatur plures allegans D. Molin. ubi supra, d. c. 9. nu. 55. eandem plurimos referens sequitur & veriore esse existimat Ignatius Salcedus ubi supra. Nec obstant fundamenta contrariæ partis, quibus ut plurimum satisfactum supra existit in his quæ pro hac 2. iecimus, & præterea levia sunt, & locum non habent in pœnalibus: mulier enim improprie dicitur durare in matrimonio viri, eo iam mortuo, ut constat ex d. l. si. C. de bonis matern. quæ loquitur per verbum, Videtur. Secundum fundamentum non obest, quoniam loquitur in lucro hæreditatis relicto hæredi à defuncto, nos verò in proprio patrimonio dotali viduæ, quod sibi nullo iure auferatur per stuprum. Eodem modo respondetur ad tertium, Ad quartum respondeo, quod quamvis viduæ luxuriantes primam fidem irritam faciunt, atque proinde peccent mortaliter, non tamen idem sequitur durare matrimonium, nec adulterium proprie committi, cum imò idem Paulus docuerit morte viri solutum esse matrimonium, ut prædiximus, ac proinde non comitti adulterium. Quintum etiam, quod habet, propter adulterium, seu potius stuprum commissum in matrimonio putatio amitti dotes, iuxta glossam mag. in fi. in d. c. plerumque, communiter approbatam: ergo etiam in matrimonio ficto, de quo agimus, non obest, contrarium namque in terminis d. glossæ c. plerumque, tenuit altera glossa iuris civilis, in l. consensu. §. vir quoque, verbo sibi habere. ibi. Item, quid dices. C. de repud. quam ibi sequitur communiter scribentes, & in l. si cum dote. §. fin. ff. solut. matrim. secund. eund. Ant. Gom. in d. l. 80. Taur. n. 48. & Bald. Nouel. in tracta. de dote, p. 11. vers. decimatertia differet-

ria, & alij plures relati per Crau. d. cons. 205. nu. 39. inter quas opiniones & glossas contrarias assignat concordiam Ant. Gom. nempe ut prior procedat, quando maritus egit contra uxorem ad separationem tori, & dote lucrandam propter adulterium, & lata sit sententia in favorem mariti, unde licet postea velit uxor dotem repetere, dicens matrimonium fuisse nullum ob aliquod impedimentum, non sibi proderit, propter auctoritatem rei iudicatæ, & alias rationes, de quibus per glossam in d. c. plerumque, & DD. ibidem, quæ glossa in hac specie loquitur. Glossa verò secunda in d. l. consensu. §. vir quoque, loquitur & procedat, quando uxor principaliter egit ad separationem matrimonij propter affinitatem, consanguinitatem, vel aliud canonicum impedimentum, & fertur sententia, in qua declaratur matrimonium esse nullum, & maritus vult retinere dotem propter adulterium, tunc enim non poterit id facere, quia verè non fuit inter eos matrimonium, secund. Ioan. Andr. Ant. de Butr. Ancha. Cardin. aliosque DD. in d. c. plerumque. Aliam etiam concordiam inter easdem glossas assignavit Octavian. d. decisione 77. n. 29. & 30. quam apud ipsum videre poteris, nempe ut si mulier in hac specie commisit adulterium principaliter explende libidinis causa, amittat dotem, secus verò si principaliter id egerit, non explende libidinis gratia, sed vindicande iniuriæ sibi illatæ, ob mariti cum impudicis mulieribus concubitum: quæ concordia mihi non placet: sed hodie in nostro Regno, etiam si matrimonium ex aliqua causa sit nullum, maritus poterit accusare uxorem putatiuam & ipsum adulterum de adulterio: & omnes pœnæ, quæ habent à locum contra adulterium, quando matrimonium valet & tenet, habent locum, quando matrimonium ex aliqua causa legitima est nullum, ut cauetur expressè in l. 81. Taur. quæ hodie est l. titulo 20. libro 8. nouæ collect. Regiæ, & ita per eam tenet Anton. Gomez ibidem numero 48. & sic hodie glossa in d. c. plerumque, in nostris Regnis approbata est. Superest igitur,

vt eidem respondeamus, ne obsit secūde nostræ veriori ac tenendæ sententiæ, quam defendimus, & idē Aymon Crauet. vbi supra, d. conf. 205. nu. 36. respondet dicens, maximam rationem diuersitatis esse inter hos duos casus, adulterium namque commissum in matrimonio putatio idē puniatur eo modo, quia alias sequeretur absurdum, quod melior esset conditio contrahentium matrimonium prohibitum, & minus legitimum, contra. l. quod Seruius. ff. qd vi aut clam. Et præterea, quamuis hi duo casus essent æquiparati, adhuc tamen fieri nō debet extensio de vno ad alium, nisi æquiparatio sit simplex aut vniuersalis quoad omnia, vt latē ibi probat n. 24. post alios: sed matrimoniū verum, & matrimoniū fictū nō reperiūtur parificata simpliciter, & vniuersaliter quoad oia, sed tantum quoad fauores, igitur quoad pœnā extensio locū minimē habet, cū id esset cōtra iuris canonici regulas vulgares prædictas: & quamuis prædict. rationem diuersitatis ab Aymon. assignatam pluribus improbat Octavian. vbi supra, num. 23. ne zari tamen non potest maximē differre inter matrimonium putatiuum, & fictum, prius etenim verum putatur, ac pro tali habetur, quo vsque Ecclesia illud annullauerit, ac pro tali nullo declarauerit: adulterium igitur interim commissum ita punibile esse meritō debet, ac si verum matrimonium præcessisset, quamdiu ab Ecclesia tunc temporis toleratum fuerit: at verō in matrimonio ficto, hoc est post mortem viri durante viduitate, solutum est verē auctoritate diui Pauli, & Ecclesiæ, quāuis adhuc vestigia eiusdem matrimonij durent in fauorem ipsius viduæ, non tamen in ipsius odium ac pœnam, & sic in pœnalibus, argum. quod fauore, de legibus, cum similibus, & in terminis ita tenet Felinus in cap. ex parte B. colum. 1. de foro compet. quem refert & sequitur Ignatius Salced. vbi supra, in versic. 23 nec his aduersatur. † Quāuis autē adulterium ab vxore putatiua commissum ita puniatur, sicut commissum à vera

vxore, vt prædiximus, impedimentum tamen, quod iure canonico oritur inter eum, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, & ipsam adulteram, ad cōtrahendū matrimoniū nō solum est impediens, sed etiam dirimens tribus casibus, nempe quando: adulterium fit eum machinatione in mortem alterius coniugis, vel eum fide, quam adulter dat adulteræ, q̄ eam post mortem alterius coniugis ducet in vxorem; vel quando is, qui vxorem habet, cum altera de facto contrahit, si tamen adulterium interueniat, vt in cap. 1. & in c. preposuit. de ea qui duxit, & c. & in l. fin. titul. 2. part. 4. declarat optimē Dominicus à Soto in 4. distinctione 37. art. 4. & Specul. coniug. in 1. part. artic. 34. de impedimento adulterij, per totum, 24 vbi procedit per cōclusiones, † & ad hoc vt huiusmodi impedimentum incurrat, non sufficit promissio seu fides de cōtrahendo post mortem vxoris, simul & copula carnalis, sed requiritur quod talis adulter verē habeat legitimā vxorem, vel quod ipsa habeat legitimū virum, & sic requiritur quod matrimonium primum sit validum; quia si prima vxor non erat legitima ex aliqua causa iuridica, non erit impedimentum, licet dederit fidem adultero: ita probat expressē text. in cap. significauit nobis. de eo qui duxit in matrim. & c. & ibi notat DD. præcipuē Abb. & Præposit. & in terminis tenet Angel. de Clauasi in sua summa verb. matrimonium. 3. impedimento. 9. §. 1. versic. 4. requiritur, quem refert & sequitur Specul. coniug. vbi supra, in 6. conclusione, estque verissimum, quia probatur in d. c. significauit. Ad 6. fundamentum, cum cæteris eidem adiunctis, iam supra satis factum existit. Remanet igitur satis probata ac elucidata nostra verior & receptior sententia aduersus Paul. Castrensi. & sequaces, nempe quod vidua propter stuprū non amittat dotem. † Quæ recepta sententia nedum procedit, si mulier luxuriatur post annum luctus, sed etiam si intra annum luctus stuprum committat;

tat: vtroque enim casu tenenda est præfata opinio secunda indistinctè, vt optimè aduertit Ioã. Crocus in d. §. Cato. 2. lectura, nu. 78. & Petrus Dueñas vbi supra, Arias Pinel. in d. l. fi. nu. 11. C. de bonis matern. Costa in d. c. si pater, verb. legauit. 1. p. nu. 41. ad fin. quos refert & sequitur D. Molin. vbi supra, n. 55. vers. hæc autem, tamen si Ioann. à Garro. in auth. eisdem poenis. nu. 21. C. de secund. nupt. & Alciat. in reg. 2. præsumptione 9. nu. 5. & Couarr. vbi supra, nu. 11. aliud existimauerint, nempe opinionem primam Pauli & sequacium procedere in vidua intra annum luctus luxuriosè viuente, vt ipsa tunc temporis dotè amittat, secus si post annum luctus id faciat: secundùm quam opinionè in vidua intra annum luctus fornicante censuit senatus Pedemont. vt per Octau. vbi supra in fine decisionis.

Hæc tamen distinctio non est tenenda, sed potius indistinctè pars negatiua, secundùm quam non semel iudicatū fuit, teste D. Couar. vbi supra, numer. 12. vbi quod eam proprio suffragio probauit, eamque probat aduersos præfatos Ignatius Salced. vbi supra, in vers. nec recipienda est.

26 Hinc etiam reiicienda erit altera distinctio, quam in proposito probauit Petrus Peral. in d. l. cum quidam, nu. 2. dicens, quod si dos non est exacta per viduam ab hæredibus mariti, perdit actionem, quam aliàs habebat ad eam repetendam: si verò illam iam exegit, eam non perdit propter adulterium post mortem viri commissum, secund. Hippol. consi. 13. per totum: hæc namque distinctio sustineri non potest, siue enim dos exacta sit, siue exigenda, non amittitur propter huiusmodi stuprum vel adulterium post mortem viri commissum; nulla namque sufficiens ratio differentiae assignari potest inter dotem exactam & exigendam, vt in hac specie de vno casu ad alterum iuris dispositio aded variada sit, vt rectè deduxit ac tenuit D. Molin. vbi supra, d. nu. 55. in vers. similiter etiam. Præterea aut crimen huiusmodi est dignū amif-

sione dotis, aut non. Si est huiusmodi, quid præstat q̄ dos sit exacta? si verò non est huiusmodi, cur dotem non exactam, siue actionem ad eam exigendam amittere habet huiusmodi vidua? punctus enim siue rei substantia non consistit in eo, an dos sit exacta, necne, sed in eo tantùm, an iure vidua propter stuprū amiserit dotè aut actionem ad eam exigendam, necne: hoc autè iure non probatur: igitur &c, nihil enim cõmune habet, aut annexum, siue depedens necessarium exactio ipsa dotis, vel amissio exactiois cum stupro: nõ igitur in cõsequentiã trahendum est.

27 Tertiò ex supra dictis deducitur, procedere nostram & veriore sententiam præfata etiam in vidua multis stupris assuefacta, & prostituta, adhuc enim ea propria dote ob id non erit priuanda, secundùm Costam vbi supra, n. 44. quem refert & sequitur Ignatius Salzedus vbi supra, in vers. nec equidem.

S V M M A R I V M.

- 1 **L**ocatio vel concessio in emphiteosim rerū Ecclesiæ ultra tempus permissum facta, an in aliquo teneat? & per totū caput, n. 5. refertur pars negatiua, n. 6. affirmatiua, n. 7. cõcordia assignatur, & n. 8. limitatur, & nu. 10. & 11. alia limitationes referuntur.
- 2 Partis appellatione simpliciter licet in dubio veniat dimidia: dictio tamen, Aliqua, vel aliquid, verificatur in minima parte.
- 3 Vbi agitur de obligatione cõtrahenda in his, quæ dependent à voluntate duorum, si actus nõ valet vt fit, nec valebit vt fieri potest.
- 4 Stãte statuto, vt electio fiat ad annū, & nõn ultra, si fiat ad tres, non valet, etiã ad annū.
- 6 Tex. in auth. de non alien. aut permut. reb. Eccles. §. emphiteosim. & in Clem. 1. de rebus Eccles. non alien. intellectus.

C A P V T XIII.

De alienatione per concessionem in emphiteosim rerū Ecclesiæ ultra tempus permissum facta, an in aliquo teneat?

S V M M A

- 1 **S** V M M A controuersia haberi solet circa illam, quæstionem, an locatio vel concessio in emphiteosim rerum Ecclesiæ ultra tempus permissum facta, in aliquo teneat? Et in primis eam omnino nullam esse, probari videtur ex tex. in extrau. ambitiosæ, inter communes, de rebus Ecclesiæ non alien. dum subdit, locationem aliter factam nullius omnino esse roboris. Idem probat tex. in auth. de non alienand. aut permutan. rebus Ecclesiæ. §. emphiteusi. ibi: Neque quod fit, habere aliquod penitus robur sinimus. † text. in Clem. 1. de rebus Ecclesiæ non alien. vbi dicitur, nec recipienti ius aliquod acquiri; licet enim appellatione partis simpliciter veniat dimidia, vt in l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verborum signific. & in c. 2. §. 1. de decim. lib. 6. cum similibus, dictio tñ, Aliqua, vel aliquid, etiam in quolibet minima parte verificatur, iuxta glos. iunctã tex. in Cle. 1. de foro comp. verb. aut earum parte, vbi Cardin. in. 9. q. eam sequitur: similiter etiam Panor. & Felin. in c. pastoralis. de officio de leg. in princ. n. 8. & ibi additio. Bald. & Decius in c. quoniam. per tex. ibi, de testibus, n. 2. vbi limitat, nisi materia subiecta aliud suadeat. Ias. in l. Gallus. §. in omnibus. n. 4. ff. de liberis & posth. idem Ias. in l. cætera. §. sed & si quis ad opus, nu. 17. ff. de leg. 1. & in auth. ex causa. col. 4. n. 3. C. de liberis præteritis vel ex hæredat. latè Tiraquel. in l. si vnquam. verb. vel partẽ aliquam, nu. 5. & 14. C. de reuocand. donat. Rebuf. in compendio alienationis rerum Ecclesiarum, nu. 58. Greg. Lupus in l. 22. in glos. *alguna partida*, tit. 8. par. 5. D. Couar. lib. 2. variar. resolut, c. 16. n. 5.
- 3 Secundò, hoc idem probatur, quia vbi agitur de obligatione contrahenda in his, quæ pendent à voluntate duorum, si actus nõ valet vt fit, nec valebit vt fieri potest: argum. tex. in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. obligatio. vbi Bart. n. 5. ibi: Aut in his quæ depèdent. hanc doctrinam expressè constituit, in quo est cõmunitè approbatus per DD. ibi.
- 4 Tertiò facit determinatio Romani cõs.

66. dicētis, q̄ stãte statuto, vt electio cõsiliariorum fiat ad annum, & non vltra, & si contra fiat, sit nulla, si hoc non obstante, electio fiat ad tres annos, non valet, etiam ad annum dumtaxat.

- 5 Quare in terminis in locatione rerum Ecclesiæ facta ad longũ tempus, vel vltra tempus à iure permissum, q̄ in totum sit nulla, nec sustineatur quo ad tempus permissum, sensit Bart. in auth. qui rem, nu. 7. de sacrosanct. Ecclesijs, vbi Ias. nu. 21. idem probat Lopus allegatione 80. Imol. in l. quod dicitur. in fin. ff. de verb. obligatio. Bald. in l. quæcumq̄ue, nu. 1. C. de bonis quæ liberis. idem Bart. consil. 159. nume. 8. Angel. in d. §. emphiteusim. Alex. consil. 17. nu. 70. lib. 4. Ias. in l. 1. §. si quis ita. n. 23. ff. de verb. obligat. Matth. de Afflict. decis. Neapolitana. 107. nu. 2. cum seqq. vbi loquens in emphiteusi in perpetuum concessa, inquit, quodd maior pars dominorum de Consilio tenuit hãc opinio. Eandem in eisdem terminis, saltem quando est vtica concessio, testatur magis commu. esse sententiam Alex. consil. 193. nu. 4. libr. 7. & hanc latè probat D. Couar. lib. 2. variarum resolut. c. 16. n. 5. vers. tandem; & c. qui in vers. præcedenti reprobauerat distinctionem Caroli Molinæi in consuetud. Paris. tit. 1. §. 41. quæst. 10. existimantis hãc opinionem procedere solũ in locatione rerum Ecclesiæ vltra tempus debitum facta, secus verò in concessione in emphiteusim ad generationes; in vtroque enim casu existimat: D. Couarr. veriorẽ esse opinionem Bart. vbi supra, & sequacium, ex tex. in auth. de nõ alien. aut permutand. rebus Ecclesiæ, in §. si verò etiam perpetuam, colum. 2. hanc etiam sententiam sequitur & dicit veriorẽ & crebriorem; plures auctores allegans, Franciscus Beccius consil. 92. n. 22. lib. 1.
- 6 Rursus cõtraria sētētia, imò q̄ locatio rerum Ecclesiæ vltra trienniũ, si tñ facta sit ad octo annos, valida sit quo ad tres primos, nec in totũ rescindatur; & idem sit in emphiteusi concessa vltra tempus à iure permissum, ex eo probatur, quodd in se-

in separabilibus vtile non vitiatur per inutile. l. i. §. sed si mihi. ff. de verb. obligat. & in reg. vtile. de reg. iuris in 6. sed in his contractibus tempus permissum à tempore prohibito separari potest: ergo in eis vtile per inutile non vitiatur. Secundò eadem sententia probatur ex auth. de non alienand. §. quod autem, in fin. verbis, ibi: Duobus heredibus cessantibus, ceteris tradere, & c. Tertio, quia idem videmus in donatione ultra quantitatem permissam facta sine insinuatione, vitiatur nãq; solum in quantitate prohibita, in ea autem quæ permissa est, firma manet, vt in l. sancimus. & in l. i. C. de donatio. ex quibus hanc secudã sententiã in terminis tenet Bald. in auth. si quas ruinas. C. de sacrosanct. Ecclesijs. Paul. Castr. in auth. qui rem. C. eod. tit. vbi Ias. n. 21. & Dec. nu. 22. & 23. dicit hanc esse cõmun. opin. & non esse ab ea recedendũ, & esse tenendã in praxi, secund. Aret. in l. i. §. sed si mihi. col. 6. ff. de verb. oblig. sequitur idẽ Imola in c. ex parte. de feud. col. penult. Alex. cõf. 38. n. 5. lib. 2. Curtius in tracta. feudorum 2. p. q. 6. Tiraqu. lib. 2. de retractu. §. vlt. n. 144. & hanc testatur magis cõmunẽ ac veriore opin. Carol. Molinæus vbi supra n. 43. cõmunẽ & frequẽtiori calculo receptã affirmat Couar. vbi sup. d. nu. 5. in princ. & in vers. sed præmissa Bald. sententiã, & esse veriore & magis cõmunẽ testatur Iulius Clar. lib. 4. receptarũ sent. §. emphiteus. q. 6. vbi alios refert: idem loquens in re feudali probat eodem lib. §. feudum. q. 13. ad finem.

Quid tenendũ? Ego profectò in re hac breuiter distinguendum censeo, vt si in contractu huiusmodi tẽpus permissum à prohibito separari nõ possit, procedat & tenenda sit prima sententiã: si verò tẽpus permissum à prohibito separari possit. cõmunior & magis recepta sententiã tenenda sit, nẽpẽ vt tẽpore permissio valeat locatio vel cõcessio in emphiteusim, pro prohibito verò nullasit: & hoc verisimũ & tenendũ censeo, per sup. dicta.

8 Addit tñ D. Molin. lib. 1. de Hisp. primog. c. 21. nu. 28. vers. sed quamuis. eam resolutionẽ verã esse, & procedere pro-

culdubio in locatione rerũ Ecclesię facta ultra trienniũ, dummodò ad longũ tẽpus non ascendat, atq; in emphiteusi de re Ecclesię ultra generationes cõsuetas concessa, & similibus contractibus, in quibus frequentius DD. loquuntur: secus in locatione ad longũ tempus de re Ecclesię vel maioratus facta, quã omnino vitiari, nec per aliquod tempus sustineri posse probat noua ratione, quam ibi pro solidissima tradit, dicens; eidẽ non posse congruũ responsum assignari, nẽpẽ quia conducens ad longũ tẽpus, non coniequitur id quod ex longi temporis locatione consequi voluit ex minoris tẽporis locatione, si pro eo valeret, scilicet vtile dominiũ cuius tractatio ad plures effectus vtilissima, quã tñ ex hac non transfertur, imò variato tempore, variatur etiam contractus species: ergo conductor non tenetur stare contractui ab illo quem verè fecit tam diuerso, non enim potest contractus simpliciter gestus de vna specie in aliã transire. l. vbi ita donatur. & ibi DD. ff. de donat. caus. mortis. & in l. cũ precario. ff. de precario. Idemq; probat in emphiteusi, & in locatione ad vitam. Quæ declaratio mihi placet, maximè que coadiuuatur ex mente conductoris, cùm ob hoc conducere aliã non conducturum ad minus tempus præsumendum sit: quod attendendum est, vt ex infra dicendis clarius apparebit: quod si hoc in fauorẽ conductoris statuitur, idem credo obseruandum fore in fauorẽ locatoris rei Ecclesię, vel possessoris maioratus, quãdo ipsi nolint in aliquo stare contractui locationis ad longum tempus factæ, vel ad vitam, sed omninò in totum ipsum vitiari velint inuito cõductore, vt equalitas inter ipsos seruetur: argumẽto eorũ quæ tradidimus supra libr. 1. c. 36. nu. 12. Quod si vterq; cõtrahens consenserit, vt locationi stetur pro tẽpore permissio, proculdubio ea in specie pro illo tempore sustinebitur contractus.

Non obstat modò text. in d. §. emphiteusim. & in Clem. 1. de rebus Ecclesię non alienand. & in d. extrauag. ambitiosa. dũ probant, cõtractus aliter factos

factos esse nullos, nec recipientibus ex eis aliquod ius acquiri, quia debet intelligi quoad tempus prohibitum; secus quoad reliquum tempus, alijs legibus permissum, sic quod magis communiter intelligi atque declarari solent, secundum D. Molin. ubi supra. in 10 vers. cui opin. † Supra d. tñ magis communiter sententia moderata prout in distinctione precedenti, vera est & procedit, nisi ex aliquibus coniecturis appareat, contrahentes non aliter id acturos, quam si contractus durasset per omne illud tempus quod convectum fuit, quia tunc contractus individuus atque inseparabilis iudicandus esset, quavis quoad tempus ac pretium alias separationem & diuisionem recipere posset, ut tenet Bart. in cons. 159. n. 8. Alex. Socin. & Alciat. in l. 1. §. quod si mihi. ff. de verborum oblig. Deci. in d. auth. qui re, n. 23. Felin. in c. cum super, col. 2. de offic. de leg. Carol. Moli. d. q. 10. n. 46. Tiraquel. de retractu linag. §. 23. glo. 1. nu. 28. & id fatentur omnes secundum D. Couar. ubi supra. n. 5. in vers. sed premissa, idem profitentem, & bene, in locatione ad vitam: quod etiam sequitur ac probat D. Moli. d. c. 21. n. 28. in vers. quod intelligendum est, non enim contrahentes id egisse videtur, ut ad minus tempus locatio pro rata valere debeat, quavis pretium in singulos annos distribui possit, quia longè minori pretio res ad vitam quam ad singulos annos respectu cuiuslibet anni locari solet, ut experientia docet. † Quinimò etiam si id ex alijs coniecturis constare non possit, neque contrahentes non aliter quam pro omni tempore contracturos, hoc presumendum erit, si alicuius ex contrahentibus inter sit contractum pro omni tempore, non pro minori durare, interesseque; ipsius sit considerabile, prout dicebamus supra in locatione ad longum tempus facta, ratione translationis dominij utilis, tunc enim contractus in totum vitabitur, & pro tempore permissio non sustinebitur, ex l. fundus. ubi glof. & DD. ff. de contrahenda emptione. & in l. eiusdem. §. interdum. ff. de aedilicio edicto. ut resoluit Alex. in d. §. sed si mihi. n. 5. & late Tiraqu. d. §. 22. glo. 1. n. 20. cum sequitur quos sequitur D. Mol. ubi supra, in vers. illud tñ, dicens, quod si nullum in-

teresse pretendi possit ex eo quod contractus pro tempore permissio valeat, nec ex coniecturis contrarium colligi possit, semper contractus pro tempore permissio valebit, & pro tempore prohibito vitabitur, iuxta supra dicta: quod verum puto.

12 Ultimò superest, ut examinemus, an contractus locationis de re Ecclesie factus ultra tempus permissum, unico tñ pretio pro omnibus annis simul constituto, an in totum vitietur, nec ne? In qua questione communiter sententia DD. habet, in ea specie contractum in totum vitari, quia ex vnius pretij assignatione contrahentes id fecisse videtur, ut non nisi pro toto tempore contractus valere debeat; vnica enim pactio est que commodam temporis diuisionem non patitur: quod expressissime decidit Bald. cons. 475. libr. 1. quem sequitur Tiraquel. libr. 1. de retractu. §. 25. glof. 1. nu. 10. quam sententiam dixit veriorè & magis communè Alex. d. cons. 143. n. 4. & 7. eamque expressè probat D. Couar. ubi supra. d. n. 5. vers. ex his etiam, ubi quod eadem ratione idem dicendum erit in locatione de re Ecclesie facta, erit namque; nulla omnino, neque pro tribus annis, aut eius temporis pro quo iure fieri poterat, sustinebitur, quia est vnica ex mente contrahentium, & individua locatio, in qua non potest separatio congrua fieri eius temporis quod permissum est, ab eo in quo excessus adest: quod verissimum puto, ut praxi dixi, & placet quoque Molin. ubi supra, d. nu. 28. in fin. non ea ratione solum, sed ex eo etiam, quod diuersa contractus species à locatione ad modicum tempus sit.

Sed aduersus predictam sententiam, quæ habet, quod locatio de re Ecclesie facta ultra tempus permissum unico pretio pro omnibus annis simul constituto, vitietur omnino in totum, tenet Iulius Clar. ubi supra. verb. emphitusil. q. 6. ea neque ratione, quod possit pretium pro rata in singulos annos distribui, sicque commodam diuisionem in hunc sensum huiusmodi locatio patiatur: cuius sententia contra communem placet D. Molin. ubi supra, d. n. 28. vers. & quamuis, nisi ex his quæ dicta

dicta sunt seu similibus constaret, locantem, non nisi pro omni tempore locationis re locasse, seu maiores fructus rem ipsam quibusdam annis quam alijs solitam esse producere, vel aliter contrahentium intersit, non nisi pro omni tempore, non autem pro minori contractum valere; quo casu, inquit ille, contractus in totum vitabitur, non tamen ex eo quod vnico pretio facta fuerit locatio, sed quia ex rationibus predictis contrahentes videntur locationem, habito respectu ad omne tempus per quod fuit facta, non autem ad singulos annos, eam fecisse. Sed quauis hec opinio probabilis videatur, mihi magis placet communis predicta limitatio, eamque in praxi sequendam esse existimo, eritque indubia, si ex predictis constiterit, contrahentes non aliter contracturos; tamen adhuc existimem ex predicta pactione vnici pretij, siue vnice pensionis constitutione pro toto tempore locationis, satis ostendi mentem contrahentium absque alijs coniecturis eam esse, vt contractus indiuiduus sit, ac proinde in totum vitietur.

S V M M A R I V M.

- 1 **P**rimogenia in Hispania an iuste institui possint in conscientia, tam facultate Regia, quam legis Regie tertij & quinti bonorum? & numeris seqq. precipue nu. 8. vbi opinio affirmatiua probatur, dummodò ceteri filij alimentis, saltem competentibus, non defraudentur, vt in nu. 29.
- 2 Prima ratio, quare primogenia licita sunt & permessa, est propter bonum publicum.
- 3 Interest Reipub. illustres habere familias, earumq; patrimonia conseruari, &c.
- 4 Domus magnatū sunt veluti ossa firmissima totius corporis Reipub. vt hic late ostēditur.
- 5 Primogenia etsi iure nature repugnare videantur, cedunt tamen in decorem & emolumentum Reipublice, vt hic.
- 6 Secunda ratio, quare primogenia sunt licita, est, quoniam bonorum diuisione patrimonia maxime extenuantur.
- 7 Maioratus constitutio fit, vt bona vniuersa cōfer-

uentur in personis primogenitorum.

- 8 Tertia ratio est, quoniam ex hac maioratum institutione nobilitas & familiarum dignitas sustinetur, quod maxime interest Reipublice, & in nu. 9.
- 10 Quarta ratio est, vt nomen & memoria nobiliū, qui hoc maioratus cōstituunt, conseruetur, plerumque enim ea cōditione fiunt, vt iucēssores nomen & arma cōditorum ferant.
- 11 Arma & insignia, quæ in maioratum creatione imponuntur, Reipublice vtilia sunt, vt hic.
- 12 Condicio maioratus, vt possessor eiusdem nomen & arma conditoris ferat, & in tumulo fundatoris sepeliatur, ad vnguem obseruanda est, alioquin maioratu erit priuandus.
- 13 Quinta ratio est, quando maioratus fit de oppidis, quorum iurisdictio & gubernatio ad constituentem pertinet, quia per vnicum dominum castra & iurisditiones rectius & tutius gubernantur, & propter discordiam, qua facillè oritur inter plures.
- 14 Aliæ plures cause instituendi primogenia reddi possunt, vt hic remittuntur.
- 15 Vera rerum cognitio à causis prioribus derivatur, & rectè eam re scimus, quam ex prioribus causis cognoscimus.
- 16 Maioratum Hispanorum originē quodammodo derivationem ab instituto diuino duxisse, vt hic late probatur.
- 17 Maioratus Hispani non modicam habent ab instituto diuino derivationem, & processerunt à legibus & institutis Hebræorum.
- 18 Primogenia nostri tēporis nihilominus à legis veteris primogeniis dissimilia sunt.
- 19 Iure etiā diuino foemina excluderentur admittis masculis, pro conseruatione familiarum.
- 20 Ius primogenitue simpliciter sumptum à iure naturali, quod natura omnia animalia docuit, etiam originem ducit.
- 21 Primogenia à iure etiam gentium non modicū principium duxerunt.
- 22 Non est vera distinctio communis iuris gentium primæui & secundarij.
- 23 Primogenia à iure quoque civili originem ducunt: nam etsi facultas testandi à iure gentium processerit, id tamen verum est inuentione: forma autē & solennitate atque approbatione à iure civili proserit.
- 24 Primogenia originem etiam ducunt à lege Canonica, & etiam consuetudinaria.

Primoge-

- 25 *Primogenia Hispanorum secundario & certius ab ipso Hispania Regno, tãquam à capite, eiusque succedendi ordine derivantur, propriãq; ac verissimã originem trahunt.*
- 26 *Quoties in maioratus successione dubitatio inciderit, interpretatio accipiendã est à Regni successione.*
- 27 *Iura nullam inducunt, nec cogunt ad faciendum maioratum vel meliorationem sed tantum id permittunt, concedunt, atque indulgent, ob bonum publicum.*
- 30 *Maioratus ac vinculum quinti bonorum, aut tertij, vel tertij & quinti, in utroque foro liciti sunt, etiã si fiat in fauorẽ cõsanguineorum, vel aliorum, deficientibus descendenti- bus & ascendentibus, vt in nu. 31. Idem in maioratu vel vinculo de 3. parte bonorum factõ ab eo qui ascendentes, non vero descẽdentes legitimos habet, vt in n. 32. Idem in maioratu factõ, de omnibus bonis in persona filij naturalis, deficientibus descendenti- bus legitimis, quãuis ascẽdentes adsint, vt in n. 33.*
- 34 *Mater potest facere maioratum in filium spu- rium, deficientibus alijs legitimis & natu- ralibus.*
- 35 *Lex humana, tam civilis quam canonica, ob bonum commune lata, etiam in foro con- scientie seruanda erit.*
- 36 *Qui legis humane auctoritate aliquid facit, non peccat, nisi ea lex diuina contraria sit.*
- 37 *Maioratus omnium bonorum absque Regia facultate fieri non potest, nisi ceteri filij ex- pressẽ cum iuramento eidem consentiant.*
- 38 *Maioratus ex omnibus bonis cõ licentia Regia à parentibus factus, nõ relictis ceteris filijs alimentis competentibus, siue eadem facul- tas hoc præceperit, vel non, in neutro foro non est securus: non tamen erit nullus, sed potius sustinebitur, assignatis ceteris filijs alimentis competentibus, vt in nu. 39.*
- 40 *Facultas Regia ad faciendam maioratum, de omnibus bonis alicui concessa, conditione adiecta, vt ceteris filijs alimenta compe- tentia relinquuntur, est iustissima, & in foro conscientie tuta respectu omnium ea forma seruata.*
- 41 *Facultas Regia ad faciendum maioratum de omnibus bonis concessa ei, qui quamuis non habeat descendentes legitimos, habet tñ ascẽdentes huiusmodi, an valeat? & num. seqq.*
- 42 *Legitima ascendentium, lege, consuetudine, re- scripto, seu etiam statuto, non solum minui, sed etiam omnino tolli potest.*
- 43 *Maioratus factus cum facultate Regia in fa- uorem descendentium, vel ascendentium, in quo graua non in legitima debita apponitur virtute eiusdem facultatis, iustus & in foro conscientie tutus est: si verò absque facultate Regia id fiat, sed cum permissione legis, valebit etiam cum prædicto graua- mine, cum consensu legitimo eiusdem me- liorari, & grauari: & nu. 44. quid quãdo deficit prædictus consensus.*
- 45 *De natura primogenitorum est, vt ipsa de pri- mogenito in primogenitum transeant.*
- 46 *In maioratus successione linea recta debet sem- per succedi, vt nec successio retrocedat, nec de vna linea ad aliam transitus fiat.*
- 47 *Recta linea non est omnibus qui ab instituente, seu potius maioratus possessore descendunt, sed ex ipsis primogenitis qui gradatim pro- creantur, tantummodò constituitur, vt in- ter filios, nepotes, & pronepotes ceteros- que descendentes primogeniti tantum li- neam rectam efficiant, & successiue ad- mittantur.*
- 48 *Linea ultimi possessoris consideranda primam est, vt illi, qui ex ea procedunt, ceteris præ- ferantur. nec transitus fiat ad alias lineas, donec ex ea descendentes finiantur. Secundò considerandus est gradus. Tertio sexus. Quarto ætas, vt latius num. 49. declaratur, & etiam nu. 50.*
- 51 *Finita linea primogeniti maioris, statim suc- cedit secundogenitus, eiusque linea, & des- cendentia, & postea similiter tertio geni- tus.*
- 52 *Filius primogenitus efficit primum caput in li- nea descendentiã, & filius secundogene- nitus secundum, ac tertius tertium, vt hoc ordine ad maioratus successionem ad- mittantur.*
- 53 *Filius secundogenitus nunquam dicitur primo- genitus, dum aliquis filius vel descendens à primogenito superest.*
- 54 *Extincta linea recta descendentiã, ad li- neam primogeniti collateralium maiora- tus successio pertinere debet; & quomodo primogenitura inter collaterales cõsiderari debeat.*

Quilibet

- 55 *Quilibet fratrum constituit propriam lineam, & alter de alterius linea non dicitur.*
 56 *Finita una linea in successione maioratus, non consideramus personam proximiorē, sed lineā proximiorē, & in d. linea semper querimus primogenitum.*
 57 *Primogenitus dicitur, qui descendit per ipsam lineam rectam ex primogenito.*
 58 *Lex. 2. tit. 15. par. 2. quānuis loquatur in successione regni, seruanda quoq; erit in successione alterius cuiuscumq; maioratus particula ris Hispaniæ, & nu. 59. & 62.*
 60 *Nepos ex filio maiori præmortuo præfertur filio secundogenito secundum communem obseruantiam in Hispania: quod procedit etiā in maioratibus ante d. l. Partitæ institutis, vt in num 61.*
Sola consuetudo ius succedendi tribuit.

C A P V T XIII.

An iustè institui possint primogenia, deque eorum natura, & successione.

FRequens est illa quæstio, an primogenia in Hispania iustè institui possint, tam facultate speciali regia, quàm ex illa generali legibus huius regni parentibus respectu tertij, & quinti omnium bonorum suorum successa, plurima enim sunt, quæ animum institutorum turbare possent, nisi hæc quæstio à suis principijs traheretur.

In primis enim videtur constitutiones, & consuetudines maioratum veluti accusatrices naturæ esse: textus vulgaris in. l. maximum vitium. C. de liberis præteritis vel exheredatis. & in. l. lege duodecim tabularum. ff. de legitimis hæredibus.

Secundò, quod in conscientia constitutiones maioratum secure non sint, vel ex eo suaderi post, quod in eis instituentis violetur illa equalitas, quam iura naturalia, legesq; ciuiles inter fratres præcipuè obseruari voluerunt, vni filio quasi totum patrimoniū assignando, ceteris autem minimam eius portionem relinquē-

do: & quod sit contra ius commune, latè probat Tiraquellus de iure primoge. q. 4. art. 1. cum seqq. vsque ad. 11.

His accedit, quod fœminæ plerumq; ab horum primogeniorum successione aduersus naturalē etiam equitatē excluduntur, inuitaq; ac renitentes in monasteria detruduntur, pluraq; alia in ceterorum filiorum præiudicium passim inueniuntur, quia in horum primogeniorum successione non melior, sed maior natu ceteris filijs præferri solet, & ad instituendos opulentiores maioratus homines per fas & nefas ad amplissima patrimonia acquirenda alliciuntur, in eisq; sæpe plura disponunt, quæ potius Gêtilitatis, quàm Christianæ religionis speciem præferunt, memoriā suæ familiæ magna sollicitudine perpetuā efficere desiderātes, ad nominis insigniorūq; delationē successores obligātes, bonorum alienationē pluribus vinculis prohibētes, pluraq; alia à viris Christianis aliena disponētes, & vtinam in eis, quæ Dei sunt, & ad propriā spiritualem salutem spectant, non minorem curam ac diligentiam adhiberent.

Tertiò, quia cū Paulus dicat: filius, ergo hæres videtur profectò eius repugnare sententiæ, hæreditatem à ceteris filijs auferre absq; eorum culpa, vt vni soli relinquatur: quid enim demeriti sunt ceteri filij, quod primogeniti non sunt? an non sunt filij sicut & maiores? vel forsan eos natura abhorret, quod parentes eos contemnunt? vel non ita agent sicut primi? Fœmina præterea maior cur masculo præponitur? nonne ex hoc natura ipsa increpatur, quod prius fœminā quàm masculum generauerit atq; in lucem proiecerit? Quare iam mirari desine, quod ceteri filij Iacob ægrè tulerint Ioseph fratrem suū fuisse tunica à patre donatū Genes. 37. Qua de re agens D. Ambrosius lib. de Ioseph Patriarcha. c. 2. inquit: Iūgat equalis gratia, quos iūgit æqualis natura: lucrū pietas nescit pecuniæ, in quo pietatis dispendiū est. Quid miraris, si propter fūdum aut domum oriuntur inter fratres iurgia, quādo propter tunicam inter Iacob sancti filios exarsit inuidia?

Vu Ex

- Exsupradictis igitur probari videtur, huiusmodi primogenia iustè institui nõ posse, vt tenuit Cinus in. l. rescripta. 3. q. C. de precib. imperat. offerend. dicēs, primogenitum, qui secundùm consuetudinem Anglię præcipuum habet paternũ patrimonium, nõn satis tutum esse in foro conscientię, nisi vtrisque fratrum partem æquo iure illi obtingentem restituat: idem Cinus in. l. Barbarius Philippus, col. 1. ff. de officio prætoris, post Petrum de Bellerper. in. §. si. instit. de iure naturali gent. & ciuil. & Lucas de Pēna in. l. quicumq; colu. 1. C. de principibus agent. in rebus lib. 12. dicens huiusmodi fideicommissa perpetua, quæ iure primogenituræ deferruntur, odij plenissima esse, cum deprimant secundogenitos, quos sicut & primogenitum natura creauit. Ias. etiã in. §. sed istæ quidem. nu. 124. inst. de actio. & Ioã. Lizerier de primog. lib. 2. q. 15. vbi latissimè de hac re agit: eiusdē sententię fuit D. Simanc. qui hos, pluresq; alios primogenitorum abusus recensuit de catholic. instit. c. 9. nu. 126. cũ seqq. prout refertur ab alijs, secundùm autē meam impressio nem, quæ est nouissima, hoc sētit. n. 269. cum seqq. vbi dicunt cõcludere, ead. primogenia non aliter sibi iusta videri, quã si ad aliquem honestum finem dirigantur, pijsquē operibus temperentur, atq; sine alterius iniuria fiant, & ea principijs iure naturæ aduersari, nimisque Reipublicæ damnosa esse, asserit Mēch. de successio. creat. in præf. lib. 1. nu. 24. & in. l. si quis in suo. C. de inofficioso testam. nu. 26. cum sequentibus.
- 2 Rursum, quod huiusmodi primogenia, siue à testatoribus instituta, siue cõsuetudine recepta sint, iure optimo in vtroq; foro, tã exteriori, quã interiori animæ cõsistat, plures sũt rationes, quarũ prima, &
- 3 præcipua est propter bonũ publicũ, ¶ quia interest Reipublicę illustres habere familias, earũq; patrimonia conseruari, vt viri optimates, ac proceres, Rēpublicã ipsã tueãtur, belloq; ac pace regibus deferuiãt, & ideò oportet hos maioratus, veluti colũnas quasdã Reipub. substitui, quo possint primates opibus potētes illã defē

dere ab infidelium manibus, atq; hæreticorum perfidia: ¶ sunt enim domus magnatum veluti ossa firmissima totius corporis Reipub. quibus tempore belli ipsa maxime innititur, & vt sit primogenitus ipse totius familiæ robur, ac præsidium & refugium, & fratres inopes alere, sororesque egentes dotare astrictus sit, tã in cõscientia, quã in iustitia, vt ex alijs docet in proposito. D. Simanc. lib. 1. de primog. Hisp. c. 21. D. Ant. de Padill. in rub. C. de fideicom. nu. 4. versi. vlti. & D. Moli. latè lib. 2. de Hisp. primog. c. 15. nu. 58 & 59. & iterum in annotatione ad eum locum, annotatione 14. & tandem vt alia quã plura onera in propriæ familiæ decus ac honorem subire debeat: quod citra bonorum colligationē fieri nõ posset, & vt inquit Domin. à Sot. lib. 4. de iusti. & iur. q. 15. art. 1. ad 2. ¶ et si primogenia iuri naturæ repugnare videãtur, ppterca q̄ omnes liberi eorũdē parētũ equa sorte nascantur, ac perinde æquo iure nutriti atq; educari debeant: attamē id non solũ in decore Reipublicę, verũ & in eius emolumentum & firmamentũ cedit: non ergo arbitrentur magnates ipsorum causa maioratus esse institutos, scilicet vt eorũ prosapiæ perpetuò durēt, sed in bonum Reipub. expedit namq; vt eius cõmune corpus ossa habeat & nervos, quibus fulciatur, ob idq; decretũ est, vt tãquã Reipublicæ robora, aliquæ persisterent illustres domus, tum vt à cõsilijs essent, tum etiam vt tempore belli eius essent sustentacula, similis namq; est agricolarũ prudentia, qui arbori & viti minores ramunculos circumquaq; amputat, vt præcipuum germen in truncum excrescat: & quanuis re vera hoc interesse Reipublicæ, quod versatur ex institutione maioratuũ, sit secundariũ, non verò principaliter, fiunt namq; præcipuè ad vtilitatem vocatorũ, secundariò verò in fauorẽ Reipub. propter prædicta, vt bene pbat Pelaez de maioratibus. 1. p. q. 27. nu. 4. at tamen ille fauor Reipublicæ, quanuis secundariò proueniat, sufficit ad iustificandos maioratus, vt licitè permittantur, vt omnes hac de re agentes id probant.

Secunda

6 Secunda ratio est, quoniam bonorum diuisione patrimonia maximè extenuantur atq; exinanuntur: argu. tex. in. cap. tuç, & in. c. maioribus. de preb. l. in plures ff. de exercitoria act. interest autem Reipublicæ vel maximè habere subditos locupletes, vt in auth. vt iudices sine quoquo suffragio. §. i. versi. considerauimus, collatio. 2. tex. in §. fin. inst. de his qui sūt vel alien. iuris, sic ad munera & honores eligi oportet viros rerū facultate prestātes. l. eos qui vtē filia. ff. de decurionibus, l. ad subeunda. C. de decurionib. lib. 10. & vt inquit D. Bernard⁹, quē refert Abb. in. c. licet, de voto. col. 2. vtrū. in glo. 3. prope finē, melior est filiorū dispositio, quā diuisio hæreditatis: † cōstituto enim maioratus sit, vt bona vnita conseruetur in personis primogenitorū, secundū Socin. conf. 47. facti. nu. 6. lib. 3. latè tradit Tiraquel. in tractatu de primog. q. 4. n. 13. Pelacz de maioratib. 7. p. q. 1. n. 9. vbi refert in hoc bonā legē. 10. tit. 29. p. 2. ibi: *De los señorios mayores, porq̄ no meçguassē, ni se desfiçieße del todo*, & inquit Guillier. à Mōserat. in tractat. de successio. reg. Frac. vol. 13. super. 1. dubio. n. 25. & 26. quòd talia iure primogenituræ acquisita, sūt indiuisibilia: præmaximè propter primogeniti honore, & eiusdē domus conseruandam prærogatiuam, quę melius ampliori & pinguiore familia, & bonorum potentia, quàm tenui & exili patrimonio conseruantur, & per quæ viri nobiles inueniūt vxores nobiliores, per quas eorum generis nobilitas crescit.

8 Tertia ratio considerari potest, quoniā ex hac maioratuū institutione nobilitas & familiarū dignitas sustinetur: quā maximè interest Reipublicæ, vt in. l. 1. versi. publice. ff. de vetre inspiciēdo, quā rationē locupletauit Siman. lib. 1. de primog. Hisp. c. 17. & post eū D. Ant. de Padill. in rubri. n. 4. C. de fideicomis. vbi q̄ in hoc clarissimo Castellæ principatu illustres familie penitus interierūt, vt nec vestigiū quidē earū appareat, propter maiorū paupertatē, quę quidē indēnes in suo splendore ad præsentē vsq; diē perseuerassent, si eorū antecessoribus curę fuisset bona a-

9 liqua perpetuo fideicomisso colligare, † genus nāq; & familia per maioratus conseruantur, vt in. l. 1. §. quanuis. ff. de vetre inspiciēdo. notant Cinus & alij in. l. 1. r. C. de addit. & plures allegans Pelacz vbi supra. l. p. q. 1. num. 9. est bona. l. 44. tit. 5. par. 5. ibi: *Mas que finque siempre ami hijo y mi heredero, porque sea siempre mas honrado, y mas tenido: facit. l. cum filius. §. pater. ff. de leg. 2. ibi: Diuitiæ enim agnationes tuentur, & sine eis obaubilantur & diruuntur.* tradit Ioan. Andreas ad Speculatorē in tit. de successioibus ab intest. in rubric. colu. 2. in princip. & satis probatur in. l. 3. in princip. ff. de testibus. & idē B. Augusti. in lib. de Ciuitate Dei, quem refert Alexand. consi. 52. circa hanc dubitationem. colu. 1. in fin. lib. 4. dicit, quòd in familijs per diuitias conseruatur honor, maioratus enim semper instituuntur ad honorem familie & memoriā defuncti, vt iure probat Arias Pinel. in. l. 1. C. de bonis matern. 3. part. nu. 99. versi. sed pro successore, & inquit Bologninus consi. 62. cor mundum. colu. 3. versi. ex quo infero, quòd in institutione maioratus nō solum versatur vtilitas eorum quibus fit concessio, & suorum descendentiū, sed etiam publica vtilitas concedentis pro ipsius memoria perpetuò conseruanda, & pro regimine eorum qui in maioratu successuri sunt, de quorum interesse etiā non leuiter tractatur.

10 Quarta ratio superioribus adiūgi potest, quod nomen & memoria nobilium, qui hos maioratus constituūt, ex eorum constitutione conseruatur, plerumq; enim ea conditione successores vocitant, vt constituentium nomen ferant & arma, quæ cōditio honesta quidē est, † atq; iure probata, si nomen illud honestū sit. sed sciendū. l. facta. §. si verò nominis. ff. ad Trebellia. l. ligatū. ibi: *Memoriæ defuncti cōseruādę gratia.* ff. de vsufr. leg. l. Titia. §. si. ibi: *Cum subscriptione nominis mei.* ff. de auro & arg. leg. l. eū filius. §. inter, ibi: *In honore nominis mei.* ff. de leg. 2. l. hoc iure. §. si. ff. de donat. quæ iura in hoc præter ordinarios scribētes notarūt Alber. in rub. n. 1. ff. de iusti. & iur. & Soci.

confi. 259. per totū. vol. 2. Deci. cōsi. 279. lib. 1. Guilliel. Bened. in repetitio. c. Raynuncius. de testa. verb. & vxorē nomine Adelasiā, nu. 22. Chassançus in catalogo glorię mūdi. 1. p. cōsiderati. 38. cōclu. 46. & alios referēs D. Ant. de Padill. vbi supra, vbi q̄si nomē à testatore p̄ceptū in honestū sit, aut turpia insigniacōditiōe reiecta, maioratus firmus manet: sequitur D. Moli. lib. 2. de Hisp. primoge. c. 14. nu. 25. vbi plura in p̄posito adducit, & nu. 3. cū seqq. latē probat, qđ p̄dixim⁹ de delatiōne nominis atq; armorū, & insigniorū fūdatoris maioratus, per successores eiusdē faciēda: † arma enim atq; insignia quę in maioratuū creatione imponūtur, ipsi Reipublicę vtilia sunt, vt liberi eius ad p̄clara facinora imitanda corū cōtēplatione prouocētur: argumē. tex. in. l. ex liberalitate, versū. neq; eius nomine. ff. de operib. publi. quē text. ibi in hoc expēdit Bart. atq; Roman. singul. 480. Tiraquel. de nobilita. c. 6. n. 15. Rip. in. c. cū Ecclesia Sutrina. de caus. possel. & prop. nu. 97. Lud. Gom. in. §. p̄nales. n. 5. inst. de actio. prout eos refert & sequitur D. Ant. de Padill. vbi supra. Prætereā insignibus & armis agnationes & familię cōseruātur. l. lex quæ tutores. C. de administratio. tut. ibi: Inqua maiorū imagines, aut nō videre fixas, aut reuulsas videre, satis est lugubre. & in. l. legata. §. si. ff. de administrat. rerū ad ciuit. pertinēt. l. Quintus. §. ad autoritatē. ff. de annuis legat. l. Basilicā. C. de operibus publi. cū alijs, & notāt Anchar. consi. 113. col. 2. n. 3. & 4. Anania consi. 86. col. penul. n. 2. Ripa in l. Centurio. nu. 164. ff. de vulg. & pupil. substit. qđ & probāt Roma. singul. 474. Cæsar Lamber. de iure patron. lib. 3. 5. q. princi. art. 4. nu. 2. & 8. cū p̄cedētibus & seqq. Burgos de Paz in p̄cœmio legū Tauri, nu. 23. & D. Moli. de Hisp. primogen. lib. 2. c. 14. nu. 6.

12 Ex quibus fit, vt si quis ea cōditiōne maioratū instituat, vt possessor ferat ipsius nomē, & arma, & vt in tumulto fūdatoris sepeliatur, hæc omnia ad vnguē sūt implēda, vt si vel in vno deficiat, maioratu sit ille priuād⁹: argu. l. facta. circa finē. §.

in danda. ff. ad Trebel. vbi Bart. Paul. & cōmuniter scribētes id notāt, Soci. in. l. quibus diebus. §. Termilius. col. 3. n. 10. ff. de cōdit. & demōstra. & in cōsi. 259. col. 2. n. 2. & 3. lib. 2. Deci. consi. 273. n. 2. Guilliel. Bened. in. c. Raynūti⁹ de Clera. n. 44 cum seqq. & verbo, si absq; liberis more retur, in 2. nu. 25. de testa. Guido Pape de cilio. 251. & 467. Boerius decisio. 146. n. 6. Tiraquel. in legibus cōnubialibus. l. 5. nu. 14. Parisius consi. 15. n. 79. cum seqq. lib. 2. & consi. 19. à nu. 28. vsque ad finē, eod. lib. 2. Greg. Lopez in. l. 3. tit. 4. part. 5. in glossa, contra honestid. D. Anto. de Padill. in d. rubri. C. de fideicōmissis, nu. 5. versū. q̄ si quis. Burgos de Paz in p̄cœmio legum Tauri, num. 24. estq; verissimum, atque sic obseruari solitum, secundū D. Molin. vbi supra. nu. 10. & nu. 13. cum seqq. latē agit, quomodo procedendū sit contra maioratus successorem, nomen & arma testatoris non deferentem. Eamdē sententiam latissimē probat & pluribus modis ampliāt Antonin. Tesaurus decis. Pedemont. 270. per totā.

13 Quinta ratio assignari potest, quando maioratus fit de oppidis, quorum iurisdictione & gubernatio ad constituentem maioratum pertinet, quia per vnicum dominū castra & iurisdictiones rectius, & tutius gubernatur: expedit enim Reipublicę per vnum gubernari. l. 2. §. nouissimē. ff. de origine iuris. tum etiam propter discordiam, quæ facili oritur inter plures, vt in. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. tum prætereā, quia per plures signius negotia expediuntur: his nanq; rationibus ius primogenituræ introductū est, ne dignitas minuatur, & Respublica lædatur ob pluralitatem principū: quia multitudo principum noxia est, secundum Philosoph. tradūt DD. in c. licet. de voto. Oldrad. consi. 94. eleganter, col. 3. Decius consi. 389. visa longa. n. 6. Natta consi. 505. nu. 33. Tiraquel. de iure primoge. q. 4. nu. 13. 30. & 31. quos sequitur Franciscus Becius consi. 56. nu. 34. lib. 1.

14 Sed & alię plures causę instituēdi primogenia reddipossēt, vt colliguntur ex Siman. d. lib. 1. de Hisp. primogen. c. 16. & sequentibus,

sequentibus, & Francisco Piscin. de statuto excludente foeminas. nu. 6. cum sequentibus: sed & illa præcipua est unitatis conseruandæ, quæ est principium omnium rerum, vt pluribus comprobatur atque curiose, vt adsolet, exornat Tiraquel. vbi supra d. q. 4. nu. 16. cum seqq.

15 Sed vt res ista probabilior, ac securior in foro cõscientiæ fiat, eam à suis principijs trahamus, vt vere cognoscatur: inquit namq; Philosoph. Vera rerum cognitio à causis prioribus deriuatur, & rectè eam rem scimus, quam ex prioribus causis cognoscimus. † Quare obseruandū primò erit, quòd maioratum Hispanorū originè ab instituto diuino quodam modo deriuationè primèuā duxisse, constat, ex eo quòd Genes. c. 25. mētio fit de primogenitura, cuius primogenituræ ius Esau vèdidit fratri suo Iacob, & iterū. c. 27. vbi Isaac dedit filio suo Iacob benedictionem, eiq; ius primogenituræ concessit, & ibi: Et esto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te, & transumptiud, in. l. 2. tit. 15. par. 6. *E que lo han de obedecer como à señor*, & c. 43. Sederūt coram eoprimogeniti, iuxta primogenita sua, & minimus iuxta etatem suam, & Deuter. c. 21. Iste est enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita, & alibi sæpe: eodem etiam iure diuino primogenito prærogatiuæ quam plures præcætetis filijs competebant, quia nempe ad dexteram patris primogenitus sedebat, sacrificia offerebat, cuncta ex bonis parentis duplicata sibi vendicabat, diebus festiuis vestem pretiosam ferebat, benedictionem à parète in mortis articulo capiebat, cibarijsque duplicibus fruebatur: quæ iura antiqua primogenituræ in veteri Testamento fuisse meminit glos. in. c. quam periculosum. 7. q. 1. quam ibi sequuntur communiter scribentes. idem in d. c. licet de voto. Alex. consi. 261. circa finem. libr. 2. Laudensis in tractatu de primogenitura. 1. & 2. quæstio. Ioan. Lizerier in eodem tractatu, libr. 1. 1. 2. & 3. quæstionibus, & libr. 2. quæstio. 2. vbi 23. primogenitorum prærogatiuas enumerat. Tiraquellus de iure primoge-

in præfatione. num. 12. Anton. Gomez in. l. 40. Tauri. num. 1. D. Molin. lib. 1. de primogen. Hispanor. c. 2. num. 3. vbi hoc apertè ostendi affirmat in. l. 2. tit. 15. par. 2. ibi: *Y segun ley se prueua por lo que Dios dixo à Abraham*, & ibi: *Ca segun el dixo à Moyses en la vieja ley*, todo masculino que naciesse primeramente, sera llamado cosa santa de Dios, & iterum ibi, *Se prueua por las palabras que dixo Isaac à Iacob su hijo, quando le dio la benedicion*. Quo fit, vt maioratus Hispani non modicam habeant ab instituto diuino deriuationem, prout tenuit Oldra. consi. 257. latius Abb. consi. 3. num. 3. & 4. lib. 2. Ioan. Andr. & alij in cap. licet. de voto. Palac. Rub. in. l. 40. Tauri. num. 1. de quo latè agit Tiraquellus in præfatione vbi supra, nu. 18. & in quæst. 29. nu. 11. & Ant. Gomez vbi supra, & processerūt à legibus & institutis Hebræorū secundum eundem Tiraquellum quæst. 10. nu. 17. Vnde Ant. Nebrissensis in suo dictionario exponens hoc verbū, *Mayorazgo*, dicit idè esse quòd primogenitura. † Quòd prædiximus verissimum est, si ad ipsum ius primogenituræ simpliciter ac de se sumptum referatur: tametsi primogenia nostri temporis à legis veteris primogenijs dissimilia sint, vt ex pluribus probat Burgos de Paz in proemio legum Taur. nu. 91. cum sequentibus. D. Simac. de Catholic. institut. c. 9. nu. 125. & in suo tractatu de primogen. Hispa. lib. 1. c. 1. & D. Moji. eod. tractatu. lib. 1. c. 1. & Pelæz in eodem tractatu in initio. 1. part. nu. 2. cum sequentibus. † Iure etiam diuino foeminae excludebantur, admissis masculis pro conseruatione familiarum, vt patet Numer. cap. 27. & in cap. fin. tradit Angel. consi. 299. statuto ciuitatis, & Tiberius Decianus consil. 1. numer. 38. volumin. 1.

20 Similiter ius primogenituræ simpliciter sumptum, à iure naturali, quod natura omnia animantia docuit, etiam originem ducere vel ex eo constat, quòd omnia animalia, etiam ratione carentia, ipsa solùm natura impellente ardentius primogenitos ament, eisque ius quoddam veluti primogenituræ tribuāt,

vt latissimè ex plurib⁹ probat Tiraquel. de primogenit. in præfation. nu. 36. cum seqq. & expressè probat d. l. 2. par. ibi: *La primera naturalmente*, quod aduertit Xuares in repetitione. l. quoniam in prioribus, in. 11. limitation. 2. dubio. nu. 22. C. de inofficioso testam. quem refert & sequitur D. Molin. vbi supra, lib. 1. c. 2. nu. 4. quidquid Pelæz vbi supra probare nitatur contrarium, nempe ius primogenituræ nõ esse de iure naturali, sed imò præter ius naturæ, secundum Alberic. in. l. donationes quas diuus. n. 4. C. de donat. inter virum & vxor. hoc namq; procedere posset quoad alia, secus verò quoad ordinem & ius quoddam primogenituræ, vt probat d. l. regia, & rectè considerant præfati priores authores.

- 21 Tertio, & à iure quidem gentium primogenia non modicum principium duxerunt, cum eo iure libera facultas vnicuiq; concessa sit testandi, de req; sua disponendi, vt in. l. nec enim. §. deportati. ff. de milit. testam. l. milites. C. eodem tit. Bart. in. l. interdum. n. 7. ff. de conditione indebiti, quod latissimè probat D. Couar. lib. 3. variarum resolutio. cap. 6. num. 7. Ex qua disponendi libertate à iure gentium inuenta processerunt conditiones, vincula, fideicommissa, atque grauamina, quæ in Hispanorum maioratibus passim inueniuntur, vt rectè aduertit in proposito D. Molin. vbi supra, nu. 5. illud addens, non esse in hac parte distinguendum ius gentium primæuum à secundario, † quia quanuis ea distinctio communis sit, non tamen est vera, cum vnicum sit ius gentiũ, etsi processu temporis variatum fuerit, vt latè explicat Fortunius Garcia, Alciatus, Connanus, Corrasius & Pinel⁹ ab eo ibidè in id citati: & quod maioratus à iure gentium ortum haberint, probat etiam Ant. Gomez in. l. 40. Tauri. nu. 1. & 2.

- 23 Quarto, & à iure quoq; ciuili ea omnia originè ducunt, nã etsi facultas testandi, vt dicebamus, à iure gètiũ processerit, id tamè verũ est inuèctione, forma autè, solennitate, & approbatione à iure ciuili prouenit, secundũ Ias. in. l. si testamentũ. C.

de testam. probat Vigli. in. §. sed prædicta. n. 4. inst. de testa. Alex. & Ias. in rub. ff. de acquir. hæredit. Decius cõsi. 455. n. 3. D. Couar. vbi supra, & D. Petrus Peralta in rubric. ff. de hæred. instit. nu. 140. cum sequentibus. Iul. Clarus lib. 3. recept. sententiarum. §. testamentum. quæst. 2. estq; verissima & communis opinio, vt plures allegans testatur D. Moli. vbi supra. n. 6. vbi quòd sic ius ciuile passim plurima de huiusmodi fideicommissis, conditionibus, substitutionibus, vinculis, grauaminibusq;, in quibus præcipuè consistit maioratuũ ratio, disponit, ita vt certissimũ sit, præcipuam ansam ius ciuile nostri temporis maioratibus dedisse, idque ipsum fecisse ius regium Hispanorũ propriũ ac peculiare, ex quo præsertim intelligitur maioratuũ substantia.

- 24 Sed & quintò originem etiam ducunt à lege Canonica, & etiam consuetudinaria, vt docet Ioan. Andr. quem sequuntur cæteri in. c. licet. de voto. Ioan. Lizierier, Tiraquellus, Molin. & Pelæz in locis supra citatis: quod & probat d. l. 2. regia. ibi: *La tercera por costumbre*, & ibi: *Y esto vsaron siempre en todas las tierras del mundo*.

- 25 Sextò & vltimò, Hispanorum primogenia secundariò & certius ab ipso Hispaniæ regno, tanquam à capite, eiusque succedendi ordine deriuantur, propriam que ac verissimam originem trahunt: ipsum namque Hispaniarum regnum verissimus maioratus est, in eiusque successionem seruetur versus ac præcisus ordo primogenituræ, vt apertè decidit d. l. 2. titu. 15. part. vbi Gregorius Lopez id notat, & profitentur ceteri omnes Hispani ac exteri, qui eius rei meminerunt: qui maioratuũ instituendorum ordo à regibus in subditos fuit transfusus, & postea in Hispanorum consuetudinem abiit, vt asserit D. Molin. lib. 1. de Hispan. primoge. cap. 2. nu. 26.

- 26 Hinc est, ad regni exemplar hos Hispaniæ maioratus fuisse introductos, vt nec illud dubiũ sit, quoties in maioratus successionem dubitatio inciderit, si ex ipsius cõditoris verbis ac mète non satis concipi

cōcipi possit, quid ille fēserit, ea interpre-
tatio sit accipiēda, vt eodē modo succes-
sio ducatur, quo in regni successione re-
ceptū sit: argumē. text. in. c. cū nō liceat.
de præscript. cum simil. atq; in specie ma-
ioratū Hispaniæ hoc respōdet Paul. Ca-
strés. cōsi. 164. in præsentī causa, que voca-
tur maiorā Hispaniæ, lib. 2. Peral. in ru-
bric. nu. 122. & in. l. 3. §. qui fideicommissam.
n. 120. ff. de hæred. instituēd. D. Ant.
de Padilla in rubric. C. de fideicommiss. n.
6. D. Molin. d. lib. 1. c. 2. num. 26. & 27. &
alij. plurimi, quos infra ad idē citabim⁹.
Obsērandū tamen erit, quōd licet pri-
mogēnia à iure diuino, naturali, gētiū, ci-
uili, Canonico, & regio, originē ac fūda-
mentū ducant, ea tamen iura, nec vllum
eorū parentes, aut alios minimē cogunt
ad faciēdū maioratum, vel meliorationē
in filios, alios vè, sed tātū id permittūt,
concedunt, atq; indulgent ob bonū pu-
blicum, publicamq; vtilitatem, vt patet
27 ex l. 2. ti. 27. p. 2. ibi: † *Pero cō todo esso, &c.*
& in terminis tenet Abb. cōsi. 3. nu. 1. lib.
2. & Tiraquel. in d. tract. de primogen. q.
4. nu. 13. Guiller. Bened. in d. c. Raynun-
tius, in verb. in eodē testamento relin-
quens, in r. n. 159. vbi quōd cōsuetudo q̄
primogenitus succedat, fūdatur iure diui-
no, naturali, volūtario & positiuo, nō au-
tē necessario, prout refert & sequitur Pe-
laez vbi supra d. nu. 2. in vers. nec etiā, &
in vers. & ex hoc sequitur. Nihilominus
tamē ex quo primogēnia omni iure per-
missa & approbata sunt, rectē deducitur,
licitū esse quo ad vtrūq; forū maioratū,
& meliorationes cōficere. Remanet igitur
ex superiorib⁹ satis probata, tā quoad
ius fori, quā quoad ius poli, iustitia ma-
ioratū Hispaniæ, cū ipsi plurimis ex cau-
sis ac iustis respectibus Reipublicæ vtili-
bus, nec nō & ipsis fundatoribus ac def-
cēdentibus eorundē, tam primogenitis,
quā cæteris, ac perpetuitati & familiæ
cōseruationi fuerint introducti, vt vidi-
mus, ac præterā à iure diuino, naturali ac
gētiū originē trahere docuimus, sed etiā
quoad eorū formā, ac propriā & verā in-
stitutionē iure ciuili, regio & cōsuetudi-
nario, vt deduximus: ex quibus argumen-

tis in cōtrariū adductis iā satis fit, vt no-
strē huic sententiæ principali nō obsint.
28 Quare hanc secundam sententiā, nēpē
quōd primogēnia, & maioratus Hispani-
niæ iure optimo, ac citra consciētiz dif-
crimen fieri aut sustineri valeant, verior
ac magis communiter recepta est, quā se-
quūtur Ioan. And. in regul. sine culpa. q.
vltima, de reg. iur. in 6. in mercurial. Ol-
drad. cōsi. 94. col. 2. & 3. vbi eam iure di-
uino, ciuili & canonico corroborat. Bar.
in. l. 2. nu. 28. C. quæ sit long. consuetud.
Martin. Laudens. de primogenit. q. 12. eā
que sequuti sūt etiā plurimi maximæ au-
thoritatis iuris interpretes, congesti per
Andr. Tiraquel. de iure primogen. q. 4.
nu. 13. & 14. & Paris. cōsi. 72. nu. 12. lib.
4. Paul. Castrés. cōsi. 179. in causa, qua ma-
gnificus Dominus. nu. 3. & 4. lib. 1. cui &
Ial. cōsentit cōsil. 170. in præsentī cōsulta-
tione. col. 3. & 4. lib. 4. & singulariter Præ-
posit. in c. ius naturale. col. 4. in medio.
1. distinctio. Aymon Crauetta cōsi. 135.
num. 45. Bologn. cōsi. 62. Palac. Rub. in
repet. c. per vestras, post notabilia tex. §.
26. ante nu. 1. Carol. Molin. in cōsuet. Pa-
ris. tit. 1. de materia feud. §. 8. glo. 3. nu. 30.
& glof. 4. nu. 15. Roderic. Xuar. in l. quo-
niam in prioribus. 2. limitatio. ad. l. fori,
per totam. C. de inofficiof. testam. D. Co-
uar. in. 4. de sponsal. 2. p. c. 8. §. 6. nu. 5. ver-
sic. quartō deducitur. idem in. c. Raynun-
tius. n. 24. de testam. & lib. 3. variat. resol.
c. 5. nu. 5. Greg. Lop. in. l. 32. titu. 9. p. 6. in
princ. glossē magnę. D. Peral. in. l. 3. §. qui
fideicommissam. nu. 121. ff. de hæred. insti-
tuēd. Ant. Gom. in. l. 40. Taur. nu. 56. eā
q; sequitur profitēs esse veriorē & cre-
briorē, nō solū in regni successione, q̄
suapte natura est indiuisibile, vt in. c. in-
tellecto. de iure iurādo. & in. c. in apibus.
7. q. 1. ac etiā in Ducatu, Marchionatu, &
Comitatu. c. 1. §. præterā Ducatus, de pro-
hib. alienat. per Federic. quoniā meli⁹ per
vnū, quā per multos administratur. l. 2. §.
sed quia difficile. ff. de origine iur. & su-
pra diximus in 5. ration. sed etiā in cuius
uis priuati hominis maioratu. D. Ant. de
Padill. in rubri. C. de fideicommiss. num. 4.
cum seqq. Burgos de Paz. cōsi. 13. nu. 43.

- cum sequentibus, & eius filius in quæst. ciuil. 2. nu. 71. & hanc partem crebriori doctorum numero comprobata esse affirmat D. Moli. lib. 2. de Hispan. primog. c. 1. nu. 3. plurimos eiusdem sententiæ aucthores citans, & Pelaez de maiorat. in initio primæ partis. nu. 2. per totum, & D. Spino in suo speculo testament. glos. 19. nu. 15. cum sequentibus, & ex Theologis eandem sententiam probauit Bernard. vt refert Abb. in d. c. licet. nu. 10. de voto, & Scotus in. 4. sentent. distin. 15. q. 2. Ioan. Maior lib. 2. sententiarum distin. 44. quæst. 8. Abulens. Numer. c. 16. & c. 27. & c. 36. & Dominic. à Soto. lib. 4. de iustit. & iur. quæsti. 5. art. 1. ad 2. † hæc q; communis sententia proculdubio est tenenda, dummodo cæteri filij sua legitima, vel saltem alimentis competentibus non defraudentur, nec in legitima meliorati grauamen imponatur citra ipsius consensum, vt ex inferioribus liquidò apparebit, & modò sint condita cum recta ratione, & equitate, secundùm eundem Pelaez de maiorat. 1. part. quæst. 3. numer. 1.
- 30 Ex qua receptissima & veriori sententia primò deducitur, primogenium illud ac vinculum, quod parentes, vel alter eorum fecerint auctoritate legum huius regni de quinta eorum bonorum parte, siue in liberos, vel in extraneos, iustissimum esse, quoad ius poli ac fori.
- Secundò infertur, idem esse dicendum in eo maioratu, qui ex tertia bonorù parte à parente factus fuerit, seu simul de tertia & quinta bonorum portione, seruato ordine, de quo in. l. 27. Taur. quæ hodie est. l. 11. tit. 6. libr. 5. nouæ Collect. Regiæ.
- 31 Tertiò infertur, idem à fortiori esse dicendum in eo vinculo & maioratu, qui ab eo, qui descendentes non habet, nec etiam ascendentes, factus fuerit in fauorem fratris, vel alterius cõsanguinei, vel etiam extranei, cum enim in hac specie de legitima descendentiũ nec ascendentiũ agatur, isque omni iure possit de bonis suis liberè disponere, vt probauimus, absque vllò dubio poterit securè
- de eisdem maioratum instituere.
- 32 Similiter & quartò idem erit dicendũ, in eo maioratu qui ex tertia bonorù portione ab eo qui ascendentes, non autem descendentes legitimos habet, factus fuerit, cum. l. Regia. 6. Tauri hodie. l. 1. tit. 8. libr. 5. nouæ Collect. Regiæ, possit illè qui ascendentes habet, liberè disponere de tertia bonorum suorum parte.
- 33 Quintò idè erit obseruandũ in eo vinculo & maioratu quem pater ascendentes habens, non verò legitimos descendentes, in persona filij naturalis, etiam de omnibus suis bonis instituerit, cum hoc casu pater possit in præiudicium ascendentiũ filio suo naturali omnia bona sua relinquere, vt in. l. 10. Tauri, quæ hodie est. l. 8. tit. 8. libr. 5. nouæ Collect. Reg. nec filius naturalis legitimam præterdere possit, vt in auth. licet. c. similib. C. de natural. lib. vt in specie notat Molin. vbi infra statim citabitur, & Pelaez de maiorat. 1. par. quæst. 2. nu. 13. vbi nu. 19. etiam probat, † quòd mater possit facere maioratum in filium spurium, deficientibus alijs legitimis & naturalibus, cum iuxta l. 9. Taur. eo casu sit ei legitimus successor ex testamento & ab intestato, dummodò non sit filius ex damnato coitu, clerici aut monachi, aut fratris sancti Iacobi, aut Hierosolymæ, vt in d. l. cum enim duo, scilicet, quòd legitima minuat, seu in eagrauamem imponatur, maioratuũ institutiones dubias reddere soleant, vt docet Xuarez in d. l. quoniam in prioribus. 2. limitatione, nu. 16. & in supradictis speciebus, nec in earum aliqua aliquid horum contingat, consequitur, in eisdem licitas in vtroque foro esse maioratuũ institutiones, legesque ipsas regias hoc permittentes iustissimas esse. Quo fit, vt is, qui earum auctoritate fretus primogenium instituerit, etiam quoad ius poli tutus ac securus censendus sit: † lex nãque humana, tam ciuili, quàm Canonica, condita ab eo, qui habet auctoritatem legis condendæ, si ea ob bonum commune lata sit (prout sũt nostræ leges regiæ de hac re agentes, vt vidimus) etiam in foro conscientiæ seruanda
- 34 probat, † quòd mater possit facere maioratum in filium spurium, deficientibus alijs legitimis & naturalibus, cum iuxta l. 9. Taur. eo casu sit ei legitimus successor ex testamento & ab intestato, dummodò non sit filius ex damnato coitu, clerici aut monachi, aut fratris sancti Iacobi, aut Hierosolymæ, vt in d. l. cum enim duo, scilicet, quòd legitima minuat, seu in eagrauamem imponatur, maioratuũ institutiones dubias reddere soleant, vt docet Xuarez in d. l. quoniam in prioribus. 2. limitatione, nu. 16. & in supradictis speciebus, nec in earum aliqua aliquid horum contingat, consequitur, in eisdem licitas in vtroque foro esse maioratuũ institutiones, legesque ipsas regias hoc permittentes iustissimas esse. Quo fit, vt is, qui earum auctoritate fretus primogenium instituerit, etiam quoad ius poli tutus ac securus censendus sit: † lex nãque humana, tam ciuili, quàm Canonica, condita ab eo, qui habet auctoritatem legis condendæ, si ea ob bonum commune lata sit (prout sũt nostræ leges regiæ de hac re agentes, vt vidimus) etiam in foro conscientiæ seruanda
- 35

uanda erit, iuxta glossam in c. que in Ecclesiasticarum, de constit. quam ibi Abb. & communiter scribentes sequuntur, & late Felinus in c. 1. nu. 44. de constit. D. Thom. 1. 2. quest. 96. art. 4. & 6. Henric. quodlib. 8. quest. 22. Dominic. à Soto de iustit. & iur. lib. 1. quest. 6. col. 2. diximus late lib. 2. pract. quest. q. 180. num. 10. & in terminis primogenitorum id expresse tenet D. Anton. Gom. in l. 40. Taur. num. 56. & optime D. Molin. lib. 1. de Hispan. primog. c. 1. n. 6. & 7. qui prædicta etiam probat, & in terminis meliorationis tertij & quinti præd. ll. esse in foro animæ probatas, tenet Menchac. de success. creat. §. 1. nu. 16. vers. illud autem, & Telus Fern. in l. 27. Taur. nu. 20. & Pelaez de maiorat. in initio primæ partis, nu. 2. circa fin. quod probatur ex illo quod habetur Genesis. c. 48. vbi Patriarcha Iacob in diuisione bonorum quam inter filios fecit, Ioseph filium suum vndecimum meliorauit, dicens: Do tibi partem vnā extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & scuto. † Et prætereā probatur ex eo, quia is qui legis humanæ auctoritate aliquid fecit, non peccat, nisi ea lex diuinæ contraria sit, vt in specie dixit Bald. in cap. in omni negotio. nu. 1. de test. sequitur plura adducens in eius comprobationem Ias. in l. si pœnæ causa. in princip. nu. 2. ff. de condit. indeb. & Feli. in d. c. 1. nu. 44. de constit. gloss. communiter approbata in c. fin. de præscript. secundum Molin. vbi supra, nu. 8.

36
37 Sexto deducitur, maioratum fieri non posse absque regia facultate omnium bonorum, velex quo cæteri filij seu descendentes sua legitima fraudentur, neque quoad ius fori nec poli posse sustineri, nisi cæteri filij eidem expresse scienter consenserint, iuramentoque proprio consensu præfatus, cæterisque vinculis necessarijs confirmatus fuerit, iuxta late tradita per D. Molin. libr. 2. de Hispan. primog. c. 3. per totum.

38 Septimo infertur, maioratum virtute licentiæ ac facultatis regie à parentibus simpliciter ex omnibus bonis institutum,

non relictis cæteris filijs alimentis competentibus, quia eadem facultas hoc non præceperit, non esse securum in neutro foro, quia quauis facultas simpliciter ad id concedatur, intelligenda tamen erit, modò cæteris liberis alimenta competentia relinquuntur, vt latissimè post alios plures probat D. Molin. lib. 2. c. 1. nu. 10. cum sequentibus: vbi nu. 14. & sequentibus idem à fortiori probat, si eadem facultas concedatur ea lege expressa, vt nulla obligatio alimenta cæteris filijs relinquendi patri supersit, cum derogatione legum contrarium disponentium, etiam si ipsi filij aliàs habeant vnde se alere possint, nec vsquā visa est facultas supradictis modis concessa: quòd si concederetur, nec princeps qui huiusmodi facultatem concessisset, nec eius consiliarij, nec eiusdem maioratus institutor in foro conscientie tuti in hac specie esse poterunt, vt in simili aduertit Menchac. in repet. auth. nouissima. C. de inoffic. testam. nu. 308. quod verissimum in nostris terminis, sicque obseruari ac præticari solitum esse testatur D. Molin. d. lib. 2. cap. 1. nu. 24. † Non tamen ex hoc primogenium ipsum annullabitur, sed potius sustinebitur, facta ex ipsis bonis cæteris filijs competenti alimentorum assignatione, secundum eundem D. Molin. ibi nu. 27. & latius eodem lib. 2. c. 15.

40 Octauo ex supradictis fit, quòd si facultas regia ad instituendum maioratum concedatur, ea conditione adiecta, vt cæteris filijs competentia alimenta relinquuntur, prout communiter in Hispania reges nostri Christianissimi eas concedere solent, ea facultas erit iustissima, & in foro conscientie tuta, respectu omnium, ea forma seruata: ita tenent communiter Hispani supra citati pro secunda receptiori sententia, causa namque publica, que in instituendis maioratibus versatur, sufficiens est ad iustificandas has facultates, nec alia causa extrinseca requiritur, dummodò eadem facultas, considerata personarum ac patrimonij qualitate & quantitate, concessa fuerit, vt optime deduxit Greg. Lopez in l. 32. tit. 9.

Vu 5 part. 6.

par. 6. in glossa magna. col. 1. aduersus Roderic. Xuar. in d. l. quoniam in priorib⁹.
2. limitation. nu. 15. existimantem aliam causam ad harum facultatū iustificatiōnem necessariam esse: quem in hoc etiam reprehendit Méchac. vbi supra, nu. 308. & eis libenter assentit D. Molin. d. lib. 2: c. 1. nu. 26. circa fin. Hęc de facultate concessa ad faciendum maioratum, ei qui legitimos descendentes habet: nunc verò de ea, quæ eos non habenti impartitur, agendum erit.

- 41 Nonò ex supradictis decidenda venit illa quæstio, quid dicendum sit in facultate concessa ad faciendum maioratum de omnibus suis bonis, ei qui quauis non habeat descendentes legitimos, habet tamen ascendentes huiusmodi: nã et si prima facie videatur dicendū, quòd siue ad tollendum eis omnino legitimā, vel ad illam minuendum, eius concessio quoad vtrumq; forum, & exterius, & interius, secura sit, ex illa communi doctrina, quæ habet, † quòd legitima ascendētium, lege, consuetudine, rescripto, seu etiam statuto non solū minui, sed etiam omnino tolli possit, cū ea non tam ex iure naturali, quā ciuili ac positiuo procedat, vt censuit Bald. in. l. 1. §. ius naturale, quæst. 1. circa fin. ff. de iustitia & iure & in. l. de emancipatis. nu. 2. C. de legitim. hered. & alij plures, quorū opinio communis ac vera est, vt eos referens aduersus Couar. in 4. 2. part. c. 8. §. 6. nu. 5. testatur D. Molin. d. lib. 2. c. 1. nu. 28. Nihilominus tamen secundū eundem ibidē, ac rectius meo iudicio, in specie huius nostræ illationis contrarium est tenendum, nempe minimè esse iustam prædict. facultatem, nisi parentibus, saltem indigentibus, competentia alimenta ministrantur: quauis enim communis opinio præfata vera sit, princeps tamen non debet id absque legitima causa efficere. Nec tamen adèd vrget in proposito illa publica vtilitas, quam in maioratum institutionibus versari prædiximus, in his, qui legitima descendentiā carent, primo geniumque ipsum in transuersalibus, agnatis vel cognatis, vel etiam in extra-

neis facere volunt, prout in his, qui in legitimis descendentes nomen ac memoriam propriæ familiæ perpetuam efficere cupiunt, non enim censetur iusta causa priuandi ascendentes legitima sibi competenti, quòd filius vel descendens velit omnia bona sua transuersalibus, seu extraneis, iure maioratus deferre, ascendentesque sua legitima fraudare, nisi in persona alterius ascendentes, cui æque legitima debetur, & à quo bona ipsa, ex quibus maioratus fit procedunt, eū instituire velit filius, vel descendens, vel in persona alterius fratris vel cognati, qui ab ipsis ascendentes descendit, tunc enim ex hac vel simili causa ea facultas iusta censenda erit, dummodò, vt prædiximus, parentibus alimenta competentia relinquuntur, aliàs secus. Ex quibus in proposito idem dicendum erit in ipso institutore & successore maioratus virtute d. facultatis conditi, quòd in cōcedente prædict. facultatem prædiximus, vt in eisdem casibus, quibus & princeps concedens, sint tuti, vel non, iuxta prædicta.

- 43 Decimo & vltimò obseruandum erit, quòd maioratus factus à parentibus in fauorem descendentes, vel à descendentes in fauorem ascendentes, in quo grauamen in legitima debita apponitur facultate regia, iustus atque in foro conscientie tutus proculdubio censendus erit: nec nõ & ipsamet facultas iusta est, quia cum primo genium in hac specie fiat in persona eius, cui apponitur grauamen in legitima, nimisque ob hoc à parentibus, vel descendentes honoratus sit, adèd vt competens patrimonium præceteris sibi relinquatur, non potest de huiusmodi facultatis vel maioratus iustitia dubitari: si verò absque facultate regia, sed permissione legis, is maioratus fiat, cum appositione grauaminis in legitima, cum consensu legitimo descendentes vel ascendentes, in eius legitima grauamen apponitur, tam in iustitia, quam in foro conscientie iustus & validus erit maioratus, cum grauamine in legitima imposito. † Difficultas stat hac in specie,

cie, quando maioratus fit sine facultate regia, & grauamen in legitima imponitur absque ipsius, cui imponitur, legitimo consensu, de quo videndus est latissimè D. Molin. d. lib. 2. c. 1. nu. 29. cum sequentibus vsque in fin. distinguens inter conditiones potestatiuas, casuales & mixtas, atque inter filium emancipatum, & in patria potestate constitutum: nolui enim hac in re immorari, ne ab instituto deuiare in aliquo videar, præcipuè cum exactissimè articulus hic differatur à præd. authore, ad cuius dicta occurrendum erit, quoties opus fuerit, casusque contigerit, relicto cui libet saluo suo meliori iudicio aliter discernendi atque iudicandi: ego enim nunc nihil in hac vltima specie decido.

Nunc autem expedit à prædicta ardua quæstione, operæpretium duximus, nonnullas regulas communes in materia maioratum Hispaniæ in mediū proferre, vt eis iactis, tanquam rectis semitis, ad veram cognitionem successione eorūdem, & sic ad locum, ad quem vnus quisque iter fecerit, peruenire queat in quæstionibus de facto contingentibus, tam in foro conscientiæ, quam iustitiæ.

45 Prima regula communis est, de natura primogenitorum esse, quod de primogenito in primogenitum transeat, vt tenet Socinus consi. 47. num. 7. volu. 3. dicens, quod institutio maioratum idèd fit, vt conseruetur in persona primogenitorum. Angelus consi. 281. Aretin. consil. 162. Alex. consi. 4. nu. 4. cum sequentibus, lib. 4. Xuarez in l. quoniam in prioribus. 10. ampliatione. nu. 26. C. de in off. testam. Greg. Lopez in l. 2. tit. 15. p. 2. in glossa, *sino el hijo mayor*, in princi. Tiraquel. de iure primogeni. quæst. 4. n. 31. Anto. Gomez in l. 40. Tauri. num. 7. & 59. quod optimè declarat D. Couarr. in pract. quæst. c. 38. nu. 6. versu. etenim. & nu. 12. versu. quod si dixeris, idem lib. 3. variarum resolut. c. 5. nu. 3. D. Molin. lib. 1. de Hisp. primogen. c. 11. nu. 9. & lib. 3. c. 1. num. 1.

46 Secunda regula communis est, quod in maioratus successione linea recta de-

bet semper succedi, vt nec successio retrocedat, nec de vna linea ad aliam transitus fiat, vt probatur ex d. l. 2. tit. 15. par. 2. ibi: *Pusieron que el Señorio del Reyno heredasen siempre aquellos que viniesen por linea derecha*, quæ lex licet loquatur in regni successione, idem in specie seruandū est in omnibus maioratibus nostræ Hispaniæ, ad regni similitudinem, vt in terminis nostræ regulæ tenet D. Molin. lib. 1. de Hisp. primogen. c. 3. nu. 12. idque in ceteris omnibus verum est, vt infra reg. 8. dicemus, debet enim linea recta confiderari, vt tradit Bald. consi. 321. lib. 1. Socin. consi. 63. lib. 1. & consi. 33. nu. 8. lib. 1. Cephalus consi. 5. nu. 36. lib. 1. Pelaez de maioratib. 2. par. quæst. 6. nu. 18. & quæst. 7. num. 11.

47 Tertia regula communis est: Recta linea non ex omnibus qui ab instituyente, seu quouis maioratus possessore descendunt, sed ex ipsis primogenitis, qui gradatim procreantur, tantummodo constituitur, vt inter filios, nepotes ac pronepotes, ceterosque descendentes primogeniti tantum lineam rectam efficiant, & successiuè admittantur, vt tradit Abb. consi. 85. num. 3. & 5. lib. 1. Paul. Castrenf. consi. 164. n. 4. cum sequentibus, lib. 2. Philippus Corneus consi. 190. nu. 3. ad fin. volu. 3. Socin. consi. 51. nu. 5. volu. 4. Afflict. in c. 1. de successione feud. nu. 77. dicens, quod constitutio quæ vocat primogenitos descendentes ex linea, hinc habet sensum, vt ex filijs succedat primogenitus, & ex eo nepos primogenitus etiam admittatur, & sic de ceteris. Palac. Rub. in repet. rubric. de donat. inter vir, & vxor. §. 69. nu. 21. Tiraquel. de iure primoge. q. 40. nu. 156. Decius consil. 498. nu. 19. Paris. consi. 72. n. 102. & 103. & 107. lib. 4. D. Couarr. in pract. quæst. c. 38. nu. 6. & 7. Alciat. responso. 96. nu. 39. & responso. 184. Menchac. de successione creation. §. 27. nu. 20. & alios plures referens D. Molin. lib. 3. c. 6. nu. 29. idq; etiam probat d. l. regia in verbis supra relatis,

48 Quarta regula communis est: Linea vltimi possessoris consideranda prima est, vt illi qui ex ea procedunt, ceteris præferan

preferantur, nec transitus fiat ad alias lineas, donec ex ea descendentes finiantur: argumen. ext. in. cap. 1. de natura successioneis feudi. ibi: *Ad solos & ad omnes qui ex illa linea sunt, ex qua iste fuit, & iterum. ibi: Sed omnibus ex hac linea deficientibus, omnes alie lineæ aqualiter vocantur.* In maiora tus autem successione omnes non sunt admittendi simul, sed primogenitus, ut prædiximus: per quem textum hoc communiter scribentes annotare solent ibidem, secundum Afflict. ibi. n. 77. & tenet Paulus Castrenf. d. consil. 164. nu. 11. libr. 2. Socinus in l. si cognatis. n. 14. ff. de rebus dubijs. refert plures, id ipsum sequutus D. Moli. lib. 3. c. 4. n. 14. † vbi quod secundò considerandus est gradus, ut qui sunt possessori magis coniuncti, præferantur remotioribus. Tertio considerandus est sexus, ut inter eos, qui sunt eiusdem lineæ, & gradus, præferatur masculus. Quarto consideratur ætas, ut inter pares lineæ, gradu, & sexu, maior natus præferatur minori: quod & probavit Andr. de Isernia in c. 1. de eo qui sibi, & hæredibus suis, & c. Afflict. ibi nu. 10. idem Afflict. in c. 1. de successione feud. nu. 76. & secundum aliam impressionem, num. 49. versic. licet dominus Napodanus, & c. Supplendus igitur est Corneus consil. 199. nu. 38. libr. 2. dicens, quod in feudo, in quo iure primogenituræ succeditur, considerandus est primo loco gradus, secundo sexus, tertio ætas: omisit: namque lineam, quæ primo, ut prædiximus, consideranda est: potest namque esse, quod quis sit eiusdem gradus, & maior natus, non tamen eiusdem lineæ. idèdque ab eo qui ex linea primogenitorum descendit, excludendus erit, secundum D. Molin. d. c. 4. nu. 14. in fin. † Quod autem tertio loco consideretur sexus, ut inter eos qui sunt eiusdem lineæ & gradus præferatur masculus foeminae etiam maiori, dixit Bald. in l. in multis. ff. de statu hominum. Petrus de Bellapert. & Iacobus de Arenis in l. pater filii. §. quindecim. ff. de leg. 3. Romanus consil. 98. Palac. Rub. in repetitio ne rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 69. nu. 24. cum sequentibus. Decius in l.

foeminae, nu. 112. ff. de reg. iur. Tiraquel. plures referens de iure primogen. quæst. 10. nu. 20. quod latissimè comprobatur, & sequitur D. Couar. lib. 3. variar. resolut. c. 5. nu. 5. vbi quod apud Hispanos frequentissimè obtentum est in maioratibus, & primogenijs, expresse ita statui: & Burgos de Paz in proemio legum Taur. nu. 119. cum sequentibus. D. Moli. lib. 3. c. 4. numer. 4.

51 Quinta regula communis est: Finita linea primogeniti maioris, statim succedit secundogenitus, eiusque linea & descendencia, & postea tertio genitus cum sua linea, & sic de ceteris, ut in d. c. 1. §. si de natura successioneis feudi, vbi hoc declarat Afflict. d. nu. 1: dicens, quod omnes alie lineæ aqualiter vocantur, id est qui sunt in proximiori linea: & ita decidit singulariter & expresse Paulus de Castro in d. consil. 164. nu. 4. & 5. volu. 2. † vbi quod ex filijs conditoris seu possessoris maioratus filius primogenitus efficit primum caput in linea descendencium, & filius secundogenitus secundum caput constituit, ac tertius tertium, ut hoc ordine ad instar edicti prætoris de bonorum possessione successiue ad maioratus successione admittantur: quod sequitur Præposit. in c. 1. de feud. March. nu. 10. & in c. 1. de successione feudi. nu. 49. versic. & per ista. D. Molin. d. lib. 3. c. 6. nu. 30. & optimè Guillelmus de Mönferr. in in tractatu de successione Regum Franciæ, super. 1. dubio. nu. 8. volu. 13. tractatum, vbi quod licet vna sit linea descendencium ad successione regni, talis linea descendencium diuiditur in plures, videlicet lineam primogenitorum, & lineam secundogenitorum & tertio genitorum, & sic de singulis, ut lineæ primogenitorum cæteris præferatur, & deficiente linea primogeniti, secundogenitus, eiusque linea statim admittatur, prout idem ipse tradit, ibi nu. 34. versic. tamen ratione consuetudinis Franciæ, & Parisij, consil. 72. nu. 113. volu. 4. quod & comprobatur ex cap. licet. de voto, vbi constat, quod filio primogenito absque vlla sobole decedente, filius secundogenitus

tus eius frater, quanuis illi transuersalis sit, primogenitus dicitur, quia ius primogenituræ ad illum transfertur, & tanquã primogenitus succedit, & ibi notat glo. & Abb. in §. notab. & Bald. in l. ex hoc iure, quæstion. 6. ff. de iustitia & iure. Ripa in rubric. ff. de vulg. & pup. subst. nu. 3. Tiraquel. de iure primog. quæstion. 3. & 40. num. 183. Carol. Molin. in consuetud. Paris. lib. 1. §. 3. glof. 1. q. 3. nu. 5. & §. 8. in glof. 1. quæst. 5. nu. 32. Greg. Lopez in l. 2. titu. 8. part. 5. in glossa *segun se auiene*, †

53 filius namq; secundogenitus nunquam dicitur primogenitus, dum aliquis filius seu descendens à primogenito superest, vt notat Oldrad. consi. 224. nu. 42. Præpos. per text. ibi in cap. 1. de natura successione feudi. colum. 2. & in capit. 1. de feudo March. num. 10. Bald. in l. cum antiquioribus, num. 11. versi. non dicitur quia primogenitus. C. de iure deliber. Decius consi. 390. Grat. consi. 7. nu. 11. & consi. 8. num. 5. lib. 1. Tiraquel. de iure primog. quæst. 40. num. 74. 156. & 157. D. Couar. in pract. quæst. c. 38. num. 6.

54 Sexta regula communis est: Extincta linea recta descendantium, ad lineã primogeniti collateralium maioratus successio pertinere debet: ex quo enim DD. omnes in d. capit. licet. de voto. fatentur, quod in transuersalibus considerari debet primogenitura, quorum citat multos Tiraquel. de iure primog. quæst. 41. nu. 1. necessariò etiam fateri debent, quod in successione transuersali non potest dari alia regula ad cognoscendum quis debet succedere, nisi quod succedat ille, qui inter transuersales fuerit primogenitus, & sic qui ex linea primogenitorum descendat: neque enim vllò modo potest primogenitura considerari vnus transuersalis ad alium, cum transuersalis transuersalem non generat. Vnde primogenitura inter ipsos transuersales consideranda erit, vt succedere debeat, qui inter ipsos fuerit primogenitus: quemadmodum cum iudicio considerat Paul. Paris. consi. 72. num. 109. cum sequentibus, præcipuè num. 113. lib. 4. & sicut in descendentes linea primogeniti prius cõ

sideranda est, ita vt dũ aliquis ex eo superest, transitus ad lineã secundogeniti, non fiat, vt prædiximus: idem obseruandum censeo in linea transuersalium, vt prius admittantur, & vocentur ad maioratus successione inter transuersales, qui ex linea primogeniti transuersalis descendunt, eis autem omnibus finitis, admittantur ceteri ex lineã secundogeniti transuersalis, & sic de cæteris, † quia quilibet fratru constituit propriam lineam, & alter de alterius linea non dicitur, vt cum alijs probauimus consi. 13. numer. 12. & tradit Pelaez de maioratibus. 2. p. quæst. 7. num. 13. & 14.

56 Septima regula communis est, quod finita vna linea in successione maioratus, non consideramus personam proximior, sed lineam proximiorẽ, vt constat ex supradictis: & in tali linea proximiori quærimus eum qui descendit per ipsam lineam rectam ex filio maiori, vt primogenitus eius lineæ præferatur reliquis, & sic patris suo, vt concludit Guiliemus à Monserr. in tractatu de successione Regum Franciæ, volumi. 13. tractatum, super. 1. dubio, per totum, & hoc idem est quod voluit D. Conar. in pract. quæst. capit. 38. numer. 6. versic. etenim, & numer. 12. versi. quod si dixeris. & in dicta linea semper quærimus primogenitum. † Primogenitus verò dicitur, qui descendit per ipsam lineam rectam ex primogenito, vt per Tiraquel. de iure primog. quæstion. 40. ex numer. 34. cum sequentibus, vnde reliqui alij, vt fratres, & filij fratrum, excluduntur omnino interim dum reperitur aliquis in linea recta, vt probant supracitati DD. & Ancharr. consi. 82. in fin. Corneus consi. 22. num. 17. libr. 2. Beroius in capit. dilecti, numer. 55. de arbitrar.

58 Octaua regula complectens cæteras sumitur ex l. 2. titu. 15. part. 2. ibi: *Però con todo esso, vsque in finem, vbi dicitur, Que los sabios antiguos tuuieron por derecho, que el señoia del Reyno no lo ouiesse sino el hijo mayor despues de la muerte de su padre, y esto vsaron siempre en todas las tierras del mundo, doquier que el señoio tuuieron por linage, è mayor*

mayormente en España, è por escusar muchos males que acaecieron, e podrían ser fechos, pusieron que el señorio del Reyno heredassen siempre aquellos que viniesen por la linea derecha: e por ende establecieron, que si fijo varon y no ouiese, la hija mayor heredasse el Reyno: e aun mandaron, que si el hijo varon muriese ante que heredasse, si dexasse fijo, o hija que ouiese de su mujer legitima, que aquel ò aquella lo ouiesse, e no otro ninguno: Pero si todos estos falleciesen, deue heredar el Reyno el mas propinquo pariente que ouiesse, siendo home para ello, no auiendo fecho cosa porque lo deuesse perder: onde todas estas cosas es el pueblo tenudo de guardar, ca de otra guisa no podría el Rey ser cumplidamente guardado, si ellos assi no guardassen el Reyno.

59 Quis enim hæc lex loquitur in successione regni, ipsius tamen dispositio locum habet, & seruanda erit in successione alterius cuiuscumque maioratus particularis Hispaniæ, quia non licet membra à capite discedere, vt in cap. cum nõ liceat. de præscript. & in proprijs terminis ita tenent Abb. d. consi. 85. num. 3. & 6. lib. 1. Paul. Castren. d. consi. 164. num. 1. & 2. lib. 2. Bolognin. consi. 62. colum. 2. & 5. versi. secundo principaliter. Decius consil. 389. visa longa. nu. 7. Menochius consi. 104. proposita. num. 9. in fin. lib. 1. Becius consi. 101. num. 9. lib. 1. Castellus & Cifuentes in l. 40. Tauri. vbi expressus Palac. Rub. num. 3. & Anto. Gomez num. 11. & 12. & 69. in fin. D. Couar. lib. 3. variarum resolut. cap. 5. num. 5. Burgos de Paz in proemio legum Tauri num. 69. Petrus Dueñas in regul. 316. Gregor. Lopez in d. l. 2. titul. 15. part. 2. in glossa se dexasse, & in l. 3. tit. 13. part. 6. in glossa mugeres. colu. 2. versi. de more Hispaniæ, & D. Peralta in rubri. ff. de hered. instituend. num. 122. & in l. 3. §. qui fideicommissa. numer. 120. eodem titul. Simanc. de primogen. Hisp. lib. 1. cap. 22. & 23. Ant. de Padill. in rubri. C. de fideicommissis nu. 6. D. Molina plures alios allegans de Hisp. primogen. lib. 1. cap. 3. num. 5. vbi quod est verum, atque in forensibus controuersijs communiter obseruari solitum: & in numeris sequentibus ex hoc colligit duodecim æquiparationes, & similitudines

in proposito, quæ dantur inter regnum, & ceteros maioratus Hispaniæ: quod ducit ex d. l. partitæ, dum dicit: *Y esto vsaron siempre en todas las tierras del mundo, duquier que el señorio ouieron por linage.*

60 Nota regula est, quod quidquid sit de iure communi, semper obseruatum fuit in his regnis Hispaniæ, vt in successione maioratus nepos ex filio maiori præmortuo præferatur filio secundogenito, prout tradit Abb. d. consi. 85. num. 5. lib. 1. Paul. Castren. d. consi. 164. nu. 10. lib. 2. Barb. consi. 10. num. 1. & 2. lib. 2. Card. Alex. in cap. 1. nu. 12. in fine, de feudo March. Socin. consi. 252. num. 10. & 11. lib. 2. & in suo consi. feudorum, post titulum quis & à quo appelletur. num. 30. Bologninus d. consi. 62. colum. 7. Castellus in gloss. 1. in princ. super. l. 40. Tauri, dicens, quod ante tempora Pauli de Castro consuetudine antiqua introductum fuerat, quod in successione maioratus nepos patruo præferendus esset, & antea conditas leges Tauri: & ita affirmat obseruatum fuisse de consuetudine Hispaniæ Montaluis in l. 1. titul. 3. lib. 2. fori, in gloss. super verbo, *su hijo*, colum. 8. in fin. versi. sed circa hanc materiam. Eandem consuetudinè Hispaniæ retulit etiam Tiraquel. de iure primog. q. 40. num. 12. Decius in consi. 397. numer. 6. in fine. D. Molin. lib. 3. cap. 6. numer. 26. & 27. & probatur ex d. l. 2. titul. 15. part. 2. ibi: *Esto vsaron siempre en todas las tierras del mundo, e mayormente en España:* secundum quam consuetudinè maioratus etiam ante leges Partitarum instituti intelligendi sunt, vt in specie verum esse profitetur Aretin. consi. 162. n. 10. Socinus d. consi. 252. num. 10. & alios plures referens eos sequutus D. Molin. d. numer. 27. sola enim consuetudo ius succedendi tribuit, vt tradit præcitati DD. & notat Oldrad. consi. 44. colu. 2. Ioan. Andr. in regul. sine culpa. quæst. fin. lib. 6. Hostiensis Card. & alij in cap. licet, de uoto. Baldus consi. 389. & 360. & 265. lib. 2. Alex. consi. 87. nu. 3. lib. 6. Rubeus consi. 132. colu. 1. Roland. à Valle consil. 2. nu. 15. & consi. 42. num. 22. lib. 1. Xarez in l. quoniã in prioribus. 10. ampliatio. nu. 12. cum

12. cum sequentibus. C. de inoffic. testam. & in fortioribus terminis tradunt multi citati per Tiraquel. de primogen. quest. 16. nume. 4. cum sequentibus, probat. l. 4. Tauri, & quod d. l. 2. tit. 15. par. 2. procedat in specie de qua loquimur, non solum in regni successione, sed etiam in omnibus bonis, quæ iure sanguinis, & primogenituræ deferuntur, & sic in omnibus maioribus particularibus Hispaniæ, constat ex eadem lege in pluribus eius partibus, prout eam optime, & late in hoc expendit D. Molin. d. libro. 3. cap. 6. num. 4. cum sequentibus, ubi num. 7. versu. quod etiam, allegat plurimos auctores id ita tenentes in specie aduersus Emanuel. Cost. aliud existimantem pluribus fundamentis, in quæstion. patrui, & nepotis, pag. 165. & iterum pag. 178. quibus ipse Molina ibidem, & numeris sequentibus optimè satisfacit, idem prius ut breuius tamen probauerat, idem Molina lib. 1. cap. 3. num. 10. Tandem regula hæc nostra. 9. & supradicta omnia ad tollendum omne dubium expresse hodie approbantur in. l. 40. Tauri quæ est. l. 5. tit. 7. lib. 5. nouæ Collect. Regiæ.

Sed & aliæ plures regulæ vtilis in materia successione maioratum desumi possunt ex nostris scriptoribus, quas hic omitto, ne totam materiam maioratum vno capite comprehendam atque disseram, quæ vel vnum iustum librum facile complere posset, si cum suis deductionibus aliisque ornamentis describenda foret. Superiores tamen regulæ frequentiores, atque vtiliores sunt in praxi, quibus veluti ferro via aperitur, locusque fit cæteris studiosis ad decidendas præcipuas quæstiones atque dubia, quæ in maioratum successione in praxi contigerint, & idem eas retuli, ne absque aliquo fructu præsentis superiora scripserim.

S V M M A R I V M.

- 1 **C**ausa finalis, quæ sit.
- 2 **C**ausa impulsiva, quæ sit.
- 3 **C**onsequentia necessaria non est, hoc non contingente, actus hic non fieret, igitur hoc quod
- 4 **S**imoniam est seruire principaliter prælato, spe consequendi ab eo beneficium Ecclesiasticum, deficiente etiam expressa pactione.
- 5 **C**onferens alicui beneficium Ecclesiasticum ea mente, ut per hoc liberetur ab obligatione, qua ad antydoram tenebatur, an simoniam committat.
- 6 **M**utuans an possit deducere in pactum obligationem antydoralem, qua capiens mutuuum tenetur simile beneficium exhibere.
- 7 **M**utuans principaliter ob amicitiam, quamvis secundario ob spem aliquid ultra sortem a debitore dandum accipiendi, non committit usuram.
- 8 **C**lericus qui principaliter ob lucrandas distributiones quotidianas præsens est diuinis officijs, peccat, & simoniam committit.
- 9 **D**istributiones quotidianæ ad quæ propria natura in Ecclesijs institutæ sint.
- 10 **C**lericus volens potius diuinis officijs interesse in solennibus diebus, propter maius lucrum quam in alijs, si hoc principaliter faciat ob cultum diuinum, non peccat.
- 11 **D**istributiones quotidianæ ubi non sunt adeo tenues, ut verisimiliter negligantur, non potest ordinarius eas augere.
- 12 **D**istributiones quotidianæ non dantur in absentia, etiam studentibus Theologiam.
- 13 **P**riuegiatus à Summo Pontifice, ut fructus beneficij in absentia recipiat, ac si præsens esset, non idem potest distributiones quotidianas habere.
- 14 **F**alsitas aut defectus causæ an & quando vitiet rescriptum, seu gratiam & priuegiu Principis, & numeris sequentibus.
- 15 **C**ausa ea proprie dicitur, quæ finalis est, impulsiva autem causa abusiva & impropria est.
- 16 **C**ausa finalis est fons causarum, & præsumitur finalis illa, quæ secundum iuris ordinem debet esse finalis.
- 17 **C**ausa finalis substantia appellatur, & forma.
- 18 **C**ausa finalis est primum principium intentionis, licet sit vltimum executionis.
- 19 **C**ausa finalis apud sapientes optima habenda, & ea prima præcipuaque causarum atque potentissima est, &c. ut hic.
- 20 **E**x ratione finali tantum potest arguere. itum elici

vel

mayormente en España, è por escusar muchos males que acaecieron, e podrían ser fechos, pusieron que el señorio del Reyno heredassen siempre aquellos que vinie. Sen por la linea derecha: e por ende establecieron, que si fijo varon y no ouiesse, la fija mayor heredasse el Reyno: e aun mandaron; que si el hño varon muriese ante que heredasse, si dexasse fijo, o fija que ouiesse de su muger legitima, que aquel ò aquella lo ouiesse, e no otro ninguno: Pero si todos estos falleciesen, deue heredar el Reyno el mas propinquo pariente que ouiesse, siendo home para ello, no auiendo fecho cosa porque lo deuiesse perder: onde todas estas cosas es el pueblo tenuto de guardar, ca de otra guisa no podría el Rey ser cumplidamente guardado, si ellos assi no guardassen el Reyno.

59 Quiuis enim hæc lex loquitur in successione regni, ipsius tamen dispositio locum habet, & seruanda erit in successione alterius cuiuscumque maioratus particularis Hispaniæ, quia non licet membra à capite discedere, vt in cap. cum nõ liceat. de præscript. & in proprijs terminis ita tenent Abb. d. consi. 85. num. 3. & 6. lib. 1. Paul. Castrenf. d. consi. 164. num. 1. & 2. lib. 2. Bolognin. consi. 62. colum. 2. & 5. vers. secundò principaliter. Decius consil. 389. visa longa. nu. 7. Menochius consi. 104. proposita. num. 9. in fin. lib. 1. Becius consi. 101. num. 9. lib. 1. Castellus & Cisuentes in l. 40. Tauri. vbi expressus Palac. Rub. num. 3. & Anto. Gomez num. 11. & 12. & 69. in fin. D. Couar. lib. 3. variarum resolut. cap. 5. num. 5. Burgos de Paz in proemio legum Tauri num. 69. Petrus Dueñas in regul. 316. Gregor. Lopez in d. l. 2. tit. 15. part. 2. in glossa se dexasse, & in l. 3. tit. 13. part. 6. in glossa mugeres. colu. 2. vers. de more Hispaniæ, & D. Peralta in rubri. ff. de hered. instituéd. num. 122. & in l. 3. §. qui fideicommissã. numer. 120. eodem tit. Simanc. de primogen. Hisp. lib. 1. cap. 22. & 23. Ant. de Padill. in rubri. C. de fideicommissis nu. 6. D. Molin. plures alios allegans de Hisp. primogen. lib. 1. cap. 3. num. 5. vbi quod est verum, atque in forensibus controuersijs communiter obseruari solitum: & in numeris sequentibus ex hoc colligit duodecim æquiparationes, & similitudines

in proposito, quæ dantur inter regnum, & ceteros maioratus Hispaniæ: quod ducit ex d. l. partitæ, dum dicit: *Y esto usaron siempre en todas las tierras del mundo, do quier que el señorio ouieron por linage.*

60 Nota regula est, quòd quidquid sit de iure communi, semper obseruatum fuit in his regnis Hispaniæ, vt in successione maioratus nepos ex filio maiori premortuo preferatur filio secundogenito, prout tradit Abb. d. consi. 85. num. 5. lib. 1. Paul. Castrenf. d. consi. 164. nu. 10. lib. 2. Barb. consi. 10. num. 1. & 2. lib. 2. Card. Alex. in cap. 1. nu. 12. in fine, de feudo March. Socin. consi. 252. num. 10. & 11. lib. 2. & in suo consi. feudorum, post titulum quis & à quo appelletur. num. 30. Bologninus d. consi. 62. colum. 7. Castellus in gloss. 1. in princ. super l. 40. Tauri, dicens, quòd ante tempora Pauli de Castro consuetudine antiqua introductum fuerat, quòd in successione maioratus nepos patruo preferendus esset, & ante conditas leges Tauri: & ita affirmat obseruatum fuisse de consuetudine Hispaniæ Montaluus in l. 1. tit. 3. lib. 2. fori, in gloss. super verbo, su hijo, colum. 8. in fin. vers. sed circa hanc materiam. Eandem consuetudinẽ Hispaniæ retulit etiam Tiraquel. de iure primog. q. 40. num. 12. Decius in consi. 397. numer. 6. in fine. D. Molin. lib. 3. cap. 6. numer. 26. & 27. & probatur ex d. l. 2. tit. 15. part. 2. ibi: *E esto usaron siempre en todas las tierras del mundo, e mayormente en España:* secundum quam consuetudinẽ maioratus etiam ante leges Partitarum instituti intelligendi sunt, vt in specie verum esse profitetur Aretin. consi. 162. n. 10. Socinus d. consi. 252. num. 10. & alios plures referens eos sequutus D. Molin. d. numer. 27. sola enim consuetudo ius succedendi tribuit, vt tradit præcitati DD. & notat Oldrad. consi. 44. colu. 2. Ioan. Andr. in regul. sine culpa. quæst. fin. lib. 6. Hostiensis Card. & alij in cap. licet, de voto. Baldus consi. 389. & 360. & 265. lib. 2. Alex. consi. 87. nu. 3. lib. 6. Rubeus consi. 132. colu. 1. Roland. à Valle consil. 2. nu. 15. & consi. 42. num. 22. lib. 1. Xarez in l. quoniã in prioribus. 10. ampliatio. nu. 12. cum

12. cum sequentibus. C. de inoffic. testam. & in fortioribus terminis tradunt multi citati per Tiraquel. de primogen. quest. 16. nume. 4. cum sequentibus, probat. l. 4. Tauri, & quod d. l. 2. tit. 15. par. 2. procedat in specie de qua loquimur, non solum in regni successione, sed etiam in omnibus bonis, quæ iure sanguinis, & primogenituræ deferuntur, & sic in omnibus maioratibus particularibus Hispaniæ, constat ex eadem lege in pluribus eius partibus, prout eam optime, & late in hoc expendit D. Molin. d. libro. 3. cap. 6. num. 4. cum sequentibus, vbi num. 7. vers. quod etiam, allegat plurimos auctores id ita tenentes in specie aduersus Emanuel. Cost. aliud existimantem pluribus fundamentis, in quæstion. patru, & nepotis, pag. 165. & iterum pagi. 178. quibus ipse Molina ibidem, & numeris sequentibus optimè satisfacit, idem prius vt breuius, amen probauerat, idem Molina lib. 1. cap. 3. num. 10. Tandem regula hæc nostra. 9. & supradicta omnia ad tollendum omne dubium expresse hodie approbantur in. l. 40. Tauri quæ est. l. 5. tit. 7. lib. 5. nouæ Collect. Regiæ.

Sed & aliæ plures regulæ vtilis in materia successione maioratum desumpunt ex nostris scriptoribus, quas hic omitto, ne totam materiam maioratum vno capite comprehendam atque disseram, quæ vel vnum iustum librum facile complere posset, si cum suis deductionibus alijsque ornamentis describenda foret. Superiores tamen regulæ frequentiores, atque vtiliores sunt in praxi, quibus veluti ferro via aperitur, locusque fit cæteris studiosis ad decidendas præcipuas quæstiones atque dubia, quæ in maioratum successione in praxi contigerint, & idèd eas retuli, ne absque aliquo fructu præsentis superiora scripserim.

SUMMARIUM.

- 1 **C**ausa finalis, quæ sit.
- 2 **C**ausa impulsiva, quæ sit.
- 3 **C**onsequentia necessaria non est, hoc non contingente, actus hic non fieret, igitur hoc quod
- 4 **S**imoniam est seruire principaliter prælato, spe consequendi ab eo beneficium Ecclesiasticum, deficiente etiam expressa pactione.
- 5 **C**onferens alicui beneficium Ecclesiasticum ea mente, vt per hoc liberetur ab obligatione, qua ad antydoram tenebatur, an simoniam committat.
- 6 **M**utuans an possit deducere in pactum obligationem antydoralem, qua capiens mutuum tenetur simile beneficium exhibere.
- 7 **M**utuans principaliter ob amicitiam, quamuis secundario ob spem aliquid ultra sortem à debitore dandum accipiendi, non committit usuram.
- 8 **C**lericus qui principaliter ob lucrandas distributiones quotidianas præsens est diuinis officijs, peccat, & simoniam committit.
- 9 **D**istributiones quotidianæ ad quæ propria natura in Ecclesijs institutæ sint.
- 10 **C**lericus volens potius diuinis officijs interesse in solennibus diebus, propter maius lucrum quam in alijs, si hoc principaliter faciat ob cultum diuinum, non peccat.
- 11 **D**istributiones quotidianæ vbi non sunt adèd tenues, vt verisimiliter negligantur, non potest ordinarius eas augere.
- 12 **D**istributiones quotidianæ non dantur in absentia, etiam studentibus Theologiam.
- 13 **P**riuilegiatus à Summo Pontifice, vt fructus beneficii in absentia recipiat, ac si præsens esset, non idèd potest distributiones quotidianas habere.
- 14 **F**alsitas aut defectus causæ an quando vitiet rescriptum, seu gratiam & priuilegium Principis, & numeris sequentibus.
- 15 **C**ausa ea proprie dicitur, quæ finalis est, impulsiva autem causa abusiva & impropria est.
- 16 **C**ausa finalis est fons causarum, & præsumitur finalis illa, quæ secundum iuris ordinem debet esse finalis.
- 17 **C**ausa finalis substantia appellatur, & forma.
- 18 **C**ausa finalis est primum principium intentionis, licet sit vltimum executionis.
- 19 **C**ausa finalis apud sapientes optima habenda, & ea prima præcipuaque causarum atque potentissima est, &c. vt hic.
- 20 **E**x ratione finali tantum potest arguere: si elici vel

- vel extensio, non tamen ex impulsua.*
- 21 *Falsitas aut subreptio causæ impulsuæ, quæ non leuiter principem mouisset ad concedendum, sed difficultiorem cum redderet, licet adhuc precibus annuisset, an vitiet concessionem principis, necne? & numeris seqq.*
- 22 *Text. in. c. postulasti. de rescriptis, procedit non solum in beneficialibus, sed etiam in cæteris omni- us gratiosis, & in priuilegijs.*
- 23 *Non sufficit quod in genere fiat expressio, vt impetratio saluetur à subreptione.*
- 24 *Non sufficit generaliter exprimi factum, nisi exprimaturs modus.*
- 26 *Taciturnitas eius, quo expresso adhuc gratia beneficij concederetur gratiam vitiat.*
- 27 *Illa subreptionem inducunt, quæ vel ratione iuris tertij, vel obius commune mouere possent principem ad non concedendum.*
- 28 *Mentione non facta omnium, quæ principem retardare potuissent ad concedendum rescriptum, nullum & inuolidum redditur, & quomodo hic intelligatur, numer. 29.*
- 30 *Gratia non vitiaturs, si causa impulsua à principio fuit vera, licet postea cesset.*
- 31 *Subreptio causæ impulsuæ non vitiat gratiam.*
- 32 *Impetrans aliquid a principe, non tenetur face- re mentionem eius, quod expressum impetra- tionem non impediret.*
- 33 *Impetrans beneficium curatum, illud habebit, licet in impetratione non significauerit se sibi- cris ordinibus non esse insignitum sed saltem de stylo curiæ narrare debet se clericum esse, vt in num. 34.*
- 35 *Decij opinio aduersus communem positam supra num. 21. cum sequentibus: sed contra eam. num. 48.*
- 36 *Nauarii opinio distinguens concurret cum com- muni, vt in. nu. 49.*
- 37 *Couarr. opinio contra eandem communem: sed contra eam, num. 42. & nu. 50.*
- 38 *Menchij opinio contra eandem communem, differitur de ea. num. 51.*
- 39 *Qualitates, quæ ex stylo curiæ vel Cancellariæ, vel consuetudine principis exprimi consue- runt, narrandæ necessario sunt, alioqui rescri- ptum vitiaturs: quod si nec iure, nec stylo curiæ vel consuetudine exprimi solent, vide num. 40.*
- 41 *Author sequitur, & probat communem præsua- tam sententiam.*
- 43 *Cap. super literis, de rescrip. intellectus, & nu. 45. & 46.*
- 44 *Arbitrio iudicis Apostolici relinquiturs, quæ causa vel qualitas falso expressa, vel veritas occultata mouerit leuiter, vel grauiter, aut notabiliter principem ad concedendum in specie prædictæ. communis sententiæ.*
- 47 *Cap. dudum. de election. intellectus.*
- 52 *Clausula, Si preces veritate nitanturs, semper in- telligenda est apposita in rescriptis Papæ, e- tiam si non apponatur.*
- 53 *Vbi plura copulanturs in rescripto circa unum effectum, quorum quodlibet perse sufficit, unum probare sat est: ampliatur num. 6. & limitatur, num. 63.*
- 54 *Cum plura narranturs, quæ de iure minimè neces- saria sunt, tunc copula in disiunctiã resol- uiturs.*
- 55 *Si plura capitula sint narrata in commissione, quorum aliqua vera, & aliqua falsa sunt, sufficit probare veritatem vnus.*
- 56 *Vbi plures causæ narranturs in rescripto quarum aliqua sunt subreptitiæ aliqua verò nõ, pro- cedendum est vt latius hic.*
- 57 *Ordinario conferente beneficium vacans dupli- ci causa, si vera vna sit, collatio sustineturs, si habuit potestatem prouidendi vtroq, casu*
- 58 *Impetratione facta vnus beneficij pluribus modis vacantis, sufficit probare primum mo- dum vacationis de expressis, & vide nu- mer. 59.*
- 60 *Cum vnus vacationis modus exprimiturs, alter non continetur, nisi aliud constet de intencio- ne impetrantis vel concedentis.*
- 61 *Rescriptum Papæ continens diuersas gratias, non vitiaturs per subreptionem in vna.*
- 64 *Vbi duo in rescripto narranturs, quorum ex se neu- trum sufficeret, vtrumque probandum erit.*
- 65 *Dispositio quæcumque habens duas aut plures causas, etiam vna cessante, sustineturs, & nu. 66. & 67. quomodo intelligatur.*
- 68 *Gratia à principe facta vitiaturs ex falsitate vel subreptione vnus ex pluribus causis nar- ratis, vbi quomodo procedat.*
- 69 *Dispensatio nulla causa expressa, præsumitur fieri ex pluribus causis.*
- 70 *Dicenti plures rationes dispositionis esse, credi- tur, & qui dicit vnica probare debet, & eam esse solam, vt in num. 71.*

A ratione

- 72 A ratione non expressa non licere arguere.
- 73 Quoties in lege vel alia dispositione non potest reddi nisi unica tantum causa vel ratio, illa habetur pro expressa.
- 74 Falsitas veri valoris beneficii expressa an vitiat gratiam, & numeris sequentibus, precipue num. 79. ubi sententia auctoris, & nu. 78. quid in nominatione.
- 75 Verus valor beneficii de iure in impetratione ex primi non debet, secus de stylo curiae Romanae, ut in num. 76.
- 77 Falsus valor beneficii expressus vitiat gratiam etiam motu proprio concessam.
- 80 Regula Cancellaria de exprimendo vero valore beneficii in impetratione rationes.
- 81 Gratia à Romano Pontifice impetrata simpliciter beneficii, facta tamen absque mentione absque dolo, quod esset curatum, an sit nulla, & numeris sequentibus precipue nu. 83.
- 82 Cura animarum est necessario exprimenda in impetratione beneficii curati.
- 84 Gratia facta de sacristia narratione facta per ignorantiam, & simplicitatem quod esset dignitas, cum tamen non sit ita, sed simplex officium, non est subreptitia.
- 85 Mandatum Apostolicum de recipiendo aliquem in canonicum cuiusdam Ecclesiae, non obstante certo canonicorum numero ibi statuto, valet, ac debet exequi, & si in illa Ecclesia nullus sit numerus canonicorum statutus.
- 86 Gratia seu remissio homicidij à Principe impetrata, mentione non facta prioris indulgentia simile crimen eidem impetranti remittentis, uti subreptitia inualida est, & nu. 87. & 88. & 89.
- 87 Princeps tute absque anime periculo in utroque foro potest remittere criminis poenam, quae in satisfactionem Reipublicae à legibus statuta fuerit, ubi ex hoc Reipublicae damnum minime sequitur, & absque laesione privati iniuriam passi: alias sine partis remissione mortaliter peccaret.
- 88 Lex. 2. titu. 25. lib. 8. nouae Collection. declaratur.
- 89 Dicitio, alius alia aliud, est repetitiua similitum.
- 90 Dispensatio super pluralitate beneficiorum ab eo obtenta, cum quo prius per sedem Apostolicam fuerat dispensatum super defectu natalium ad ordines sacros, & ad obtinendum beneficium curatum, hoc tacito erit nulla, veluti per subreptionem obtenta.
- 91 Dispensatio secunda alicuius ritij ad hoc valeat, debet in ea fieri mentio primae dispensationis circa eam concessa.
- 92 Privilegio impetrato cum limitatione, & certa moderatione, non valet impetratio secundae privilegij facta simpliciter.
- 93 Rescriptum tendens ad augendam vel confirmandam conservandamque concessionem primam, debet mentionem prioris facere, alioquin erit subreptitium.
- 94 Facultas regia secunda ad faciendum maiortum, debet mentionem prioris facere, alias non valebit.
- 95 Facultas secunda ad bona maioratus alienanda vel hypothecanda prioris debet meminisse, ut valeat.
- 96 Facultas regia ad primogenium instituendum, non facta mentione liberorum, quos habebat impetrans, eorum tamen in genere meminisse, an valeat.
- 97 Et quid in legitimatione filij.
- 98 Dispensatio Papae super matrimonio inter consanguineos contrahendo non valet; si ibi causa falsa sit expressa, nisi eam postea Papa confirmaret, & numer. 100. quo modo hoc sit intelligendum.
- 99 Dissimulatio Papae habet vim, & effectum dispensationis, quando ipse hoc exprimit, nempe quod dissimulat, alias secus.
- 101 Vbi aliquis bona fide est in eo statu, ut tantum contra l. humanam sine proximi iniuria vitam agat absque transgressione legis naturalis, ac diuinae, in eo statu dimittendus est, si ex correctione scandalum graue immineret.
- 102 Consilium pro confessorijs ne bona fide matrimonialiter contrahentes iam copulatos in mala constituent.
- 103 Dispensatio Apostolica ad matrimonium contrahendum unica causa expressa, & ordinario loci commissa cum clausula ordinaria, si praedes veritate nitantur, &c. corrumpit si illa causa est falsa.
- 104 Causa expressa in dispensatione semper praesumitur esse finalis.

105. Impetrans dispensationem ad matrimonium contrahendum, cum pluribus causis, tenetur eas prius verificare. & quid si una earum falsa sit, ceteræ autem veræ, numer. 106. cum sequentibus.
107. Causæ iustæ in curia ad dispensandum ad contrahendum matrimonium.
108. Relatum dicitur esse in referente, & cum omnibus suis qualitatibus, vere, & proprie, specialiter, & expresse.
109. Dispensatio circa impedimenta matrimonij, cum dependeat à voluntate principis, præsumitur difficilis, & etiam impossibilis, licet sit desolitis concedi præterquam in tertio, & quarto gradibus consanguin. & affinit.
110. Statutū vel constitutio, vel princeps concedens, aliquid exprimens circa actum conficiendū, aliter quā à iure communi sit dispositū, an censeatur ex hoc formam inducere.
111. Lex vel statutum introducens aliquid cum certis modificationibus, censeatur in illis formam inducere.
112. Vbi in dispositione legis, vel hominis ponitur aliquid conditionaliter, illud dicitur esse de forma.
113. Dictio, si, &c. inducit conditionem.
114. Forma est indiuidua, & diuisio formam corrumpit.
115. Forma est de genere indiuisibiliū, & quādo plures solennitates requiruntur ad actum, omnes sunt obseruandæ, & si una deficiat, omnes sunt ex integro faciendæ.
116. Vbi plura sunt requisita de forma, omnia debent seruari, etiam si aliquid ex eis videatur superfluum.
117. Utile per inutile non vitiatur in his, quæ sunt de forma.
118. Forma à lege inducta vel ab statuto, in dubio censeatur substantialis, & semper ad vnguē seruari debet.
119. Formæ omisio, etiam in qualitate minima, vitiatur.
120. Delegatus nullatenus egredi potest commissio nis suæ fines.
121. Forma censeatur dari, & constitui à delegante, etiam si ordo alioqui à iure requisitus inibi exponatur.
122. Ea, quæ tacite à iure insunt, si ab homine exprimentur, nihil operantur, & quomodo hoc intelligatur.
123. Dispensatio ad matrimonium contrahendum continens plures causas, quarum nulla est de se sufficiens, an, & quando vitiatur ob falsitatem vnius, & numer. 129. quod si causa minus principalis non sit vera, non vitiatur dispensatio.
124. Dispensationes sunt stricti iuris, ac proinde de vno casu ad alium etiam maiorem rationem habentem extendi non valent.
125. Dispensandi aut legitimandi difficultas licet, ut favorabilis sit extendenda, ac benigne intelligenda, non verò strictè ipsa tamen dispensatio odiosa est, & strictè interpretanda, ita ut in ea non sit locus argumento de maiori ad minus.
126. Argumentum de maiori ad minus locum non habet in dispensatione iam facta.
127. Dispensatio facta in materia matrimoniali, debet intelligi largè in fauorem matrimonij, nisi aliàs sequeretur scandalum.
128. Consanguinitas in gradu remotioris, in linea in equali computanda est.
130. Testis, qui in vno est varius, contrarius, vel falsum deponit, an & quādo in ceteris fidem faciat, vel non.
131. Veritas narratorum ad impetrandam dispensationem pro matrimonio contrahendo est consideranda secundum tempus impetrationis, quādo veritas causæ narratur de præfenti.
132. Causa dispensationis cessante, quādo cesset, vel non dispensatio.
133. Non sufficit narrata scienter verificari post impetratam dispensationem, sed tempore eius impetrationis veritas prout narratur debet se habere, ut hic.
134. Dispensatio pro matrimonio contrahendo scienter impetrata ex falsa causa per fraudem erit subreptitia.
135. Exprimendum est necessariò matrimonium fuisse scienter contractum ante dispensationem, ad hoc ut dispensatio postea impetrata teneat.
136. Difficilius hodie dispensatur quam olim cum impeditis, qui iam etiam scienter contraxerunt, & consummauerunt matrimonium.

C A P V T X V :

De falsitate, subreptione & obreptione cause finalis & impulsivæ in precibus principi factis commissa, deq; veritate in eisdem tacita.

Acturi de veritate precum principi effusarum, atque de causis finali & impulsiva eum mouentibus in rescriptis, & gratijs ab eo impetratis, an defectus vel taciturnitas veritatis vitiet rescriptum, concessionem, privilegium, vel gratiam, necessarium duximus præmittere, quæ dicatur causa finalis, & quæ impulsiva?

Et profectò res hæc adeò sub opinione est, vt vix quid receptius, quid ve verius tenendum sit, agnosci valeat, variant namque plurimum in hoc scribentes nostri, ita vt varietas ipsorum confusionem pariat, præmaximè cum Baldus multis in locis de ea re diuersimodè loquatur, quinimò & Accursius, & cæteri post eum interpretes varia in hoc senserunt, vt constat ex latissimè congestis ab And. Tiraquello in tractatu de causa cessante, limitatione. 1. numer. 21. & sequentibus, nos verò omnibus his omisis, veritati ac resolutioni, prout moris est, propius accedendo, sic existimamus obseruandum.

1 Causa finalis ea est, quæ principaliter in actu agendo ab agente consideratur, quæ ipsum præcipuè mouit, & in quam ipse mens finalis dirigitur, hæc namque est vltima quoad executionem, prima tamen quoad intentionem: ita Bart. in l. ambitiosa. num. 19. ff. de decret. ab ordin. faciend. S. Thom. 1. 2. quæst. 1. arti. 1. ad 1. & articul. 4. & quæst. 18. articul. 6. ad 2. & quæstio. 20. arti. 1. ad 2. Vnde prima omnium causarum est causa finalis, secundum D. Thom. quæstio. 1. arti. 2. & post eum docet optimè Nauar. in c. inter verba. 11. quæst. 3. corolario. 4.

2 Causa autem impulsiva est, quæ præ-

ter finem vltimum mouet agentem, causam dat actui, & sine qua non fieret actus: & vulgò dicitur impulsiva, quia impellit ad agendum: & hæc non rectè ab alijs efficiens vocatur, licet causa efficiens à finali distinguatur, vt bene probat post Tho. & Rodolph. Agricola, quos citat D. Couar. lib. 1. variarum resol. c. 20. nu. 5. vbi prædict. descriptionem ac differentiam causæ finalis, & impulsivæ sequitur ac probat, illud addens ex Maiore. in. 4. sent. distinct. 15. quæst. 29. vers. 5. arguit.

3 & in distinct. 25. quæst. 2. colum. 4. ¶ non esse necessariam, solidamque consequentiam, hoc non contingente, actus hic nõ fieret, igitur hoc, quod modò contingit, est causa finalis aut principalis huius actus: sicut nec illam, hoc remoto, ipse nõ agerem istum actum, ergo hoc est causa finalis actus: est siquidem causa impulsiva, quæ præursionem quamdam adhibet ad efficiendum: quod comprobat ex text. in l. 2. §. sexum. ff. de postul.

4 Ex quibus deducitur primò, simoniam esse seruire alicui prælato principaliter spe consequendi ab eo beneficium aliquod Ecclesiasticum, deficientem etiam expressa pactione, iuxta glossam verb. promiserat, & DD. communiter ibidem, in capit. cum essent, de simonia. esset tamen simonia mentalis, secundum Felinum ibi, & Caietan. in summa verb. simonia, in fine, secus autè esset seruire principaliter: Episcopo ob personæ dignitatem, ob stipendium, pro victu quotidiano consequendo, quauis minus principaliter spe consequendi ab eo prædictum beneficium Ecclesiasticum id fiat, secundum glossam & DD. vbi supra, & declarat pulchrè Adria. in quodlib. 9. art. 2. sub litera m. n. o. & probat ex pluribus Nauar. in man. Lati. c. 23. nu. 100. vers. 5. & prius. c. 17. nu. 209. in prin. quæ resolutione sequitur & probat Couar. vbi supra nu. 3. vbi quod nõ statim existimadum est si habedi beneficium Ecclesiasticum esse causam finale aut principale, ex eo quod alioqui nõ esset quis prælato seruitur, nisi ab eo beneficij collationem speraret, quia potest hoc ita esse, & simul spe istam causam impul-

Xx 2 suam,

- suã, non finalem huius ministerij fuisse.
- 5 Scribunt autem Innocent. & Anton. in capit. tuam. de etate & qualit. conferentem beneficium alicui ea mente ac intentione, vt per huiusmodi collationem liberetur ab obligatione, qua ad antydoram tenebatur, simoniam committere: quod sequutus est Angelus in. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de petition. hæred. Hoc tamen intelligendum est verum esse ac procedere, vbi expressim collatio fieret in remunerationem, & ad tollendam obligationem ad antydorã, qua prælatus tenebatur: secus autem si simpliciter ea intentione fieret, vt aduertit Philip. Decius in. c. ad nostram. nu. 5. deprobat. Contrarium tamen, & verius meo iudicio, probat D. Couar. vbi supra, num. 4. versicul. scribit tamen, existimans in hac eadem specie nec mentalem simoniam committi, vbi collatio simpliciter ea intentione & animo facta fuerit, nec item exteriorem, etiam si expressè actum sit à collatore, vt in remunerationem prædictæ obligationis id faciat: nihil namque efficit ad culpam criminis simoniæ, deducere in pactum solam obligationem moralem, ita vt ab honestate processit, nullo ei addito robore, vel eã tantum à bonis moribus, & vt à grato animo oritur, remittere: † sic enim iure licet mutuanti absque vitio vsurę deducere in pactum obligationem illam antydoralem, qua capiens mutuum, tenetur mutuanti simile beneficium exhibere, modò hoc adijciatur, quod promittens non plus obligetur quàm aliàs tenebatur cessante pacto, vel colligatur ex ipso facto & paciscentium mente, nihil per hanc conuentionem adijci antydorali obligationi, iuxta glossam penul. & finalem in cap. si fœneraberis. 14. quæst. 3. Cardi. Anania & Abb. in c. consuluit. de vsuris. & eundem Cardin. Clement. 1. de vsuris. quæstion. 20 Felin. capit. ad audientia. 2. nu. 10. de rescript. S. Thom. 2. 2. quæst. 78. articul. 2. ad. 3. Gabriel in 4. sententiarum distinct. 15. quæst. 11. & ibi Ioan. Maior. q. 29. versic. 2. arguitur, est communis secundum Couar. vbi supra, nu. 4. circa finem.
- 7 Secundo ex supradictis infertur, mutantem pecuniam principali causa ob amicitiam alterius, & vt ei indigenti subueniret, quanuis secundariò ob spem quam concepit aliquid ultra sortem à debitore sponte dandum se accipiendi, non committere vllam vsuram, neque etiam mentalem: secus verò si id principaliter fiat ob lucrum, iuxta glossam in d. capit. consuluit. verbo sperantes, de vsuris, communiter ibi approbatam ab Innocent. & ceteris scribentibus, & est communis omnium Canonistarum & Theologorum contra Molinæum in. 1. & contra Soto in. 2. secundum Nauar. in manuali Latino, capit. 17. numer. 209. & capit. 23. numeri 100. versicul. 5. vbi latè probat, & communi omnium sententia probatum est, secundum Couarr. d. capit. 20. numer. 4. vbi quòd procedit, etiam si alioqui non concepta illa spe, non esset pecuniam debitori mutuaturus, cum spes ista recipiendi aliquid ultra sortem à debitore sponte & libere dante, non fuerit causa finalis mutui, sed impulsua, quanuis ea seclusa, actus hic non fieret, vt colligit ex Caietano & Ioanne à Medina ibi, per eum citatis.
- 8 Tertio oritur ex præcedentibus, peccare quidem clericum, atque simoniam mentalem committere, euntem in Ecclesiam, vt præsens sit diuinis officijs, motus principali causa ob percipiendas quotidianas distributiones, iuxta glossam post Hostiensem in cap. vnico, verbo receperit. in fine, de clericis non residen. in. 6. quam ibi sequuntur DD. & Abbas in capit. ex parte. 1. numer. 4. de officio deleg. & ibi Felin. num. 2. & alios referens Decius numer. 6. dicit singulariter idem Felinus in capit. causam. de simonia. vbi Abb. & Anania idem probant: sequitur dicens eam glossam celeberrimam Nauarr. in manuali Latino. capit. 23. numer. 100. versicul. 5. Quod verum est & procedit, cum lucrum istud, non diuinum officium maxime estimatur, & præcipuus finis huius operis

operis est, tunc enim simonia mentalis committitur, vt ex prædictis patet, & tradit Nauar. in cap. vlti. de poenitentia dist. 5. nu. 56. & in relectione de dicendis horis canonicis, seu de oratione, notab. 6. quem sequitur & probat D. Couar. d. capit. 20. numer. 5. si autem id fiat principaliter, vt Deo seruiat, & sic ob diuinum cultum intersit diuinis officiis, quanuis minus principaliter, & secundariò vt lucrètur distributiones quotidianas, non peccabit, licitum namque est clericis seruire Deo in Ecclesijs, ob spem ascendendi ad dignitates illarum, vt probatur in capit. si officia. 59. distinct. & in capit. quid proderit. 61. distinctio. Imò Gelasius Papa in capit. consulere. 74. distinctio. dixit eos ad hunc ascensum spe maioris commodi compellendos, & glossa in d. cap. quid proderit, recepta secundum Nauar. d. cap. 23. num. 100. versicu. 5. expressè tenet per illum textum, licere clerico seruire in Ecclesia ad querendam aliquam dignitatem, modo principaliter ob id non seruiat: glossa similis in. c. hoc ad nos. 59. distinct. ergo neque etiam peccabit, si intersit diuinis officijs principaliter ob diuinum cultum, quanuis secundariò vt distributiones quotidianas lucrètur. Quinimò obseruandum est, non esse finem vltimum & principalem distributionum quotidianarum lucrum, vbi sacerdos alioqui non esset in Ecclesiam iturus, nisi eas distributiones percepturus esset, hæc enim causa potest esse impulsiva & principalis: impulsiva, cum ob diuinum obsequium præcipuè interesse vult diuinis officijs, & tamen non interesset eisdem, nisi illud lucrum sibi immineret, & tunc non esset dicendus sacerdos nec mentalis simoniacus, secundum Couarruu. vbi supra, quod patet viua ratione. † Distributiones quotidianæ in Ecclesijs propria natura pro presentibus & interessentibus constitutæ sunt, vt spe huius lucri, secundariò tamen, clerici ad residentiam personalem quotidianam inuitentur, atque prouocentur, ita vt reliqui non interessentes statis horis diuinis, illis careant, non

obstante quacumq; consuetudine contraria, & quanuis collusionem & remissione exclusam, vt in d. cap. vnico de clericis non resid. lib. 6. hodie innouato, non obstantibus quibuscumq; statutis & consuetudinibus, per sanctum Concil. Tridè. sessio. 24. in decreto de reformatione. c. 12. versu. distributiones verò, latè Couar. libr. 3. variarum resolut. cap. 13. numer. 2. cum sequentibus. Hinc sanctissime idè Concil. Triden. sessio. 21. in decreto etià reformationis. c. 3. statuit in hunc modum: Cùm beneficia ad diuinum cultum atq; Ecclesiastica munia obeunda sint constituta, ne qua parte minuatur diuinus cultus, sed ei debitum omnibus in rebus obsequium præstetur, statuit sancta synodus, in Ecclesijs, tã cathedralibus, quàm collegiatis, in quibus nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt verisimiliter negligantur, tertiam partem fructuum, & quoruncumque prouentuum & obuentuum, tam dignitatum, quàm canonicatum, personatum, portionum, & officiorum separari debere, & in distributiones quotidianas conuerti, quæ inter dignitates obtinentes, & cæteros diuinis interessentes proportionabiliter, iuxta dispositionem ab Episcopo etiam tanquam Apostolicæ sedis delegato, in ipsa prima fructuum deductione faciendam diuidantur, saluis, &c. Ecce igitur textum expressum, vbi probatur, distributiones quotidianas principaliter institutas esse in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis, atque ad tertiam partem fructuum præbendarum in prædicta specie à sacro Concilio augeri iussas, pro diuino cultu & Ecclesiasticis munijs obeundis, vt patet in princ. text. & secundariò vt canonici, cæterique præbendati diuinis officijs interessentes eas lucrètur: licitum est ergo eas lucrari, cùm principaliter ob diuinum cultum horis Canonicis intersint, quanuis secundariò ob lucrum id faciant, cùm in eum finem atque ordinem, qui prædictus est, institutæ atque adactæ fuerint: cùm enim ratione præbendarum quas

ipsi beneficiati obtinēt, tēneātur Ecclesie interuere, atq; ad residentiam personalem, nihil alias lucraturi, consequitur id impēdētes, ad quod tenētur ratione cultus diuini, principaliter hoc facere debere ac teneri, quāuis secundariō ob lucrū id etiā faciāt, nec peccent, licēt aliās nō essent facturi, si nō essent præbēdati, vel horis canonicis nō interessent, nisi eas distributiones percepturi essent, dum tamen, vt prædiximus, ob diuinū cultum præcipuē intersint, † Quo fit, vt licēt cleric⁹ præbēdatus potius velit diuinis officijs interesse atq; inter sit tempore solenni, hoc est, in festiuitatibus præcipuis anni, quibus maiores distributiones quotidianæ præsentibus, & interessentibus statutæ sunt, quàm alio tēpore, quo minutiores constituuntur, si principaliter intersit ob cultum diuinum, nō peccet, cū liberū sit ei illo tēpore interesse, hoc verò abesse, lucrando tantummodo pro tēpore quo interfuert, quāuis melius faceret si vtroq; tempore æqualiter, cessante iusto impedimento, interesset: caueat tamē ne principaliter id faciat causa quæst⁹, quia si hoc faceret, peccaret quidem mortaliter ob simoniam mentalem, vt prædiximus.

11 Circa tamen intellectum d. c. 3. decreti Concil. Trid. supra citati aduerto, quòd vbi distributiones quotidianæ non sunt aded tenues, vt præbeant materiā, & occasionem eas negligendi, non potest ordinarius aliquam partem fructuum præbendarum aut dignitatum illis amplius attribuere, vt illustrissimi Cardinales interpretati sunt d. capit. declaratione: 75. prout ex quodam sumptu declarationum eorundem desumpsi id quod ex litera & ratione d. Concilij euidenter patet, ibi, Vel ita tenues vt verosimiliter negligantur, &c.

12 Præterea & vltimo addo, aded requiri personalem interessentiā ad distributiones quotidianas lucrandas, vt non dentur etiam studētibus Theologiā, vt in c. licēt. de præb. & ibi DD. nec his, qui sunt in seruitio Episcopi vel Papæ, vt in c. de cætero, & c. cū dilectus. de cleric. nō resid. iuxta glo. in c. vlt. verb. exceptis de rescrip.

in 6. vbi glof. & DD. & ita in praxi obseruatū vidimus ex literis Apostolicis atq; virtute ipsarum in contradictorio iudicio, tribus sententijs conformibus obtēnū. † Quinimò & habens à Romano Pōtifice privilegium, vt fructus beneficijs etiam absens recipiat, ac si esset præsens, non poterit distributiones quotidianas ided habere, iuxta glossam communi cōsensu approbatam in d. capit. vnico, verbo adfuerint, de cleric. non resident. lib. 6. vt latè post alios probat D. Couarru. libr. 3. variarum resolut. capit. 13. numer. 12.

14 His sic præhabitis, superest, vt videamus, an falsitas seu defectus causæ vitiet rescriptum seu gratiam aut privilegium principis? Et quidem in falsitate, & defectu causæ finalis constitutissimum ac receptissimum est inter omnes, cam viciare, inanemque reddere dispositionem, secus in defectu causæ impulsuæ, is siquidem minimè obstat, quin actus ipse validus omnino censeatur, per text. in l. 2. §. vltimo, & ibi notant glof. Bart & alij. ff. de donat. & in l. 1. §. sexum, & ibi etiam glossa, Bart. & cæteri. ff. de postuland. & in l. sed si mors. §. vltimo. ff. de donat. inter vir. & vxorem, & in l. generali. §. Diuus. ff. & vsufructu legat. & in l. cum tale. ff. de cond. & demonstra. & in authentico de non elig. secund. nubent. §. 1. & in capit. ex parte el 1. & ibi glossa verb. causa, & Abb. column. vltim. de conuers. coniugat. & in capit. magnæ, & ibi Abb. column. 2. versic. vlti. nota, de voto. capit. neophitus, & ibi glof. verb. causa, ad fi. & Cardinal. Florent. 61. distinction. glof. etiam in l. 1. verb. occupati, & ibi Bald. in vtraq; lect. ff. de fetijs, & gloss. in l. si pecuniam, in princ. glof. magna. ff. de cōdict. ob caus. & in l. si repetendi. C. eodem. tit. & in l. si mulier. & ibi Cyn. Baldus. & cæteri. C. de iur. dot. & glof. fin. in l. generaliter, & ibi omnes. C. de Episcopis & cleric. & in l. 1. verb. absentium. ff. de negot. gest. & in l. 1. glo. magna, in quinta oppositione. C. de pact. & in §. illis autem, verbo adiuuantur. instit. de milit. testamen. &

men. & in capit. & si Christus, in verbo cessat effectus, & ibi omnes, de iureiurandi. & in capit. post translationem. in verbo cessante. & ibi Hotiens. in verbo impedimento. Ioann. Andr. column. 4. Collectar. Bald. Cardin. Florent. Anton. Panor. mitan. & ceteri, de renuntiat. De eius limitans in capit. cum cessante. in princip. de appellat. quam resolutionem 19 probarunt & alia glosse, complurimique auctores, eosque referens Tiraquel. de caus. cessant. limitation. l. nu. 1. cum sequentibus, vbi etiam citat Adrian. Florent. m. 4. lib. sentent. in materia restitut. in quest. incipient. consequenter quero, 20 vtrum indistincte, in solutione questionis: & ita est frequentissimè adnotatum secundum D. Couar. lib. 1. variarum resolut. cap. 20. nu. 1. versi. contrariam, ibi, & primò: ex quo deducit Tiraquel. vbi supra, nu. 4. & hoc procedere in foro conscientie.

15 Quod ex eo comprobatur, quoniam causa ea proprie dicitur, quæ finalis est: impulsua autem causa abusua; & impropria est, secundum Cynum in l. generaliter. in. 1. opposit. C. de Episcop. & cleric. & ibi Bald. column. 2. in 2. oppositione, referatios Tiraquellus vbi supra, numer. 5. & inquit Aristotel. lib. 2. Phisic. quod 16 causa finalis est causa aliarum causarum: & ut inquit Baldus in l. eam quam, column. 1. versicul. venio ad notabilia, numer. 1. C. de fideicommissis. Causa finalis est fons causarum, & præsumitur finalis illa, quæ secundum iuris ordinem debet esse finalis. Barbacius. consil. 30. column. penultim. versicul. præterea facit ad prædicta. lib. 2. Matienç. de coniectur. vltim. volunt. lib. 66. titul. 14. numer. 7. & inquit idem Baldus, & post eum Matthæus de Afflict. in cap. 1. ad fin. titul. an mutus vel imperfect. quod causa finalis substantia appellatur & forma, 17 ut ibi probat: sed & idem Baldus in l. 2. nume. 2. C. locati. dicit, quod causa finalis est primum principium intentionis, licet sit vltimum executionis, sequitur alios citans D. Molin lib. 1. de Hispanor. primogen. cap. 1. 5. numer. 15. & idem Bal-

18 dus in cõsi. 340. incip. & præmitto quod istud ius, column. 1. num. 2. lib. 3. dicit, causam impulsuam, non proprie causam esse, sed quoddam motuum ad disponendum; vel contrahendum: quæ Baldi loca congerit Tiraquellus vbi supra, numer. 6. & numer. 7. ex alijs refert causam finalem apud sapientes optimam habendam; & eam primam, præcipuamque causarum, atque potissimam esse, huius enim gratia & efficientes faciunt, & quæ fiunt efficiuntur, ideoque ignorantiam causæ finalis circa rem quam libet, efficere ut ceteræ causæ ad eandem pertinentes similiter ignorentur. Hinc est, quod ex ratione finali tantum potest argumentum elici, vel extensio, non tamè ex impulsua, per text. in authentic. hæc constitutio. circa medium, & per notata per Ioann. Andr. & alios post glos. in capit. 1. in verbo Italię, de tempori. ordinand. libr. 6. ita Mattheselan. in suo tractat. extens. column. 2. Ias. in authentica quas actiones, colu. 4. versi. puto tamen disputationis gratia, numer. 17. & iterum colu. 7. versic. 3. limita. numer. 22. C. de sacros. Eccles. quos refert & sequitur Tiraquel. vbi supra, nu. 8. vbi numer. 9. post plurimos, quos citat, id nuncupatim probat in argumenta à contrario sensu, ut scilicet sumi non possit ex causa impulsua, sed finali tantum: & in num. 19. & sequentibus limitat aliquibus modis quod prædiximus de cessatione causæ impulsuæ, ut non vitiet dispositionem, seu re-

21 In eo tamè constituo canonicam hæc nostram questionem, an quod prædiximus de falsitate aut subreptione causæ impulsuæ, ut non vitiet concessione principis, procedat etiam in ea impulsua causa, quæ licet talis sit, non tamen leuiter principem mouisset ad concedendum, sed difficiliorè eum redderet, licet adhuc precibus annuisset, necne? Et in hac profectò dubia & controuersa questione cõmunis sententia interpretu est, falsitatem, seu subreptionem atque defectum huius causæ, quæ non leuiter mouit principem, sed si ea deficeret, difficiliorè eum redderet

deret ad concedendum, gratiam ipsam atq; dispositionem nullam efficere: quod ex sequentibus probatur.

Primo, ex text. in cap. postulasti, de rescrip. qui est singularis, & capitalis in materia, ibi: Et pro habere sufficientis beneficii subsidium ex certa scientia super obtinendo alio beneficio de leui non scribimus, quia faciamus de primo in nostris literis mentionem: ex quibus verbis deducunt ibidem Panormitan. Cardin. Felin. & alij vitium commissum in exprimenda aut tacenda huiusmodi causa impulsua, quæ faciliore aut difficilior rem reddit aut redderet principem ad concedendum, nullam efficere concessionem ipsius quoad effectum: & est casus ibi notabilis, & singularis, in quo cessante seu falsa existente causa impulsua, corrumpit dispositio secundum Abb. ibi, nu. 1. & ceteros scribentes, quod & probantur idem Abb. in. c. super literis, nu. 7. in versu. in glo. in verbo literas, eod. tit. de rescrip. vbi Dec. nu. 9. inquit, quod alij omnes sequuntur. idem Dec. in. c. cum cessante, col. 2. nu. 2. de appell. & Ias. consil. 105. lib. 1. & Corneus eleganter consil. 34. lib. 1. col. 1. & est communis sententia secundum D. Couar. d. lib. 1. varia. resol. c. 20. nu. 1. & nu. 5. in versu. falsitas verò, & est magis recepta opinio secundum Menoch. de arbi. iud. lib. 2. ceteru. 3. casu 201. num. 22. eamq; sequitur in specie nostræ quæstionis plures allegans Mieres de maiorat. 1. par. quæst. 3. num. 2. & Paul. Paris. consil. 49. ad primum. num. 30. & sequent. volu. 4. vbi quod impetrans probare tenetur omnia narrata in sua gratia, quæ Papæ faciliorem ad concedendum reddere potuerunt, per communem doctrinam Ioan. Andr. in. cap. 1. de lit. con. test. lib. 6. idem Paris. consil. 138. post princip. eod. lib. Dec. consil. 403. quauis in casu, nu. 17. & consil. 541. visa. nu. 16. & consil. 695. visa, num. 24. Quintilia. Mandos. in regul. 27. de non iudicando iuxta formam supplicationis. quæst. 8. nu. 16. est communis secund. eundem Mandos. regu. 32. de impetratio. benef. vac. per. obitum famil. Cardin. quæst. 11. nu. 2. & iterum

ibi, quæst. 25. nu. 7. sequitur etiam Euerard. in cent. legali, in loco à ration. legis ampla seu gener. ad extensionem ipsius. l. col. 10. versu. hoc tamen limato, qui post ordinarios in d. c. postulasti, id procedere dicunt in odium materiæ beneficiæ, ad refranandum scilicet ambitionem, argu. c. quauis, de præb. lib. 6.

22 Sed verius est, eum tex. ac præd. communem per eum sententiam generaliter intelligendum esse, non solum in beneficiis, sed etiam in cæteris omnibus gratiosis, & in priuilegijs, prout illum tex. intelligit Panor. in. c. constitutus, col. 2. versu. item nota quod non omnia, nu. 5. de religiof. dom. Barbat. consil. 49. clementissimū Deum, & Patrem. col. 2. versu. rursus opportunè. lib. 4. vbi ad hoc illū tex. dicit singularè, & meliorè de iure, & iterum consil. 55. clementissimū, & omnipotētē, col. 1. eod. lib. 4. vbi, & illum dicit singularem, & expressiorem quàm sit alibi, sequitur alios plures allegans, & bene probas, Tiraquel. in tract. de caus. cessant. limitatio. 1. nu. 12. 13. & 14. quia in materia subreptionis æquiparantur literæ beneficiæ, & priuilegia, & aliæ literæ gratiosæ, vt ibi probat: tamen alij DD. quos refert nu. 15. eum tex. in d. c. postulasti. simpliciter ad rescripta trahant: nihilominus tamè generaliter in cæteris omnibus gratiosis & priuilegijs intelligendus est, vt prædiximus: quod etiam tenet alios allegans Pelæz vbi supra, vbi quod non sufficit quod in genere fiat expressio, vt impetratio saluetur à subreptione, secundū Roma. consil. 326. & Thom. Gramat. decil. 59. n. 58. & decil. 66. n. 19. vbi etiam quod non sufficit generaliter exprimi factū, nisi exprimatur modus facti. † Quo fit, vt gratia à principe concessa alicui, vbi non subsistat, si causa in precibus expressa, fuerit falsa, quo cōperto, princeps non ita leuiter precibus annuisset, tamen nihilominus à se petitum cōcessisset. Idè que erit, vbi aliquid in precibus obtinetur, quo expresso, princeps maturius cogitasset, deliberasset ve super gratia concedenda, licet tandè postremò eā cōcessisset, vtròq; namq; casu, deficiente causa impulsua,

impulsua, deficit & ipsius principis gratiosa dispositio: quod fortiori ratione probatur, siquidem in impetratione ecclesiastici beneficii, & in dispensatione ad plura beneficia, tertiam modici taciturnitas, quo expresso, gratia adhuc concederetur. gratia ipsam vitiat, iuxta tex. in c. si proponente. de rescrip. & ibi glos. & DD. & in c. non potest, in princip. & in c. si motu proprio, & utrobique glos. & DD. de preb. in 6. tradit Feli. in c. ad aures. verb. nona conclusio, & in c. super literis. col. 2. de rescript. D. Couar. d. c. 20. n. 1. versu. quod fortiori: igitur si taceretur id, cuius expressio difficiliore reddidisset principem, maiori ratione gratia deficiet.

Sed & eandem comunem ac magis receptam sententiam, quae habet, illa rescriptum vitare, quae si expressa fuissent, princeps vel non concessisset, vel difficilius saltem concessisset, ex d. c. dudum, de elect. & c. super literis. & c. postulasti. de rescrip. late probat Ias. in l. 1. n. 2. C. si contra ius vel vtilit. pub. Decius consi. 541. num. 20. Gozadin. consi. 6. num. 6. Curt. Iun. consi. 27. in fi. & consi. 32. in fi. idem Curt. consi. 83. praesupponitur in facto. nu. 9. Crauet. consi. 296. col. 4. in fi. nu. 2. versu. 2. & c. Cardin. consi. 96. ad fi. & clarus idem Crauet. in respons. pro republi. 27 Sauilian. nu. 124. vbi quod illa subreptionem inducunt, quae vel ratione iuris tertij, vel ob ius comune mouere possunt principem ad non concedendum: refert Menoch. vbi supra, nu. 24. & est communis conclusio, quod mentione non facta omnium, quae principem retardare potuissent ad concedendum, rescriptum nullum & inualidum redditur, secundum Quintilia. Mandos. in regu. 32. de impetra. benef. vacant. per obitum famil. Cardi. q. 9. nu. 9. vbi allegat DD. in d. c. postulasti. & alibi, & Curt. Iun. d. consi. 83. dicentem comunem, & ibi nu. 10. eam limitat procedere solum, quando difficultas retardandi seu remouendi principem a concessione, est conformis iuri communi, vel ex causa iusta, & debita: secus autem de difficultate, quae proueniret ex affectu, vel ex alia causa exorbitati odiosa, & minime

considerabili, ut ibi per eum: idem Mandos. in ead. regu. 32. q. 11. nu. 2. & sub nu. 4. versu. ad quartum.

30 Supradicta tamen magis comunis sententia intelligenda est, ut procedat, si causa impulsua, de qua agimus, in nostra specie iam a principio non fuit reperta esse vera, prout ipsa & nos loquimur, & text. in d. c. postulasti. secus tamen erit, si a principio suberat, veraque fuit, sed postea cessauit, tunc enim non vitabitur gratia, ut nuncupatum voluit Rip. in l. ex facto. col. 3. nu. 15. de vulg. & pupilla. subst. sequitur Tiracquel. vbi supra, in d. 1. limitatio. nu. 18. & probat late limitatio. 4. & 12. idem tenet Couar. d. c. 20. n. 5. versu. his ita. Quauis in dispensatione, ut praediximus lib. 1. Canon. q. c. 15. n. 22. cessante causa dispensationis, cum adhuc dispensatio est in fieri, cesset dispensatio: secus si ius est perfecteque fitum, & est causa generalis.

31 Sed contra praed. magis comunem sententiam plura obstant, ex quibus potius probari videtur contrarium, nempe in rescriptis a principe obtinendis, vel obtentis, ac praeterea in quibuscunq; gratij defectu causae impulsuae, quae maxime mouit principem ad concedendum, & cuius omissione difficilius redderetur ad concedendum, nequaquam nocere, ut ipsa rescripta vitentur: & primo facit regula generalis atque communis supra posita, quae habet, ut quauis defectus atque subreptio causae finalis vitiet dispositionem, rescriptum & gratiam, secus tamen est in subreptione causae impulsuae, illa namque non facit ut rescripta & gratiae proprijs viribus destituantur.

32 Secundo obstat alia regula, quae habet, impetrante aliquid a principe, non teneri facere mentionem eius, quod etsi expressum esset, non impediret impetrationem, iuxta regulam tex. in c. super literis, de rescrip. vbi deciditur, quod impetratio literarum facta a Papa, tacita veritate, vel suggesta falsitate per fraudem vel malitiam, est nulla: si vero fiat per simplicitatem, vel ignorantiam, quoties nihilominus Papa erat concessurus, saltem in forma comuni, literae non vitantur sed delegatus non sequens formam

in literis appositâ, secûdum ordinem iuris in causa procedit, secus si alias nullas literas prius dedisset, & ibi Abb. nu. 5. Imol. & Feli. nu. 2. & alij hanc regulam veram esse censent, etiam in literis gratiosis & beneficialibus, quæ fiunt à Romano Pontifice, quos sequitur D. Couar. d. c. 20. n. 1. vers. 2. quicquid Dec. ibi. nu. 6. contrarium velit aduersus Abb. in specie de qua agimus, nempe quâdo subreptio nõ fuit dolosa, sed per ignorantiam & simplicitatem, vt ille tex. locum habeat in beneficialibus, quia nõ sufficit quod Papa verisimiliter cõcessisset, sed requiritur quod facta sit prouisio: & facta in vno casu, non porrigitur ad alium: sed quod prædiximus cum Abb. & cæteris supra citatis est verius, receptius, & tenendum.

Tertio contra præfatam receptam sententiam facit tex. in d. c. dudum, vers. cõsiderantes. de præb. in. 6. ibi: Nihilominus literas gratiosas daremus, & in capit. si pro clericis pauperibus. eod. titul. licet que sit, ¶ vt quauis defectus sacri ordinis in postulatione beneficij animarum curam habentis, alicuius momenti sit, tamen etiam si impetrans principi non significauerit, se nõdum sacris ordinibus insignitum esse, beneficium ex literis Papæ obtinebit, vt in d. capit. si pro clericis, quia tandem hoc expresso beneficium concessisset, vt constat ex stylo curiæ Romanæ, atque consuetudine, qua in his gratijs expediendis vtitur ipse princeps, secundum Lapum allegatione. 89. in 2. ratione. Barbat. consi. 46. column. 2. lib. 2. Felin. in d. capit. super literis. nu. 8. quos sequitur D. Couarru. d. capit. 20. num. 2. vers. ca. tertio. † Licet saltem de stylo curiæ narrare debeat hac in specie impetrans se clericum esse, vt docet Decius in. c. cum adeo. num. 3. de rescrip. & Beroi. in d. cap. super literis. nu. 72. vers. vigesimo secundo, quos refert & sequitur Menoch. vbi supra d. casu 201. n. 33. Igitur si causa impulsua eius cõditionis sit, vt ea omissa non ita leuiter princeps cõcessisset petita, quauis nihilominus ad huc cõcederet, cum tamẽ id principi principaliter non persuaserit, nec fuerit

præcipua cõcessiois ratio, vitiũ obreptionis & subreptionis, vel in ea exprimenda vel tacèda cõtingens non vitiaabit principis cõcessiois, cũ tandẽ etiã hoc principi patefacto, eandẽ gratiã peteti fecisset: quibus fundamētis cõtra cõmunem videtur tenere Philip. Dec. in d. c. postulasti. nu. 4. & iterũ in d. c. super literis, nu. 9. vers. contrariã sententiã: & D. Couar. vbi supra, nu. 1. & nu. 6. vers. falsitas verò. & Menoch. vbi supra, nu. 22. in fine.

35 Quare ipse Dec. ibidẽ aduersus cõmunẽ, suã exponit sententiã, dicẽs nepe illud esse cõsiderandũ, q̄ si sublata causa impulsua, trahitur gratia ad aliũ casum nõ expressum, verum est, q̄ cessante causa impulsua, quæ limitat gratiã in vno casu, non haberet locũ in alio casu, vt in. c. susceptum, de rescrip. in. 6. & in. c. cui de non. de præb. in. 6. sed si cessante causa impulsua, remaneret gratia in eod. statu, nõ videtur q̄ gratia vitietur propter defectum causę impulsuę, quia sufficit quod Papa omnino fuisset concessurus, vt dicit probari in d. c. dudum. de præb. in. 6. ibi: Nihilominus literas gratiosas daremus, idẽd satis est quod gratia nõ retraxisset Papam à concessioe: hæc opinio nõ Decij sequitur Paul. Paris. consi. 4. n. 35. lib. 4. Non obstat text. in d. c. postulasti, quia erat ibi defectus in causa finali, & Papa ibi verisimiliter nullo modo literas dedisset pro secũdo beneficio, ex quo primũ erat sufficiens, vt colligitur ex tex. ibi. Pro habẽte beneficij cõpetẽtis subsidium de leui non scribimus, idest, non solemus scribere, quin faciamus de primo mentionẽ, & sic non probatur ibi illud, ad quã solet à nostris Doctoribus allegari: ita respõdet Dec. ibidẽ, & in d. c. super literis. n. 9. addens, q̄ licet quandoq; Papa concederet, esset de gratia, & de leui hoc non facit, vt in d. c. postulasti.

36 Tertia opinio est in proposito Nauar. in. c. si quãdo. de rescrip. in. 3. exceptione, quam aduersus cõmunem probat D. Couar. vbi supra, d. nu. 5. vers. falsitas verò; dicentis, quod vbi causa impulsua notabiliter principẽ moueret, admitti potest, ac iure defendi cõmunis opinio præfata, secus

secus erit, si causa impulsiva eius sit conditionis, vt boni viri arbitrio principem non mouisset notabiliter, quia tunc eius falsitas vel subreptio nõ officiet gratiæ, vt probatur in d. c. dudum, atq; ita conciliant discrimē hoc, & q̄ in his terminis sit semper locus arbitrio iudicis, tenet etiam Tiraquel. de caus. cessant. limit. r. n. 15. & 18. post Abb. in c. ex conuentione. nu. 4. de rest. spol. Fel. in. c. ceterū. n. 4. in 4. extēsiōe de rescrip. Dec. in. c. super literis. n. 9. eodē tit. tamen si de hac opinio nr dubitauerit Menoch. d. casu. 201. n. 26.

37 Quinimò arbitratur Didac. vbi supra, quòd etiā si causa impulsiva notabiliter moueret principem, eumq; difficiliorem redderet ad gratiæ concessiōem, eā tamen nihilominus absque vilo moderamine, prout concessa fuit, tandem concessisset, nõ esse locū in hac specie cōmuni opinioni, sed potius cēset, gratiam validam esse, ex his quæ supra contra cōmunem adduximus: & tunc profus existimat causam impulsiuam notabiliter principem mouere, eiusque rationē habendam fore, cum ea principi verē significata princeps non ita concessisset, sed eidem concessiōi moderamina quædam adhibuisset, ex quibus cautis petitis prouisum esset, sicque interpretandum esse opinatur, quod ex d. capit. postulasti, cōmuni omnium iudicio deducitur.

38 Quarta fuit in hoc opinio Menochi d. casu 201. nu. 27. cum sequētibus distinguētis trium qualitatum genera: quædam enim sunt clarè, & expressè in iure determinatæ qualitates, & hæc dubio procul exprimendæ, & narrandæ sunt in precibus, alioqui vitiatur rescriptum nec adhibetur in his differētia, quòd vel per ignorantiam, & simplicitatem vel per dolum narratæ nõ fuerint, quoniam semper rescriptum annullant; expressiō namque harum qualitatum pro forma, quæ ad vnguem obseruanda est, à legibus data videtur, secundum plures, quos ibi refert: quod etiam probauit Couarr. vbi supra d. n. 5. in. vers. verum, ibi quòd si. vbi ampliat, etiam si ea qualitate expres-

sa nihilominus princeps idem concessisset, vt ibi probant.

Aliæ sunt qualitates, quæ quanuis iure expressè non sint, ex stylo tamen curiæ, vel Cancellariæ; vel ex cōsuetudine principis exprimi consueuerunt, & istæ pariter narrandæ sunt, alioqui rescriptū vitiatur, quoniā stylus, & consuetudo pro lege obseruatur: ita sensit Lopus allegat. 89. quæ sequitur Dec. in d. c. super literis, nu. 9. & Menoch. vbi supra d. n. 27. existimans nullum in his qualitatibus versari arbitrium iudicis, quādoquidem arbitrarium non esse dicitur, quod stylo, & consuetudine terminatum est, quemadmodum & lege ipsa, vt idem Menoch. explicauit lib. 1. de arbit. iudic. quæst. 4. tamen si aliud velit Couar. vbi supra, nu. 7. in specie de qua infra nu. 74. cum seqq. differemus.

40 Aliæ sunt & tertiæ qualitates, quæ nec secundum ius, stylum, nec consuetudinē curiæ, vel Cancellariæ exprimendæ sunt, & tūc si taceatur ea, quā si nouisset princeps, nõ concessisset rescriptum, nulla subreptio vere dici potest ex parte impetrantis, inspecta verò persona concedentis subreptio dici potest, quia si fortè omnia illa, quæ nunc cognoscit, tempore dati rescripti cognouisset, illud nõ concessisset, quo casu vitiatur concessiō, vt in d. c. super literis, & ibi omnes secund. Couar. vbi supra d. n. 5. vers. verum, in princip. & in hoc secund. Menoch. vbi supra. n. 30. versabitur iudicis arbitrium, is namq; iudicabit an talis sit qualitas, quæ potuisset mouere principem ad non concedendum: & quòd ita procedit Abb. Decij & aliorum sententia, & quòd in specie ita videtur scire Rota decif. 21. supposito facto. nu. 5. de præb. in nouis, & tandem Menoch. ponit praxim circa hoc in iudicio obseruandam.

Hæc sunt quæ in substantia pro vtraque parte in hac difficili, & summè necessaria Canonica quæstione scripta inuenio. Quid tenendum?

41 Ego pfectò minimus scriptorū sub celsura melius ac rectius sententiū, cū videam difficillimū esse iudicare qualis fuerit intē

tio principis in gratia ab eo concessa, an causa impulsiva sibi narrata eū leuiter vel notabiliter mouit, & an aliàs esset cōcessurus, necne, vel an causa vera tacita & suppressa eum nō leuiter moueret ad cōcedendum, si exprimeretur, licet adhuc concessisset, ac proinde vt plurimum errari posse in huius rei diiudicatione, existimo communem ac magis receptam sententiam supra primo loco adductam esse probabiliorem, tutiorem, ac proinde tenendam in iudicando, & consulendo, nempe falsitatem, siue subreptionem causæ impulsivæ, quæ non leuiter moueret principem ad cōcedendum gratiam, rescriptum, aut priuilegium, licet adhuc ea non narrata, nihilominus concessisset vitare ipsam gratiam, rescriptum, vel priuilegium, ita vt viribus non subsistat: ac idem esse in causa impulsiva, vel qualitate tacita, quæ si exprimeretur, cum difficiliorem redderet ad concedendum, quanuis ad huc concederet, ex text. in d. c. postulasti. in verbis supra relatis, quæ profecto nullam cauillationem patiuntur: & procedit illius text. dispositio non solum in beneficialibus, in quibus loquitur, sed etiam in cæteris omnibus gratiosis, & in priuilegijs, propter identitatem rationis, iuxta receptam etiam sententiam, quam supra retulimus: & cum hac opinione in effectu Nauar. concurrat in d. c. si quando, de rescrip. in. 3. exceptio-
 42 ne, dum tenet, quod vbi causa impulsiva notabiliter principem moueret, admitti potest, & iure defendi communis opinio prædicta, nam non leuiter mouere, & notabiliter mouere, idem prope sunt, quia non leuiter significat, id est, grauiter, quod opponitur leuiter: grauiter igitur & notabiliter parum differunt, si enim causa illa leuiter mouit principem, communis sententia fatetur à contrario sensu falsitatem aut subreptionem ipsius rescriptum aut gratiam non vitare: id quod sigillatim habet receptissima sententia, quæ prædiximus. † Quo fit, vt opinio
 Couar. contraria, quam supra retulimus, dum existimat, quod etiam si causa impulsiva notabiliter moueret principem,

eumque difficiliorem redderet ad gratiæ cōcessionē: si tamen nihilominus cōcessisset absq; vllō moderamine, prout cōcessit, etsi probabilis videatur: tenēda tamē in praxi non est, cum sit contra cōmunē sententiā, prout ipsemet innuit, atq; euidenter patet: quinimō in ea specie obseruanda erit cōmunis sententia rectē probata in d. cap. postulasti, nec immeritō, in odiū falsitatis atque subreptionis circa causā nō leuiter mouentē principem ipsum: q̄ si causa impulsiva falso principi narrata, ita notabiliter eū moueret, vt ea ipsi verē significata, princeps nō ita vt cōcessit, cōcessisset, sed eidē cōcessionī moderamina quædam adhibuisset, proculdubio falsitas & subreptio prædictæ causæ vitaret gratiam, prout idem Didacus resoluit, & nos quoque probauimus d. lib. 1. c. 15. nu. 23. non tamen inde consequitur, secus esse dicendum, si quanuis causa prædicta notabiliter mouit principē ad concedendū, adhuc nihilominus ea non expressa fuisset concessurus, vt cōcessit, quia iuxta receptiorē, ac probabiliorem, necnon & tutiorem sententiam sufficit quod causa impulsiva falsa, non leuiter, sed notabiliter mouerit principē ad gratiam ipsam concedendā, ac veritate narrata difficiliorem eum redderet ad concedendum, quanuis nihilominus adhuc cōcessisset, absq; aliqua moderatione, & adiectione vllius grauaminis: & ita resoluo hanc materiam.

Supereſt modò vt satisfaciā? his quæ supra cōtra cōmunem adducta fuere, & videamus, an ceteræ tres opiniones contra communem supra relatæ sint vllius momenti. Et primum fundamentū contrarium non obstat, quoniam loquitur & procedit in falsitate causæ impulsivæ simpliciter, quæ leuiter principē mouit, aut mouere potuit, quo casu nō loquitur cōmunis nostræ & tenēda sētētia, sed quoties nō leuiter, sed notabiliter principem mouit, aut mouere potuit, vt prædixim?
 43 : Secundū fundamentū contra cōmunē supra adductū ex text. in d. c. super literis non obest, quia ibi non cōstat quod causa impulsiva falso narrata, vel vera tacita, non

nō leuiter Summum Pontificem mouit, sed simpliciter refertur: q̄ erat talis, quę quauis tacita vel expressa, nihilominus ipse literas cōcessisset: quare intelligēdus sanē erit: *tex. ille* iuxta regulam cōmunē priorem generalē, quam notauimus, celsante causa impulsua, quę leuiter mouit 44 principem; nō cessare rescriptū, gratiā, vel priuilegium, aliam ve quācumq; dispositionem: secus verò cum causa illa impulsua falsò narrata, vel veritas tacita, non leuiter, sed multum, aut notabiliter principem mouit, aut moueret ad concedendum vel denegandum, quauis nihilominus adhuc concessisset, ex *tex. in d. c. postulasti*, qui in hoc est expressus: per quem intelligi, distinguī, limitari ac interpretari debet. *d. c. super literis*, vt iura iuribus concōrdentur, cū *tex. ille* minimē loquatur nuncupatim in hac specie, sed tantūm quando talis expressa sit falsitas, vel veritas occultata, quę quauis fuisset tacita vel expressa, Papa nihilominus salte in forma cōmuni literas dedisset, quo calū delegatus non sequens formam in literis appositam, secundū ordinem iuris in causa procedere debet, vnde *tex. ille* intelligendus est, quando leuiter mouit Pontificē expressa falsitas vel veritas occultata: sed si nō leuiter, sed notabiliter eū moueret, iuxta decisionē *tex. in d. c. postulasti*, iuncto eius cōmuni intellectu, ac cōmuni prædicta sentētia supra relata, quam defendimus, sicq; *tex. in d. cap. super literis*. in hac parte supplendus & distinguendus est per supradicta: quòd si per huiusmodi falsitatis expressionem, vel suppressionem veritatis, literę fuerint impetratę, qua tacita vel expressa, Papa nullas prorsus literas dedisset, sic concessę erunt subreptitię ac nullę, qua propter à delegato non erit aliqua tenus procedendum, nisi ea tenus vt partibus ad suam præsentiam conuocatis, de precum qualitate cognoscat, vt in 2. specie. *d. capit. super literis*. in versiculo si verò, de qua nos nunc non agimus. In vtroq; tamen casu eadem ratio, quę delegantem moueret, mouere etiam debet delegatum: & vbi delegans suas li-

teras denegaret, delegatus etiam suę cognitionis officium nullo modo interponet, vt in *d. cap. super literis*, circa fin. ib.; Vt sic in vtroque casu.

Quo fit, vt cum supra resoluerimus cum Abbatis sententia in *d. c. ex cōquisitione*, nu. 4. & sequacium, † relinquendum esse arbitrio iudicis, quę causa vel qualitas falsò expressa, vel veritas occultata, mouerit leuiter, vel grauitus, aut notabiliter principem in specie nostrę communis sententię, quam defendimus, etiā si non sit decisa per *d. c. super literis*, sed per *tex. in d. c. postulasti*. iuxta præd. eius comunem intellectum, arbitrio iudicis Apostolici delegati relinquendum erit, quę causa falsa expressa in precibus, vel veritas occultata mouerit vel moueret principem notabiliter, & cum difficiliorē redderet ad non concedendum, si veritas expressa fuisset, ad hoc vt iudex huiusmodi delegatus officium suę cognitionis deneget, etiam si nihilominus aliàs princeps esset concessurus, pariter ac si suas literas princeps delegans omnino efes denegaturus veritate comperta: sicut enim in hac specie rescriptum est nullum, & exequi non debet, simili modo nec etiam in casu nostrę communis sententię, videlicet quando causa illa falsa expressa notabiliter mouit: aut veritas omissa grauitus moueret, & difficiliorē redderet ad non concedendum, quāuis nihilominus aliàs tandem fuisset concessurus: quia hi duo casus equiparantur in proposito, existimante delegato huiusmodi, difficiliorē principem cōcessurum, iuxta comunem supradictam sententiam, per quam in hoc ampliatur *tex. in d. c. super literis*. circa fin. dū dicit, quòd eadem ratio, quę delegantem moueret, moueat etiam delegatum, & vbi delegans suas literas denegaret, delegatus etiā suę cognitionis officium nullatenus interponat. Idem namque obseruandum erit, etiam vbi delegans (quauis suas literas non denegaret) difficiliorē eas cōcederet, si falsitas suggesta non fuisset, vel veritas expressa esset, per supradicta. Quòd si princeps non solū difficiliorē cōcessisset, sed

sed etiam grauamina aliqua suæ concessioni adiecisset, veritate expressa, vel falsitate non suggesta, proculdubio rescriptum vel gratia huiusmodi vitiabitur, vt prædiximus.

45 Præterea & secundò respōdemus, text. in d. c. super literis, loqui & procedere, vbi subreptio non dolosa, esset causa vnius rei tantum, eam namque dumtaxat debet vitare, & non aliam, cuius non fuit causa. v. g. rescriptum regulariter consistit ex duobus, substantia & forma, substantia rescripti est ipsa iurisdic-tio, forma verò est ipse modus prouiden-di, quem Papa præfixit delegato: si subreptio fuit causa illius formæ tantum, il-lam solùm, non verò substantiam vitia-bit, veluti si impetrans rescriptum, nar-rasset Papæ quòd de consuetudine pa-triæ causæ tractantur simpliciter & de plano: vnde Papa commisit causam sim-pliciter & de plano cognoscendam, si e-nim hoc est falsum, quia non viget talis consuetudo in patria, tunc non debet vi-tiari rescriptum in totum, sed tantum re-spectu illius formæ ac modi procedendi, quia Papa nihilominus absque vlla dif-ficultate dedisset litoras in forma com-muni, & idè delegatus procedet secun-dum iuris ordinem, vt patet ex illo text. in versiculo nam si talis. ibi: Nos nihilo-minus (saltem in forma communi) lite-ras dedissemus: nisi malitiosè illud expref-sisset, quia tunc in pœnam carere debet impetrans mendax commodo totius re-scripti, vt in d. cap. super literis. in 1. part. & in terminis ita text. illum interpretan-tur Abb. ibi nu. 2. & 5. Felin. num. 2. Dec. nu. 2. & ceteri scribentes, & in eisdem ter-minis procedit quod prædiximus, regu-lam. d. c. super literis, habere etiam locum in gratiosis & beneficalibus, nempe vbi literæ gratiosæ contineret plura, & subreptio non dolosa fuisset causa vnius tan-tum, nempe formæ & modi proceden-di, nam tunc solùm vitiabit illud, nõ ve-rò reliquum, vt in. c. si eo tempore, de re-scrip. in 6. ita intelligit Abb. & ceteri v-bi supra, & clausula, Si preces veritate ni-tantur, vendicat sibi locum, quando prin-

ceps nõ esset aliàs concessurus, iuxta ca-sum d. c. super literis. in versiculo si ve-rò, secundum Salicet. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtilit. pub. nu. 11. quæ refert & sequitur Felin. in. c. 2. nu. 6. de re-scrip. at verò in nostra specie casus non est huiusmodi, sed subreptio contingit super causa impulsua grauitate mouen-te principem ad totalem concessionem; licet adhuc esset concessurus, in casu ve-rò. d. c. super literis, subreptio tantum fuit in vno, vnde in eo tantum vitiatur: scus verò in reliquis, in quibus nulla subre-ptio fuit; ac proinde in eis valet rescrip-tum, quia facillime erat concessurus in forma communi, vt diximus.

46 Quinimò text. in d. c. super literis, in su-pra proximè dictis procedit, nisi obten-tum per subreptionem haberet connexitatem cum reliquis, quia tunc ratione connexitatis subreptio vitiat omnia, iux-ta text. in c. constitutus, eod. titul. de re-scrip. vbi probatur, quòd non valet im-petratio: canonicatus & præbendæ in Ec-clesia numerata statuto eiusdem Eccle-siæ iuramento confirmato, mentione nõ facta de numero, si per eam frangatur numerus canonicorum, licet non fran-gatur numerus præbendarum, & proces-sus super inde factus est nullus, secundum Abb. ibi, quia licet subreptio non conti-gisset ibi respectu præbendæ (non enim mandabatur vt præbenda simpliciter cõ-ferretur de præfenti, sed tunc demum cum vacaret, vel esset proximo vacatura) sed tantum respectu canonicatus, quia im-petrans ille mandabatur recipi de præ-senti in canonicum, quod fieri minimè po-terat absq; fractione numeri iurati, nihilo-minus tamen quia subreptio commissa fuit in altero annexorum, vitiat gratiam in totum, vt in specie ex hoc notat bonã regulam Abb. ibi, nu. 6. cuius additio idè obseruat pro limitatione text. in d. c. si eo tempore, de rescrip. in 6. sequitur idè Abb. in d. c. super literis, nu. 5. versicul. hoc ve-rum. & Felin. nu. 2. in fine, vbi ex Abb. ibi-dem deducit, hoc procedere, etiam si illa connexa sint talia, quibus expressis, om-nino Papa literas concessisset, adhuc enim

enim in illis literæ non valerent propter connexitatem quam habent cum partibus literarum subreptitiè obtentis : & Abb. sequitur etiam Philip. Dec. in d. c. constitutus. nu. 3. vbi aliam vrgentem rationem pro eo adducit.

47 Tertium etiam fundamentum cõtra comunem supra adductum ex text. in d. c. dudum. vers. considerantes, ibi, nihilo minus literas gratiosas daremus, & c. nõ obstat, ibi namq; idè non vitatur gratia, prouisio, & collatio canonatus & præbendæ, si qua tamèn vacabat in Ecclesia Legion. aut proximè vacaturæ facta a Papa, mentione non facta concessionis generalis pri^o factæ Episcopo Prænestino recipiendi resignationes beneficiorum Ecclesiasticorum ab eis, qui eas vellent libere in eius manibus resignare ad beneficia, ipsa personis idoneis conferendum, quoniã & si Papa Episcopo prædicto præfatam generalem concessisset facultatem, penes ipsum tamen Summum Pontificem remansit maior præocupandi, prout in casu illus tex. præocupauit eandem, conferendo præd. canonatum dicto Nicolao, antequam resignatio in manibus dicti Episcopi, esset facta, eo præsertim quòd generi per speciem potuit derogari, prout fuit derogatum: & tum prætereà, quia absurdum foret profecto, si tam lata Summi Pontificis potestas impediretur, si in omnibus prouisionum Apostolicarum literis oporteret de sæpe dicta potestate Episcopo præfato concessa mentionem facere, vt ad literam ibi latè expressit Summus Pontifex motus prædictis, & alijs rationibus ad discernendum collationem, & prouisionem prædictam, in qua mentio prioris potestatis generalis facta non fuit, validam esse, ac proinde exequendam, alterique posteà eiusdem canonatus, & præbendæ in fauorem alterius à prædicto Episcopo factæ præferendam esse: tex. igitur ibi nihil obest nostræ, de qua agimus communi sententiæ, casus siquidem ille diuersus est ab ea, vt ex prædictis patet, agitur enim ibi de duabus gratijs concessis à Summo Pontifice, vna quidem genera-

li facta cuidam Episcopo conferendi omnia beneficia Ecclesiastica in suis manibus libere resignanda: altera verò speciali, qua collatus fuit quidam canonicatus cum sua præbenda, cuidam Nicolao ex beneficijs contentis in priori gratia generali: dubitabatur an valeret secunda, non facta mentione de prima: decidit Summus Pontifex valere, & præferendam esse secundam respectu ipsius, remanente tamen in cæteris salua, & intacta priori, ex prædictis rationibus, & quia ex secunda gratia speciali non agitur de præiudicio d. Episcopi, sed de lucro ab eo prouisi, at verò nos nõ agimus de concurrentia gratiarum: quia hæc est alia diuersa materia, sed tantum de vna gratia impetrata ex causa impulsiva, quæ nõ leuiter principem mouit falto narrata, vel eã veritate suppressa, quæ si exprimeretur, grauiter principem moueret ad non concedendum, licet tandem cõcessisset, an valeat, necne? & resoluimus non valere ex supradictis, quibus nihil obstat d. c. dudum, quia vt prædiximus, loquitur in diuerso casu, & materia.

Non etiam obest, quòd defectus sacri ordinis nõ expressi in beneficij impetratione non reddit gratiam nullam, vt in tertio fundamento cõtrario dicebamus, id enim idè verum est, & procedit, quoniam defectus hic, licet expressus nullo modo difficilem redderet Summum Pontificem ad concedendum, sed ita facilem, ac si sacris ordinibus impetrans fuisset insignitus, cum sacer ordo non sit necessarius requisitus à principio, sicut est simplex clericatus, nempe vt beneficiandus sit primæ tonsuræ, dum tamen impetrans ad ordines, quos requirunt collata eis beneficia, se faciant in proximis statutis à iure temporibus promoueri, vt in d. c. si pro clericis, vers. fin. non igitur inde cõsequitur aliquid quod nostræ cõmuni sententiæ obstat, sed fit, vt tenentes contrarium fundamentis iuridicis destituatur, ac potius contra ea insistant.

48 Deuenimus igitur iam ad opinionem Decij in d. c. postulasti, contra cõmunem: & quidè quatum ad primum casum ipsius, nempe

nempe quando sublata causa impulsua trahitur gratia ad alium casum non expressum, vt cessate causa impulsua, quæ limitat gratiam in vno casu, non habeat locum in alio casu, verum dicit, & nostræ cõmuni sententiæ potius hoc fauet quã obest, quoad verò secundũ casũ Decij, nempe quando cessante causa impulsua remanet gratia in eodem statu, vt tunc non videatur quod gratia vitietur propter defectum causæ impulsuæ, quia sufficit quod Papa fuisset omnino concessurus, vt probari dicit in d. c. dudum, in verbis supra relatis, & quod ideò sufficit quod gratia non retraxisset Papam à cõcessione, loquitur contra tex. in d. c. postulasti, ibi, Non de leui scribimus, vbi etiam si esset concessurus, non tamen leuiter ad id concedendum moueretur facta mentione veritatis, hoc est vicariæ, quam obtinebat impetrans, vitiat gratia ob tacitam veritatem. Neque obstat responsio assignata illi tex. per Decium, nempe quod ibi erat defectus in causa finali, & quod Papa ibi verosimiliter nullo modo literas dedisset pro secundo beneficio, ex quo primum erat sufficiens, vt colligitur ex tex. ibi, Pro habente beneficii competentis subsidium de leui nõ scribimus, id est, non solemus scribere, quin faciamus de primo mentionem: hæc namque solutio præterquam quod est contra communem omnium sententiã asserentium tex. illum loqui in omissione expressionis causæ impulsuæ, repugnat illis verbis Papæ, De leui non scribimus, quæ nullo modo sensum Decij patiuntur, nempe non solemus scribere, quia hoc esset destruere literam text. & contra mentem Summi Pontificis, sed potius hunc, id est non passim, quasi expresse innuat à contrario sensu, quod licet non de leui hoc fiat, quandoque tamen re bene pensata, id facit. Vnde idem Dec. in d. cap. super literis, numer. 9. rectius intelligens, fatetur, quod licet quãdoq; Papa concederet, esset de gratia, & leui hoc nõ facit: quod sit gratia, nõ negamus, cũ ipsamet concessio vtcunque fiat, sit gratia: ac quod aliquãdo Papa ita

concedat, pro nobis facit, & cõtra Decium qui in hoc videtur suo dicto præcedenti atq; intellectui à se assignato verbis d. c. postulasti, contrarius, ac proinde non recte subsistit. Non etiam obest tex. in d. c. dudum, de præb. in 6. quæ Decius pro se allegat, quia ei sufficienter est supra responsum.

49 Tertia opinio Naui. quo ad suum primum membrum, nempe quando causa impulsua notabiliter principem moueret, vt tunc admittatur cõmunis nostra sententiã, pro nobis facit, vt prædiximus; sed neque quatenus habet hæc tertia opinio, quod si causa impulsua eius sit conditionis, vt boni viri arbitrio principem non mouisset notabiliter, tunc eius falsitas, & subreptio non officiat gratiæ, nobis contradicit, quandoquidem & nos cum communi fatemur quod subreptio causæ impulsuæ, quæ de leui mouit vel moueret principem, gratiam non vitiet: quod autem relinquatur arbitrio boni viri, quando causa impulsua notabiliter non mouisset principem, hoc non contradicit præfatæ communi sententiæ, sed est præter eam, quandoquidem ipsa huius speciei non meminit, sed tantum habet quod sæpe diximus: ac verò quod arbitrio boni viri relinquatur, quando notabiliter causa principem non mouisset, non est minus recte dictum, ne alias putemus ad libitum id iudicari posse, sed debet tunc iudex, se conformare cum voluntate concedentis, vt eadem ratio, quæ moueret delegantem, debeat mouere delegatum, iuxta tex. in d. c. super literis circa fin. vnde potuit non dubitare de hac declaratione doctorum, de qua modo agimus, quanuis iniuste dubitauerit de ea Menochius vbi supra d. casu 201. nume. 26.

50 Quod verò contra communem arbitratur D. Couarru. vbi supra, nempe quod etiam si causa impulsua notabiliter moueret principem, eumque difficiliorem redderet ad gratiæ concessionem, eam tamen nihilominus absque villo grauamine, prout concessit tandem concessisset, gratiam validam esse, ex adductis

duētis per se contra communem, hoc verum non videtur, sed potius est cōtra ipsam communem supra dictam sententiam probabiliorē, vt diximus, ex quibus patet prædictam opinionem Couari non esse in hoc tenendam: cæterum quatenus ipse præfatur, tunc causam impulsuam notabiliter principem mouere, eiusque rationem habendam esse, cum ea principi verè significata, non ita concessisset vt concessit, sed eidē concessioni moderamina quædam adhibuisset, ex quibus cautius petitis prouisum esset, id probo, vt supra fecimus, in eum tantum sensum, vt tunc res planior sit, non tamen vt præcisè hoc requiratur, ad hoc vt gratia vitietur, prout requirit sensit Didacus, sic interpretans & limitans præfatam communem sententiam, eam namque tenendam esse exillimo, etiam si prædicta moderamina non sint adiecta, si tamen notabiliter vel grauiter causa impulsua falso narrata principi eum mouisset, aut difficiliore eum redderet ad concedendū, si falsitas non fuisset narrata, aut veritas non taceretur, licet tandem esset aliàs ecessurus.

Circa quartam opinionem Menoch, distinguētis tria genera qualitatum quo ad duas priores, nempe quæ expressæ & clarè in iure exprimendæ sunt determinatæ, & quæ ex stylo curiæ vel Cancellariæ, vel ex consuetudine principis exprimi consueuerunt, licet expressæ non sint, vt hæc narrandæ sint necessariò in precibus, aliàs rescriptū vel gratia vitietur, rectè dicit, nobisq; nihil aduersatur: quoad tertium verò genus qualitatum, nempe illarum, quæ nec se eundem ius, nec stylū aut consuetudinē vel curiæ principis exprimendæ sunt, vt tunc si taceatur ea, quam si nouisset princeps, non concessisset rescriptum, ex parte impetrantis nulla subreptio dici potest; secus in persona concedentis, quia si fortè omnia illa, quæ nūc cognoscit, tempore dati rescripti cognouisset, illud non concessisset & quæ tunc verberetur arbitrium iudicis, an talis sit qualitas, quæ mouere potuisset princi-

pem ad non concedendum; & quod ita procedit Abb. Decij, & aliorum sententia, similiter bene dicit, non tamen nobis obest, quia omittit casum nostræ questionis, nempe quando causa impulsua falso principi narrata, vel veritas occultata, non leuiter mouisset, vel mouere potuisset principem ad concedendum, vel non concedendum, respectiue, & licet tandem concessisset, difficiliorem eum redderet ad concedendum, falsitate non narrata, vel veritate expressa: hæc autem est diuersa facti species à Menoch. intacta in prædicta sua distinctione trimembri: debuit igitur hoc quartum genus qualitatum constitūere, & in eo, cum communi præfata nostra sententia se conformare, quandoquidem licet ipse de ea dubitet num. 22. non tamen eam improbat; quinimò in prædicto tertio genere qualitatum à se considerato, dum dicit ita ita procedere Decij sententiam, nempe cum princeps de veritate edoctus illud nō concessisset, insinuat, Decij opinioni contra communem sententiam non esse locum, quādo nihilominus princeps adhuc esset concessurus, licet nō leuiter moueretur ad concedendum, quo casu propriè loquitur communis sententia, sicque videtur ex his eam defensatam à contradictione Decij relinquere per diuersitatem qualitatum à se consideratam, licet hoc Menoch non ita expresserit, non tñ cautè itidem dixit, sic procedere Abbatis, & aliorum sententiam, Abb. siquidem sequitur commu. senten. cuius casum nō distinguit Menoch. ibidem in prædicta sua qualitatum distinctione, nisi intelligimus eum, dum dixit sic procedere Abbatis & aliorum sententiam, intellexisse de Abbatis sententia in dicto cap. ex questione, numer. 4. de resti. spol. & sequacium, quorum supra meminimus, tenentium relinquere arbitrio iudicis, quæ causa falsa narrata mouerit vel mouere potuisset principem ad concedendum, vel non concedendum, & cum his remaneat nostra magis communis & tenenda sententia satis dilucidata, & ab

spinis difficultatum, quas patiebatur, quæ eas suffire videbantur, erepta.

Quare pro vera & communi resolutione concludo, quod falsitas siue subreptio causæ impulsuq, quæ principem nõ de leui, nec facile, sed grauius seu notabiliter mouisset, vel veritas occultata, siue tacita, quæ patefacta eum difficiliorem redderet ad concedendum, quamuis adhuc in vtroque casu comperita veritate fuisset nihilominus concessurus, vitiat in totum rescriptum, gratiam, vel aliam concessionem: quod præmaximè procedit, si princeps falsitate non expressa, vel narrata siue veritate, quamuis idem adhuc concessisset, moderamina quædam eidem adieciisset, sequendo opinionem Didaci: quamuis hoc de moderaminum adiectione, vt dicebamus, necessarium non sit ad annullationem gratiæ, quod si qualitates necessariò à iure exprimendæ, vel ab stylo curiæ vel consuetudine principis solite, & consuepte exprimi, taceantur, rescriptum, & gratia atque concessio vitabitur, viribusque non subsistet per supra dicta.

52 Nunc autem in materia falsitatis & subreptionis rescriptorum declarandus nobis opportune se offert tex. in cap. 2. de rescrip. supra dictis nimis concinuis: ibi namque concessum fuit rescriptum cuidam clerico, in quo commissa fuit causa inter ipsum & alium clericum Episcopo Conuentien. super quadam præbenda, sub tenore videlicet, vt si constaret reum de periurio esse conuictum, & perpetuò illi renuntiasse præbendæ, amoueretur ab ea; quarum virtuteliterarum Apostolicarum Episcopus ille eo cognito & probato, ipsum reu eadem præbenda priuauit, à qua sententia pro parte rei condemnati fuit appellatum, aliudque rescripsum commissionis impetratum Cantuariensi Archiepiscopo, sub ea forma, vt eidem præbendam præcisè, & absque causæ cognitione restitueret: de qua re summus Pontifex informatus rescripsit iterum præfato Archiepiscopo Can-

tuarien. dicens Verum quoniam non credimus ita præcisè scripsisse, & in huiusmodi literis intelligenda est hæc conditio, etiamsi non apponatur, si preces veritate nitantur: mandamus, quatenus inspectis literis, quas Episcopo prædicto direximus, si inueneris quæ secundum prædictum modum ei scripserimus, & in literis, quas præfatus. F. (hoc est reus) reportauit, non fuit habitamentio priorum literarum, sententiam præfati Episcopi confirmes, & læpe dictum. F. cum literis nostris, quas tibi detulit, ad præsentiam nostram venire compellas: & quòd in rescriptis & mandato intelligatur illa clausula, Si preces veritate nitatur & quòd expressa in precibus, debeant probari ab exprimente, si de eis controuersia ipsi cum aliquo fuerit, probat latè ampliandus & limitans Mascard. de prob. in. 3. tom. conclus. 1211. per totam.

Sed insuper querit glos. prima ibi circa intellectum prioris rescripti, nunquid in casu ipsius (quo præceptum fuit, quòd si constaret ipsum. F. de periurio esse conuictum, & perpetuò illi renuntiasse præbendæ, amoueretur ab ea, eo cognito & probato) istorum altero probato, possit Episcopus ipsum. F. remouere, cum alterutrum sufficiat de per se, nempe periurium, vt in cap. querelam. de iureiur. cum simil. & spontanea renuntiatio, vt in c. accepta, cum simil. de rest. spol. & arguès ad partes tandè concludit in vers. sed si alterum, quod si alterum per se sufficit ad remotionem alicuius (prout in proposita specie sufficiebat, alterum probari sat est) licet copulatiue illa duo mandentur, nisi Papa aliud expressè cauerit, vt ibi ex pluribus probat, & præcipue ex eod. tex. ibi, Eo cognito & probato, cum duo præcessissent, non dixit his cognitis & probatis: ecce ibi tex. iuncta glos. probantem, quòd ubi plura copulantur in rescripto circa vnum effectum, quorum quodlibet per se solùm est sufficiens ad eundem, sufficit probare vnum, licet alterum verum non sit, ad hoc, vt rescriptum

rescriptum valeat, & iuxta id sententia virtute rescripti proferenda sit: quam glos. sequitur omnes ordinarij ibidem, præcipue Felin. numer. 23. plures referens, cæterique, & Lopus allegatione 24. incipient. limitat decretalis, in fine, & allegatione 54. incipienti, quidam quorum, colum. 3. vers. de hoc patet, post num. 5. & in vers. item non expedit, col. 4. Tiraquel. plures referens de cessante causa, limitatione 22. num. 14. & probat nouissimè Iosephus Mascardus de probat. volum. 1. conclus. 325. nume. 1. ea ratione, quam exprimit ibidem nu. 3. post Felin. vbi supra: † nam cum plura narrantur, quæ de iure minimè necessaria sunt, capitula ipsa in disunctiuam resoluuntur, vt in cap. cum iam dudum, de præbend. & in c. significante, & ibi notat Dec. in vlt. notab. per illum text. nu. 9. de appellat. post Abb. ibi nu. 5. & in c. licet causam, n. 31. vers. reddo rationem, de probat. & alios, quos refert.

Hinc si plura capitula sint narrata copulatiuè in commissione, quorū aliqua vera, & aliqua falsa sint, sufficit probare quod vnum sit verum, vt commissio valeat, vt extat de hoc decisio Rotæ 58. aliàs 7. incipit, licet capitula, de rescrip. in nouis, & decisio. 175. aliàs 7. nota qd licet plura capitula, de rescrip. in antiquis. decidit etiā Bellamer. in decis. 280. incipit, licet plura, tit. de rescrip. sequitur Mascard. vbi supra. nu. 1. & ante eum Fel. vbi supra, d. nu. 23.

56 Hinc etiam similiter dixit Lopus allegat. 24. in fin. quod vbi plures causæ narrantur in rescripto, quarum aliquæ sunt subreptiè narratæ, aliquæ verò nō; procedendum est super illis, super quibus Papa se fundat; & si illæ sunt veræ, non attenduntur aliæ falsæ: vnde licet duæ causæ sint expressæ, quarum vna est ex se potens ad mouendum principem, satis est illam probare, vt deciderunt etiam Domini de Rotâ apud Puteam lib. 2. decisione 70. item fuit resolutum ex dictis per Francum in cap. cum cessante. in principio de appellat. sequitur Mascardus vbi supra, num. 8.

57 Sic etiam si ordinarius beneficij vacans cōferat, declarata duplici causa, si vera vna sit, collatio sustinetur, cum habet ordinarius utroque casu potestatem: ita consultus respondit Gemnian. consil. 52. vacante canonicatu, post nume. tertium, vers. in contrarium videtur, sequitur Abb. in c. licet causam, numer. 30. in vers. se astrinxit, & ibi Felin. numero 40. versiculo primò limita. de probatio. id comprobat: sequitur etiam Mascard. vbi supra, num. 2.

58 Huc tendit, quod domini etiam de de Rotâ obseruauerunt decis. 83. aliàs 14. si impetrans aliquam Ecclesiam, de rescrip. in nouis, nempe, impetranti beneficium, & narranti illud pluribus modis vacare, vt per constitutionem execrabilis. per eide multa. de præb. & per non promotionem intra annum in c. licet canon. de elect. libr. 6. sufficit vnum modum probare, per dict. c. 2. de rescrip. sequitur Bellamer. decis. 735. si impetrans. Felin. in dict. c. 2. numer. 23. Pavinus in tractat. de officio & pot. capit. sede vacant. in vltimo præiud. numero 18. in fin. versicul. quod sufficit. Cardin. in Clementina constitutum. 15. quæstio. de elect. Nicol. Milles in suo repertorio, in versicul. gratiam beneficij vacantis, el. 1. Mascard. vbi supra, num. 6. Oportet tamen probare primum modum vacationis expressum, & non sufficeret, eo omisso, probare alium, quia statim quod firmavit vnum modum vacandi, est impossibile quod vacet alio modo, argum. c. susceptum. de rescrip. libr. 6. ita Rotâ vbi supra, & plenius Bellam. vbi supra: quod sequitur Felin. dict. numer. 23. aduersus Anton. de Butrio in c. exhibita, propè si. de iud. aliud sentientem: quod ipse sublimitarem, nisi prouisio fieret, quocumq; modo vacasset beneficium, prout communiter dici solet in literis Apostolicis prouisionum, nempe, siue prædicto, siue alio quouis modo vacauerit, tunc enim quocumque modo ex supra dictis vacet, valida erit prouisio ex voluntate clara prouidentis, cum omnes præd. modi vacationis sint expressæ.

- & præterea quia licet iure statutum sit, ut cum vnus vacandi modus exprimitur, alter non contineatur, ut in c. susceptu. de rescrip. in 6. vnde si narratum est vacare per obitum, non valet cõcessio, si reperiatur vacare per resignationem, iuxta communem sententiam, quam refert Menoch. de arbitri. iud. lib. 2. centu. 3. casu 201. num. 103. hoc non procedit, quando aliud constat de intentione impetrantis, quia tunc vterq; vacationis modus pro expresso habetur, ibidem n. 105. post alios probat Menoch. ergo idẽ a fortiori est dicendum, quando id constat ex mente concedentis: sed in terminis quando exprimitur vnus vacationis modus, adiecta dicta clausula, Et quouis alio modo vacet, hoc tenet Rota decis. 14. de rescrip. in nouis, sequitur Felin. in c. in nostra. n. 38. vers. fallit 4. de rescrip. Rebus. in praxi, & alij, quos refert & sequitur Menoch. vbi supra, nu. 107.
- 61 Similiter etiam rescriptum Pape continens diuersas gratias, subreptio in vna non vitabit illud in alia, arg. c. si eo tempore, de rescrip. libr. 6. conducunt supra tradita circa intellectum d. c. super literis. de rescrip. & in terminis probat Ias. in l. 1. §. sed & si mihi. nu. 15. vers. sexto ad de. ff. de verb. obliga. & Ant. de Butr. per tex. ibi, in d. c. exhibita. in fi. Roma. cons. 369. circa primum. nu. 37. versicul. vnde succed. t. Bellam. decis. 415. si impetrari, refert & sequitur Mascard. vbi supra, nu. 5. Quod limitarem, nisi ambæ gratiæ essent cõnexæ, per c. constitutus. de rescrip. & ea, quæ supra in proposito diximus nu. 46. † Superiora procedunt, etiam si narrans iurasset omnia narrata se credere esse vera, iuxta glo. verb. probare. in c. vt circa. de elect. in 6. in. §. edito perpetuo, sequitur Felin. in d. c. 2. de rescrip. nu. 23. vers. item ampliatur, idem Felin. in d. c. licet causam. nu. 4. versic. 1. limita. Mascard. vbi supra, nu. 9.
- 62 Supra dicta tamen de pluribus copulatis, tam in rescriptis, quam in libello vel articulis, quod sufficiat probare vnũ de per se sufficiens, limitat quinq; modis Felin. in d. c. 2. nume. 27. cum seqq. &
- septem limitationes ad idẽ cum suis sublimitationibus latè prosequitur Mascard. d. conclusione. 325. nu. 10. cum sequentibus.
- 64 Ex superioribus tamen infertur, quod quando duo coniunctim narrantur, quorum ex se neutrum sufficeret, sed vtrũque, tunc vtrumq; probandũ erit, ut in c. olim. & in c. inter ceteras. de rescrip. id quod expressè fatetur glõs. 1. d. c. 2. de rescrip. circa medium, vers. si cõiunctim duo mandantur, & præsupponunt ceteri, & tenent Mascard. vbi supra, nu. 21. refert plures vltra eum Tiraquel. de caus. cessant. limit. 12. nu. 15.
- 65 Sed & quod in rescriptis diximus supra, idẽ procedit in legibus & alijs dispositionibus habentibus duas aut plures causas, siue rationes, nam vna cessante, sustinentur ex alia vera, ut in. §. affinitatis, institut. de nupt. & latissimè pluribus iuribus & auctoritatibus vsq; ad nauseam ampliatis, & limitatis, comprobatur Tiraquel. de caus. cessant. limit. 22. per totam, & Ludouic. Mexia, à predicto authore plura desumens in. l. Regia Toleti de los terminos, in 12. fundamento 1. partis, nu. 29. cum sequentibus.
- 66 Hoc tñ intelligendũ est, quado quælibet causa influit per se in effectũ, & sic quando quælibet sola satis est ad producendum illum effectũ, secus verò si omnes simul considerentur, hoc namq; casu cessatio vnus facit cessare effectũ, ut in c. quoniam frequenter. §. porro. & vbi Panor. in fi. iuncto. §. sin autem, vt litè non contest. Bart. in extrauag. ad reprimendum, in verb. ne eorũ absentia. Bald. in. l. generaliter, la. 2. colum. 2. vers. secundo oppono. C. de Epis. & cleric. comprobatur & refert plures ita tenentes Tiraquel. vbi supra, num. 12. cum sequentibus, & decis. Pedemont. 118. numer. 6. Cæsar Lãbert. de iure patron. libr. 1. art. 4. 6. q. principal. 1. part. nu. 4. fol. 57. † Itẽ non procedit, quado causæ sint cõnexæ, vt ex alijs probatur Gomez. in regula de impetratione benef. vac. per obit. famil. Cardin. q. 17. pag. 463. in vers. tenendo tamen.

68 Superiora tamen intelligenda sunt secundum Mascard. statim citandum, in rescriptis ad lites, & alijs dispositionibus: secus verò in gratiosis, ita concluderunt domini Rotæ in vna Hispalens. patrimonij portiois, vt habetur in Decollectis à Corambon. decisione 17. de rescrip. prout refert Mascar. vbi supra, numer. 24. vbi quòd ex hoc limitauerunt dict. allegationem 24. Lapi, & voluerunt, falsam expressionem ætatis vitare gratiam, licet alia narrata vera extiterint; & super ætate Papa non se fundasset, vt refert Mandos. in dict. allegat. 23. Lapi, in versic. narrantur; conducunt tradita in proposito per Rebuff. in praxi benef. in differentijs inter rescripta gratiæ & iustitiæ, numer. 1. cum sequentibus. Quòd tamen verum intelligit Mascard. solum in mendacio non doloso, secus tamen vbi præsumi deberet esse dolosum, vt si quid in facto proprio narraretur, in quo tolerabilis ignorantia non datur, vt in. l. quamquam. ff. ad Velleian. & in cap. ab excommunicato. de rescrip. & consuluit Decius consilio 474. viso, in fine. numero 14. & asseruit Mados. vbi supra. Sed videtur à fortiori procedere quòd ex Mascardo modò retulimus, in mendacio doloso, quòd totum rescriptum indistinctè vitiat, vt in dict. cap. super literis, in prima parte, de rescrip. quòd in gratiosis procedit, vt Abb. & cæteri, communiter ibidem absque dubio fatentur, & idem in præsumpto dolo, cum in facto proprio non sit probabilis ignorantia, vt idemmet Mascardus dicit. Quare, aut ego mentem Mascardi non percipio, aut ipse se non intelligit, nec rectè explicauit sed quia hæc limitatio Mascardi in rescriptis gratiosis, & ante eum Rebuff. vbi supra, nimis generalis est, non distinguens species, quia tantum vnã expressit Mascard. vt vidimus, nec ipsi procedunt in hoc magistraliter, vnde est vt sic simpliciter & indigestè tradita præd. limitatio aberrare facere faciliter possit, idèò circa intellectum huius limitationis, quid ex-

primendum sit in literis gratiæ ad beneficia, & quando dicatur beneficium huiusmodi subreptitiu, & quando non, videndi sunt latissimè Felin. in cap. in nostra, de rescrip. & Selua de benefic. in 3. part. questione. 11. & Menoch. d. casu 201. numero 32. cum sequentibus, vsque ad fin. casus.

Indubio tamè, inquit idem Mascard. in eodem tractat. de probat. in verb. dispensationem, conclus. 523. num. 5. quòd dispensatio (intellige, vbi nulla causa expressa est in ea) præsumitur fieri ex pluribus causis, & non ex vna tantum, per ea quæ tradunt glos. & Docto. in. l. quamuis. C. de fideicommiss. & ibi Ias. num. 8. & Alban. consil. 79. numero 11. nèpè quòd in dubio vbi nulla ratio expressa est, non præsumitur quòd vna ratio tantum possit assignari legi, vel statuto, sed plures; id quòd inquit Salicet. in. l. si serui. num. 31. C. de noxalib. Ias. in in auth. quas actiones. numer. 22. versic. & quid erit tunc. Tiraquel. alios allegans in tract. de cessant. causa. limitat. 21. nu. 11. Anto. de Prill. in d. l. quamuis, num. 18. C. de fideicommiss. † vbi quòd dicenti plures esse rationes, creditur, nisi contrarium probetur; & qui dicit vnicam esse rationem, probare debet. Corneus cons. 253. col. 2. post medium. lib. 4. Paris. cons. 41. in fi. li. 3. Crauetta consilio 73. 71 Cephalus consilio 20. nu. 61. lib. 2. † & non sufficit probare rationem esse vnicam, sed esse vnicam, & eam solam esse finalem, vt notat Crotus in repetitione. l. omnes populi. 8. conclusione. ff. de iust. & iur. Marian. Socin. lun. cons. 30. num. 38. lib. 1. † & idèò à ratione non expressa non licet arguere, vt per Bart. in. l. liberorum, num. 12. ff. de verb. sig. Imol. in. l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrimonio, Aret. cons. 27. colum. 3. Alexan. cons. 80. num. 13. lib. 1. Paris. cons. 41. num. 73. lib. 3. Dec. cons. 553. num. 6. Bald. in. l. maximum vitium, col. 3. vers. sed quòd Bartolus dicit. C. de libr. præd. vel ex hæred. latè Cephal. cons. 252. num. 13. lib. 2. & consil. 210. num. 48. eod. lib. 2. Roland. à Valle cons. 55. num. 22. lib. 1. Si tamen

Y y 3 in lege

in lege vel alia dispositione, non potest reddi nisi vna tantum causa, ea debet haberi pro expressa, operaturque omnes illos effectus, quos ratio expressa inquamq; dispositione operari solet, iuxta glos. vbi per scribentes in d. l. quamuis, quã maximè comendat atq; sequuntur, & multi præterea quos allegat Tiracquel. vbi supra, limit. 21. nu. 8. est communiter approbata glos. illa, secund. Marian. Socin. conf. 1. nu. 12. vol. 1. sequitur plures referens D. Molin. lib. 1. de Hispa. primogen. c. 5. nu. 9.

Hęc omnia circa intellectum tex. in d. c. 2. de rescrip. rectè perpenſa nullam contradictionem faciunt comuni & magis receptæ sententiæ, quam prius supra defendimus circa falsitatem, vel subreptionem causæ impulsivæ, quæ non leuiter, sed notabiliter mouisset principem ad concedendum, vel de veritate tacita, quæ eum difficiliore redderet, &c. quãdo quidem in his, quæ postmodum adduximus, quæ videbantur prima facie contra i vnaqueq; causa ex narratis erat de se sufficiens, absq; alia, ad eundem effectum quem princeps in concessione intendebat, & ambæ adiectæ fuerunt in precibus pro facti contingentia, maiorique cautela, quare nil mirum si vna probata, quæ sola sufficiebat, cuius falsitas nihil mouit principem, sustineatur, & non vitietur rescriptum. At verò in specie præfatæ communis sententiæ diuersum contingit, vt non semel admonimus.

74 Ex superioribus discutienda venit opinio quædam Petri de Anchar. conf. 295. pro clariori, n. 13. tenentis, literas obtentas ad beneficia Ecclesiastica validas ac efficaces esse, quamuis falsa fuerit facta mentio valoris eius beneficij, quod petitur, modò appareat nihilominus vero valore expresso; easdem principem concessurum fuisse: contra hanc namque opinionem Ancharrani obstat. † Primò, quia licet de iure verus valor beneficij in eius impetratione expressi non debeat, nec sit necessarium; iuxta glos. in Clementi. 1. de præb. & ibi

DD. & in. c. ad aures, de rescrip. vbi Decius num. 10. & Mant. nu. 18. & 19. plures referunt, sequitur Gomez in reg. Cancell. de valore exprimendo in impetratione beneficij. q. 11. vers. præterea quia ex quo, pag. 949. & id vno ore affirmant nostri iuris interpretes, secundum Menoch. qui plures refert d. casu 201. num. 77. & alios Quintil. Mandos. in reg. 22. de vnio. & confirm. q. 1. n. 2. † Attamen de stylo curiæ Romanæ, & ex regulis Cancellariæ Apostolicæ, exprimendus est necessariorum verus beneficij valor, aliàs impetratio, & prouisio erit nulla, vt in regul. supra dicta de valore exprimendo, quæ est Urbani III. vbi glos. & Gomez. & Quintil. Mandos. & iterum idem Mandos. in d. reg. 22. de vnio. & confirm. q. 5. nu. 2. & q. 6. nu. 4. Felin. in d. c. ad aures, num. 10. Rota decis. 19. de rescript. in nouis, quam refert vna cum alijs permultis Decius in dict. cap. ad aures, num. 10. vers. secunda conclusio, & alios plures Pontifices ita ordinasse refert Gome. vbi supra, sequitur idem Dec. in conf. 159. Rebuff. in tractat. de nominat. quæst. 9. nu. 29. D. Couar. lib. 1. variarum resol. c. 20. num. 7. Menoch. d. casu 201. n. 77. vbi assignat rationem, quia per valorum potest Pontifex reddi difficilis in concedendo vni, quod alteri concederet, iuxta dict. cap. postulasti, de rescrip. iuncta nostra communi & recepta sententiæ, quam supra latè defendimus, & hic stylus seruandus omnino est in curia, secundum Dec. conf. 11. num. 16. Ias. in l. cunctos populos. 1. lectura, num. 53. C. de summa Trinit. & fide Cath. vbi idem dicit de regulis Cancellariæ, idè cum falsitas contigerit in ea qualitate, quæ necessariorum est Principi exprimenda, consequitur, gratiam ipsam vitari, ex supra latè adductis, & præterea in terminis, quod si falsus valor beneficij exprimat, vitigetur rescriptum, decidit Rota decisione 47. de rescrip. in antiq. quam refert & sequitur Menoch. vbi supra, numero 83. quoniam multa expressa nocent, quæ tacita nocere non possunt, Rota decis.

decif. 10. num. 2. de rescrip. in nouis, seu veriusibi appostilantes, & in terminis opinionem supra dictam Anchar. in d. conf. 295. reprobatur Felin. in d. c. ad aures, nu. 12. tùm ex supra dictis, tùm & præsertim ex tex. in cap. cui de non Sacerdotali, versic. idem. de præb. in 6. Quod aded verum est, vt procedat etiam si rescriptum concessum sit ex motu proprio, quia licet tunc non sit mentio valoris beneficij faciendæ, vt per Menoch. vbi supra, nu. 79. attamen si falsus valor exprimitur, clausula motus proprii nihil operabitur ad tollendum vitium hoc falsæ narrationis; facilius etenim adduci potuit Papæ ad concedendum, quàm quando valor subticetur; illa namque falsa narratio cum impulisse videtur ad concedendum, vt affirmant Ancharr. consilio 137. Abb. in. c. quia circa, versic. sed quero. de consang. & affinit. Cardin. consilio 66. Papa vniuit. colum. 1. quos refert & sequitur Menoch. vbi supra, nu. 83.

Sed nihilominus Couar. vbi supra d. nu. 7. præfatam opinionem Ancharr. d. conf. 295. defendit, inquit sibi potius placere, siquidem de iure verus valor non sit exprimendus, & quamuis ex regula Cancellariæ contrarium appareat, ea regula est strictè interpretanda, cum verus valor beneficiorum difficilem habeat certitudinem, quo fit, vt error in valore exprimendo, non sit considerandus, vbi principis voluntas constat. Et præterea pro Ancharrano adducit, quod in similibus terminis nominationis scribit Rebus. in tract. de nominat. 78 quæstione 9. numero 44. asseuerans, si nominationem obtentam apud Gallos, facta mentione beneficij obtenti, eiusque valoris, maiori tamen quantitate expressa, quam verè valuerit, admittendam esse, quia etiam si nominationem concedentes cognitionem habuissent veri valoris, nequaquam eam negarent, imò facilius eam concessissent: nec Anchar. sententiæ aduersatur tex. in d. c. cui de non Sacerdotali. nam quando verus valor exprimitur in literis gratia taxa-

tionis, tunc non potest obtineri vigore dictarum literarum aliud beneficium minoris valoris, cum id repugnet voluntati principis, vt in d. c. cui de non Sacerdotali. Si verò exprimitur verus valor causa demonstrationis, & constat de corpore, admittendum est quod Anchar. censuit, nec gratia propriam virtutem amittit ex errore valoris expressi, si vel propter minorem valorem aliàs apertum sit principem etiam certum de vero valore idem concessurum, vt in specie sequutus Anchar. tradit Ripa in dict. cap. ad aures. num. 78. quorum sententiam probat Couar. vbi supra, dict. num. 7. & opinionem Anchar. simpliciter sequitur alios referens Aymon Crauet. conf. 2. nu. 14.

79 Quid tenendum? Ego profectò omnia isthæc circumspectans, et si videam adducta de vero valore exprimendo contra Anchar. loqui simpliciter, ac proinde posse intelligi vbi non constat quod vero valore expresso nihilominus princeps easdem literas concessisset, ideoque videatur eo constituto contrarium tentari posse cum opinione Anchar. & sequacium, nihilominus in rigore iuris adhuc verius esse existimo contrarium, ac proinde tenendum contra opinionem Anchar. & sequacium cum Felino & cæteris, quos supra citauim⁹. Regula enim Cancellariæ indistinctè præcipit verum valorem beneficij impetrandi esse exprimendum, ad hoc vt gratia valeat, & quod alias ipsa vitiat ac nulla sit: idem habet stylus curiæ Romanæ. Si igitur iuxta regulam Cancellariæ, stylum & consuetudinem curiæ exprimendus est verus valor beneficij, si is non exprimitur, sed potius falsus, gratia erit subreptitia, & nulla, ac si de iure exprimendus esset, vt supra resoluimus. Nihil igitur interest quod Papa aliàs esset concessurus, quod in dubio non est præsumendum. Præterea, si exprimitur minor valor, quàm reuera sit, quod solet communis fieri quàm contrarium, etiam si constaret Papam adhuc vero valore expresso, nihilominus concessurum, non

ided consequitur validari gratiam, (etiam si necessariò non fuisset exprimendus verus valor, prout exprimi debet) quoniam per maiorem valoré Pontifex redderetur difficilior ad cõcedendum, licet tandem esset cõcessurus, quo casu iuxta magis communem sententiã, quam supra defendimus, gratia est nulla, quanto magis cum falsitas versetur circa id, quod necessariò verè erat exprimendum Pontifici, vt probauimus: hoc que præcipuè procedit, si dolosè aut per fraudem, minor valor expressus sit: arg. c. super literis. r. parte, de rescrip. si verò exprimatur maior valor (quod rarò aut nunquam contingit) adhuc idem existimo esse dicendum contra Anchar. quia licet hac in specie propter minorem valorem appareat principem, etiam certum de vero valore, idem concessurum, ac idè Didacus contendat non vitiari gratiam, quod expressio maioris valoris fuerat facta causa demonstrationis, qua de corpore beneficij constat, reg. l. demonstratio falsa. ff. de cond. & demonst. attamen quia verus valor erat exprimendus necessariò, vt vidimus, & quia tunc hæc quantitas, & valor expressus est pars gratiæ, vt in decisione Rotæ. 6. de præb. in antiquioribus, numc. 4. & 8. non verò causa demonstrationis adiectus: quod patet, quia si causa demonstrationis adijciatur, etiam si verus valor non exprimeretur, sed falsus, cum constaret de corpore beneficij, non vitiaretur gratia, vt in d. l. falsa demonstratio, sed ipsa vitietur, vt in d. reg. Vrb. Quarti, & aliorum Pontificum de exprimendo valore beneficiorum, & c. ibi: Alioqui præfatæ gratiæ sunt nullæ, & fatentur DD. supra ad hoc citati, & constat præterea ex rationibus d. regulæ, quas ibi assignat Gom. in præfatione, vers. & est aduertendum pag. 917. etiã si constet ob minorè verum valorem Principem à fortiori idè concessurum, adhuc vitiabitur gratia, ob præd. falsitatem, ac subreptionem minoris valoris expressi, quæ versatur circa partem substantialè gratiæ, sicq;

cessat fundamentum præcipuum D. Co-
uar. q. valor significetur hoc casu causa
demonstrationis. Nec obstat, quòd in
hac specie vltima, de qua agimus, cessat
rationes dictæ regulæ assignatæ per Go-
mez. vbi supra. i. parte, † ne pè causa tol-
lendæ auaritiæ, ne scilicet per taciturni-
tatem valoris aliquis vltra merita, &
plusquam oporteat de beneficijs Eccle-
siasticis caperet, & ita per falsam valoris
expressionem debitus dispensationis
modus Papæ (cui est hæc cura à Deo de-
mandata) tolleretur. c. quia nonnulli. de
cler. non resid. secundum Abb. & Felin.
in d. cap. ad aures. de rescrip. Quæ prima
ratio plurimum iuris fomentum habet,
secundum Gom. vbi supra; & tamè ces-
sat in proposito ex expressione maioris
valoris, sicut cessat etiam secunda corum
qui hoc totum ad commodum burfale
officialium retulerunt. Præterea & ter-
tia, & magis recepta, vt hoc nomine eã
appellat Gomez. vt propter annatas, ne
defraudetur regula, facta fuerit, & sic
regula ista ad hæret taxis annatarum: sic
enim videmus, quòd in beneficijs, in
quibus non soluitur annata, non exprimitur
valor: etiam cessat in proposito,
quandoquidem expresso maiori valore,
quàm reuera sit, non defraudatur annata,
sed potius augetur: qua ratione etsi
prima & hæc tertia simul iungantur, vt
ob eas dicatur fuisse factam regulam, ad
huc habemus intentum, quia vtraque
ratio cessat, vt prædiximus: quoniam etsi
in nostra specie, quæ rarò contingit, ces-
sent rationes regulæ, leges tamen ad ea
potius quæ frequenter & facilè, quam
quæ perrarò eueniunt, adaptari debent,
vt in l. nam ad ea. cum simil. ff. de legib.
ideoque nil mirum, si in casu rarò cõtin-
genti ratio legis deficiat, si in cõmuni,
& in his quæ frequentius accidunt, cõ-
currat. Præterea & secundò, quia tertia
ratio prædicta cõmunis regulæ nõ verè
cessat in proposito, cum intentio sum-
morum Pontificum in præd. regula iuxta
præfatam tertiã rationem fuerit, quòd
vera annata solvatur, non verò minor,
aut maior, quàm reuera debeat. Sed in
hoc

hoc casu solueretur maior ; ergo ratio regulæ adhuc extat & militat : quare & regulæ dispositio locum habet . Fateor tamen opinionem Ancharr. defensatam atque expositam vt per Couarr. vbi supra, probabilem videri , & fortasse alijs probabilioré, mihi verò contraria probabilior videtur, vt prædiximus.

81 Ex proximè dictis deducitur, quid dicendum sit in illa quæstione, an gratia à Romano Pontifice impetrata ad beneficium curam animarum habens, facta tamen falsò mentione, sed absque dolo, quòd eidem cura animarum inellet, nulla sit, vt pote subreptitia, necne? † Primò nãq; videtur nullam esse, nam etsi faciliùs Papa concessisset huiusmodi beneficium, sciens esse non curatum; adhuc expressio curæ prætextu falsitatis nocebit gratiæ, quia contingit in his, quæ de iure necessariò sunt exprimenda, vt est cura animarum, vbi beneficium curatum impetratur, vt in c. cum in illis. de præb. lib. 6. & in Clem. 1. eod. tit. & in regula Cancell. 63. Rota in nouis. 292. atque ita scribunt omnes in cap. in nostra. de rescrip. vbi Felin. corolar. 10. Ioan. de Selua in tract. de benef. 3. parte quæst. 11. num. 12. Dec. in d. cap. ad aures. numer. 4. Ripa. 19. Mant. 17. de rescript. Rota decis. 1. nume. 3. de officio Archiepresbyt. in antiq. Menoch. d. casu 201. n. 61. ergo sicut omisio eius qualitatis, quæ de iure est necessariò exprimenda, officit gratiæ, quamuis eam nihilominus Princeps concessisset, ita falsa mentio huius qualitatis nocebit, etiamsi veritate comperta, princeps idem esset concessurus, vt colligitur prima facie ex decis. Rotæ 73. de rescrip. in antiquis, dum allegatur in cauda decisionis text. in d. cap. cui de non Sacerdotali, de præbend. libr. 6. & dicitur, posse hanc quæstionem solui per illum tex. vbi expressè inquit tex. in finali parte, quod cum iniungitur prouideri alicui de præbenda certi valoris, in præbenda minoris valoris, etiã illo volente, mandatù nõ potest adimpleri, quia huiusmodi mādara non debent ad aliq̄s casus, quam expressos

extendi; nam fines eorum diligēter seruari oportet: facit text. in c. susceptum, in prima parte, de rescrip. in 6. vbi mandatum de prouidēdo alicui beneficium, quod per resignationem vacauerit, non potest ad impleri, si ille antequam resignet, decedat, & sic vacatio per mortem, & vocatio per resignationem sunt diuersa. Accedit etiam pro hac parte, quod in modò proxima quæstione resoluimus.

83 His tamē minimè refragantibus, cōtraria sentētia in specie proposita mihi magis placet, imò quòd gratia hæc ex præd. falsitate narrata non vitietur, sed valida quidem sit, si impetrans idoneus sit ad vtrūque, & ad beneficium curatum, & ad non curatū, ex quo impetratur certū corpus beneficij vacantis, & cōstat de corpore beneficij impetrati & ex quo summus Pontifex concessit beneficium magis qualificatum, hoc est curatum, multo fortius videtur concessisse de minori, hoc est, de non curato, vt in reg. iuris, cui conceditur, & c. Nec obstat falsitas qualitatis curæ adiecta in impetratione, quia illa in proposito, etsi necessariò, si vera fuisset, exprimēda esset, attamē nūc cēsetur adiecta gratia demonstrationis: ergo eius falsitas gratiam non vitiat, vt in d. l. falsa demonstratio. ff. de cond. & demonstr. eum ex ea Princeps inductus non fuerit ad concessionem gratiæ, vt ex illo text. probarunt Abb. in cap. significasti. colum. penu. & in cap. super literis. num. 6. de rescrip. & ibi Felin. nu. 3. vers. limita quartò. Dominic. conf. 111. & optimè Staphil. de literis gratiæ & iust. in titulo de modo & forma impetr. Et tenendo hanc partem non obest d. decisio Rotæ. 37. de rescrip. in antiquis, quia ex eius mente rectiùs perpenla potius colligitur hæc pars, quàm præcedēs, quia dum ibi dicitur, posse solui hanc quæstionem per d. cap. cui de non Sacerdotali, insinuatur, illud procedere ac locum habere, vbi exprimitur falsitas gratia taxationis vel limitationis gratiæ, vt patet in d. cap. susceptum. & in dict. c. cui de nõ Sacerdotali,

rali, dum certa forma ibi præscribitur prouidendi in modo vacationis, vt in d.c. susceptum: & in mandato prouidendi certum tale quid beneficium, vel præbendam, vt expressè cauetur in d.c. cui de non Sacerdotali, tunc enim meritò vt in prouidendi mandato non veniat alius modus vacationis, nec aliud beneficium vel præbenda, siue dimidia præbenda in literis non expressa, etiam si princeps esset aliàs cõcessurus: secus autem vbi exprimitur falsitas gratia demonstrationis absque dolo, sed per simplicitatem vel ignorantiam, nec ex hac falsitate princeps inductus fuerit ad cõcessionem eius, quod alioqui ex certa scientia minimè concessisset: ita in simili quæstione expressius & accuratius declaratur in decis. 4. alias 582. de rescrip. in antiquis & in terminis ita tenet D. Couar. lib. 1. variar. resol. 20. nume. 6. Non obstant text. in d.c. susceptum. & in d.c. cui de non Sacerdotali. nam eisdem sufficienter est iam responsum. Non etiam obest, quod resoluiamus in præcedenti quæstione circa falsitatem maioris valoris beneficii expressi, contra Petrum de Anchar & eundem Couarru. quoniam, vt illic probauimus, expressio maioris valoris, & sic falsitas, nõ fuit facta nec narrata causa demonstrationis, sed verè & necessariæ formæ obseruandæ, & qualitas non expressa induceret nullitatem gratiæ: at in proposito nostro, de quo agimus, licèt qualitas illa curæ, si vera foret, necessariò esset narranda: attamen adiecta fuit falsò causa demonstrationis, quia non erat necessarium omnino exprimere esse beneficiũ non curatum ad obtinendam gratiam, sicut fuit necessarium exprimi verum valorem beneficii, ac proinde in nostra specie non vitiatur gratia, in illa verò vitiatur, quia sunt casus diuersi. Et retenta supra dicta sententia, idem dicendum erit in gratia obtenta de quadam sacristia in aliqua Ecclesia, quam impetrans per ignorantiam & simplicitatem asseruit esse dignitatem, cum reuera sacristia in Ecclesia illa non sit dignitas,

sed simplex officium, nempè vt gratia hæc nõ sit subreptitia, & sic nulla, sed valida ex prædictis rationibus, vt expressè deducitur in d. decis. 4. aliàs 582. de rescrip. in antiquis, quam refert Didacus vbi supra, & sequitur Felin. in d.c. super literis, nu. 5. de rescrip.

85 Similiter etiam ex supra dictis inferitur, veram esse opinionem Hostiensis. quam refert & probat glos. in c. fin. de concess. præb. in verb. distinctio ad medium, ibi: Hostiensis autem, &c. quæ habet, quòd mandatum seu rescriptum Apostolicum de recipiendo aliquem in canonicum cuiusdam Ecclesiæ, non obstante certo canonicorum numero ibi statuto, valet, ac debet exequi, licèt in eadem Ecclesia nullus sit numerus canonicorũ statutus: quoniam cum Papa intendit eum prouidere in Ecclesia, in qua certus numerus est, quod est minus impetrabile, hoc est, difficilius impetratur, multo fortius voluit eum prouidere in Ecclesia, in qua non est certus numerus canonicorum, quod est magis impetrabile, id est facilius impetratur, sicque constat, quod si hoc sciuiisset, facilius idem cõcessisset. Nec obstat falsitas expressa, quoniam ea non minuit, sed addit ad gratiam, & cõtingit circa ea, quæ non erant necessariò exprimenda, nempè Ecclesiam non esse numeratam, ac proinde illam glos. vltra ordinarios in proprio loco, à quibus recipitur, sequuntur Bald. in c. Cumana. de elect. colum. 1. Felin. & Dec. colum. 2. in c. constitutus. de rescript. eosque referens D. Couar. lib. 1. variarum resol. c. 20. nu. 7. vers. tertio.

Hinc etiam probanda venit opinio quædam Guillerm. de Cugn. quem sequitur Bald. ibi num. 4. in l. 3. C. de Episcopal. audient. scribentis, gratiam seu remissionem homicidij, eiusque abolitionem à principe impetratam, nõ facta mentione prioris indulgentiæ, simile crimen eidem impetranti remittentis, vti subreptitiam, inuvalidam esse, quoniã princeps si hoc sciuiisset, nempè impetrantem aliud homicidium perpetrasse, quod sibi etiam fuisset, condonatum,

retra.

retraheretur ab huiusmodi veniæ, quæ modò petitur, concessione. Adde ego, vel ad minus difficilior redderetur ad concedendam secundam veniam similis delicti secundò commissi, propter consuetudinem delinquendi, & ad eam arcendam, vt in terminis asserunt communiter DD. in l. 3. C. de Episcopal. audient. secund. D. Molin. de Hispan. primoge. lib. 4. c. 3. num. 43. Princeps etenim etsi tutè absque animæ periculo in foro conscientie, non solum in exteriori, valeat remittere criminis pœnam, quæ in satisfactionem Reipublicæ à legibus instituta fuerit, vbi ex hoc ipsi Reipublicæ dampnum minimè sequitur, & absque lesione priuati iniuriam passus, secundum D. Thom. 2. 2. questione 67. artic. 4. & Maior. in 4. dist. 15. q. 19. bene Alfons. à Castro libr. 2. de potest. legis pœn. c. 12. vers. contra hanc secundam. Felin in cap. quilibet. §. ad corrigendos, num. 36. de accusat. D. Couar. libr. 1. variarum resol. cap. 20. numer. 8. vers. & quamuis. Anton. Gom. 3. tom. variarum c. de tortur. reor. num. 38. Princeps tamè huiusmodi gratiam concedens sine partis remissione mortaliter peccat, vt tenetur Thom. Grammat. voto. 35. nume. 8. in fi. quem refert & sequitur Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 59. in parte, Adde quod pro bono pacis, in vers. cæterum ego. vbi in præcedentibus & sequentibus latè agit, an & quando de iure valeant & admittendæ sint huiusmodi gratia principis sine remissione partis: at tamè in præsentī specie, de qua agimus, ob defectū voluntatis admittenda erit Guillelmi & Bald. opinio, quam sequitur Ias. in l. 2. in fin. C. si contra ius vel vtil. pub. idem Ias. in l. neque damnosa, num. 3. C. de precib. imperat. offerend. & Barbat. in cap. dilectus, in. 1. numer. 20. de rescrip. & in c. super literis, eod. titul. Alciat. in cap. cum non ab homine, nu. 16. secundum nouam impressionē Lugduni factam ann. 1560. de iud. & Ioann. Crotus in cap. fin. nume. 6. de constitut. in 6. Ioan. de Anania in cap. ad abolendam, col. 2. num. 7. de hæret. Dec. consil.

695. num. 33. Boetius q. 217. n. 22. Marfil. singul. 111. Neuzan, libr. 1. Siluæ nuptia. nume. 151. Thom. Grammat. voto. 10. nu. 12. Palaf. Rub. in repet. c. per vestras. in 4. notabil. num. 11. de donat. inter vir. & vxor. Lopez in tractat. de matrimonio, dubio 10. num. 6. D. Couar. libr. 1. variar. resol. c. 20. nu. 8. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3. casu 203. num. 32. vltra quos idem tenet Practica Iodoc. cap. 147. nu. 12. & Practic. Carrerij fol. 502. num. 375. & Villalpand. in rep. l. 22. tit. 1. part. 7. c. 8. n. 8. & eos referens Iulius Clarus in sua pract. crim. §. fin. q. 59. vers. debes autem aduertere, & D. Molina vbi supra, num. 40. & iterum lib. 2. cap. 4. num. 52. quod hodie expresse approbatur in l. 2. titulo de los perdones, libr. 1. ordin. hodie est l. 2. tit. 23. lib. 8. nouæ coll. reg. ibi: *E si acætiere que alguno que nos ayamos perdonado, y tornasse despues a hazer otro maleficio. porque nos despues le mandassimos dar otra carta de perdon, mandamos, q̄ la carta segunda no valga, salvo si fiziere mencion de la primera, aunque en ella vayan declarados todos los maleficios que hizo.*

88. Quæ lex ibi, *otro maleficio*, satis insinuat hoc procedere, vel saltem ita intelligendum esse, quâdo in eodem genere delictum reperitur commissum, dictio enim Alius, alia, aliud, est repetitiua similium, iuxta glos. in l. si fugitiui. C. de ser. fugit. verb. alia pœna. & ibi Doctores. Similis in auth. ex testamento, glo. magna in princip. C. de collat. communiter ibi approbata per DD. & est communiter approbata illa glos. 1. secund. Alciat. reg. 3. præsumptione 45. nume. 13. Montaluo in l. 6. titulo 5. libr. 4. fori, in glos. *el puño*, & secundum Anto. Gom. in l. 29. Taur. nu. 12. & 26. ampliat & limitat Roland. à Valle conf. 5. num. 45. & 46. & consil. 61. num. 39. cum sequentibus lib. 1. & requuntur alij consulentes passim: in quibus etiam terminis loquuntur Guill. & Bald. vbi supra, quasi contrarium sit obseruandum, vbi diuersum delictum is, qui veniam postulat, fecerit, vt in terminis probauit Couarr. vbi supra, referens Alciat. in d. c. cum non ab homine, num.

- num. 43. consulentem iudici, ne statim propter Guillermi sententiam delinquentem puniat, sed principem admoneat, vt ei rescribat, quę fuerit eius mēs in præfati criminis remissione; quod licet æquissimum videatur, non tamen opinatur necessarium esse ipsemet Couarr. & pro doctrina Guillermi, atque decisione d. l. Regiæ adduco optimum tex. in cap. 2. de filijs presbyt. libr. 6. vbi
- 90 ad literam probatur, † quod si ipse, cum quo per sedem Apostolicam fuit dispensatum super defectu natalium ad ordines sacros, & ad obtinendum beneficiū curatum, eo tacito, aliam dispensationem super pluralitate beneficiorum postea obtineat, talis dispensatio, veluti per subreptionem obtenta, est nullius momenti, cum nō sit verosimile, sedem ipsam cum illo prædictum patiente defectū voluisse, si hoc fuisset expressum, eidem in pluralitate beneficiorū huiusmodi dispensare.
- 91 Ex qua ratione deducunt ibi generaliter Ioann. Andr. & Dominicus colu. 2. necessariū fore, vt in secunda alicuius vitij dispensatione mentio primę circa idem concessę omnino fiat; id quod etiam tenuit Rota decis. 280. in antiquis. Innocent. Abb. & Paul. Paris. eosq; referens D. Couar. vbi supra, d. num. 8. ad fin. sequitur etiam Decius conf. 695. num. 34. & Menoch. vbi supra, nume. 33. & D. Molin. d. lib. 2. de Hispan. primog. c. 4. nume. 50. vbi quod dispensatio addita primę dispensationi, nisi in secūda fiat mentio de prima, non valet. † Sic etiam si quis impetrauerit priuilegiū cū limitatione & certa moderatione, non valet impetratio secundi priuilegij facta simpliciter, atque ita non expresso priuilegio primo, secundum Innocent. & Felin. num. 2. in cap. veniens. de præscriptio. quem refert & sequitur Ruin. conf. 37. nu. 4. libr. 1. Couar. & Menoch. vbi supra. Idem est in rescripto secundo
- 92 impetrato, † quod tendit ad augendū, vel confirmandam, conseruandūque concessionem primam, nam in eo illius primi faciendā est mentio, alioqui sub-
- reptitium erit, secundum Socin. Senior. conf. 169. colum. 3. vers. circa secundam difficultatem. lib. 2. Geminian. conf. 128 super præmisso dubio, colum. 3. versicul. ad vltimum respondetur. & quamuis loquantur in rescripto gratiæ, eorum tamen doctrina intelligi etiam potest in rescripto ad lites, vt probat Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centur. 3. casu 202. num. 68.
- 94 Sic etiam qui facultatem ad maiorum institutum obtinuit, atque illum fecit, si postea alium instituere voluerit, nouam facultatem impetrare debet, in qua mentio primæ fiat: ita Ruin. dict. conf. 37. num. 4. libr. 1. Menoch. dict. casu 203. num. 34. D. Molin. d. lib. 2. c. 4. num. 50. vbi quod aliās secunda facultas non valebit, & ita in facti contingentia cōsului, & factum fuit. † Similiter etiam si is, cui facultas ad alienandum vel hypothecandum res maioratus semel cōcessa fuit, iterum velit nouam facultatem ad bonā maioratus alienanda vel hypothecanda impetrare, tenetur facere mentionem de prima, aliās secunda facultas, de prima mentione nō facta, ex eadē causa obtenta, qua prima fuit concessa, nulla censenda erit: secus si ex alia causa concessa fuerit, vt cum iudicio resoluit idē D. Molin. d. lib. 4. c. 30. nu. 40. cum seqq. ad quem locum se remittit idem d. libr. 2. c. 4. nu. 53.
- 96 Illud denique hic non mittendum duxi, facultatem Regiam concessam ad primogenium instituendum, non facta principi mentione numeri liberorum, quos habebat impetrans, tametsi eorum in genere meminerit, validam, ac non subrepticam esse censendam, tūm ex eo, quod princeps has facultates cōstituēdi primogenia facillimē solitus est concedere in honorem nominis, gentis & familie, hac apposita conditione, vt cæteris filijs, qui à primogenio excluduntur, eiusque ratione legitima portione priuantur, congrua alimenta exhibeantur, nec quicquam solet mouere principem maior vel minor filiorum numerus, vt frequēter obseruatur: tam etiam quia

quia facilius princeps permittet primogenium constitui ex eo patrimonio, quod alioqui in plures distinctum partes ob maiorem filiorum numerum facilius dissipabitur, & ad extraneos per alienationem feudi auiti deueniet: ita decidit rem hanc Couar. vbi supra, d. c. 20. n. 9. dicens, quod cum sentel in litem hæc incidisset quæstio, & quibusdam visum fuisset contrarium, tandem in sententiam, quam prædiximus, itum est, nēpè quod sit valida facultas prædicta, ex rationibus supra dictis. Non obstat, quod ex Præposit. in cap. per venerabilem. §. quod autem, colum. 15. versic. aduerte nunc ad solennitatē, qui filij sint legit. & Curt. Sen. cons. 19. vers. capio tertium. & cons. 35. colum. 9. & consilio 37. vers. non d. impugnari poterit, in cō-

97 trarium adducebatur, asserentibus, & volentem legitimare filium illegitimum, teneri exprimere principi numerū certum filiorum legitimorum & naturalium, argu. l. nec ei. §. vltim. ff. de adopt. nam etli patsim apud iuris vtriusq; interpretes obseruatum sit, præd. legitimatorem inualidam esse, nisi mentio fiat filiorum legitimorū & naturalium, pauci tamen, præter Præposit. & Curt. exprimendum esse numerum filiorum adnotarunt, secundum Couar. vbi supra. vbi quod etiam si prædicta opinio Præpositi admittenda esset, vt fortasse est, venit intelligenda, vbi legitimatio fit ad consequenda iura omnia filij legitimi & naturalis, & vt simul legitimatus patri cum legitimis & naturalibus succedat, quo casu his ex ea legitimatōne legitima portio diminuitur, maiorq; eis læsio contingit, vbi maior est eorū numerus: ideoque ratio dictat hoc esse principi significandum: secus in ea, de qua præcipue agimus specie, ratione quam prædiximus.

Postremò, vt vltimam manum huic c. imponamus, illud superest agendum, an in dispensationibus Apostolicis de impedimētis canonicis ad contrahenda matrimonia subreptio in expressione falsæ causæ vitiet dispensationem? Et

quamuis ex supra dictis desumere quis posset, quid in his dicendum foret, attamen in specie aliqua docere conabor, quæ mentem ac viam quodammodo aperiant, vt inde discretus, ac prudens lector, cætera, quæ in facti contingentiâ occurrerint, facile discernere queat, nō enim possumus omnia dicere, nec vnicuique pro libito quærenti de aliqua facti specie, nobis tamen ignota respondere, cum secundū rerum naturam plura sint negotia quàm vocabulā, vt in. l. 4. ff. de præscript. verb. sed sufficere pro nunc solū existimamus, si Deo duce, nonnullas regulas ac doctrinas in genere proposuerimus in materia dispensationū ad matrimonia, ex quibus vnusquisque depromere poterit, quod suo casui magis conducibile fuerit.

98 Et in primis sit prima regula: Non valet dispensatio obtenta à Papa super matrimonio inter consanguineos contrahendo, si ibi causa falsa sit expressa, nisi eam postea Papa confirmet, vt in c. quia circa, de consang. & affinit. vbi pro causa dispensationis fuit principi obiecta proles, cum tandem ea causa tunc temporis falsa esset, quia nihilominus hoc postea Papæ significato ab Episcopo loci, iubet cum eisdem sic matrimonialiter coniunctis dissimulandum, vt remaneant in copula sic contracta, quia ex separatione graue scandalum immineret: ex quibus verbis colligunt ibi DD. communiter, ac sic intelligunt tex. illum, quod non valisset illa dispensatio sic obtenta in casu illius tex. nisi hæc decretalis postea emanasset, & ita ex ista dissimulatione ob causam ibi expressam licite possunt simul esse, alias non essent: vt tenuit glos. magna ibi in fi. estq; communis & verus intellectus, secund.

99 Abb. ibi in princip. † nempè quod non valeret illa dispensatio, nisi Papa eam postea confirmaret.

Vnde quod ibi traditur, dissimulationem Romani Pontificis habere vim & effectum dispensationis, & præterea notat Syluest. dicens eam glos. in hoc singularem, in summa, verbo, lex quæst.

100 6. intelligendum est procedere, † quâdo Romanus Pontifex dicit quod dissimulat, aut scribit, alioqui dispensare non videtur, quamuis conuiueat, vt. c. cùm iam dudum. de præb. vbi Abb. hoc notat. idem Abb. in cap. nisi essent. de præb. Dec. in cap. i. colu. 1. de excep. sequitur & dicit communè Felin. c. i. nu. 10. versi. limita hoc tripliciter, &c. de tregua & pace, ex quo idem profitetur D. Couar. in 4. 2. part. c. 6. §. 10. num. 15. vbi agit de intellectu d. c. quia circa.

Hæc tamen regula intelligenda est, vt procedat ita demum, si falsitas contingat circa ea, quæ principem mouere poterant ad nō cōcedendū, vel eum à facili cōcessione auertere, ex d. c. postulasti. de rescrip. iuxta magis cōmū. sententiam, quam supra ex eo text. defēdimus: & præterea ex ratione tex. in d. c. 2. de filiis presbyt. libr. 6. cuius supra meminimus; & notat optimè Felin. in d. c. ad audientiam. colum. 2. num. 14. de rescript. & in terminis dispensationis circa matrimonia, de quibus agimus, & d. c. quia circa. (quicquid alias in terminis d. cap. proposuisti. tenuerit vt supra latius diximus) probat D. Couarr. in 4. de sponsal. 2. part. c. 6. §. 10. num. 14. circa finē. & frat. Anton. à Cordub. in sua summa de *casos de consciencia*, q. 45. in. 1. opinione, in vers. *Y así dixé el mismo*, & in secunda opinione, in vers. *y el Papa*: q̄ si alias cōstaret, falsitatē expressam in precibus ad dispensationem obtinendā de leui mouisse Papam ad concedendum, ita quod etiam veritate comperta, atque sibi narrata cum eadem falsitate concederet gratiam dispensationis, tunc ipsa non erit subreptitia, sed valebit: arguid. cap. super literis, in 2. part. de rescrip. & eorum. quæ supra in materia rescriptorū iustitiæ & gratiæ dicta sunt, & probat in terminis Mascard. de probat. in. 3. tom. conclus. 1211.

101 Illud tamen in proposito obseruandum erit, † quod vbi aliquis bona fide est in eo statu, vt tantum contra legem humanam sine proximi iniuria vitam agat absque transgressione etiam legis

naturalis ac diuinæ, in eodem statu dimittendus est, ac tolerandus, si ex correctione scandalum graue immineret, secundum Adrian. in quodlibeto. 7. artic. 2. quem sequitur D. Couar. vbi supra, d. num. 15. vers. ex quibus: id intelligens, dato errore iuris, qui attentata personarū conditione & qualitate, bonam fidem minimè excluderet: quo fit, secundum ipsos, vt in casu d. c. quia circa, idèd Papa rescribat dissimuladum esse, quia illi matrimonio iam copulati bona fide putabant se legitimè coniunctos esse: atq; ex dissolutione graue immineret scandalum: tenet idem Adrian. in 4. sententiarum in tract. de confess. dub. 7. post quintam quæstionem, sicq; hic intellectus d. c. quia circa, plus ei placet, quàm cōmunis de confirmatione Papæ, quem prædiximus, necnon & Didaco à Couar. vbi supra, qui & Goffred. Nauarrū & Ludouicum Gozadin. refert hunc secundum intellectum Adrian. sequentes atque probantes. Erit igitur optima doctrina hæc, & consilium pro confessarijs & consulentibus in his facti speciebus, † ne prædicta bona fide contrahentes iam copulatos in mala fide constituent, atque eos desolatos reddant, sed potius cum eis dissimulent, seruatim seruantis.

103 Secunda regula & doctrina est: Dispensatio Apostolica ad matrimonium contrahendum, si vnica tantum cōstat causa expressa, commissionis facta ordinario loci, nempè si preces veritate nitantur, super quo conscientiam tuam oneramus, cum illis dispenses, non obstante, &c. prout communiter solet dici & apponi huiusmodi clausula in dispensationibus ad matrimonia, tunc absque dubio existimarem, quod si clausula illa narrata non sit vera, sed falsa, corruat dispensatio & sit nulla; tūm quia causa à lege vel principe posita, censetur finalis, per tex. quantum ad primum in. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron. & quantum ad secund. per text. in. l. penultima, C. de donat. inter vir. & vxor. per quæ iura ita tenet Oldradus conf. 224. istæ sunt

sunt allegationes, colum. 5. verlic. præterea nu. 18. ibi, si verò à lege, quod post eum reassumit Alberic. in. l. generaliter, colum. 2. C. de Episcop. & cleric. & refert Tiraquel. de caus. cessant limit. n. 30. qui n. 29. alios plures refert tenentes primum, quod de causa à lege posita diximus, vt præsumatur esse finalis: 104 & q̄ quando causa expressa est in dispositione, ea semper præsumatur esse finalis, voluit etiam Socin. conf. 83. pro certo textus est, colum. 2. ver. sed alia sit difficultas. lib. 3. per. l. 3. cum ibi notat. ff. de hæred. instituend. tum etiam, quia licet esset prædicta vnica causa impulsua, prout in dubio non nulli voluerunt relati per Tiraquel. vbi supra, nu. 47. cum hac sola causa Papa motus fuerit ad cōcedendum, & ita demum præcipit ordinario dispensandū, si preces veritate nitantur, super quo se diligenter informari iubet, atque conscientiam suam onerat, consequitur manifestissimè, eus fuisse voluntatis ac mentis, vt non aliter dispense, quàm si illa vera esse probetur: & hoc procedit, siue scienter, siue ignoranter falsitas narrata fuerit, quādo quidem in vtroque casu constat de voluntate Papæ contraria, vt probatur ex omnibus supra dictis, & latè rationibus & in terminis in falsitate scienter commissa, tenet per prædicta Cordub. vbi supra, in dict. 2. opinione, cuius rationes militat etiam vbi falsitas ignoranter narrata fuerit, vt ex eisdem constat: in dispensatione namque seu alia gratia, semper præsumendum est principem fuisse motum ex causa expressa, vt in c. cum aded, & c. postulasti, de rescrip. vbi DD. & nuncupatim Abb. in d. c. quia circa, nu. 6. in fi.

105 Tercia doctrina est: Impetrās dispensationem ad contrahendum matrimonium, in qua plures narrantur causæ, tenetur eas prius verificare, sicque onus probandi non incumbit opponenti, vt in d. c. quia circa, de consang. & affinit. vbi hoc notat Abb. in secundo notab. num. 3.

106 Quod si vna earum sit falsa, cæteræ

verò veræ, dubitari poterit, an propter subreptionem & falsitatem vnus, gratia nulla sit, ita vt oporteat iterum ad summum Pontificem accedere vel mittere pro remedio? Sed in hoc, omnia disputatione, quia iam supra satis disputauimus circa idem generaliter in alijs rescriptis, ex quibus poterunt sumi fundamenta & rationes pro his, quæ modo dicemus, distinguendum videtur, nam si plures causæ principi narratæ ad obtinendam dispensationem pro matrimonio contrahendo, sint eius qualitatis, vt iuxta solitum stylum curiæ atque consuetudinem principis, quælibet earum sit iusta ac sufficiens de per se ad dispensandum, prout ex ea solet dispensari in simili impedimento matrimonij, tunc licet vna sit falsa, si tamen altera sufficiens sit, vel reliquæ veræ, si dolus in hac impetratione non contingat, nō videtur vitari huiusmodi dispensationem, iuxta communem resolutionem gloss. in cap. 2. de rescrip. quam supra deduximus. 107 Curia autem Romana solas tres causas habet pro iustis ad dispensandum etiam in quarto gradu, secundum Nauarr. in man. Latin. c. 22. nu. 8. 7. quæ sunt defectus dotis competentis, extinctio magnæ litis, & quod maior pars sibi parisi suæ ciuitatis, vel loci insignis, quem inhabitat, sunt ei consanguinei vel affines in 4. gradu, vel si est alius locus minor, si ipsa non habet sufficientem dotem ad nubendum extra illum locum. Ego verò frequentiores causæ, quas vidi in pluribus dispensationibus huiusmodi Apostolicis, ob quas conceditur à summo Pontifice dispensatio ad matrimonia contrahenda inter sanguineos, vel affines intra quæcumque gradum, sunt, ob minus competentem dotem, cum qua sibi virum paris conditionis, cui nubere possit ipsa inuenire nequeat: item & propter angustiam loci, &c. Et præterea vidi nonnullas cum alijs diuersis causis animū Pontificis mouentibus: & iure etiā in matrimonio de facto contracto, duæ causæ sufficentes ad dispensandū reputantur. Prima, quando ex tali

ex tali matrimonio proles superest bona fide suscepta. Secunda, propter bonum pacis futurum & scandalum, quod ex dissolutione iam contracti matrimonij sequeretur, vitandum, vt in d. c. quia circa, de consang. & affinit. & ibi Abb. nu. 2. & D. Couarru. in 4. 2. p. c. 6. §. 10. nu. 13.

108 Nihilominus tamen in specie, de qua agimus, dispensationis pro matrimonio contrahendo, contrarium verius videtur, cum hæ causæ dependant ab arbitrio & voluntate solius principis, & si in gratiosis, motusque fuerit summus Pontifex ex omnibus causis expressis simul, quæ omnes sunt æquæ principales, ita vt vna ab alia discerni non possit, & neutra de per se ad dispensandum obliget, sed gratuito ex omnibus dispensetur, & quamuis aliàs dispensauerit cum vna, vel duabus ex prædictis causis, nunc verò voluit cum omnibus eis simul dispensare, & non aliàs, quod etiam ex eo conuinci vrgenter videtur, nam cum narrauerit plures causas, adiecit postea loquens cum ordinario loci, alioque, cui verificatione narratorum & dispensationem faciendam committit, Te super his diligenter informes, & si repereris, quod preces veritate nitantur, super quo conscientiam tuam oneramus, & c. sicq; necessariò requiri videtur, quòd omnia narrata sint vera, & non aliàs dispensandum iubet, quam si ita fuerit verificatum, hoc est, ¹⁰⁹ præces sint veræ. Si igitur aliqua causa precum principalis est falsa, deficit potestas ad dispensandum, quia non stat præces in omnibus sint veræ, prout requiritur, quando quidem verbum, Preces comprehendit omnia narrata, sicq; videtur indiuiduè: quod etiam patet ex relatiuo illo, Super quo, & c. quod est collectiuum & comprehensiuum omnium causarum præcedentium, & per id ad vnum indiuiduum reducuntur: relatiuum enim dicitur esse in referente. Lasse toto. ff. de hæred. inst. Gozadin. conf. 31. in hac causa. numer. 2. Natta conf. 402. visis actis. numer. 58. Aymon.

conf. 45. quidam homines. numer. 4. & cum omnibus suis qualitatibus. Bart. in l. 1. ff. de receptat. & in, l. 1. ff. si famul. furt. fecit. dic. & in, l. si quis seruum. §. fin. numer. 5. ff. de leg. 2. Abb. conf. 28. numer. 3. lib. 1. & conf. 4. lib. 2. Alexan. in, l. hac consultissima. nu. 8. in fi. & numer. 10. C. qui testam. fac. possunt. Dec. consilio 292. & pro tenui. numer. 2. & 449. visis duobus. numer. 3. Siluan. conf. 68. numer. 5. Decius conf. 41. nu. 22. & conf. 101. nu. 11. vbi alios refert lib. 1. & dicitur in esse in referente verè & propriè, specialiter & expressè, vt post alios probauit Becius d. conf. 41. nu. 22. ergo cum super omnibus causis narratis, & veritate ipsarum sit onerata conscientia, si aliqua deficiat, vel sit falsa, non erit tuta conscientia, sed læsa. Nec obstat communis resolutio glos. in c. 2. de rescrip. in contrarium supra adducta, ea enim procedit in rescriptis iustitiæ ad lites, in quibus iure determinatum est, quæ causæ sint sufficientes & efficaces ad effectum præntensum; nos verò agimus in gratiosis, dependentibus à voluntate principis, & idèd reputantur impossibilia: argumento. Idem Africanus. §. constat. ff. de legat. 1. & ibi Doctores, & in, l. continuus. §. cum quis. ff. de legat. 1. D. Couarru. in 4. de sponsal. 2. parte. cap. 38. in princip. numer. 7. D. Molina lib. 2. de Hispan. primogen. c. 13. nume. 5. cum sequentibus.

Et in terminis nostris quòd dispensatio circa impedimenta matrimonij, cum dependeat à voluntate principis, præsumatur difficilis, & etiam impossibilis, licèt sit de solitis concedi tenet Ioan. Baptista Plotus inter consilia matrimonij. conf. 58. numer. 10. quem refert & sequitur Ioseph. Mascard. de probat. conclus. 1034. numer. 34. fol. 289. Nec obstat quòd in tertio & quarto gradu consanguinitatis vel affinitatis summus Pontifex assiduè soleat dispensare, ac proinde hoc casu fallit regula dict. §. constat, cum simil. vt ex ipsis patet, & sic non reputetur impossibile, neque difficile, vt cum communi resoluunt Couar. & D.

& D. Molin. vbi supra, vterque nume. 8. quoniam hoc procedit supposita veritate precum, secus aliàs per prædicta. Cum igitur hæc ita se habeant, & in præd. dispensationibus ad matrimonia contrahenda forma videatur data iudici delegato à Papâ, illis nempe verbis, Et si per informationem eandem repereris quod preces veritate nitantur, super quo conscientiam tuam oneramus, &c. † consequitur, quod si vna ex præd. causis sit falsa, corruat dispensatio: quia quotiescumque statutum, vel cõstitutio (adde tu, vel ipse princeps concedens) aliquid exprimit circa actum conficiendum aliter quam à iure cõmuni sit dispositum, censetur inducta forma, secundum Petrum Anchar. consil. 35. visa quadam. Areti. in l. 1. ff. de lib. & posth. Felin. in capit. cum dilecta, numer. 6. versicul. nonum signum. de rescrip. sequitur Decius consil. 531. accurate, numer. 1. & consil. 532. pro vera, numer. 3. Ias. consil. 97. in præsent. numer. 2. libr. 4. est communis conclusio, vt cum his, & alijs, quos refert sequitur, & affirmat Francisc. Becius consil. 12. numer. 23. & iterum consil. 62. numer. 43. lib. 1. Sed in his dispensationibus exprimitur causa verificanda, hoc est, preces narratæ circa actum conficiendum dispensationis aliter quam à iure communi sit dispositum: eo etenim iure hæc vel illæ causæ non erant expressè præter contentas in d. capit. quia circa. quoniam dependent solum à voluntate principis, vt prædiximus: igitur dum dicitur quod preces veritate nitantur, videtur per hoc induci forma.

111 Præcipuè quia vbiunque lex vel statutum introducit aliquid cum certis modificationibus, quicquid ibi exprimat, censetur de forma secundum eundem Ancharran. consil. 241. ex tenore, sequitur Felinus vbi supra, ibi, Dando iurisdictionem modificatam, omnia censentur de forma, & Decius consil. 262. in in causa, numer. 4. & in alijs pluribus consilijs relatis à Becio. d. consil. 12. numer. 24. & d. consil. 62. numer. 43. Sed Papain proposito ex adiectione prædictæ

clausulæ modificat suam gratiam, nempe vt ita demum delegatus cui negotium expediendum committit, dispenset, si repererit quod preces veritate nitantur: igitur per hoc forma inducta videtur omnino seruanda.

112 Prætereà vbi in dispositione legis vel hominis ponitur aliquid conditionaliter, illud dicitur esse de forma, secundum Bald. in auth. matri & auia. 2. colum. ibi: Quidam tamen dicunt. C. quando mult. tutel. officio fungi poss. quem sequitur Felin. in d. c. cum dilecta. num. 6. vers. 2. signum, probatur. in l. Meuius. ff. de cõd. & demonst. tenet Dec. consil. 466. nu. 18. & consil. 532. pro vera, nu. 4. Becius consil. 39. nu. 19. sed in dispensationibus huiusmodi ea conditio adijcitur, Et si per informationem eandem repereris, quod preces veritate nitantur, &c. † Per dictionem namq; Si, &c. inducitur conditio, vt in l. 1. vbi glo. & Bart. nu. 3. idē Bart. in l. demonstratio. §. qui autem. num. 6. ff. de cond. & demonst. DD. in rubri. ff. de cond. & demonst. Ant. Gom. 3. tom. cap. 12. delegat. numer. 56. Becius consil. 41. numer. 26.

114 Forma autem est indiuidua, & diuisio formam corrumpit secundum Bald. in l. si seruus. ff. si quis cautio. Alex. in l. si is qui quadringenta. §. quædam. ff. ad l. Falcid. sequitur plures in id citans Becius d. consil. 12. numer. 30. vbi etiam cum Iacob. Butricar. & Alberi. quod forma est de genere indiuisibilium: † & rufus numer. 31. cum alijs, quod quando plures solennitates requiruntur ad actum, omnes sunt obseruandæ, & si vna deficiat, omnes sunt ex integro reficiendæ.

116 Imò secundum Riminald. consil. 190. visa facti, numer. 33. vbi plura sunt requisita de forma, omnia debent seruari, etiam si aliquid ex eis videatur superfluū vel non præiudiciale: & inquit Angel. & alij, in l. 1. §. sed si mihi. ff. de verbor. obliga. quod in his quæ sunt de forma, vtiliter per inutile vitiatur, sequitur prædicta Becius d. consil. 12. numer. 32. Accedit, quod forma inducta à lege, vel statuto, in dubio censetur substantialis.

Zz & sem.

118 & semper ad vnguem, & præcise seruari
 debet, † nec potest obseruari per equipol-
 lens, & non obseruata corrumpit actus, non
 solum si contra formam, sed etiam si præ-
 ter formam fiat actus, vt ex communi-
 bus conclusionibus plures authores v-
 nius cuiusque citans probat Becius d.
 119 consi. 12. nu. 15. cum sequentibus. † Tan-
 de formæ omisio etiam in qualitate vel
 minima viciat, secund. Anto. de Butrio
 in cap. fin. 7. notab. de resti spol. Bald.
 Imol. & alios in. l. 1. ff. delib. & posth.
 Felin. in d. capit. cum dilecta. numer. 10.
 versi. ampliat. 10. Iaf. consil. 165. viso, an-
 te fin. & consil. 191. placet mihi, column.
 1. libr. 2. & in consi. 97. in præsentis testa-
 mento, volumi. 4. Decius in capit. pru-
 dentiam. in 4. notab. de officio delegat.
 Denique fines mandati diligenter sunt
 obseruandi, vt in. l. diligenter, in princip.
 cum simil. ff. mandat. & iudex delegatus
 nullatenus egredi potest commissio-
 nis suæ fines, iuxta illud Pauli ad Timoth.
 120 capit. 6. ad fin. † Præcipio tibi coram
 Deo, vt serues mandatum sine macula:
 & quicquid vltra, aut secus agit, nulli-
 ter agit, capit. cum olim, de priuileg. ca-
 pit. cum dilecta. de rescrip. vbi latè Feli.
 numer. 7. cum sequentibus. omne enim
 quod fit non solum contra, sed etiam
 præter commissio-
 nis formam, est nul-
 lum ipso iure, vt in. l. illud. §. sed si ita, &
 ibi Bart. ff. quod cuiusque vniuer. nom.
 probat latè Mexia in. l. regia Toleti *de los*
terminos in 11. fundamento. 2. partis. nu-
 mer. 2. vbi num 3. quod non solum man-
 datum est seruandum, sed etiam qualitas
 mandati, vt in cap. cum venissem, de eo
 qui mitt. in poss. caus. rei seruand. & ibi
 Bald. Nihilominus in quæstione princi-
 palis sit deliberationi locus, vnaquæque
 enim opinio suprad. sustentabilis at-
 que probabilis videtur, sed posterior
 probabilior atque securior, forma enim
 censetur dari, & constitui à delegante in
 mandato, etiam si ordo alioqui iure re-
 quisitus inibi exponatur: iuxta text. in
 d. capit. cum dilecta, de rescrip. iuxta pri-
 mum intellectum glossæ ibi verb. iuris
 ordinem, quem sequuntur ibi Abb. &

Feli. in versi. primum signum idem Abb.
 & Feli. nu. 8. in cap. caulam quæ, de re iu-
 dic. D. Couar. alios allegans in c. alma ma-
 ter. 1. par. relect. §. 9. num. 8. versi. quibus
 suffragatur, de sententia ex com. libr. 6.
 Nec obstat, non inducere formam nec
 conditionem ea, quæ iure insunt, si ab-
 homine exprimentur, vt in. l. conditio-
 nes quæ extrinsecus. ff. de cond. & de-
 monst. & in. l. 3. & ibi notatur. ff. de leg. 1.
 vbi hæc est communis sententia: sed clau-
 sula si preces veritate nitantur, etiam si
 non apponatur, censetur & intelligitur
 apponita, vt in d. c. 2. cū simil. de rescrip.
 ergo, & c. hoc namque verum est cum eo
 modo, & in eum finem ab homine expri-
 muntur, quo & in quem iure tradita
 sunt: secus si ea, quæ iure insunt, ad instu-
 ctionem causæ, & ad iustitiam mini-
 strandam ab homine in mandatis tradā-
 tur, ex præsumpta hominis mente ad for-
 mam, & solennitatem constituendam,
 veluti si speciali quadam cautela ordo iu-
 ris modum procedendi concernens fue-
 rit traditus, quia tunc formam cōstituit,
 vt tenet Abb. & cæteri supra citati, & Al-
 bertus Brun. quos refert, & sequitur Co-
 uar. vbi supra, versi. nec obstat. Sed in præ-
 dictis dispensationibus hoc contingit,
 quia in eis enixe mandatur delegatis, vt
 diligenter super causis narratis se in for-
 ment, & si per d. informationem repere-
 rint, quod preces veritate nitantur, su-
 per quo conscientiam tuam oneramus
 igitur, & c. Hæc circa primum distinctio-
 nis casum, nempe quando quælibet ex
 causis narratis Summo Pontifici erat de
 per se sufficiens ad dispensandum.

Si verò nulla ex causis narratis Summo
 Pontifici ad dispensationē ad matrimo-
 nium contrahendum obtinendam est
 de per se sufficiens, tunc si illa, quæ fal-
 so narrata est, est ita principalis, aut ma-
 gis, sicut cæteræ, quæ vere existunt, sic-
 que videtur principem æquè principa-
 liter motum fuisse ex omnibus, tunc de-
 fectus & falsitas vnius vitiabit proculdu-
 bio gratiam à fortiori ex supradictis: &
 ex traditis per Nauarr. vbi supra d. c. 22.
 num. 86. versi. 1. dicentem, quancunque
 expressio-

expressione falsi mouentis principem ad gratiam concedendam, nocere: non autem quamlibet taciturnitatem veri id facientis, sed solum eam, qua tacetur verum, quod iura iubent exprimi secund. Rot. in nouis decis. 32. nu. 5. de rescript. & Bellamer. decis. 698. & Feli. in c. postulasti, col. 4. nu. 1. in vers. declara etiã notabiliter, de rescrip. diximus supra d. lib. 1. c. 15. nu. 3. Accedit præterea quod dispensationes sunt stricti iuris, ac proinde de vno casu ad alium etiam maiorem rationem habentem extendi non valent, vt ex text. in. cap. cui de non sacerdotali, de præb. lib. 6. & alijs late probat D. Molin. de Hisp. primoge. lib. 2. c. 4. nu. 48. & 49. & Quintil. Mandos. in regul. de idioma-
 126 te. 7. q. nu. 5. quicquid contrarium conetur probare Dec. in l. non debet cui, nu. 6. ff. de reg. iur. nempe quod dispensatio de casu ad casum ex maiori ratione extendi valeat, quem reprobat Moli. vbi supra: & quanuis Villadieg. in tract. de legat. q. 14. nu. 20. vol. 14. tract. diuer. doct. in antiquis teneat, quod potestas dispensandi data Episcopo, vel alij cuicumque, ex iuris dispositione extendatur ad casum non expressum ex identitate rationis, nõ obstat, quoniam loquitur quando ex dispositione iuris id conceditur, nos verò agimus, quãdo ex principis gratia id permittitur contra iuris dispositionem.

125 Hinc est, vt quanuis potestas alicui à principe concessa legitimandi aut dispensandi contra ius, vt fauorabilis sit extendenda ac benigne intelligenda, non verò strictè, iuxta tex. sic intelligendum in. c. per venerabilem, qui filij sint legit. est que communis opinio, vt plures referēs restatur eam sequutus D. Couar. in 4. de spons. 2. p. c. 8. §. 8. nu. 6. ipsa tamen dispensatio odiosa est, ac strictè interpretanda, vt in. c. 1. & 2. de filijs presbyt. in. 6. ita vt in ea nõ sit locus argumen. de maiori ad minus, vt in d. c. cui de nõ sacerdotali, de præb. lib. 6. & in c. si. de translat. Episcopi. id quod latius probat D. Couar. vbi supra, d. c. 3. §. 8. n. 11. hoc est clari⁹ dicere, quod si facultas dispensandi cõsideretur quo ad ius cõcedentis, tunc larga interpretatio

est faciẽda, vt in c. cù dilectus, de consuetud. Si verò cõsideretur ex parte eius, cù quo dispensatur, tunc strictè est interpretanda, vt minus recedatur à iure comuni quã fieri possit, in eo enim reperitur odiũ quia ius cõmune contradicit, & idèo satis est ei quod dispensatio aliquid operetur, argu. d. c. 1. & 2. de filijs presbyt. lib. 6. ita Ioan. And. in. c. si. de simonia, quem sequitur Abb. Sicul. in. c. at si clerici. §. de adulterijs, de iudic. eosq; referens Villadieg. vbi supra, nu. 31. & inquit Gigas de pensione. q. 18. nu. 8. vol. 15. tractat. diuer. doct. in antiquis, quod argumentũ de maiori ad minus locum non habet in dispensatione iam facta, per doctrinã Hostiensis in c. postulasti, de rescrip. ¶ Quinimò nec etiã ex idẽtitate vel maiori ratione valet argumentum de maiori ad minus in dispensationibus iam factis, tradit latè Feli. in. c. postulasti. nu. 8. prope si. in vers. regula est, de rescript. vbi nu. seqq. octo limitationes cumulat, quarum nulla obest huic tertio fundamẽto, de quo nũc agimus: aliam limitationem ponit D. Sarmiet. in tract. de reddit. Ecclesię 4. p. c. 4. nu. 5. quę etiam non nocet in proposito.

Quare cum causę appositę in dispensatione ad contrahendum matrimonium sint à partibus narratę, ad quas idèo probandas ipsę se astrinxisse tacite visę fuerint, ac Papa his consentiat faciendo cù eis gratiam præd. dum modo preces veritate nitantur, & onerando super hoc conscientiam iudicis ad hoc delegati, sic que videatur quodam modo contractus quidam celebratus in hoc gratia cõcessa, si ita est, & non alias, & cum agatur de gratia dispensationis iam facta, ex parte eorum cum quibus dispelatur, strictè est interpretanda; tanquã odiũ hac cõsideratione cõtinens, vt minus recedatur à iure cõmuni quã fieri possit. Quarto ead. doctrina probatur ex sæpe relata magis cõmuni principali sententia, quã supra probauimus ex d. c. postulasti, quia nõ est dubitadũ, quin si causa falso narrata Pape sit equè principalis, aut magis sicut ceterę, cù nõ mouerit leuiter ad cõcedendũ, & q̄ ea deficiente difficilior redderetur ad

Zz 2 conceden-

concedendam: ergo vitiat gratiam, per
supradicta

Quinto, quia hæc literæ Apostolicæ
dispensationū eum sint strictè interpre-
tandæ ex parte eorum, cum quibus dispē-
satur, vt prædiximus, tantum valent quā-
tum sonant, ac pròinde si causa expressa
non verificatur, sed potius falsa reperit-
tur, nec gratia locum habebit: argumen-
l. 4. §. toties, cum simil. ff. de dam. in fact.
vbi quod quando non conueniunt ver-
ba. l. nec ipsis. l. dispositio locum habet,
diximus latè consi. 1. nu. 8. & consi. 2. nu.
127 18. Nec aduersus dicta in hac tertia do-
ctrina & regula obstat, quod tradit Fel.
in d. c. postulasti. nu. 13. in versi. adde etiā
septimam limitationem, de rescrip. dicēs
quod dispensatio facta in materia matri-
moniali, debet intelligi large in fauorem
matrimonij, nisi ex larga interpretatio-
ne sequeretur scādalum, vt dicit late pro-
bare Nicolaum Milis in suo reperro. in
ultima dispensat. in. §. 1. & quod ad hoc
inducit. c. quod dilectio. de consanguin.
& affinit. & extr. ag. Clemēt. VI. incipit
nuper, nam in d. extrauag. dispensatio fa-
cta super simplici, trahitur ad mixtum,
nempe dispensatio facta simpliciter in 4.
gradu, trahitur ad casum vbi tertius gra-
dus est cum tertio mixtus, quod non fie-
ret, si dicta dispensatio esset odiosa, quia
tunc non traheretur ad mixtum, iuxta
doctrinam Bart. in l. 2. in princip. ff. de
verb. oblig. imò plus probat d. extraua-
gans, nempe quod trahitur ibi dispensa-
tio ad casum mixtū, etiamsi id quod mis-
cet de per se sumptum sit difficilioris
dispensationis, vt pote tertij gradus, quā
super quo expresse dispensatur, hoc est
quartus gradus: hæc Felin. vbi supra, hoc
namque non contradicit superioribus,
nam cum consanguinitas à gradu remo-
tiori in linea æquali copulāda sit, vt quo
gradu remotior distat à comuni stipite,
128 eodem distet à cognato, qui stipiti pro-
pinquior est, vt in c. fi. de consang. & af-
finit. satis esse videtur remotioris tan-
tum gradus mentionem facere, vt de iu-
re respondendū esse existimat D. Couar.
d. c. 6. §. 10. nu. 12. & hoc hodie approba-

tur per d. constitutionem Clementis Pa-
pæ, nuper, nondum typis excusam, quā
citat Calderi. consi. 1. de consang. & af-
finit. Fel. & Couar. vbi supra. Nec obstat
secundū ipsum text. in d. c. quod dile-
ctio. de consang. & affinit, qui videbatur
probare contrarium, nam ex eo procedit
quod in ea prouincia cōsuetudine ob-
tentum erat dispensationes ad coniugia
ita esse intelligendas, vt sublato remotio-
ris gradus impedimento, non ex hoc pro-
pinquioris esset sublatū, quanuis ille gra-
dus ad computationem consanguinita-
tis nihil ageret: ita glo. Abb. & alij ibidē,
& Felin. vbi supra, n. 9. & 13. & in c. fi. col.
fin. de simon. & inquit Philip. Probus in
rubri. de cognat. spiritali, in 6. solere dis-
pensationem in præd. specie concedi du-
plicibus literis: primæ enim dantur super
quarto gradu, & sic remotiori, secundæ
super tertio declaratoriæ, vt refert Co-
uar. vbi supra in fi. d. num. 12. hodie Pius
Quintus Pontifex Max. suo motu pro-
prio edito ann. 1566. constitutionē præ-
dictam Clemēt. VI. nuper, & aliam simi-
lè Greg. XI. approbavit declarans, id esse
conforme dispositioni iuris cōmunis,
ac laudabili, & antiquo Romanæ Eccle-
siæ stylo, vt cauetur in sua declaratione
super hoc facta, vbi additur quod de-
bent obtinere postea literæ declaratoriæ
super propinquiori gradu, iuxta Grego-
rij, & Clementis constitutiones: in quo
praxis communis stylus curiæ Romanæ
obtinuit, vt vidi in quam plurimis dis-
pensationibus ad matrimonia contra-
henda, vt exprimantur prædicti tertius
& quartus gradus consanguinitatis vel
affinitatis, & dispensandum commit-
titur verificatis precibus impedimen-
tum quarti gradus, declarandumq; non
obstare tertium.

Hic tamen particularis casus deci-
sus à iure, & declaratus à Summis Pon-
tificibus nobis non obest in prædicta
doctrina, quia est multum diuersus ab
ea, nec inde sumenda est limitatio ge-
neralis ad regulā, quæ habet, vt in dispo-
sitionibus contra ius non habeat locum
argumentum de maiori ad minus ex idē-
titate

titate vel maioritate rationis, ille si quidem casus procedit ex iuris cōmunis dispositione hodie à sede Apostolica approbata: ad cætera ergo, quæ sunt contra ius cōmune, prout est dispensatio ad contrahendum matrimonium in gradibus prohibitis, fieri non debet extensio etiam ex identitate vel maioritate rationis in fauorem impetrantis.

Quod si causa falso per ignorantiam & simplicitatem expressa Summo Pontifici ad impetrandum dispensationē ad matrimonium contrahendum, non sit equè principalis, sicut cæteræ veræ, nec tangit substantiam nec circumstantias necessarias dispensationis, sed potius sit leuis & talis, quæ verisimiliter ipsum Pontificem non mouit ad dispensandum, nec ea deficiente difficilior redderetur, sed potius appareret idem esse concessurum, tunc salua correctione sacrosanctę matris Ecclesię, ac sedis Apostolicę declaratione, cui in omnibus me humiliter subijcio ob huiusmodi falsam causã non crederem vitari gratiam dispensationis, dum tamen cætera in precibus contenta verificentur, argumen. d. c. super literis. in 2. part. de rescript. cum reliquis supra in proposito adductis: ex quibus hæc pars tertię regulę ac doctrinę comprobari potest: quæ etiã fulcitur ex eo quod licet testis, qui in vno est varius, contrarius, vel falso deponens, nullam fidem faciat, nec ei credendum sit in reliquis, †
130 quia qui in vno est calumniatus, præsumendum non est quod in alio verum dicat amplius, vt in l. si cui. §. i. §. dem, vers. si tamen. ff. de accusat. cap. pura. 3. quæst. 9. per quæ iura hæc est communis sententia, vt plures citans respondi consi. 36. n. 4. hoc tamen non procedit quoties falsitas non tangit substantiam, vel circoustantias negotij, super quo deponit, etiam si id fiat scienter, vt si dicat contrahentem esse aliunde quam sit, vel alterius affiné, vel similia, vel si sibi contradicat in modico, tunc enim non dicitur varius, vt cum alijs tradit Roland. & Valle consil. 33. nu. 3. & 7. lib. 2. & nos idem probauimus consi. 35. nu. 37. vel si esset falsitas cir-

ca aliqua accessoria, quia tunc in reliquis sibi credendum est, vt testatur esse cōmunē Iul. Clar. in pract. crim. §. si. q. 33. vers. scias tamen, & nos meminimus d. cōsi. 36. nu. 5. quicquid contrariū velit Menoch. de arbit. iud. lib. 2. centu. 2. casu 307. n. 6. nec in hac specie obstabunt, quæ in precedentibus in contrarium considerauimus ex præd. clausula dispensationū, Si preces veritate nitantur, super quo cōscientiam tuam oneramus, &c. quoniam illud procedit in causis principalibus & substantialibus dispensationis: at verò quando causa falso expressa leuis est, & huiusmodi vt prædiximus ex tacita ac verisimiliter mente Summi Pontificis (nisi aliud appareat) videtur de simili causa nõ sensisse, sed de ea, quæ præcipuè & non leuiter eum mouit.

131 Quarta regula & doctrina est, Veritas narratorum ad impetrandam dispensationem pro matrimonio contrahendo est consideranda secundum tempus impetrationis, quando veritas causę narratur de præsentis, non enim sufficit narrata fuisse vera, vt in d. capit. quia circa, de consangu. & affinit. vbi impetrans habuerat filiam, non tamen eam habebat tempore impetrationis, licet in ea eius meminerit ita Abb. per text. ibi, in d. capit. quia circa. num. 4. & cæteri scribentes: Quod aded verum est, vt procedat non solum quando causa dispensationis cessauit ante impetrationem ipsius, vt in d. c. quia circa, & ibi expresse notat DD. præcipuè Preposit. num. 1. in 3. & 4. notabilibus, sed etiam si cessauerit post ipsius cōcessionem, cum adhuc dispensatio est in fieri; ita scilicet vt ex ea non sit ius in perfecto esse: secus si ius sit iam perfectum, vt colligitur ex traditis per Tiraquel. de caus. cessant. limitatione. numer. 92. diximus supra lib. 1. cap. 15. numer. 22. Similiter etiam non sufficit narrata verificari, esseque vera post impetratam dispensationem, non verò ante, nec tempore impetrationis, secus d. Abb. in d. c. quia circa, nu. 4. verbi græta, si dispensatio inter consanguineos impetrata est cum copula, quæ quidem

minimè inter eos intercesserat, sed post eam impretratâ ante verificationem precum coram ordinario, cui negotiû commissum fuit consultò impetrantes coierunt, vt testes postea de copula deponerent, hoc namq; casu dispensatio tâquâ subreptitia ex causa falso narrata tempore, quo nondum cõtigerat, sed postea, præcipuè si scienter falso narrata fuit vt facilius concederetur, erit nulla, nec cõtrahentes securè in conscientia in matrimonio huiusmodi permanere possût, vt latè in terminis probat Anto. à Cordub. in sua summa *de casis de conciençia*, q. 45. in 2. opinione principal. cuius in hoc sententia verissima est: quinimò & procedit etiam cessante dolo, cum per ignorantiam vel simplicitatem, vel errorem ita narratum sit, cum re vera narratio copulæ induxerit Summum Pontificè ad præd. dispensationis gratiâ concedendam, & alias forte non fuisset cõcessurus, nisi alia adesset iusta, & sufficiens causa, quia sine causa non solet Summus Pontifex huiusmodi dispensationes concedere, cum non sufficiat narrata contingere, ac verificari post impetratam dispensationem, secund. Abb. vbi supra, quem refert & sequitur Ant. de Cordub. vbi supra, hodie tamen facilius dispensatur sine copula quâ cû ea, vt infra etiam dicemus. n. 137.

Si verò in dispensatione non fiat mentio copulæ, sed post ipsam impetratâ ante expeditionem ab ordinario factâ, cui commissâ res est, copula ipsa interueniat, vitabitur dispensatio, vt latè probauimus. d. lib. 1. c. 15. per totum, præcipuè au. 12. cum sequentibus.

134 Quinta regula est, Dispensatio pro matrimonio contrahendo scienter impetrata ex falsa causa, nempe per fraudem & malitiam, erit subreptitia, & nulla, etiam si causa illa falso narrata vel vera scienter tacita sit minus principalis, & sine qua Papa veritate narrata dispensaret, & hoc in poenam suæ peruersitatis, ne vllum ex illis literis cõmodum consequatur: argumen. tex. in d. c. super literis, in. 1. sui parte, de rescrip. & ibi communiter DD. iunctis his, quæ supra diximus iuxta il-

lam partem tex. & in terminis dispensationis ad matrimonium contrahendum per illum text. hoc probat Anto. de Cordub. vbi supra, in 1. opinione, in secunda ratione primi puncti, in versu. *porque quando se hizo scienter*, &c. idque est verissimum.

135 Sexta & vltima regula ac doctrina est: Si ante dispensationis impetrationem matrimonium fuerit scienter contractum, vt dispensatio teneat, necesse est hoc in ipsa supplicatione exprimere, iuxta regulam Cancel. 47. & ibi glos. ex his, quæ in d. c. postulasti, notantur, sequitur Couar. in 4. de sponsal. 2. par. c. 6. §. 10. nu. 13. in fin. vbi nu. 14. quod si matrimoniû scienter à consanguineis contractum fuerit, ea intentione & prauo consilio, vt cum eis in dispensatione mitius agatur, huius consilij & fraudis mentio exponenda est Romano Pontifici, alioqui dispensatio non tenebit, etiam si mentio matrimonij contracti facta fuerit, secund. Nauar. in repet. c. si quando, col. 14. de rescrip. Quod apertius procedit, si cõsideremus, quod licet olim facilius dispensabatur cû impeditis, † qui iam etiam scienter contraxerunt, & consumauerunt matrimonium, hodie tamen iure Concil. Trident. sessio. 24. c. 5, de reformat. matrim. difficilius dispensatur. Hinc colligitur, quod consumatio illius matrimonij, quæ olim inclinabat Papam ad dispensandum, hodie retrahit, vt ex supradictis constat, & tenet expresso Nauar. in man. Lat. c. 22. n. 86. & Ant. à Cordub. d. q. 45. in 2. ratione, 1. opinionis, sicque proculdubio præd. qualitas necessario exprimenda erit, alioqui dispensatio si concedatur in præd. specie, tacita præd. veritate erit nulla, vt in d. c. Concil. Trident. & insinuât præcitati auctores.

S Y M M A R I V M.

- 1 Sententia excommunicationis lata absq; vltima præcautione citatione, an sit valida, & numeris seqq. per totam questionem.
- 3 Citatio videtur à Dep omnipotenti originem duxisse.

Citatio

- 4 Citatio quatenus continet defensionem, est de iure naturali.
- 5 Iustitia ratione naturali ministranda est à quo cumque principe, alioqui tyrannidē exercebit princeps, qui ius suum unicuique non red diderit.
- 6 Princeps non potest tollere primam citationem, cum sit defensio à iure naturali descendens.
- 7 Princeps non potest cognoscere parte non citata.
- 8 Citatio etiam fomentum habet à iure canonico.
- 9 Absentem non citatum diuina atque humanae leges iudicare prohibent.
- 10 Sententia lata sine citatione etiam in fauorem absentis est ipso iure nulla.
- 11 Citatio est de substantia ordinis iudiciarij eiusq; defectus vitiat processum.
- 12 Citatio requiritur etiam si à partibus sit data potestas arbitris sententiandi etiam ipsis absentibus, nisi adiiciatur etiam non citatis, alias sententia erit nulla.
- 13 Prorogatio instantiæ facta ab arbitris etiam vigore facultatis à partibus sibi concessa debet eisdem notificari, alias non valebit.
- 14 Citatio iure canonico requiritur, & trina monitio, vel ex causa, vna pro tribus cum distinctis dierum interuallis ad excommunicationem proferendam.
- 15 Citatio seu monitio, quæ requiritur ad excommunicationem proferendam, personalis esse debet.
- 16 Excommunicatio proferri non debet nisi pro peccato mortali aut inobedientia iusti præcepti, &c.
- 17 Quotiescunque quis certus est non peccasse mortaliter contra obedientiam Ecclesiæ, tutam conscientiam habere potest nullam excommunicationem incurrisse apud Deum, nec esse priuatum Ecclesiæ suffragijs, licet quandoq; posset eum propter falsam presumptionem arcere ab externo fidelium ceotu.
- 18 Admonitio est de essentia excommunicationis, alias ea non precedente, excommunicatio non teneret.
- 19 Excommunicatio iniusta ratione notabilis ordinis iuris omisi, ligat in utroque foro. Idem in excommunicatione iniusta ratione causæ, hæc namque timenda & obseruanda est, licet non priuet communibus, & generalibus suffragijs Ecclesiæ.
- Excommunicatio autem nulla, si id notorie constat, non est timenda quoad Deum, nec quoad Ecclesiam, vt latius eodem nu. 19.
- 20 Excommunicationis nullæ plures casus remissive referuntur.
- 21 Excommunicatio lata post appellationem legitimam est nulla: quod procedit in extraiudicialibus, vt in numer. 22. limitatur tamen hæc conclusio, quando prælatus procedit extraiudicialiter, vt pars ad conseruationem iurium suorum, vt in numer. 24. vbi quomodo hoc intelligatur,
- 22 Arreptio itineris ad Papam super causa, quæ coram ordinario vertebatur, habetur pro appellatione, si eam coram Papa grauatus prosequatur.
- 23 Appellatio post excommunicationem prolata interposita non suspendit excommunicationis effectum, sed appellatione non obstante, sententia excommunicationis operatur effectum suum executionis, quem secum habet, & potest iudex à quo cum denunciare, & publicare excommunicatum, vt ab alijs euitur.
- 25 Clericus si post legitimam appellationem à se interpositam, de qua confilit, de facto excommunicatur, cum de iure non sit excommunicandus, si interim celebret, non erit irregularis: & numer. 26. an hoc etiam procedat, quando lapso termino ad appellationem à iure, vel à iudice statuto prosequendam, eam prosequitur, & numer. sequenti. & numer. 28. & 29. quid si sit in hac specie postrema iam publice denunciatus hic celebrans: limitatur communis præd. nu. 33.
- 27 Renuntiare non censetur quis regulariter iuri attentatorum sibi quæsito contra attentata post appellationem per desertionem eiusdem.
- 30 Excommunicatio lata post appellationem legitimam, non habet effectum, nec vires assumit, licet postea appellatio fuerit desertata, vel eidem denunciatus tacite: secus si expressæ.
- 31 In censuris admittenda non est iuris ciuiliis fectio, vt retrorahantur.
- 32 Excommunicatus post suam legitimam appellationem quare denunciatur publice, & euitari præcipitur in omnibus, si vere non est excommunicatus.

- 33 *Excommunicatio lata post legitimam appellationem, tunc non impedit celebrationem, quoties sic excommunicatus instam esse credebat suam appellationem, secus si iuste crederet se esse excommunicatum, qui a tunc celebrando efficitur irregularis.*

CAPVT XVI:

An sententia excommunicationis lata absque vlla citatione, sit nulla vel valida, licet iniusta. Itē an & quādo per appellationem suspendatur excommunicatio, & quando non.

Quæstio hæc indubia videtur, quādoquidem omnia iura proclamant, citationem primam aded esse necessariam, vt sententia absq; ea lata sit nullius momenti.

- I Nihilominus tamen, quod sit valida, probatur: nam licet trina monitio, vel vna pro tribus, videatur esse de essentia excommunicationis, quia est ordo correctionis fraternæ expressus in Euangelio Matth. c. 18. nihilominus non est ita, Summi namque Pontifices in. c. cū medicinalis, & in. c. constitutionem. de sententia excom. in 6. non censent huiusmodi excommunicationem prætermisso illo ordine latam, esse iure irritam, sed iubent recurrendum ad superiorem, qui illam, si equum iudicauerit, irritet. Idē in c. de illicita. 24. quæst. 3. ergo est iniusta, non verò nulla: & iudex, qui huiusmodi monitione Canonica prætermissa, in aliquem sententiam excommunicationis protulerit, punitur ipso iure pœna interdictionis ingressus Ecclesiæ vnus mensis, & suspensione à diuinis officijs, insuper & alia pœna condigna mulctabitur à superiore, si sibi visum fuerit, præter solutionem expensarum & interesse sic iniuste excommunicato soluendi: qui quidē superior sententiam ipsam excommunicationis sic iniustam sine difficultate relaxabit, vt in. c. sacro. de sententia excō-

municationis, & in. c. 1. eod. tit. lib. 6. & in d. c. de illicita, & DD. communiter vbiq; de hoc agunt. Nec obstat quod præd. trina monitio sit de ordine Euangelij, vt prædiximus, quoniam non eo ipso quod prætermittitur prædictus ordo, irritatur excommunicatio, præterquam in casu speciali. c. statuimus, & c. constitutionem, de sententia excom. lib. 6. in excommunicatione maiore ferenda contra participantes cum excommunicato, quia tunc pro forma substantiali requiritur trina monitio, vel vna pro tribus, ita vt si aliter, eo ordine omisso, in eos feratur, sit nulla: quod expresse probatur in illis iuribus, & esse in eis casum specialem fatentur omnes vnanimiter, quia sic extat expresse iure decisum: ergo extra illum casum sententia excommunicationis lata, non seruato præfato ordine Canonico trine monitionis, vel vnus pro tribus, quanuis sit iniusta, & iudex eam ferens puniatur prædictis pœnis, attamen non erit nulla, sed valida ipso iure, vt probat tex. vbi glos. communiter recepta, verbo iniustas, in c. Romana, de sententia excom. lib. 6. glos. 2. in d. c. sacro. & ibi communiter DD. glos. in summa. 2. quæst. 1. glos. in. c. 1. de excess. prælat. glos. in. c. 1. de sent. excō. libr. 6. verbo causam, ad fi. & ibi Ioann. Andr. Dominic. & Philip. Franc. Abb. in. cap. qua fronte. nu. 7. & in. c. reprehensibilis, nu. 13. post glos. ibi, de appellat. idem Pannormit. in. c. ad audientiam. eod. tit. in fin. vbi Dec. Nicola: Plou. de excommunic. c. fi. nu. 1. vol. 16. tracta. diuers. doct. sequitur Nauar. in man. c. 27. nu. 3. & 8. & hæc est communis opinio, secundum D. Couar. qui eam probat in. c. alma mater. 1. par. §. 9. nu. 7. de sententia excommunicationis, lib. 6. & ex Theologis eandem sententiā probarunt Paludan. in 4. distinct. 18. & Durand. ibidem, Archiepiscopus Florenti. de excommunic. c. 74. num. 5. vol. 16. tractat. diuers. doct. Syluest. in summa, verbo excōmunicatio. 1. nu. 12, & Armilla aurea verbo excōmunicatio. 1. nu. 12. Victoria in summa, tit. de excōmunic. nu. 6. Domin. à Sot. in 4. distinct.

distinct. 22. quæst. 1. artic. 2. versu. quod si sciliciteris, &c. & iterum artic. 3. versu. sententia verò. Ioseph. Angles in suis floribus. Theologic. quæst. in titul. de excommunicatione. pag. 47. in conclus. quando excommunicationis sententia est iniusta, &c. itaque hæc est verus communis & indubitata sententia, vt asserit eam sequutus aduersus eundem Sot. de ration. telegend. & detegend. secret. membro. 3. quæstio. 1. fol. 70. colum. 1. frater Ant. à Cordub. in suo quæstion. lib. 1. quæst. 43. colum. 4. in versu. si verò sententia, vbi quod secundum omnes DD. ligat hæc sententia excommunicationis lata contra formam d. c. sacro. & d. c. cum medicinalis, & sic iniusta, ex defectu notabili ordinis iuris, secundum omnes DD. ligat in vtroque foro: nam licet verum sit in alijs sententijs cõdemnatiuis & definitiuis, quod ex solo notabili defectu ordinis iuris sint inualide, nec tenent: secus est in sententia excommunicationis, quæ si aliàs non est nulla, sed ex solo defectu notabili ordinis iuris iniusta, valida est, & tenet in vtroque foro, & suum effectum habet, & in secreto seruanda est, quanuis iudex puniatur, quia sic iura disponunt. Nec tenendo hanc partem obstat scrupulus, qui seorsum offert, is nempe, quod prædicta communis sententia, quam modo retulimus, loquitur in trina monitione Canonica à iure requisita, vel vna pro tribus tres terminos distinctos completens, & sic quando omittitur hic ordo, quo casu nil mirum quod sententia excommunicationis non sit nulla, quanuis sit iniustissima: sacri enim Canones considerantes graue pondus censuræ, merito tres monitiones requisierunt præcedere: debere ad ipsam incurrendam: tum vt cum maxima deliberatione, non verò leuiter ea ferretur, tum etiam, vt cum sit maior poena, quã est in Ecclesia Dei, excommunicandus nullo modo ignorantiam prætereundere posset comminationis ipsius, sed ad eum omnino conuincendum prius, ne forsan conquereretur, primam & secundam monitionem ad suam notitiam minimè peruenisse, tertiam quoq;

monitionem requisierunt exemplo Euãgeliij, Si peccauerit, &c. quare si ex his duæ omittantur, vna tamen interueniente, iniuste fit ob ordinem rectum omisum, sed tamen non nulliter, quia saltem vna monitio præcessit: sicque non videtur præfata communis sententia decidere nostram quæstionem, in qua nulla citatio vel monitio præcessit vt prædiximus, ideoque videtur in ea specie nullã esse sententiam excommunicationis ob defectum primæ citationis, per omnia infra dicenda pro contraria parte: non inquam hoc obest, quia licet nostra principalis quæstio proposita sit, vbi nulla citatio vel monitio præcessit, cum tamen communis præd. non solum loquatur quando prætermisus fuit ille ordo trina citationis, sed etiam vnus pro tribus consequi ex hoc videtur, idem esse dicendum in defectu vnicæ citationis pro tribus, & sic quando nulla monitio, neque citatio præcessit: quod si hoc ita est, habemus intentum. Quinimò & hoc in terminis voluisse videtur Caietã. super Thom. 2. 2. quæstio. 69. artic. 2. ad 2. dum tenet, quod licet potest excommunicatione comminari ne fiat peccatum futurum, ita & post factum potest excommunicari, qui fecit, non solum sub conditione si non restituerit, sed absolute: & in terminis quod valeat excommunicatio non præmissa monitione, refert tenere gloss. & Abb. in c. cum sit Romana, de ap. pel. aliosque plures DD. Antonius Gabriel lib. 2. de citatio. conclus. 1. nu. 154. eum sequentibus.

- 1 His tamen non refragantibus contrarium est verius & tenendum, imò quod sententia excommunicationis lata absque citatione sit nulla, & idque sequentibus fudamētis astruitur. In primis quia citatio videtur ab ipso Deo omnipotentis originem duxisse, dum conquirens Adamum post peccatum à se commissum vscendo de ligno scientiæ boni & mali contra prohibitionem, & præceptum Domini, dixit ei, Adam vbi es? Gen. 3. Similiter Sodoma voluit audita iudicare, prius quam manifestè cognosceret: vnde ipse

ait: Descendam & videbo; vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, annon est ita, vt sciam: Deus namque omnipotens, cui nihil est absconditum, sed ei omnia manifesta sunt, antequam fiant, non idèd hæc & alia multa per se inquirere dignatus est, quod ea ignoreret, sed vt nobis exemplum daret, ne præcipites in discutiendis & iudicandis negotijs essemus, cuius exemplo mouetur, ne ad proferendam sententiam vnquam præcipites simus, ac temere, indiligenter, que probata, indiscussa quoquo modo iudicemus, dicente veritate: Nolite iudicare, & non iudicabimini, & reliqua, vt in cap. Deus omnipotens. 2. q. 1. vbi alia similia in proposito scribuntur, vt per Sebastian. Vant. & Marant. numer. 10. in locis statim citandis, & Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 17. nu. 5.

4 Similiter etiam citatio, quatenus continet defensionem, est de iure naturali. text. est formalis & expressus in Clementina pastoralis. §. verum, de re iudicat. ibi: Defensionis, quæ à iure prouenit naturali, facultas adiungi valuisset, cum illa imperatori tollere non licuerit, quæ iuris naturalis existunt, &c. text. in cap. cum olim, ibi: Citetis ad causam, & facultate sibi defensionis indulta, &c. de dol. & contum. Vnde Bald. in l. exequutorem, numero. 34. versic. rursus citatio. C. de exequut. rei iudic. dixit, solennitatem citationis non per se, sed propter defensionem esse iuris naturalis; quem refert & sequitur Felin. in capit. cum olim. colu. 8. in princip. numer. 11. de re iudic. & Sebastian. Vantius de nullit. ex defect. citationis. in princip. numer. 6. Marant. de ord. iud. 4. par. distinct. 9. num. 9. & distinct. 16. num. 10. & iterum in 6. par. c. de citatione. num. 3. cum sequentibus. Menoch. vbi supra. D. Couar. in pract. quæstio. cap. 23. nu. 6. versic. opinamur, dicens citationem iure naturali inductam esse, qua ex parte necessaria est ad defensionem innocentis, & vt ius suum vniciuique reddatur: denique ad iustitiæ ministerium: iustitia namque, ratione naturali ministranda est à quocunque principe, alioqui tyranni-

dem exercebit princeps qui ius suum vniciuique nõ reddiderit. Didac. Perez in l. 2. titul. 4. lib. 3. ord. colum. 948. ibi, Qui textus, &c. & latius plures referens idem in l. 2. tit. 2. lib. 3. ord. colum. 814. cum sequenti. & iterum in l. 1. tit. 8. eod. lib. 3. colum. 997. in princip. & Ant. Gom. in l. 76. Taur. num. 9. & Petr. Dueñ. in regul. 43. colum. penul. ad medium, qui omnes idèd probant principem non posse tollere hanc primam citationem, cum sit defensio à iure naturali descendens: quod & tradit Roland. à Vall. consi. 29. num. 39. cum sequentibus lib. 1. est que cõmunis opinio probata in d. §. verum, vt plures allegans testatur Vantius vbi supra, num. 8. & alias peccat, mortalique culpa irretitur, secudum D. Couar. vbi supra, qui nõnullas limitationes refert: ex causa tamen quod possit princeps tollere citationem & defensionem, probat post alios, quos citat Loazes in allegat. iuris in responsion. ad 5. & 6. fundam. num. 65. & 7. 66. pagi. 337. † Quinimò nec ipse princeps posset cognoscere & iudicare, parte non citata, vt aduersus Bald. plurimos allegans bene probat Tiraquel. in tract. res inter alios acta, pagin. 22. paulò post princip.

8 Præterea citatio fomentum habet à iure canonico. c. 1. de caus. pos. & propriet. ibi, Nec nos contra inauditam partem aliquid possumus diffinire iure, etiam civili citatio necessaria est, vt in l. de vnoquoque. cum simil. ff. de re iudic. & quod citatio regulariter requiratur in quocunque actu, ponit regulam cù pluribus fallentibus Marant. de ord. iud. 6. par. c. de citat. per totum, fol. 353. & Dueñas in regula 92. per totam, & additio Bernard. Diaz in regula 78.

9 Diuina, igitur atque humanæ leges absentes iudicare prohibent, si modò cõtumacia nõ absint. c. absentes. c. absentiæ. c. caueat. c. omnia. 3. q. 9. l. ea que. C. quomo. & quã. iud. & in l. de vnoquoque. ff. de re iudic.

10 Quo fit, vt solennitas citationis ad eò substantialis censetur, quod si absque eassententia etiã in fauore absentis feratur. sit ipso iure nulla, vt voluit Bart. in extrauag.

trauag. ad reprimendum, in verb. figura, in fi. & in d. l. ea que, vbi Bal. col. 2. in fi. C. quom. & qua. iud. & in l. furioso. vbi Alex. & Ias. dicunt hoc communiter teneri. ff. de re iudic. quod etiam ex eisdem aliofq; citans testatur Vantius vbi supra, nu. 10. idem probat Didac. Perez in d. colu. 948. versi. citatio, † dicens esse de substantia ordinis iudiciarij, & quod eius defectus annullat processum, vt in. §. omnium, instit. de poen. temer. litigan. Clemen. 1. de re iudic. Clemen. vnic. de foro comp. Clemē. pastoralis. §. ceterum, de re iudic. tenet etiam Marant. vbi supra, distinct. 16. num. 10.

11 Quod adeo procedit, vt licet à partibus sit data potestas pronuntiandi, etiã ipsi absentibus, nihilominus citatio requiritur, nisi adiiciatur etiam nõ citatis, aliàs sententia seu laudum absentibus partibus, & non vocatis latum esset nullum. l. diem proferre. §. si quis litigatorum. ff. de arbit. secund. Alex. in l. si quis arbitrato, §. 14. versi. 4. limit. ff. de verb. oblig. Dec. consi. 39. nu. 2. Gozadi. consi. 10. Vatiũ vbi supra, nu. 10. Nicol. Boer. decif. 283. n. 38.

12 T̄ sicut nec prorogatio instatię facta ab arbitris vigore facultatis à partibus sibi concessę non valet nisi eisdem notificetur, secund. Bald. communiter approbatum in l. eos. §. apostolos. col. 2. versi. quæro nunquid, nu. 5. C. de appell. prout testatur Dec. consi. 39. iuridicã. n. 1. & 2. sequitur idē Manrius vbi supra, nu. 10.

Si igitur hoc ita verum est in omni negotio, à fortiori idem videtur dicendum quoad proferendam sententiã excommunicationis, quæ est maior poena quã sit in Ecclesia, vt prædiximus, nepe vt requiratur ad eã promulgandã præuia citatio vel monitio, aliàs sit nulla per supradicta.

14 Secundò eadē pars probatur, quia eodē iure Canonico requiritur citatio, & trina monitio, vel ex causa vna pro tribus cũ distinctis dierum intervallis ad excommunicationem proferendam, vt probatur in d. c. sacro, & in c. contingit, el. 2. de sententia exco. & in c. de illicita, 24. q. 3. cũ alijs simil. præcipuè in c. constitutionem de sententiã excommunicationis, lib. 6. vbi

glo. cõmuniter recepta. tradit D. Couar. in d. c. alma mater. 1. p. §. 9. nu. 4. & latius ibidem, nu. 5. & optime Domin. à Sot. in 4. sentent. distin. 22. q. 1. art. 2. pag. 37. in 3. conclusion. vbi latè id probat, & præcipuè dicit colligi ex Euangelio Matth. c. 18. ibi, si pecauerit, &c. Nec obstat illud Paul. ad Titum. 3. Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita: nam licet non numerauerit omnes tres Euãgelicas correptiones, attamen secundum Ecclesię interpretationem, licet per secundam admonitionem constet hæreticum esse subuersum, nihilominus adhibetur tertia, vt ad audiendam sententiã compareat, secund. Sot. vbi supra. † Hæc autē monitio & citatio, quæ requiritur ad sententiã excommunicationis proferendam, personalis esse debet, quicquid aliud sit in alijs citationibus, vt latissime probat Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 9. glof. 2. nu. 4. sequitur plures allegans, & ab ea excipiens aliquos casus Couar. vbi supra, n. 4. Ergo si hæc monitio Canonica, siue citatio prætermittatur, excommunicationis sententiã postea lata, & fulminata absq; ea erit nulla, agitur siquidē de grauiori præiudicio, hoc est animæ, quæ cunctis alijs rebus præferenda est, vt in l. sancimus, circa fin. C. de sacros. Eccles. cũ similib.

16 Tertiò eadē pars cõprobat, quia certissima atq; communis regula est in hæc materia, quod nemo debet excommunicari nisi ob contumaciam mortalem, quæ per sistat in peccato mortali præterito, aut futura inobedientia non comparēdi, aut non parendi iusto præcepto facto præcedente mora, culpa, aut offensa, iuxta tex. in c. nullus, & in c. nemo. 11. q. 3. & in c. 1. de iud. c. à nobis, el. 1. c. sacro de sententiã exco. c. Romana. §. caueant. eod. ti. lib. 6. quam conclusionem DD. omnes vno cõsensu suscipiunt, secund. Domin. à Soto in 4. sententiã distin. 22. q. 1. art. 2. in princip. dixim? latius supra lib. 1. c. 7. de agit. taur. n. 23. & 24. Sed qui non citatur nec monetur prius, non potest dici cõtumax nec inobediens, contumacia enim & inobedientia nõ cadit in ignorantē, vt bene probat D. Sot. vbi supra, in 3. conclusionē

sione, & postea in versi. quartus demum casus: & inquit Victoria in sua summa tit. de excommunic. numer. 5. ad fi. quod excommunicationes non obligant, nisi presumatur esse mortale id pro quo feruntur, & quod de hoc non dubitat: ergo erit nulla excommunicatio lata sine præuia monitione.

17 Hinc est, ut quotiescûq; homo certus est non peccasse mortaliter contra obedientiam Ecclesiæ, tutam subinde habere possit conscientiam nullâ excommunicationem incurrisse apud Deum, nec esse priuatum Ecclesiæ suffragijs, licet quâdo que propter falsam præsumptionem possit cum arcere ab externo fidelium cœtu, secund. Dominicum à Sot. vbi supra, nu. 2. colum. 2. quod probant & cæteri Theologi, ut deduximus supra d. lib. 1. c. 7. nu. 30. cuius rei tria exempla fingit Sot. vbi supra, in versi. iam vidimus, &c.

Quartò & deniq; naturalis ratio hoc dicit, quis enim vnquâ vidit aut audiuit ut quis ab Ecclesia Dei eijciatur sine aliqua monitione præcedenti, ac deniq; absque vlla culpa, contumacia, aut inobediètia præterita vel futura? Vbi autem ratio naturalis adest, infirmitas intellectus est querere legem, ut inquit Philosophus: sed nec deficient in proposito auctoritates diuinæ & humanæ hoc idem præcipientes, ut vidimus. Si enim princeps non potest collere ea, quæ sunt iuris naturalis, prout est defensio ex prima citatione cõpetens, ut in d. Clementina pastoralis. §. verum, de re iudic. & est communis opinio, ut supra vidimus, à fortiori nec iudices inferiores id poterunt. Accedit & vltimò, quia nulla ratio differentiarum iuridicarum assignari potest, quare defectus primæ citationis vitiet sententiam in cæteris omnibus, ut vidimus, in excommunicatione verò non: & fateor me super hoc diu cogitasse, ac multos reuoluisse libros, ac alios Iuristas, & Theologos consuluisse, & nunquâ inueni nec excogitare potui aliquam rationem differentiarum inter prædicta, nec vllus eam reddit non solum veram, sed neque persuasivam aut coloratam. Quinimò fortior ratio

militat ex grauitate pœnæ, atque materia, ut excommunicationis sententia lata absque vlla monitione aut citatione sit nulla, quam alia sententia in reliquis: quare qui veritatis semper fuimus ac sumus amatores, huic secundæ sententiæ adhæremus nempe, ut excommunicatio lata absque aliqua monitione vel citatione sit nulla: quam in terminis, licet non ex prædictis, alia tamen ratione inueni cum maximo gaudio tenere Victoriam in summa tit. de excommunic. numer. 6. in versicul. non dubito, vbi concludit, admonitionem esse de essentia excommunicationis, † ita quod si quis excommunicetur antequam esset admonitus, excommunicatio non teneat: idem expresse firmat Cardinal. de Aracæli in compend. Theologica. instit. in tit. de Sacrament. ordin. foli. 120. in princip. dicens, quod nullus excommunicatur à iudice, nisi prius peremptoriè citatus & monitus, alioqui excommunicatio esset nulla, nihil tamen allegat idem voluit Cassiad. decisio. 12. de rescript. numer. 2. fol. 26. versic. quoniam absque monitione personali non debet irretiri censuris, cum non esset in contumacia, sine qua excommunicatio non infligitur ab homine. Tandem hanc sententiam in terminis & ex professo tenet Dominic. à Sot. in 4. sentent. distinctio. 22. quæstion. 1. articul. 2. in versicul. dubium autem, vbi postquam resoluit cum communi excommunicationem latam absque ordine præd. trina citationis, vel vnius pro tribus, non esse nullam, sed potius validam, licet iniustam, inquit statim: Dubium autem grauius est, verum saltem aliqua præcedens admonitio sit de essentia, licet nõ trina nec bina, quod est querere, vtrum pro peccato præterito, quod nulla, vel à iure, vel ab homine admonitio præcesserit, possit quis excommunicari, sicut pœna pecuniaria, aut alia quauis puniri, & ibi refert Casjetan. vbi supra, sententem contrarium, & tandem statuit conclusionem, quam ipse quartam vocat in contrarium, affirmans, quod pro nullo peccato præterito,

rito, quantunvis grauissimo & enormissimo, cuius nulla monitio præcessit sub excommunicationis nota, potest excommunicatio ferri, imò ad eò de essentia est monitionem aliquam præcedere, vt absque illa excommunicatio non teneat: & ibi miratur doctissimum Caietan. contrarium sensisse, non modò quia nemo vnquam dixit, verùm quia authoritati in Euangelio concessæ aduersari videtur: in Euangelio etenim non apparet alia facultas Ecclesiæ concessa, vt quempiam habeamus tanquam ethnicum, & publicanum, quam si eam non audierit: nullus autem dicitur Ecclesiam non audire, nisi fuerit ab illa præmonitus, imò nec dicitur non audire, vt dignus sit excommunicatione, nisi sub eadem censura fuerit iussus, nam tunc Ecclesia aperit suam mentem illud præcipere sub reatu peccati mortalis. profectò hæc ratio efficax est admodum ad hanc partem intrepide tenendam, sed efficacior erit, si ei adiungantur cæteræ supra à nobis consideratæ, ex quibus omnibus simul iunctis ea apertissima & verissima redditur, eamq; in terminis tenet etiam F. Barthol. à Ledesma in 4. sententia. in titul. de Sacrament. Pœnitent. pagi. 990. versicul. sed iam quod, & voluit cum alijs Anton. Gabriel vbi supra, numer. 153. Ampliat etiam vbi contumacia est notoria, & in actis verificata, quia adhuc quis excommunicari non potest, non præcedente citatione. & in numer. 156. cum sequentibus limitat. 4. modis nostram veriore, & tenendam sententiam.

Quærenta, non obstat modo primum fundamentum contrariæ partis, hoc est, illa receptissima sententia, qua omnes probant, tam Pontificij iuris interpretes, quam sacra Theologiæ professores, nempe quod excommunicatio trina monitione non præmissa, vel vna pro tribus ommissa, lata, quanuis sit iniusta, non tamen est nulla: Respondemus namque id quidem verum esse, sed procedere ac loqui, quando licet ille ordo prætermittitur, quia nec trina nec bina

præcessit monitio, illa tamen prima, quæ necessaria omnino est, præcessit, quod ipsi non negant nec negare poterant: & quanuis hoc expresse non dicant, quia de eo non agunt, id tamen annuunt: tandem sufficit quod expresse non loquuntur in nostro casu, qui ex alijs iuris regulis decidendus venit, prout eum decidimus ex supradictis: ita intelligit ac interpretatur dictam comunem Dominic. à Sot. vbi supra.

Similiter non obstat illud quod prædiximus, nempe comunem præfatam sententiam loqui etiam in vna monitione siue citatione pro tribus, nam fateor, sed procedit, quando illa vna monitio non fuit solennis ac prout debuit, scilicet pro tribus, sed tantum pro vna, vel duabus ob errorem forsan, vel aliàs, tunc enim meritò, vt quanuis sententia excommunicationis iniusta sit, non tamen nulla, quia vna saltem monitio seu citatio, quanuis non solennis, id est, pro tribus, præcessit, eadem ratione, quæ idem statuitur, quando ordo trine citationis separatè non fuit seruatus: at verò nos hic agimus, quando nulla penitus monitio vel citatio præcessit, quo casu indubium est excommunicationem postea prolatam absolute absque citatione vlla, vel monitione solenni, vel non solenni esse nullam per supradicta. Nec Caietanus vbi supra in contrarium citatus contrarium dicit aut sentit, dum asserit, posse quem excommunicari absolute post commissum peccatum, id namque intelligendum est seruatis seruandis, hoc est, præcedente aliqua citatione ad excommunicationem: quod si adhuc simpliciter intelligatur Caietanus, prout iacet, eius litera loquitur contra ius, vt ostendimus, & ita eum improbat Dominicus à Soto vbi supra, ex prædicta sua ratione, & alijs.

Quòd si istes, Dominicus à Soto loquitur, quando fertur excommunicatio pro peccato præterito commissio absque vlla præuia monitione, non verò quoties fertur sententia excommunicatio-

nicationis contra aliquem non citatum ob contumaciam non comparendo vel aliàs: Respondemus idem esse in utroque casu, quandoquidem, & in hoc militant eadem rationes, & contumax vel inobediens dici non valet, qui nunquam fuit citatus, & tunc præmaximè vrgent, atque nullitatem sententiæ excommunicationis inducunt rationes supra à nobis considerata.

- 19 Differentia igitur est maxima inter excommunicationem iniustam & nullam, iniusta siquidem excommunicatio ratione notabilis ordinis iuris ommissi ligat in utroque foro, secundùm omnes, & timenda, atque obseruanda est, & idem in excommunicatione iniusta ratione causæ, hæc namque etiam timenda atque obseruanda est, licèt non priuet cõmunibus & generalibus suffragijs Ecclesiæ: nulla verò sententia excommunicationis, si id notoriè constat, non est timenda quoad Deum, nec quoad Ecclesiam: unò excommunicatus nullitèr denunciatus publicè non tenetur se abstinere à diuinis nec ab alia hominum cõmunionem legitima, modo nullitatis causa publicata fuerit per eum, vt late cum alijs resoluimus supra lib. 1. capit. 4. num. 33. cum sequentibus. † Supradictus autem nostræ quæstionis casus cum sua decisione erit vnus præcipuº, in quo sententia excommunicationis erit nulla, addendus cæteris huiusmodi, quorum quindecim refert, ac longo sermone prosequitur Angel. de Clauas. in sua summa verb. excommunicatio. 3. per totum, itidemque Siluest. verb. excommunicatio. 2. per totum, Armilla: aur. verb. excommunicatio. 1. numer. 16 DD. in capit. solet. & in capit. presenti de sententia excommunicationis. lib. 6. Dominicus à Soto in 4. distinctio. 22. quæstion. 1. articul. 3. nonnullos Nauarr. in man. Latin. capit. 27. numer. 4. & Cordub. d. quæstion. 43. sui quæstionarij lib. 1. column. 2. Paul. Borgal. de irregularitat. 6. par. quæst. 12.
- 21 Sed inter eos frequentius solet contingere ille, quando post appellationem legitimam fertur excommunicatio, tunc enim

omnes fatètur excommunicatione esse nullam, per tex. qui comuniter in hoc solet allegari, in cap. per tuas, vers. nos igitur. de sententia excom. vbi glos. verb. in alijs: ad idem tex. in cap. dilecti, cl. 2. § 2. in ordine, & ibi Abb. & Philippus Franc. in 1. notab. de appellat. text. in capit. solet, & in capit. licèt, & in capit. venerabilibus. §. sed ex causa, de sententia excommunicationis. lib. 6. tenet glos. optima in cap. pastoralis. §. verum, glos. penulti. de appellat. & ibi Abb. & communiter DD. intelligentes procedere, quando appellatio præd. est probabilis, etiam si quis dubitet an talis excommunicatio teneat, vel non, quia licèt ex futuro pendeat an teneat, interim tamen pro excommunicato non est habendus, & licite comunicatur ei in omnibus Sacramentis: sequitur Nicol. Plou. in tract. de excommunicatione. c. si. nu. 3. De consi. 214. num. 5. vers. his enim non obstantibus: cõmunem etiam tenet Angel. consi. 188. & Paul. Paris. consi. 28. nu. 26. volum. 4 & in c. Apostolicæ, num. 30. de exceptio. Petr. Duennas in regul. 42. nu. 8. Lancelot. de attentatis. 2. par. c. 12. ampliat. 2. nu. 9. & iterum ibi plures allegas ampliat. 8. vbi ampliat etiam si ferantur censuræ post appellationem ab interlocutoria, & quod tanquã attentatæ sunt reuocandæ, vt sæpius tenuit ac iudicauit Rota: & iterum ibi ampliat. 17. nu. 5. & 25. & limit. 1. num. 47. & nu. 90. & 91. vbi etiam illam ampliatione de appellatione ab interlocutoria tenet: eandem cõmunem sententiam tenet ac profitentur omnes summistæ Theologi supra modò citati: sicq; hæc est cõmunis & receptissima omnium sententia, vt appellatio legitima interposita à cõminatione censuræ excommunicationis futuræ & sic à futuro grauamine, operetur nullitatem excommunicationis postea latæ: & ita in praxi semper vtimur, vt quoties iusta grauamina obijcimus aduersus præceptu iudicis ecclesiastici, aliquid præcipiētis sub pena excommunicationis, &c. appellatione statim interponimus in forma ab illo præcepto, eiusq; poenis, tanquã ab illo, cõminato, futuroq; grauamine, &c.

Quo

Quo facto, si postea huiusmodi iudex hoc non obstante sententiam excommunicationis proferat, & causa talis sit, ut in ea habeat locum de iure appellatio, excommunicatio predicta post appellationem legitimam interpositam erit, ac est nulla, iuxta omnia supradicta. Cōducit etiā tex. in c. preterea, de appella. iunctis his, quę circa eum intellectum tradidimus supra lib. 1. c. 4. nu. 19. cum seqq. Quod procedit secundum Petrum Duen. vbi supra, etiā in extraiudicialibus, sicut in d. c. dilecti, de appellat. vbi arreptio itineris ad Papam, super causa quę coram ordinario vertebatur, habetur pro appellatione, si eam grauat coram Papa prosequatur, quia plus est facto prouocare quā verbo: & operatur quod excommunicatio postea lata ab illo ordinario non teneat nec valeat: sequitur Dec. in illo d. c. dilecti. n. 10. & plures referens Lancelot. 2. p. de attēt. c. 12. limita. 13. n. 21. & 22. † Secus tamē erit si post latam excommunicationem appelletur, quia tunc appellatio non suspendit excommunicationis effectum, sed appellatione non obstante, sicut etiam excommunicationis operatur effectum suum executionis, quę secum habet, & potest iudex a quo eum denuntiare, & publicare excommunicatum, ut ab alijs euitetur. c. pastoralis. §. verū de appell. & ibi Abb. & cōmuniter DD. Petrus Duen. alios allegans vbi supra, & ponit regulam cū fallētijs Lancelot. de attēt. 2. p. c. 12. dimitt. 21. per totam. Idē est in suspensione, ut in c. is cui, de sētētia excō. in 6. Siluest. in summa verb. suspensio. num. 3. & in verb. excommunicatio. num. 2. & Armilla aurea. verb. appellatio, & hęc est

24 prima limitatio. Limitatur † secundò communis supradicta sententia, quando prælatus procedit extraiudicialiter, ut pars ad cōseruationem iurium suorum, quia tunc sētētia excommunicationis lata etiā post appellationem tenet, secūd. Abb. in c. venerabili. de cēsib⁹ quę referūt & sequūtur Ange. de Clauas. verb. excommunicatio. 3. n. 9. Quod procedit secundum ipsū quādo prælatus est in possessione, vel saltē non cōstat cōtrariū: secus quādo cōstaret, eum non esse in possessione nepe quia constat monasteriū esse exēptū, & Episcopū

non esse in possessione ipsū visitandi tunc enim si excommunicaret post appellationem, non teneret. Sequitur Marc⁹ Ant. Cucus de instit. maior. lib. 4. tit. 8. de visitat. n. 23. cum sequentibus.

25 Ex quibus primò infertur, quod si clericus post legitimam appellationem a se interpositam, de qua confidit, de facto excommunicetur, cum de iure non sit excommunicatus, si interim celebret, non erit irregularis, tex. expressus in c. ad præsentiā 16. in ordin. & in c. dilectis filijs. 55. in fi. de appellat. vbi loquitur facta etiā denuntiatione excommunicati post appellationem legitimam, quia nihilominus iudicantur inculpabiles canonici. Se non. qui saniori ducti consilio cōmunicauerunt eidem ut appellationi ad Papam interpositę magis quam denuntiationi ab Archiepiscopo deferrent: idē probat tex. in c. solet. de sententia excō. lib. 6. in fin. ibi: Extra iudiciū verò, in officijs, postulatiōnibus, & electionibus, ac alijs legitimis actibus nihilominus admittatur, & ibi glo. verb. in officijs, inquit: Vnde ex quod appellatio confidit, securē celebrat ut prius, ut in d. c. ad præsentiā, & in d. c. dilectis filijs, & ibi glo. cōmuniter approbata per doctores. secundum Nauar. in c. cū cōtingat, de rescriptis pagi. 161. sequitur hanc sententiam Abb. in c. pastoralis §. verū. n. 15. de appellat. & ibi Philip. Frac. & Præposit. super glos. penult. Paris. cōsi. 28. n. 30. lib. 4. & Lancelot. vbi supra d. c. 12. n. 88. excommunicatus enim post legitimam appellationem non est excommunicatus, Fracus in d. c. pastoralis. §. verū. n. 6. Lancelot. d. c. 12. ampliāt. 8. nu. † Hoc tamen verū intelligit Siluest. in sua summa verb. excommunicatio. 10. n. 3. vbi appellas legitimē, qui post suam appellationem fuit excommunicatus, eam prosequitur intra tempus a iure, vel a iudice statutum, secus verò alias, hoc est, lapso præd. termino, quia tunc iste est vere excommunicatus, & celebrādo efficitur irregularis ea ratione, quia lapso illo termino Ecclesia concedit illū posse denuntiare, ac esse vitandum in omnibus, ut est tex. in c. licet, de sententia excom. lib. 6. ergo, & c.

26 ita

nicationis contra aliquem non citatum ob contumaciam non comparendo vel aliàs: Respondemus idem esse in utroque casu, quandoquidem, & in hoc militant eadem rationes, & contumax vel inobediens dici non valet, qui nunquam fuit citatus, & tunc præmaximè vrgent, atque nullitatem sententiæ excommunicationis inducunt rationes supra à nobis consideratæ.

- 19 Differentia igitur est maxima inter excommunicationem iniustam & nullam, iniusta siquidem excommunicatio ratione notabilis ordinis iuris ommissi ligat in utroque foro, secundum omnes, & timenda, atque obseruanda est, & idem in excommunicatione iniusta ratione causæ, hæc namque etiam timenda atque obseruanda est, licet non priuet cõmunibus & generalibus suffragijs Ecclesiæ: nulla verò sententia excommunicationis, si id notoriè constat, non est timenda quoad Deum, nec quoad Ecclesiam: imò excommunicatus nulliter denunciatus publicè non tenetur se abstinere à diuinis nec ab alia hominum cõmunionem legitima, modo nullitatis causa publicata fuerit per eum, vt late cum alijs resoluimus supra lib. 1. capit. 4. num. 33. cum sequentibus. † Supradictus autem nostræ quæstionis casus cum sua decisione erit vnus præcipuº, in quo sententia excommunicationis erit nulla, addendus cæteris huiusmodi, quorum quindecim refert, ac longo sermone profertur Angel. de Clauas. in sua summa verb. excommunicatio. 3. per totum, itidemque Siluest. verb. excommunicatio, 2. per totum, Armilla: aur. verb. excommunicatio. 1. numer. 16 DD. in capit. solet. & in capit. præsentis de sententia excommunicatio. lib. 6. Dominicus à Soto in 4. distinctio. 22. quæstion. 1. articul. 3. nonnullos Nauarr. in man. Latin. capit. 27. numer. 4. & Cordub. d. quæstion. 43. sui quæstionarij lib. 1. column. 2. Paul. Borgas. de irregularitat. 6. par. quæst. 12.
- 21 Sed inter eos frequentius solet contingere ille, quando post appellationem legitimam fertur excommunicatio, tunc enim

omnes fatetur excommunicationem esse nullam, per tex. qui comuniter in hoc solet allegari, in cap. per tuas, vers. nos igitur. de sententia excom. vbi glos. verb. in alijs: ad idem tex. in cap. dilecti, el. 2. §. 2. in ordine, & ibi Abb. & Philippus Franc. in 1. notab. de appellat. text. in capit. solet, & in capit. licet, & in capit. venerabilibus. §. sed ex causa, de sententia excommunicationis. lib. 6. tenet glos. optima in cap. pastoralis. §. verum, glos. penulti. de appellat. & ibi Abb. & communiter DD. intelligentes procedere, quando appellatio præd. est probabilis, etiam si quis dubitet an talis excommunicatio teneat, vel non, quia licet ex futuro pendeat an teneat, interim tamen pro excommunicato non est habendus, & licite comunicatur ei in omnibus Sacramentis: sequitur Nicol. Plou. in tract. de excommunicatione. c. fi. nu. 3. Deo consi. 214. num. 5. vers. his enim non obstantibus: cõmunem etiam tenet Angel. consi. 188. & Paul. Paris. consi. 28. nu. 26. volum. 4 & in c. Apostolicæ, num. 30. de exceptio. Petr. Duñas in regul. 42. nu. 8. Lancelot. de attentatis. 2. par. c. 12. ampliat. 2. nu. 9. & iterum ibi plures allegas ampliat. 8. vbi ampliat etiam si ferantur censuræ post appellationem ab interlocutoria, & quod tanquam attentatæ sunt reuocandæ, vt sæpius tenuit ac iudicauit Rota: & iterum ibi ampliat. 17. nu. 5. & 25. & limit. 1. num. 47. & nu. 90. & 91. vbi etiam illam ampliationem de appellatione ab interlocutoria tenet: eandem cõmunem sententiam tenet ac profitentur omnes summistæ Theologi supra modò citati: sicq; hæc est cõmunis & receptissima omnium sententia, vt appellatio legitima interposita à comminatione censuræ excommunicationis futuræ & sic à futuro grauamine, operetur nullitatem excommunicationis postea latæ: & ita in praxi semper vtimur, vt quoties iusta grauamina obijcimus aduersus præceptum iudicis ecclesiastici, aliquid præcipiētis sub pena excommunicationis, & c. appellationem statim interponimus informem ab illo præcepto, eiusq; pœnis, tanquam ab illo, cõminato, futuroq; grauamine, & c.

Quo

Quo facto, si postea huiusmodi iudex hoc non obstante sententiam excommunicationis proferat, & causa talis sit, ut in ea habeat locum de iure appellatio, excommunicatio predicta post appellationem legitimam interpolata erit, ac est nulla, iuxta omnia supradicta: Cōducit etiā tex. in c. preterea, de appella. iūctis his, quę circa eī intellectum tradidimus supra lib. I. c. 4. nu. 19. cum seqq. Quod procedit secundum Petrum Duen. vbi supra, etiā in extraiudiciali lib. 9. ¶ vt in d. c. dilecti, de appellat. vbi arreptio itineris ad Papā, super causa quę corā ordinario vertebatur, habetur pro appellatione, si eā grauat corā Papa prosequatur, quia plus est facto prouocare quā verbo: & operatur quod excommunicatio postea lata ab illo ordinario non teneat nec valeat: sequitur Dec. in illo d. c. dilecti. n. 10. & plures referēs Lācelo. 2. p. de attēt. c. 12. limita. 13. n. 21. & 22. ¶ Secus tamē erit si post latā excommunicationē appelletur, quia tūc appellatio nō suspendit excommunicationis effectū, sed appellatione nō obstāte, sētētia excommunicatio nis operatur effectū suū executionis, quę secū habet, & potest iudex à quo eū denūtiare, & publicare excommunicatū, vt ab alijs euitetur. c. pastoralis. §. verū de appell. & ibi Abb. & cōmuniter DD. Petrus Duen. alios allegās vbi supra, & ponit regul. cū fallētijs Lācelo. de attēt. 2. p. c. 12. limit. 21. pertotā. Idē est in suspēsiōe, vt in c. is cui, de sētētia excō: in 6. Siluest. in summa verb. suspensio. num. 3. & in verb. excommunicatio. num. 2. & Armilla aurea verb. appellatio, & hęc est prima limitatio. Limitatur ¶ secundò communis supradicta sententia, quando prælatus procedit extraiudicialiter, vt pars ad cōseruationem iurium suorū, quia tūc sētētia excommunicationis lata etiā post appellationē tenet, secūd. Abb. in c. venerabili. de cēsib. quę referūt & sequūtur Ange. de Clauas. verb. excommunicatio. 3. n. 9. Quod procedit secundū ipsū quādo prælatus est in possessione, vel saltē nō cōstat cōtrariū: secus quādo cōstaret, eū nō esse in possessione nēpe quia constat monasteriū esse exēptū, & Episcopū

nō esse in possessione ipsū visitādi tunc enim si excommunicaret post appellationē, nō teneret. Sequitur Marcus Ant. Cucus de instit. maior. lib. 4. tit. 8. de visitat. n. 23. cum sequentibus.

25 Ex quibus primò infertur, quod si clericus post legitimam appellationem se interpositam, de qua confidit, de facto excommunicetur, cum de iure non sit excommunicatus, si interim celebret, non erit irregularis, tex. expressus in c. ad presentiam 16. in ordin. & in c. dilectis filiis. 55. in fi. de appellat. vbi loquitur facta etiā denuntiatione excommunicati post appellationem legitimam, quia nihilominus iudicantur inculpabiles canonici Se non. qui saniori ducti consilio cōmunicauerunt eidem vt appellationi ad Papā interpositæ magis quam denūtiationi ab Archiepiscopo deferrent: idē probat tex. in c. solet. de sententia excō. lib. 6. in fin. ibi: Extra iudiciū verò, in officijs, postulatiōnibus, & electionibus, ac alijs legitimis actibus nihilominus admittatur, & ibi glo. verb. in officijs, inquit: Vnde ex quod de appellatione confidit, securè celebrat vt prius, vt in d. c. ad presentiam, & in d. c. dilectis filiis, & ibi glo. cōmuniter approbata per doctores, secūd. Nauar. in c. cū cōtingat, de rescriptis pagi. 161. sequitur hanc sententiam Abb. in c. pastoralis §. verū. n. 15. de appellat. & ibi Philip. Frac. & Præposit. super glos. penult. Paris. cōsi. 28. n. 30. lib. 4. & Lancelot. vbi supra d. c. 12. n. 88. excommunicatus enim post legitimam appellationem non est excommunicatus, Frac. in d. c. pastoralis. §. verū. n. 6. Lācelot. d. c. 12. ampliat. 8. nu. ¶ Hoc tamen verū intelligit Siluest. in sua summa verb. excommunicatio. 10. n. 3. vbi appellas legitimè, qui post suam appellationē fuit excommunicatus, eam prosequitur intra tempus à iure, vel à iudice statutum, secus verò alias, hoc est, lapso præd. termino, quia tunc iste est vere excommunicatus, & celebrādo efficitur irregularis ea ratione, quia lapso illo termino Ecclesia concedit illū posse denuntiari, ac esse vitandum in omnibus, vt est tex. m. c. licet, de sententia ex com. lib. 6. ergo, & c. ita

ita Siluest. vbi supra. Et quidem quoad primū, hoc est, intra tempus statutum ad prosequendā suam appellationē, huiusmodi excōmunicatum post suam legitimam appellationē celebrare secure posse, indubium est per supradicta iura, & cōmunē omnium doctorum sententiā. Quoad secundum autem, nēpe, quando huiusmodi excōmunicatus post appellationē celebrat lapso tempore dato ad prosequendā appellationem, q̄ sit irregularis, opinio hęc Siluest. dubia est, & ita ipsemet loquitur per verb. sed forte dici possit. text. nā que in d. c. licet. de sētētia excōmuni. lib. 6. illud nō videtur probare, inquit enim, Licet excōmunicationis sentētia post appellationē legitimam promulgata per negligentiam appellantis appellationē suam minime prosequentis nō ratificetur, nec etiam conualescat: excōmunicatus tamē nominatim vel specialiter, & expresse, qui post appellationem legitimā excōmunicationis sententiā asserit in se latā, si appellationem eādē intrā tempus ad ipsam prosequendam ab homine vel à iure statutum non fuerit (vt debuit) prosequutus, lapso eodem tempore excōmunicatus publicē nuntiari, & nedum in iudicialibus, sed etiam in extraiudicialibus euitari, ac à legitimis actibus remoueri debet, quousque quod post appellationem legitimā excōmunicatus fuerit, vel aliās de ipsius sententię docuerit iniquitate. qui tex. minime post lapsum tempus datum ad prosequendā appellationē prohibet excōmunicato celebrare, sed statuit quod possit denūtiari publicē, & quod post denuntiationē est euitandus in iudicialibus, & extraiudicialibus, & à legitimis actibus remoued⁹. Igitur si celebrat post lapsum dict. tempus ante publicatam denuntiationem non efficitur irregularis, quādoquidem id tex. non prohibet, quinimō est sibi permixtum ex alijs iuribus supra adductis, id indistinctē cōcedentibus, quandoquidem excōmunicatio lata post appellationem legitimā fuit nulla, vt in proposito, & illa per negligentiam appellantis appellationē suā minime prosequentis nō ratificatur, nec

conualescit, vt in d. c. licet. in princip. tradit Milis in suo repert. verb. excommunicatio facta, & Lancelot. de attent. 2. p. c. 12. ampliat. 1. nu. 6. vbi per totam illam ampliationē idem probat regulariter in alijs extra excōmunicationē, vt per desertionē appellationis nō censetur quis renuntiare iuri attentatorū sibi quęsito contra attentata post ipsam appellationē; idq; ampliat, & limitat pluribus modis. Vnde si in hac specie prædicta excōmunicatio lata post legitimā appellationē per negligentiam appellantis suam appellationem nō prosequentis nō ratificatur nec conualescit, non est excōmunicatus huiusmodi appellās, quicquid dicat Siluest. vbi supra, cui⁹ in hoc opinio vera quidē minime est, nec mēs ipsius fuit loqui hoc in casu, sed quādo lapso dicto tempore prosequēdi appellationē, & post denūtiationē celebrat, vt constat ex doctorib⁹, quos in contrarium citat, quāuis litera Siluest. hunc quoq; casum comprehendat.

28 Quod autē maiorem habet dubitationem, est, an eo casu quo excōmunicatus nominatim post suam legitimā appellationem lapso termino ad prosequendam ab homine vel à iure statuto, & ob id publicē denūtiatus, celebrat, sit irregularis cēsendus, necne? In hac specie q̄ sit irregularis hic celebrās, patet ex eod. tex. ibi, Excommunicatus publice nūtiari, & nedū in iudicialibus, sed etiā in extraiudicialibus euitari, ac à legitimis actibus remoueri debet, quousq; , & c. ergo debet reputari pro excōmunicato post talē denūtiationē, donec sentēcialiter fuerit declaratū appellationē ante excōmunicationem fuisse interpositā, vel aliās sententiā esse nullam, vt dicunt ac ex eo tex. deducunt Angel. de Clauas. in sūma verbo appellatio. n. 4. & Armill. aur. in eodē verb. nu. 6. Si ergo reputatur pro excōmunicato, celebrando efficitur irregularis. Secūdo, quoniā si hic excōmunicatus vitādus est, vt præcipit tex. in d. c. licet. à fortiori ipse se nō debet ingerere diuinis, denūtiatio etenim publica idē fit, vt ab alijs vitetur qui antē excōmunicatus est: fortiori igitur ratione ipse vitare se debet

debet à communicatione, saltem in diuinis, argumento Concilij Cōstantiens. de quo latè egimus supra libro 1. cap. 1. per totum: & ita hanc partem, quamuis sub dubio, amplexus est Siluest. vbi supra, dicit verbo excommunicatio 10. num. 3. vers. sed forte dici possit, qui hoc casu loqui intelligendus est ex cotis quas pro contraria parte retulerat, ipsi namque ab eo relati in eo manifestè loquuntur.

Nihilominus contraria etiam in hac specie sententia verior est, imò quòd huiusmodi excommunicatus celebrans post lapsum temporis dati à iudice, vel à iure ad prosequendam suam appellationem, & etiam iam idèò publicè denuntiatus, non sit irregularis: quod probatur ex eodem text. in d. cap. licet, quamuis enim iubeat eum propter alios euitari, non tamen iubetur per hoc quod ipse se gerat pro excommunicato. Idem videmus in dict. cap. ad presentiam, & in dict. cap. dilectis filijs, de appellatione:
 29 ¶ vbi excommunicatus post legitimam appellationem, & publicè pro tali denuntiatus, non prohibetur se ingeri diuinis, nec ab alijs vitari, imò cōsultius ibi fecerūt canonici eidè comunicādo, & sic appellationi deferēdo, quātm fecissent, si denuntiationem obseruassēt: igitur vbi excommunicatus nulla est, denuntiatio ipsi nihil facit: Quòd si in casu text. d. cap. ad presentiam, & d. c. dilectis filijs, nō erat lapsum tēpus prosequendi appellationem, quandoquidē de hoc ibi nō sit mentio, nec dubitatur, vnde presumere debemus adhuc durare præ d. tēpus appellationem prosequēdi, quia cum de vno quæritur, cætera præsupponūtur habilia. At verò in nostra specie, & in casu d. c. licet, erat elapsam tēpus prosequēdi appellationem, vt ex eo apertè cōstat: respondebimus, hoc ipsum nō ratificare excommunicatōnem præ d. nullam, nec eā ob id conualescere, vt expressè docet text. ille in princip. ¶ & sic excommunicatio lata post appellationem legitimā, minimè habet effectū, nec vires assumit, licet postea appellatio fuerit deserta, vel eadem fuerit

renuntiatum, vt post alios per d. text. probauit D. Couar. in d. c. alma mater. 1. p. §. 10. n. 6. vers. in hac autem, ibi, ex quibus
 31 apparet: inferens ex eo, nūquam in his censuris admittendam fore iuris civilis fictionem, vt retrahantur, & nos supra lib. 1. c. 4. n. 23. & 24. & probat plures allegans Lanzelot. de attentat. 2. p. c. 12. limitatione 21. n. 33. Illud tamen de renuntiatione appellationis intelligēdum est de tacita renuntiatione, quæ ob lapsum termini inducitur, vt prædiximus, vel etiam ex illa tacita renuntiatione, quæ resultat ex comparitione coram iudice à quo, quia non ex hoc censetur appellationi renuntiasse, sed quidquid facit, puta si petat prorogari terminum, censetur facere metu censurarum, vt probat Lanzelot. de attent. 2. part. cap. 12. ampliatione 2. numer. 11. secus in expressa renuntiatione, secundum eundem ibi nu. 9. Si ergo ex desertione appellationis nō ratificatur nec cōualescit excommunicatio nulla, quia lata fuit post legitimam appellationem: ergo irregularitas nō contrahitur ex celebratione post dictū tempus elapsam, & denuntiatione publicè facta, quia vbi excommunicatio non valet, nō contrahitur irregularitas ex celebratione. Quòd si iterum scisciteris, quorsum nunciari publicè debet huiusmodi excommunicatus, & euitari in iudicialibus, & extraiudicialibus, ac à legitimis actibus remoueri, si non est excommunicatus: ¶ respōdeo, hoc idèò, meo iudicio decisum ac prouisum fuisse ab illo text. propter honorem scilicet & auctoritatem Ecclesiæ ac iudicis, qui eius nōmine prædictam excommunicatōnem, quamuis nulliter, protulit, ne ita omnino parui pendatur, vt etiam si appellatio maneat deserta, de eius excommunicatione omnino non curetur: quare iure optimo statuitur ibi, vt post lapsum tempus statutum ad appellationem prosequendam, publicè nunciatur huiusmodi excommunicatus, atque ab omnibus euitetur, donec sententia-liter fuerit declaratum, appellationem

ante excommunicationē legitimē fuisse interpositam, vel aliter de nullitate sententię doceatur, vt quamuis ipse non sit ligatus excommunicatione prædicta, ex eo quod fuerit pro lata post suam legitimam appellationem, attamen tēdio affectus, eo quod videat se ab alijs in omnibus actibus euitari, adhuc prosequatur suam appellationem, vt sententialiter declaretur, quod est prædictum, & sic tollatur scandalum, quod oriri poterat ex non obseruatione excommunicationis, quamuis nullę, vel mandatis Ecclesię obediatur, non tamen inde sequitur, ipsum esse interim excommunicatum, cum reuera excommunicatio non tenuerit, eo quod fuerit lata post legitimam appellationem, nec ratificata fuerit, aut conualuerit per negligentiam appellantis appellationem suam minimē prosequentis, vt expresse cauetur in d. c. licet, in princip. qui hoc modò intellectus, optime conuenit cum secunda parte ipsius, vbi agitur de denuntiatione & euitatione. Nec obstat illa ratio quā de Cōcilio Constantiens. supra adduximus in contrarium: loquitur namque Concilium Constantiense de excommunicatione valida, non verò de nulla, vt ex ipso constat, & ita meritò hanc sententiam in terminis nostrę quæstionis, licet non per prædicta, tenent Archidiaconus num. 3. & Dominicus num. 6. loquens per desertionem appellationis, in dict. c. licet. & Angel. vbi supra, d. verb. appellatio. num. 5. & Armill. aurea eodem verb. n. 7. & summa Rosella. Vltimò nõ oberit quod cum huiusmodi excommunicatus tandem vitandus sit, nõ poterit nec permittetur celebrare, quinimò celebrans punietur, quia respondemus, hoc ad factū potius pertinere quàm ad ius, poterit namque secretò celebrare, vel vbi non fuerit nuntiat, sedato prius scandalo, vbi illud fuerit, publicando causam nullitatis, vt prædiximus d. lib. 1. c. 4. nu. 38.

33 Obseruandum tamen erit supra dicta omnia procedere, quoties sic excommunicatus post appellationem suam,

eam iustam esse credebat, vt tenuit gloss. præallegata in dict. cap. solet, communiter approbata, vt prædiximus: leuius verò erit si excommunicatus crederet se esse iuste excommunicatum, quia tunc celebrando efficietur irregularis, vt colligitur ex Abb. in dict. cap. pastoralis. §. verum, nume. 15. de appellatio. & ibidem Philippus Frac. sup. gloss. penultima, ibi, si fuit in probabili ignorantia, & ibi etiam Præpositus.

§ V M M A R I V M.

- 1 *Litteræ commēdatitiæ seu dimissionis (quas reuerendas vocant ad ordines suscipiendos) an morte concedentis re integra expirent? & numeris seqq. & consilium tunc temporis pro ordinatoribus, nu. 12.*
- 2 *Mandatum seu voluntas alicuius morte mandantis finitur: & quomodo intelligatur, num. 11.*
- 3 *Executor super gratia datus à Papa, mortuo Papa etiam re integra gratiam exequitur.*
- 4 *Gratia per verbum fiat concessa, morte concedentis non expirat, sed Princeps eius successor debet facere eam expedire: gratia verò, quæ ad aliquid faciendum conceditur, morte concedentis literis non expeditis expirat.*
- 5 *Litteræ priuationis in forma iuris cum promissione alteri faciēda, & litteræ in forma dignum & vnionem, & mandatum de prouidēdo est gratia facta & nõ fiēda, & ideò nõ expirat re integra morte concedentis: idem in literis pensionis constituendæ in partibus.*
- 6 *Indulgentiæ & remissiones concessæ à Prælato durant in perpetuum, dummodò habeant actum successiuum.*
- 7 *Licentia ab Episcopo concessa eundi ad studiū, morte Episcopi re integra non expirat.*
- 8 *Dispensatio, quæ dicitur gratia, morte concedentis re integra non expirat.*
- 9 *Gesta à capitulo sede vacante, si rectè gesta sunt, valent & durant.*
- 10 *Poterit tamen Episcopus reuocare, quæ nondum sortita fuerunt effectum.*
- 13 *Capitulū Ecclesiasticū sede Episcopali vacante, an & quando has reuerendas dare possit. Prouisor,*

- 14 *Prouisor, Vicarius, & officialis generalis Episcopi, an absque speciali eiusdem mandato possit has reuerendas concedere? & numeris sequentibus, & numer. 21. pars negativa probatur, nisi habeat ad hoc speciale mandatum sicut nec Vicarius capituli sede vacante, nec Archidiaconus, vt in numer. 22 & 23. limitatur numeris sequentibus.*
- 15 *Vicarius generalis alicuius, seu vices gerens omnia potest, quæ ipse cuius vices gerit.*
- 16 *Offendens Vicarium Episcopi, ipsum Episcopum offendere videtur. Episcopi & eius vicarij vnum, & idem consistorium & tribunal, nu. 16.*
- 17 *Vicarius generalis Episcopi est ordinarius.*
- 18 *Ad Ordinarium spectant omnia, quæ sunt de lege dioecesana & iurisdictionis.*
- 19 *Sub lege dioecesana & iurisdictionis consistit totum ius, & potestas Episcoporum.*
- 20 *Collatio sacrorum ordinum & similia, an sint de lege dioecesana, vel iurisdictionis?*
- 24' *Prouisor, Vicarius, & officialis generalis Episcopi in remotis agentis, potest has reuerendas dare, & quando dicatur in remotis agere, & sic quis locus dicatur remotus, relinquatur arbitrio iudicis, vt in nu. 25.*
- 26 *Potest etiam eas concedere Vicarius generalis prædict. quando in mandato haberet specificata aliqua maiora, quam sit huiusmodi licentiam concedere.*
- 27 *Potest etiam eas concedere, quando successisset aliquibus Vicarijs eam facultatem habere, & licentias huiusmodi concedere solitis.*
- 28 *Vicarius Generalis Papæ eas concedere potest in exemplis, de quibus hic remissiuè.*
- 29 *Visitor, hoc est administrator à Papa Ecclesiæ Cathedrali constitutus, potest has reuerendas concedere.*
- 30 *Credendum est literis ordinum, in quibus asseritur de licentia sui Ordinarij ordines collatos fuisse.*
- 31 *Delegato non creditur, nisi ostendat mandatum, & rescriptum suæ commissionis, in his quæ sunt in præiudicium alterius, in his verò quæ in nullius præiudicium sunt, veluti in facultate concessa ad absoluendum, dispensandum, concedendum indulgètiarum, & simil. bene creditur.*

De literis commendati-
tijijs (quas reuerendas vo-
cant) an expirent re inte-
gra morte concedentis,
& a n. Vicarius generalis
Episcopi eas conce-
dere valeat?

SAEPISSIME dubitari con-
tingit, an licentia ad sacros, vel
minores ordines recipiendos, hoc
est, literæ dimissoriae seu cõmendatiuæ,
quas reuerendas vocant, expirent re in-
tegra morte eas concedentis, necne?

1 Et primo videtur eas extinguï: quia
mandatum, seu voluntas alicuius morte
mandantis finitur. l. mandatum. C. man-
dat. c. si gratiosè. de rescript. libr. 6. cum
simi. l. 4. ff. locat. latè Couarru. libro 3:
veriar. resolut. cap. 15. per totum. & Me-
noch. libro 1. de arbitrii iudic. q. 69. nu. 4.
cum sequentibus: sed istud est mādatum,
facultas & voluntas concedentis. ergo
morte ipsius extinguitur, quia post
mortem non dicitur quis voluntatem
habere, cum ea morte sit finita, mors
enim omnia soluit, vt in authentic. de
nuptijs. §. deinceps collat. 4. cum simi-
libus.

Secundò, quòd si prædictæ literæ post
mortem cõcedentis valerent, & virtute
earum quis posset ordinari, iniuriã inferri
videretur nouo Episcopo, si hoc fieret
sine voluntate eius, vt in c. cum nullus,
& in c. vltimo de temporibus ordinandi.
libro 6. posset enim eos capitulum sede
vacante, ex gratia omnibus concedere,
etiam inhabilibus, quod esset graue E-
piscopo, hos inutiles postea permittere
in suo Episcopatu celebrare.

His tñ non obstantibus tenenda est
intrepide contraria sententia, imò quòd
gratia ista (hoc est literæ cõmenda-
tiuæ ad recipiendos ordines) post mortē

Episcopi non expiret, quando ab eo est iure concessa, nec etiam si concessa sit à capitulo Ecclesiastico, sede Episcopali, vel Archiepiscopali vacante (in casibus in quibus id potest capitulum infra dicendis) expiravit finita capituli potestate: quod probatur, quia cum hæc sit gratia, non expirat morte mandantis, etiam re integra. † Quinimò exequutor super gratia facta datus à Papa, mortuo Papa, etiam re integra gratiam exequitur, rex. in c. si super gratia, & ibi Doct. de officio delegat. in 6.

- 4 Est tamé differentia maxima in proposito inter gratiam per verbú fiat concessa, & eam quæ ad aliquid faciendum conceditur: illa enim nõ expirat morte concedentis, sed Princeps eius successor debet facere eam expedire, vt tenet Archid. in proemio libri 6. decret. n. 2. vbi Ioan. Andreas, Dominic. Francus, & communiter scrib. adnotant, & Rip. alios referens in rubrica, nu. 50. de constit. inquit hinc ortá fuisse illam formam expediendi per successores gratias à predecessore concessas, scilicet, rationi congruit, &c. hæc verò, id est ad aliquid faciendum concessa, morte concedentis, literis non expeditis expirat, vt opinatur Baldus in l. falsus, nu. 21. C. de furtis, & in l. fin. col. 1. ff. de constit. princip. Archid. & Ripa vbi supra, quos refert & sequitur D. Moñ. de Hispan. primog. lib. 2. c. 7. n. 63. & 64. † nihilominus tamé in literis priuationis informa iuris cum prouisione alteri facienda, & in literis in forma dignum & vnionú, & in mandato de prouidendo est gratia facta, & non fienda, cum ex ea sit ius quæsitum alteri in re vel ad rem, vel saltem ius implorandi officíũ iudicis seu exequutoris: ita Hieron. Paul. in practic. Cancell. Apostolic. pagin. 188. cum sequent. vbi idé resoluit in gratijs per literas Apostolicas concessis, quibus committitur constitutio, & assignatio pensionis in partibus, vt non expirent morte Papæ illas concedentis re integra, quia vbi alicui cuius tertio est ius quæsitum in re vel ad rem, aut saltem iudicis officij im-

ploratio per literas Apostolicas gratiosas, siue gratiæ sint puræ, siue conditionales, huiusmodi gratiæ nõ extinguuntur per obitú concedentis, nec exequutorum iurisdicctio, seu potestas finitur, per notata in c. si cui nulla. de præb. & in d. c. si super gratia: ergo à fortiori gratia Episcopi ad recipiendos ordines, cum sit iã facta subdito, nõ expirabit morte Episcopi eam concedentis, re integra per supra dicta.

- 6 Sic etiam indulgentiæ & remissiones concessæ à Prelato, durant in perpetuú, dummodò habeant actum successiuum, iuxta gloss. in c. fin. de officio legati, gloss. 1. ibi item d: remissionibus, & ibi Abb. col. penult. vers. nunc venio, vbi dicit glossam illam communiter approbatam & multum notadam ad hoc: & Roland. à Valle alios allegans conf. 38. num. 1. & 2. libr. 3.

- 7 Licentia itidem data ab Episcopo veniendi, seu eundi ad studiú, per mortem ipsius non expirat, nec eam sine causa reuocare potest, iuxta glo. in c. cù ex eo, de electione in 6. sequitur plures allegans Roland. à Valle vbi supra, nu. 3. vbi quod nec etiam successor Episcopi poterit illam reuocare.

- 8 Sicut etiam dispensatio quæ dicitur gratia, non expirat morte concedentis, secund. Archid. & Ioan. Andr. & Philip. Franc. in c. licet canon. §. is etiam, col. 1. vers. tertio nota, de electione. Geminian. ibi, idem in §. super residentia, vers. scilicet. quæro, an si fiat. Roland. à Valle vbi supra, nu. 4.

- 9 Idem in simili gratia concessa à capitulo sede vacante: quia gesta à capitulo sede vacante valida sunt, & durant, si rectè gesta sunt, secund. Federicum de Senis conf. 16. capitulum, &c. Ancharan. in c. 1. in fine, ne sede vacante, & c. Imol. in c. 2. in fine eodem titulo.

Et in terminis hanc secundam partem tenet Cardinal. in Clementina fina. numero 9. de electio. receptus, secundum Nauar. in sua apolog. de reddit. Eccles. questione 3. monito. 8. nu. 1. pag. 572. & eundem in c. placuit, nu. 163. de peni-

sentia

tentia dist. 6. sequitur Petrus Rebuffus in sua praxi benef. in titu. de formul. dimissoriarum, num. 39. & 43. & Didacus Perez in l. 6. tit. 12. libr. 2. ordinam. colu. 1213. in vers. item etiā, vbi alios allegat; & nos quoque in nostro libro. 2. practi. quæst. 75. numer. 5. vbi per totam illam quæstionē plura alia in fauorem huius opinionis retulimus, & Rolandus à Valle dict. consilio 39. numer. 5. libr. 3.

10 Poterit tamen Episcopus reuocare ea, quæ nōdum fortita fuerint effectum; argum. tex. in c. si qua de rebus. 12. quæst. 2. Panormit. in c. cū olim, vers. septimo; de maiorit. & obedient. quōd si non reuocauerit, potestas data remanebit, secundū Rebuf. vbi supra, nume. 44. dicentem hoc esse valde notandum.

11 Non obstat primum fundamentum supra in contrarium adductum, quia loquitur & procedit in mandato; seu gratia ad beneplacitum, vel voluntatem concedentis factis, vnde merito quōd morte mandantis seu concedentis re integra expiret; q̄ volūtas nō durat post mortē, vt in dictis iuribus: at in nostra quæstione nō sumus in his terminis, sed in pura & mera gratia simpliciter, absq; & mētionē beneplaciti, seu vōluntatis concedentis facta, & idē non expirat morte concedentis re integra, vt probauimus.

12 Ad secundum respondemus, non esse contrarium nostræ sententiæ, licet enim id contingere possit, sibi imputet capitulum id perperam faciens: nihilominus valida est, nec reuocatur dicta gratia finita capituli potestate; nisi nouus Episcopus eam reuocauerit antequam exequatur: quōd si aliqui inhabiles sint ordinati per literas huiusmodi capituli, id per accidens erit, & Episcopus superueniens poterit remediū huic rei cōueniens adhibere, suspendēdo eos ad tempus, donec habiles fiant, si defectus scientiæ adsit, vel aliter opportunē prouidendo pro rei exigentia. Consulo tamen ordinatoribus, quibus præfata litera dimissoriæ ad ordines diriguntur latæ ab Episcopo iam mortuō

vel promotō, vel à capitulo sede vacante, vt si tempore præsentationis coram se earūdem, sciuerint nouum prælatum atque successorem possessionem eiusdem Episcopatus cepisse, illas non admittant, nisi reualidatæ fuerint, vel similes nouæ literæ noui Episcopi eiusq; officialis generalis; ad id mādātum speciale habentis; productæ fuerint; propter præsumptionem fraudis; quæ inde accipi post; & quia faciliter contingere potest, quōd priores sint reuocatæ à nouo successore, quod subicit ordinandus, vt iam semel scio contingisse: quōd si Episcopus cui directæ sunt prædictæ literæ, nesciat nouum successorem ad esse in suo Episcopatu, per se vel suos officiales, tunc proculdubio easdem literas acceptare poterit, ac virtute ipsarum ordines in eisdem contentos commendati conferre.

13 Capitulum autem Ecclesiasticū sede vacante, quamuis iure communi attēto seu is, ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere; dare possit licentiam ordinandi suis subditis, vt in cap. cum nullus. versiculo Episcopo. ibi: Vel sede vacante capitulum, de tempor. ordin. libro 6. hodie tamen attēto Concilio Trident. id facere minimē potest capitulum infra annum vacationis sedis, nisi ei; qui beneficij Ecclesiastici recepti, huc recipiendi occasione arētatus fuerit sub certis quibusdam potētis post annum verō prædict. licentiā impune concedere potest, seruatis seruādis, vt in c. 10. de reformat. sessio. 7. & in c. 10. session. 23. Concilij Trident.

14 Superest modō vt videamus; an Vicarius & officialis generalis, & sic Prouisor Episcopi, vel Archiepiscopi, possit has literas commendatitias & dimissorias ad ordines conferendos suis subditis concedere virtute generalis mandati, quod habet à suo Episcopo vel Archiepiscopo, etiam si eidem specialis facultas ad id non sit concessa in eo? Et videtur posse. Primō, nam Vicarius Generalis, seu vices ali-

- cuius gerens omnia potest, quæ is, cuius vices gerit, tex. in. l. 1. §. hi quibus, versiculo à præfecto vero prætorio, vel eo, qui vice præfecti est, & c. ff. de legatis. 3. & in. l. 2. ibi: Et omnia, quæ ad iurisdictionem rectoris prouintia pertinent, & c. C. de offic. eius qui vic. alicuius iud. obtinet, & per glos. in c. sua nobis, vers. Vicarij, in princip. de offic. Vicarij. Bertrachi. in tract. de Episcopo, in 7. p. 4. lib. nu. 3. vers. 3. quæro an Vicarius Episcopi dicatur habere eandem iurisdictionem, & c. volum. 2. tractatu. diuerforum DD. Corneus conf. 181. visis nonnullis, nu. 39. volum. 2. Hieronym. Gratus respons. 2. nu. 88. lib. 1. Quintilianus Mandosius in regu. Cancell. 24. de malè promot. q. 6. nume. 3. vbi n. 4. ex alijs refert, † quod offendens Vicarium Episcopi, ipsum Episcopum offendit. Secundò, quia Episcopi & Vicarij vnum & idem est consistorium & tribunal, vt in c. Romana, in princip. de appellation. libr. 6. cap. 2. de consuet. eod. libr. igitur sicut Episcopus has literas concedere potest, vt in d. c. cum nullus, de tempor. ordin. libr. 6. ita, & Vicarius generalis videtur, quod eas cōcedere possit, cum habeat suas vices generaliter ad omnia, quæ ipse Episcopus potest, eademq; persona cum ipso censetur.
- 16 Tertiò, quia Vicarius generalis Episcopi est ordinarius, vt in c. Romana, in princip. cum glos. 1. ibi. Speculat. sub tit. de offic. ordin. §. l. n. 2. vers. ite ordinarius est is. glos. in c. 2. in verb. officialem, de officio Vicarij, lib. 6. glos. in c. per lectis, in verbo, & iurgia. 25. dist. Feli. in rubrica de officio delegati, col. 3. vers. Vicarius etiam, dicit communem Abb. in c. quoniam Abbas, de offic. deleg. n. 10.
- 17 Quintil. Mandos. vbi supra n. 6. † sed ad ordinarium spectant omnia, quæ sunt de lege diocesana & iurisdictionis, secund. Speculat. in tit. de officio ordin. §. officium ordinarij in fin. † Sed sub lege diocesana & iurisdictionis consistit totum ius, & potestas Episcoporum, cap. conquerente, & c. dilectus filius, cum glos. magna in princip. & per totum, &
- 18 ibi Abb. & alij, de offic. ordin. c. auditis, cum glos. 1. de præscript. & in c. auditis, & ibi Abb. in. 1. notabili, de restit. in integ. Innoc. in c. 1. de statu Monach. Bald. conf. 478. præmittendum est, nu. 4. vers.
- 20 Episcopus autem, vol. 4. Tergo siue dicamus collationem sacrorum ordinum, & alia similia esse de lege iurisdictionis, prout voluit Innocen. in d. c. 1. nume. 3. siue, de lege diocesana iuxta ea quæ adducit Abb. in c. dilectus. col. penul. vers. ad vnum tandem aduerte, vt cumq; sit, ordinarius omnia ista poterit, secundum Speculat. & Mandos. vbi supra, nu. 5. igitur & Vicarius generalis, cum sit ordinarius, poterit ea, quæ sunt legis diocesanae & iurisdictionis, & consequenter concedere licentiam, de quibus agimus.
- His tamen non obstantibus contraria sententia proculdubio est tenenda regulariter, imò quòd prouisor seu vicarius generalis Episcopi, vel Archiepiscopi, has literas dimissorias, seu euendas cōcedere minimè possit, præterquàm si speciale mādātū ad hoc habeat, ex tex. in hoc expresso in d. c. cum nullus, vers. Episcopo, de temp. ordin. in 6. per locū ab speciali, & clarius in §. inferiores, ibi: Vel officiales Episcopi (cum ad hoc se ipsius officiū non extendat) huiusmodi nequeunt licentiam impartiri: & in terminis ita tenet glos. in c. 2. in verb. officialem, ante finem, in vers. nec etiam de spiritualibus, vnde literas commendatitias ad ordines dare non possunt, & c. de officio Vicarij lib. 6. Dominic. in d. §. Episcopo; vers. sed hodie talibus Vicarijs, & c. & ibi Philip. Franc. in 4. notabili. Hostiens. & Bellamer. in c. significasti, de offi. Archidiacon. Rebuf. in praxi benef. in form. Vicar. Archiepiscopi. & aliorū collator. nu. 47. & Quintilian. Mandos. vbi supra, nu. 9. & 10. qui numer. 15. respondet fundamentis in contrarium adductis.
- 22 Sic etiam nec Vicarius generalis capituli sede vacante, potest tales literas cōcedere, nisi ei specialiter cōcederetur, secundum Ioan. Pavin. in tracta. de officio, & potest. capit. sede vacante, quæst. 9. se-

9. secundæ partis princip. nu. 17. vers. & adde, ibi: Et idè non posset dare literas commendatitias ad ordines, nisi specialiter concederetur, & c. vol. 15. tractatu. diuersorum DD. quem refert & sequitur Mandos. vbi supra, numero 10. sicut nec ¶ Archidiaconus, quia quamuis sit Vicarius generalis Episcopi, vt in c. 1. & in c. ad hæc, vers. secundum verò, de officio Archidia. Decius cons. 420. vers. queritur an Archidiaconum, num. 1. & cons. 664. viso eleganti, nu. 3. nihilominus has literas commendatitias ad ordines concedere non potest, vt in c. significasti, de offic. Archid. & remota consuetud. id probat glos. in c. Episcopum, ante finè, q. 2. & Mandos. vbi sup. n. 9.
- 23
- 24 Hæc tamen tenenda sententia limitatur. Primò, vt nõ procedat Episcopo in remotis agente, tunc enim ipsius in spiritualibus Vicarius generalis dare potest licentiam ordinandi, vt decidit expressè text. in d. c. cum nullus. §. Episcopo, & ibi notat Philip. Franc. in 4. notabili, tenet Rebuf. vbi supra, nu. 48. & Mandos. d. q. 6. nu. 12. idq; est verissimū. ¶ Quis autè locus dicatur in proposito remotus, relinquitur arbitrio iudicis, vt in specie probauit glo. in d. §. Episcopo, verb. remotis, sequitur plures referens Menoch. de arbitr. libr. 2. centur. 3. casu, 222. nu. 26.
- 25
- 26 Secundò eadè cõmunis sententia limitatur, nisi Vicarius generalis in mandato haberet specificata aliqua maiora, quàm sit huiusmodi licentiã cõferre atq; impartiri, arg. tex. in c. qui ad agendum, vers. sed si aliquid, de procurat. in 6. l. sed et si. §. quæsitum, cum glos. in verb. specialiter. ff. si quis caut. Hostiens. in cap. significasti, ante fin. vers. si tñ aliquis vices Episcopi generaliter, & c. de officio Vicar. c. 2. iuncta glo. fin. de offic. Vicar. lib. 6. & ibi Gemini. nu. 8. super glos. Lopus allegatione 70. sæpè vidi, n. 10. vers. quid ergo si expressio aliquo, vsq; ad fin. Paris. cons. 41. ex his quæ in factò, nu. 1. vers. nec est dicendum. vol. 4. & Quintilian. Mandos. d. q. 6. nu. 14. vbi aduertit, quod licet Francis. Pauin. vbi sup. lo-

- quens de Vicario capitulo sedè vacante, videatur sentire huiusmodi non posse has literas concedere, etiam aliquibus arduis specificatis, in fine tamen videtur aliter residere, vbi subdit, Contrarium videtur probare, & c.
- 27 Tertiò præfata sententia verò si ma & tenenda potest limitari, nisi iste Vicarius generalis arq; habens specialem facultatem in prædictas literas concedendi, successisset aliquibus prioribus Vicarijs. eam habere; & licentias huiusmodi concedere solitis; arguuntur tex. & quæ ibi notantur in l. cum de in rem verso, ff. de vsuris. Bald. etiam in l. certis annis, nu. 6. in 3. oppos. C. de pact. Deci. cons. 146. & pro tenui, col. 2. post princip. & pulchre per Hieronym. Gratium respons. 2. numer. 90. libr. 1. vbi loquitur de potestate Vicarij generalis; & in terminis per prædicta ita tenet Mandos. vbi supra, numer. 15. qui numer. 13. assignat aliam limitationè ¶ in Vicario à Papa constituto in exemplis, de quibus ibi per eum: adde tu aliam in c. fi. de supplend. negligentiã prelat. ¶ nempe in visitatore à Papa Ecclesiæ Cathedrali vacanti constituto, hic enim cum spiritualium & temporalium administrationem censeatur habere, vt in dict. c. fina. §. fin. has literas commendatitias concedere poterit, arguuntur tex. in d. c. cum huilus. §. Episcopo, ibi: Seu is, ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere, dare possunt licentiam ordinandi, & ibi expressè tenet glos. verbis, cū qua transeunt ibid. DD.
- 28
- 29
- 30 Vltimò in proposito illud silentio prætereundum non duxi, quod si clericus sit ab alieno Episcopo ordinatus, & in literis ordinationis dicitur, hoc esse factum ex licentia Episcopi ipsius ordinati, illi credendū est, quia modici momenti & præiud. cij est causa hæc, vt in terminis probat Cardinal. in c. Albertic. de testibus. prouit eum refert & sequitur Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 76. n. 10. Adde ego aliam nõ minimam rationem, quoniam in dubio non est præsumendū delictū, vt in l. merito. ff. pro soc.

- cum simili. quare non est præsumendum quod ordinās, absque literis dimissorijs sui ordinarij eum ordinasset, cum aliās remaneret suspensus à collatione ordinum per annum, vt in c. 8. de reformatione selsione 23. sacri Concl. Trident.
- 83 Accedit, quod hic nō agitur de alterius præiudicio, & ideo meritò vt præd. literis Episcopi ordinatoris in hoc credendum atq; standum sit: arg. corū, quæ post longam disputatiōem resoluit Ias. in repet. l. admonendi, num. 175. de iureiur. vbi q̄ licet Cardinali, etiam legato à latere, vel aliās viro nobilissimo non credatur, nisi ostendat rescriptum, vel mādātū, hoc procedit & locū habet in his, quæ sunt in præiudiciū alterius, secus verò erit in his, quæ non sunt in præiudiciū alterius, vt in facultate & potestate concessa ad absoluendū, dispēsandū, concedendum indulgentiās, & similia, de quo etiam per Felin. in c. cum in iure peritus, nu. 6. de offic. deleg. & quod in hoc de quo agimus credatur Episcopo ordinanti, nempè quod habuerit licentiam Prælati ordinati, tenet etiam vltra præcitatos Petrus Rebuf. in sua praxi benef. in titul. de formul. dimissor. n. 36.
- 9 *Vsura omni iure naturali, diuino, canonico, & civili sunt prohibita.*
- 10 *Vsura sunt prohibita iure Regio. quo vsurarius seuerè puniri præceptum est, hoc est indubium.*
- 11 *Clerici vsurarij poena remissive.*
- 12 *Vsura reputatur apud omnes res illicita, & ideo pro eius crimine potest quis criminaliter puniri poena extraordinaria, & sic arbitraria.*
- 13 *Iudex laicus & sic secularis, an possit de causa vsuraria cognoscere criminaliter, poenaque pecuniaria vsurarios punire, & numeris sequentibus, num. enim. i. 4. ponitur opinio negatiua, num. verò 15. affirmatiua, & hæc probatur.*
- 16 *Crimen vsurarum vltra modum à legibus antiquis permissum est mixti fori, intra vero, Ecclesiastici fori tantum est, vt in num. 17.*
- 18 *Crimen vsurarum hodie mixti fori est, ita vt iudex secularis contra laicos vsurarios cognoscat: Ecclesiasticus vero contra clericos huiusmodi: sed praxis accepit vt hic contra vtrosque cognoscere possit, vt in nu. 19.*
- 20 *Vsurarius non manifestus, an in foro canonico à iudice Ecclesiastico aliqua poena puniri valeat?*
- 21 *Iudex secularis de causa vsuraria cognoscere potest tantum quādo vertitur quæstio facti, secus autem si sit quæstio iuris, quia tunc solus Ecclesiasticus cognoscit, nō autē laic⁹.*

S V M M A R I V M.

- 1 *Vsura est prohibita & reprobata iure naturali.*
- 2 *Lege Evangelica nihil præcipitur, nec vt illi citū prohibetur, quod non sit iuris naturalis legibus, vel præceptum, vel prohibitum, præter ea, quæ circa Sacramenta & Fidei Catholicæ articulos instituta sunt.*
- 3 *Vsurarū crimen contra naturam vocant Aristot. & omnes Philosophi, & diuus Thomas, sicut nefandum, quia vis fit pecuniæ.*
- 4 *Vsura est prohibita iure diuino veteris Testamenti & Noui.*
- 5 *Vsura est peccatum mortale, aded vt contrarium asserere sit heresis.*
- 6 *Vsura sunt omnino prohibita iure canonico.*
- 7 *Vsura iure civili Pandectarum, & iure Codicis intra certum modum erant permissa.*
- 8 *Vsura an iure Authenticorum sint prohibita?*
- 22 *L. 36. tit. 6. lib. 3. nouæ collect. reg. intellect⁹.*
- 23 *L. 4. tit. 8. libr. 3. ordin. ver. hodie l. 1. tit. 21. lib. 4. nouæ collect. intellectus, & nu. seqq.*
- 24 *Iudex secularis nō potest etiam incidenter cognoscere super vsura, nec parte excipiente contractum esse vsurarium, nec illi statuere terminum intra quem probet prædictam exceptionem, vt in num. 25. sed contra num. 27.*
- 26 *Iudex secularis, coram quo instrumentum garantigium exequitur, opposita contra id exceptione vsuræ, quod possit ac debeat eam admittere, ac cognoscere de ea, causamque decidere, siue quæstio sit iuris, siue facti: quod procedit, etiam si coram Ecclesiastico pendeat lis super vsura d. contractus, vt in numer. 28. & etiam si iudex Ecclesiasticus inhibeat super hoc secularem, vt in nu. 29. & 30. & quid tunc temporis facere debeat iudex*

- iudex secularis ad euadendam excommunicationem Ecclesiastici, num. 32.*
- 31 *Executio instrumenti annuas praestaciones continentis, retardari non debet per exceptionem usurae, vel nullitatis contra id oppositam, si iterum atq; iterum fuit iam executioni mandatum.*
- 33 *Dominium rei acquisitae per usuram, an transeat in usurarium? & n. 34. & 35. quod dominium aliarum rerum acquisitarum ex pecunia usuraria bene transit.*
- 36 *Res emptae ab alio ex pecunia mea, non efficiuntur mea, sed illius, qui eam sibi emit.*
- 37 *Usurarius non tenetur restituere debitori rem, seu lucrum ex pecunia usuraria acquisitum, quamvis pecuniam ipsam restituere teneatur.*
- 38 *Usurarius tenetur restituere rem acquisitam per usuram cum fructibus: & praeterea ad resarciendum omne damnum ob exactam usuram debitori obuentum, & praeterea de lucro cessante rei lucrosae, quae non transit in eius dominium, non autem rei non lucrosae, quae transit in eius dominium alijs commixta.*
- 39 *Tertius possidens rem per usuram ab alio acquisitam an & quando conueniri possit pro ea: & an alienari potuit titulo oneroso vel lucratiuo, & n. 44.*
- 40 *Gener accipiens in dotem bona usuraria, vel restitutioni obnoxia, an, & quando teneatur ad restitutionem? & quid in filia eius uxore? n. 41.*
- 42 *Bona usurarij, an à iure sint tacite hypothecata pro usurarum restitutione? & num. 43.*
- 45 *Tex. in c. cum tu. de usuris, intellectus.*
- 46 *Heredes usurarij tenentur ad restitutionem usurarum, siue filij sint, siue extranei.*
- 47 *Heredes iure civili ex delicto defuncti non tenentur, nisi lite cum defuncto contestata, vel ex ea parte, quae ad eum peruenit, & n. 55. & 56. Quod procedit etiam in actione poenali pro ipsa, vel pro interesse, vel damno, ut in n. 48. Limitatur in conditione furtiua propter furti frequentiam, ut in n. 49. Idem de iure canonico id regulare est, ut in nu. 50. Itaque in hoc est discrimen inter ius canonicum & civile, ut in nu. 51 quomodo procedat, quod de iure canonico diximus.*
- 53 *Heredes stupratoris virginis decedentis ante litem contestatam, non possunt iure civili*
- attento conueniri pro damno, interesse vel dote, secus iure canonico.*
- 54 *Usurarius non tenetur ex delicto, sed ex quasi contractu, nempe conditione indebiti.*
- 56 *§. his autem verbis, instit. de l. Aquil. intellectus.*
- 57 *Propria natura inspicienda est, & iuxta illam iudicandum, non verò secundum accidentale.*
- 58 *Actio poenalis oriens ex contractu transiit ad heredem, etiam iure civili attento, si dolus commissus in contractu, vel circa contractum, purgatur per actionem orientem ex illo contractu, & non per actionem aliunde descendente. Natura contractus est, ut actiones ab eo descendentes transeant, ad heredes, & ideo merito ipsi tenentur, n. 59.*
- 60 *Modus adiectus in contractu si non adimpleatur, res condicatur & vendicatur.*
- 61 *Locator potest ob pensionem non solutam expellere conductorem, vel eius heredes.*
- 62 *Ius canonicum praecipiens, ut actiones poenales transeant in heredes, licet nihil ex crimine ad eos peruenerit, nec lis fuerit cum defuncto contestata, seruandum est etiam in foro civili.*
- 63 *Heredes usurarij non insolidum, sed proportionibus hereditarijs tenentur sicut pro alijs debitis: et quid si alter corumpas non solucito, n. 64.*
- 65 *Heredes usurarij an teneantur in conscientia ultra vires hereditarias, si inuentarium non fecerint.*
- 66 *Lex civilis praecipiens, ut haeres non conficiens inuentarium, teneatur ultra vires hereditarias, est fundata super praesumptione, quod bona defuncti occultaerit haeres, qui inuentarium non fecit atque ea subtraxerit.*
- 67 *Haeres in foro animae regulariter non tenetur ad debita defuncti ultra vires hereditarias non confecto inuentario, si reuera nihil occultauit, & quantum habuit soluit. Sunt qui hoc verum intelligant quoad legatarios, secus verò quoad creditores, ut in n. 69. sed quoad utrosque communis sententia negatiua verior & tenenda est, ut in n. 70. Limitatur, n. 71.*
- 68 *Lex humana, quae iusta est, etiam in foro animae est seruanda.*
- 72 *Haeres non conficiens inuentarium in foro contentioso canonico tenetur ultra vires hereditarias.*
- 73 *Ecclesia & clerici heredes defuncti an teneantur ultra vires hereditarias, si inuentarium non confecerint?*

CAPVT XVIII:

De vsura, quòd sit omni iure prohibita, & an sit crimen merè Ecclesiasticum, vel misti fori?

IN PRIMIS vsuram esse illicitam atque reprobam iure naturali, inter aliàs plures, illa satis insinuat communis nostrorum ratio, quòd mutuas dominium pecuniæ mutuatæ in mutuatarium transferat, vnde tunc recipiens vsuram, recipit lucrù ex re aliena in re-còpensatione téporis, quo mutuù durat, quorù vtrumq; est irrationabile, & iuri naturali contrariù, cum & ipsum tépus sit còmune omnibus animalibus, & idèd nò est redimendù ab aliquo simpliciter & per se sumptù, nec est in còmercio, sicut nec aër, nec mare, vt in l. 2. ff. de rerù diuisione, & nemò prætereà iure nature debet locupletari cum iactura aliena, vt in l. nã hoc natura. ff. de còdict. in deb. & in l. iure nature. ff. de reg. iur. ita Roman. post Innocent. & Bald. quos refert conf. 500. col. 2. quam ratione sequuntur atq; probant Laurent. Rodulf. in c. còsultuit, in princip. nu. 16. de vsur. Philip. Frac. in c. 1. in princ. de vsur. in 6. Alex. conf. 49. n. 5. vol. 4. Bald. conf. 443. vol. 3. Natta conf. 369. n. 5. Afflict. in constit. Regni, de vsur. pun. §. vsurariorù, nu. 2. D. Couar. lib. 3. var. resolut. c. 1. num. 5. in princip. ibi: Nã domino inuito, & c. vbi alijs quã pluribus rationibus id còprobat, & Octavian. Cacheran. decisio. Pedemont. 137. n. 7. ibi, quòd ratio, qua prohibatum est mutuatem, & c. vbi etiam alia adducit: sed hoc manifestù sit, cum vsura iure diuino Euangelico vetita sit, vt infra statim docebimus: ergo iure nature quoq; prohibita est: † nihil siquidè lege Euangelica præcipitur, nec vt illicitum prohibetur, quòd non sit iuris naturalis legibus, vel præceptum, vel prohibitum, præter ea, quæ circa Sacramèta & Fidei Catholicæ articulos instituta sunt, secund. sanct. Thom. 1. 2. q. 108. art. 1. & 2. & quotlib. 4. art. 13. D. Couarru. in 4. de sponsal. 2. p. c. 6. §. 10. nu. 1. & d. lib. 3. var. resolut. c. 1. n. 5. vers. siquidè lege Euangelica. Quibus & alijs rationibus quòd vsura

iure nature sit prohibita, tenet sanct. Thom. 2. 2. q. 78. art. 1. Scotus & còmuniter Theologi in 4. dist. 5. q. 2. Dñic. à Sor. lib. 6. de iusti. & iure. q. 1. art. 1. Ioan. Andr. in reg. peccatù, de regul. iur. in 6. col. 4. & Còradus latissimè de contract. q. 22. còclus. 2. est còmunis, secund. Couar. d. lib. 3. var. resolut. c. 1. n. 5. vers. his tãdem, & alijs, vbi eã sequitur & affirmat quòd ita tenet Scotus, & frequētissimo omnium consensu Theologi vbi iupr. quem refert & sequitur Iul. Clar. libr. 5. receptarù sent. §. vsura, in vers. sciendù est autè, & plures alios referens decis. Pedemont. vbi iupr. n. 9. & probat latè Mercad. de tratos y contratos, in opusculo de vsura, c. 6. per totum, † vbi quod Aristoteles, & omnes Philosophi, & S. Thom. vocant hoc peccatum contra naturam, sicut nefandum, quia vis sit pecuniæ.

4 Iure autè diuino veteris Testamèti vsurã esse prohibitã probatur ex illo Ezechiel. c. 18. vbi Dñs loquens de eo, qui ad vsurã dederit, ait, quòd talis nò viuet, sed morietur: Itè Psal. 14. loquès Propheta de habituro in tabernaculo Dei, inquit: Qui pecuniã suã nò dedit ad vsurã. Ex nouo Testamento passim adducitur ille locus Lucæ 6. Mutuù date, nihil inde sperantes, què in hunc sensum, vt crimen vsuræ sub præcepto, & mortalis culpæ reatu prohibitù sit, Ecclesia Catholica interpretatur in d. c. consultiuit, de vsur. probatur etiã in c. quia in omnibus, & in c. super eo eod. tit. de vsur. & quamuis quibusdã visum fuerit ibidè nò probari vsurã iure Euangelico prohibitã esse, cum Christus Iesus potius illis verbis, de quibus ibi, còsulat, quàm præcipiat: prior tñ sensus ad vsuræ prohibitionem, vt potè ab Ecclesia, quæ Spiritu lacto duce scripturã sacrã interpretatur, receptus omnino tenèdus est, atque ita Theologi & Canonistæ frequētissimo consensu existimant vsurã iure diuino, etiã Euangelico vetitã esse: ad quam rē plurima adducit testimonia, Peraldus Episcopus Lugdunès. in summa de vitijs & virtut. 2. tom. in tract. de auaritia c. 1. secund. D. Couarr. lib. 3. var. resolut. c. 1. numer. 5. vers. iure diuino: sequuntur etiam Didac. Perez

- in rubr. titu. 2. lib. 8. ordin. pag. 24. colu. 2. & Mercad. vbi supra, circa fin. d. c. 6. in versu. *y lo mismo*: idem fatentur Iulius Clar. & Octauia. vbi supra, qui alios plures citant, & hoc expressim affirmat l. 1. & 5. in princ. tit. 6. libr. 8. nouæ collectio. reg. quod latè etiã probauit Nauar. in manuali Latin. c. 17. n. 207. versu. & q̄ vsura, vbi quòd est vsura illicitũ lucrũ, & velle vel accipere eam sit peccatum mortale, aded vt contrarium asserere sit hèresis, vt in Clementina 1. de vsur. & quod sit peccatum mortale tenet sanct. Thom. 2. 2. quæst. 78. art. 1. & ibi Caietanus, & in 4. distinct. 33. quæst. 2. art. 2. & in alijs locis relatis à Didac. Perez vbi supra, colum. 2. & accipiens vsuram, ad restitutionem tenetur cum fructibus, & interesse, non verò tenetur lucrum, vel rem ex pecunia vsuraria acquisitam restituere, vt plures allegans probat Mercadus vbi supra, c. 11. & Couar. d. libr. 3. c. 3. nu. 6. versu. sed ad huius.
- 6 Iure etiam canonico prohibet̄ sunt omnino vsuræ, vt in toto tit. de vsur. in Decret. & in lib. 6. & in Clementinis, & in Decreto 14. quæst. 3. & q. 4.
- 7 Iure autem ciuili antiquo Pandectarum & Codicis, quamuis intra certũ modũ permissẽ esset, vt in. l. placuit. ff. de vsur. & in. l. eos. C. eodem titul. quam opinionem dicit esse commnẽ Alciat. in c. 1. nume. 78. de officio ordinar. & q̄ vsuras non omnino prohibeat lex ciuili, dicit esse quasi communem opinionem Christoph. de Castell. cõf. 38. post numer. 8. Carauita super 21. ritu magnæ Curie, num. 5. prout eos refert Iul. Clar. vbi statim citabitur, & inquit Couarr. dict. c. 1. num. 6. in princip. quòd eam defendit Carol. Molin. Theologis, & Canonistis refragantibus: ¶ iure tamen authenticorum, nempe in auth. de Ecclesiast. titul. in princip. à Iustiniano Cæsare prohibet̄ sunt, saltem implicitè: ibi namque præcipit disposita in quatuor concilijs Ecclesiæ Catholicæ, è quibus Nicæna synodus vsuras prohibuit, vicem legis obtinere, & sicut leges obseruari: & quòd in concilio Nicæno prohibeantur vsuræ. c. quoniam. 47. distinct. ergo, & à Iustiniano prohibet̄ censentur: ita tenet glos. authen. ad hęc, de vsuris. glos. etiam in dict. cap. quia in omnibus. & in c. quid dicam. 14. quæst. 4. Salicet. in dict. auth. ad hęc. C. de vsuris, num. 3. & 5. est communis secund. Abb. in c. cum sit, num. 18. versu. 1. tenendo, de for. compet. & dicit neminem de hoc dubitare, Alexand. consil. 49. numero 1. libro 4. est communis, secundum D. Couar. vbi supra, dict. c. 1. numer. 6. & decis. Pedemont. supra dict. numer. 8. & 9. vbi plures allegat, sequitur etiam & cõmunem affirmat, dicens ab ea tanquam vteriori, & magis communi non esse aliquomodò in practica recedendum Iul. Clarus vbi supra, in versu. difficultas est, & decis. Pedemont. vbi supra, num. 13. & Didac. Perez etiam vbi supra, testatur communem Nauar. vbi supra, nu. 208. ibi, & quòd nunc etiam, tametsi Couar. vbi supra dict. cap. 1. numer. 6. versu. ego sanè, cum Abb. vbi supra, & Conrado de contractibus quæstione 22. conclusione 10. & 12. non ineleganter arbitretur, ac probet Iustinianum nunquam proprijs sanctionibus vsuras reprobasse, sed imò eas suis legibus permississe ac approbasse, & ided improbatas esse censet, cum iuri naturali & diuino refragetur: quicquid minus rectè Iustinianum in hoc priuata quadam ratione excusare nitantur Alciat. libro 6. parerg. iur. c. 20. & Menoch. ipsum sequutus de arbitrar. iudi. lib. 2. cent. 1. casu 82. num. 9. & 10. quamuis enim implicitè Iustinianus vsuras improbarit, vt constat ex d. auth. explicitè tamen eas suis legibus iniquè permisit, vt Couarr. cum iudicio perpendit, prædictasque ided leges Iustiniani rectè improbauit.
- 9 Fit igitur ex supra dictis vsuras omni iure, naturali nempe, diuino, Pontificio, & ciuili esse prohibitas, vt resoluit Couar. vbi supra, numer. 5. in princip. quod etiam firmat Carol. Ruin. consil. 145. nu. 9. libro 4. & probat latissimè ad partes agens Ioan. à Medina de reb. per vsurã. acquisit. in c. de vsura, an sit, vel vnquam fuerit

fuerit licita, per totum, & Mercadus in tractatu de Iudæis cap. 11. numer. 1. & 2. Rolandus à Valle conf. 35. num. 26. libro 1. vbi in idem citat Alexandrum, Socium, & Paris. idē probat Angel. in summa, verb. vsura. §. 2. num. 1. & alios referens Ostauian. Chacheran. vbi supra, d. num. 9. & Nauar. vbi supra, d. num. 207. & 208. & Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 3. casu 388. nu. 30.

10 In idē & iure nostro Regio Hispaniæ seuerè puniri vsurarios cautum est, nèpè in amissione principalis mutuo dati cū alio simplo, sicque in pœna condemnatur in duplum certa forma applicanda, vt in d. l. 4. & 5. tit. 6. lib. 8. nouæ collect. reg. statuitur: quas leges iustas esse defēdit Couar. in 4. 2. parte. c. 6. in princip. num. 19. in fin. ex eo quod lege seculari possit pœna aliqua vsurarius puniri, vt ibi probat, quod etiam tenet Auenda. d. cap. 28. prætor. num. 1. libro 2. & nos in tractatu de iuram. cōfirmat. 1. parte. c. 2. num. 36. & addit. Bernard. Diaz in regu. 698. & Didac. Perez vbi supra, pag. 27. colu. 2. & circa pœnas dictarum legum, & modum probandi vsuras, plura tradant Abb. conf. 2. per totum, libro 2. & Couar. libr. 3. variar. resolut. c. 3. nume. 5. & Auend. vbi supra, nume. 2. & sequentibus, & addit. Bernard. Diaz in practic. crimin. cap. 88. & Menoch. de arbitrar. iudic. libr. 2. cent. 3. casu 235. vbi plura

11 circa testes singulares, † an hoc casu probent esse aliquem vsurarium: de pœna autem clerici vsurarij, videndi sunt Bernard. Diaz vbi supra, dict. c. 88. per totū, & ibi eius addit. & Couar. d. c. 3. nume. 3. & Didacus Perez in rubr. titul. 2. libr. 8. ordinam. pag. 26. colum. 1. vers. itē etiam clericus, col. 2. vbi latè prosequitur pœnas vsurarium.

12 Hinc fit, vsuram reputari apud omnes rem illicitā, & consequēter propter vsuram posse quem etiam criminaliter puniri pœna extraordinaria, & sic arbitraria, vt tenuit Iacobus Butric. in l. improbum. C. ex quibus causis infam. irrogetur, quoniam vsurarius committit dolum in exigendo vsuras contra iuris

prohibitionem, & ideò tenetur crimine stellionatus: & hanc opinionem Iacobi Butricarij sequutus est Cacialup. in rep. l. cūctos populos. 10. charta, colum. 2. n. 49. C. de summa Trinit. & fide Cathol. eamque confirmat, quia crimen vsurarium est contra Deum & homines, vt in d. c. quia in omnibus, & in c. super eo, de vsur. Eandem sententiā sequitur dicens videri magis cōmunem Corneus conf. 19. litera G. col. 3. volum. 3. & iterum cōfilio 158. colum. 3. eodem volu. 3. Afflit. in constit. reg. in constitutione, statui- mus & hanc: & magis cōmunem dixit Alciat. in c. perniciosam, num. 80. de offic. ordin. estque recepta opinio, vt ex eodem Alciat. alios allegans testatur D. Couar. in 4. de spons. 2. par. c. 6. in princ. numer. 19. & magis communem esse ex Alciat. vbi supra, refert Roland. à Valle conf. 75. num. 6. 7. & 8. Et quamuis contra hanc sententiā Butric. teneat Bald. in proprio loco. Salic. Cardinal. Ias. Bertach. Rip. Dec. Aymon & Marant. eosq; referens & latè eorum opinionem probans contra Iacob. Butr. Roland. à Valle conf. 75. à num. 13. cum sequentibus, dicens, quod etsi Alciat. vbi supra dicat magis communem esse sententiā Iacob. Butr. supra dictam in suo sensu, decipitur, quia si numerentur DD. apparebit clarè contra eum esse magis cōmunem, ibique respondet fundamētis opinionis Iacob. Butr. nihilominus tamen si recenseatur authoritates, nulli dubium erit, quòd comperietur Alciatum verum dixisse, secundum Iul. Clar. vbi supra, in versic. ex hoc inferitur, qui hanc partem Iacob. Butr. probat, & magis communem esse refert, affirmans quia pluries fuit iudicatum per Senatum, puniendo tales vsurarios pœna extraordinaria, facta etiam speciali delegatione. Eandem sententiā aduersus Bald. & sequaces latè probat, respondens fundamentis contrarijs decis. Pedemont. supra dicta num. 6. cum sequentibus, vsq; in fin. idem latissimè facit resoluendo sententiā Iacob. Butric. esse communiter receptam, Menoch. vbi supra, à n. 14. cum

14. cū seqq. id quod apud nos tam iure canonico, quam iure Regio verissimum ac obseruantissimum in praxi est.

13 Exit tamen se nobis obuiam in proposito illa anceps quaestio, an iudex laicus, & sic secularis, possit de causa usuraria cognoscere criminaliter, poenaq; pecuniaria usurarios punire?

14 Et in primis videtur pars negatiua verior, quia iuxta communem sententiam Doctorum usurarum crimen mere Ecclesiasticum est, vt opinatur glos. 2. & oēs in c. cum sit generale, de foro comp. & in c. 1. de offic. ordin. & in Clem. dispendiosam, de iudic. quam opinionem communem esse testatur praeter alios, Alber. in rubr. nume. 3. C. de usur. atque eam sequuntur Alex. conf. 29. numer. 6. libr. 4. Dec. conf. 170. Ias. conf. 153. lib. 4. colum. vltima, Bald. in l. quoties, colu. 2. vers. tu dic. C. de iudic. idem Bald. col. 443. in fine volum. 3. Lapsus allegatione 56. & 70. sequitur Roland. à Valle alios referens d. col. 75. n. 14. & 16. lib. 1. & communem esse ex Alber. alios referens affirmat D. Couar. d. libr. 3. variar. resol. c. 3. in princip. & decis. Pedemont. vbi supra, num. 3. & Iulius Clar. vbi supra, vers. sic. hoc crimen, & latius in pract. crim. §. fin. q. 37. vers. quarto igitur, quamuis Couar. & decis. Pedemont. vbi supra, & Iul. Clarus eam non probent, vt infra dicemus, & in terminis quoddam iudex secularis non possit procedere criminaliter contra usurarios, praesupponunt, atque manifeste insinuant Bald. in l. improbum, vers. credo, glos. verum dicere, num. 2. C. ex quibus caus. infam. irrog. & Salic. ibi num. 3. & caeteri omnes, qui contra Iacob. Butr. ibidem tenuerunt, quorum supra meminimus, quos nuncupatim citat & sequitur Rolandus à Valle conf. 75. num. 13. cum sequentibus, & refert, licet eos non sequatur decis. Pedemont. vbi supra, nu. 5. vers. septimo hanc partem.

15 Sed contrariam sententiam, imò quod crimen hoc usurarum non sit mere Ecclesiasticum, sed mixti fori, & idèd laicum iudicem posse inter laicos cognoscere,

Ecclesiasticum verò inter clericos, tenuerunt Salic. in d. heos. §. vltim. num. 8. C. de usur. Archid. in c. quid dicā. 4. q. 4. Calder. inter conf. Ancharra. respon. 236. & Barbat. in d. cap. cum sit generale, num. 173. refert alios D. Couar. libro. 3. c. 3. in princip. vers. rursus, & in vers. ego, & in 4. de sponsal. 2. parte cap. 6. in principio, num. 16. & Octavian. d. decis. 137. num. 10. & 11. vers. quarto, & numer. 13. vers. hinc etiam; vbi affirmat hanc esse magis receptam sententiam, & nu. 17. quod eam communi voto sequutus est senatus, praesertim contra usurarios manifestos, stante maximè dispositione decretorum expressè omnes usuras prohibentium: eandem sequitur Rolandus à Valle sibi contrarius in conf. 35. nume. 29. lib. 1. & Iul. Clarus vbi supra, §. usura, vers. ex hoc infertur, & iterum in pract. crim. §. fin. q. 37. vers. quarto, vbi quod quando pro crimine usurarum agitur criminaliter (quo casu nos loquimur) nulla est difficultas, quin vterque iudex possit contra usurarium pro crimine procedere: sequitur etiam Mendoch. d. et. casu 398. nu. 41. & est verior & tenera; declarata tamen vt infra.

16 Distinguendi igitur sunt nonnulli casus in proposito, vt haec secunda opinio magis communis rectè intelligatur: Primus est considerando usuras, quando ultra modum à legibus antiquis permittum exacte fuerint, & tunc erit crimen mixti fori, poenaq; extraordinaria arbitraria usurarij laici à iudice laico puniri poterunt; clerici verò à suo iudice Ecclesiastico, quemadmodum de homicidio, adulterio, furto, & similibus, quae vtraque lege Pontificia & seculari prohibentur, nec Pontificia tantum ab initio prohibita fuerint, vt constat ex Abb. in d. cap. cum sit generale, num. 18. de foro compet. quem alij sequuntur, asserentes crimen vtraque lege prohibitum mixti fori omnino esse, & probat Couar. d. libr. 3. var. resol. c. 3. nume. 1. vers. his tandem praenotatis, referens se ad Nauar. in relectione c. nouit. de iudic. notabil. 6. corollar. 7. late de hoc agentem eandem sententiam

sententiam in terminis sequitur laius Menoch. vbi supra, nu. 14. cum sequentibus.

17 Secundus casus est, quando fœnerator solùm exegit vsuras intra modum à præd. ll. ciuilibus constitutum, & tunc crimen istud quatenus ad vsuras ita promissas pertinebat, merè Ecclesiasticum erit, & in foro seculari puniri non poterat, eiusq; cognitio solius iudicis Ecclesiastici erat, quia crimen hoc tãtùm lege naturali, diuina & Pontificia prohibebatur, & ad hoc tempus referri possunt canones, qui crimen istud (quorundam tamen iudicio) probant esse merè Ecclesiasticum: ita Couar. d. num. 1. versic. 2. sequitur alios allegans & bene comprobans Menoch. vbi supra, numer. 28. cum seqq.

18 Tertius casus est in vsuris hisce temporibus exactis, quibus & laicis vsuræ indistincte vetantur, quia hodie crimen istud est censendum ex rigore quodam, & iuxta veram iuris cognitionem mixti fori, vt inter laicos iudex secularis tantùm de eo cognoscat, Ecclesiasticus autem inter clericos, sicut de homicidio, furto & similibus, secundùm Couarru. vbi supra, versic. 3. apparet, & in hoc casu loquitur supra dicta magis recepta sententia, habens, quòd crimen istud vsurarum sit mixti fori.

19 Quinimò & praxis obseruat (id quòd ex iuris canonici decisionibus potest optimè deduci) etiam hodie iudices Ecclesiasticos habere huius criminis aduersus laicos cognitionem, quemadmodum & iudices seculares eam habent, vt passim vidimus obseruari, & ante nos testatur de hac praxi Couar. d. n. 1. versic. quartò: addens non esse ab vtilitate Reipublicæ Christianæ alienum, cùm tot annos post Religionis Christianæ institutionem leges seculares huius criminis coercionem neglexerint, imò partim eius vsum probauerint, vt oportuerit Romanos Pontifices pluribus canonibus aduersus vsurarios & Principes seculares eos aliqua ex parte defendentes statutis, cum iam hanc puniendi hoc scelus subire: & ab

hoc initio tandiu obtentum est, quòd criminis huius punitio ad Ecclesiasticos iudices simul, & ad seculares etiam cõtra laicos pertineat, quasi crimen hoc licet merè Ecclesiasticum nõ sit, Ecclesiasticum tamen verè dici possit, ex eo quòd ab initio renascentis Ecclesiæ iura Pontificia hoc prohibuerint legibus secularibus id permittentibus, imò probantibus: & quòd iudex Ecclesiasticus possit procedere cõtra mercatores exercentes mobatras, tenet Ignat. Salzedi. in addit. ad Bernar. Diaz de Lug. in pract. crim. c. 88.

20 Quinimò, etsi maximè controuersum sit, an fœnerator non manifestus in foro canonico à iudice Ecclesiastico aliqua pœna puniri valeat, existimantibus Philip. Dec. consi. 170. & Roland, à Valle vbi supra, nume. 20. cum sequentibus vltra restitutionem male ablatorum nulla alia pœna hunc puniri posse, idq; ex pluribus comprobant: nihilominus tamen contraria sententia, imò quòd iudex Ecclesiasticus in suo foro canonico criminaliter extra ordinem, sicque suo arbitrio hunc fœneratorem punire possit, est verior, communis & tenenda, quàm probat Corneus dict. consi. 19. & 158. lib. 3. & Ioann. Baptist. Seuerin. in d. l. cunctos populos, num. 46. & Marant. de ordin. iudic. 6. parte in tit. de Inquisitione, nu. 111. & 123. & plures alios allegans, hanc sequitur & testatur communem Menoch. vbi supra, numer. 40. vbi eam extendit etiam contra Iudeos, & iterum num. 41. vt procedat etiã quoad iudicem laicum, qui eo iure canonico possit fœneratorem in suo foro punire, sequitur etiam Auend. c. 28. præ. in 2. p. num. 1.

Supra dicta tamè magis recepta sententia, quæ habet, quòd crimen vsurarum sit mixti fori, temperanda est, nempe vt tunc demum iudex secularis de causa vsuraria cognoscere possit, quãdo vertitur quæstio facti, de qua etiam Ecclesiasticus cognoscere poterit, seorsus autè erit, si sit quæstio iuris, quia tunc solus iudex Ecclesiasticus de ea cognosceret, nõ verò secularis,

secularis, secundum Paul. de Eleazar in Clem. 1. de vsur. quem refert & sequitur exempla vtriusq; fingens Bart. in l. Titia. num. 7. ff. soluto matrim. vbi numer. 6. idem dixerat generaliter in qualibet causa spiritali; scilicet matrimonij, exceptionis excommunicationis; & similis cuius distinctio & doctrina est communiter approbata, secundum Abb. qui eam probat in cap. cum sit generale, nu. 17. & 18. de foro compet. & Dida. Couarru. qui plures refert, eamque sequitur in 4. de sponsal. 2. parte. c. 8. §. 12. num. 4. & 5. est comunis etiam; secundum eundem D. Couar. qui tamen eidem non assentit (vt infra dicemus) lib. 3. varia. resol. c. 3. num. 1. in principib; hanc eandem opinionem, & in versic. ego, & Auiles cap. 50. præ. in glos. vsuras. num. 1. fol. 250. testatur communem plures allegans Octavian. vbi supra, numer. 11. sequitur Roland. à Valle dict. conf. 75. numer. 36. lib. 1. & Didac. Perez plures referens in l. 5. tit. 19. libro 8. ordinam. pag. 364. col. 1. vers. dubitari etiam, & nos quoque plures in idem citates communem esse eam sequuti professi sumus in tracta. de iuram. confirmat. 1. part. c. 2. nu. 35. & 37. aduersus Aret. dicentem contra prædict. Bart. distinctionem esse communem opinionem, imò quòd indistinctè iudex secularis non cognoscat villo casu de causa spiritali: & quòd quando quæstio est iuris, nempe nunquid contractus sit vsurarius, vel non, cognitio spectet ad iudicem Ecclesiasticum, & secularis nullo modo se tunc intrmittere possit concludunt communiter DD. secund. Ias. conf. 153. nu. 3. lib. 4. Decium conf. 170. num. 3. sequitur Rolandum à Valle conf. 95. num. 44. libro 2. dicit communem Socin. conf. 88. nu. 23. lib. 4. & alios referens Iul. Clarus in pract. crim. §. fin. q. 37. vers. quæro igitur, ibi, aut loquimur, vbi refert alios plures dicentes esse communem opinionem, quòd si quæstio facti vertitur super vsura, quia non refricatur in dubium, an contractus sit vsurarius, necne, sed solummodò reputantur vsuræ, iudex laicus est iudex cõ-

petens: idem Iul. Clar. dict. §. vsura, vers. hoc crimen: eandem sequitur & testatur communem plurimos referens Octavian. vbi supra, numer. 11. & 13. vers. hinc etiam, dicens dict. num. 11. duobus modis quæstionem facti contingere posse, nempe quòd partes fateantur contractum, ex quo nulla iuris dubitatio oriri possit quin sit vsurarius: vel factum tantum proponant, videlicet tot esse soluta vel recepta, aut non; quibus probatis, in iure dubium non sit contractum esse vsurarium.

Hæc tamen comunis distinctio Bart. ex pluribus vera non videtur, sed imò potius supra dict. magis recepta sententia indistinctè; nempe vt siue sit quæstio iuris, siue facti, crimen vsurarum sit mixti fori: ita vt iudex secularis de hac causa rectè in suos subditos possit cognoscere. Primum, quia nullibi ius canonicum vetat iudicem laicum hac de causa cognoscere, imò permisit iudicibus secularibus super vsuris ius dicere, vt in cap. post miserabilem, de vsur. quòd si hoc crimen merè Ecclesiasticum foret, ius canonicum alicubi laicos iudices id tractare prohibuisset; iuxta tex. in c. tuam de ordin. cogn. cap. 1. c. lator. c. causam. que. el. 2. qui filij sint legitimi. cum simil. Secundò, quia crimen istud nihil plus habet quam homicidium, furtum & similia scelera, vt patet, quandoquidem omnia ea prohibentur lege naturali, diuina Euangelica, & Pontificia, & tamen prædicta crimina merè Ecclesiastica non sunt: ergo nec illud: quibus tandem & alijs rationibus D. Couar. d. lib. 3. variar. resol. cap. 3. nu. 1. vers. ego vt libere, post Carol. Molin. quem refert (tamen in 4. de sponsal. 2. parte cap. 8. §. 12. num. 4. & 5. prædict. communem distinctionem Bart. probauerit) nunc verò in d. vers. ego vt libere, contra eam tenet, existimans erroneam esse, suamq; verissimam, nempe vt iudex secularis possit cognoscere de causa vsuraria contra laicos, siue quæstio iuris sit, siue facti: quam distinctionem etiam asserit esse verbalem Ias. in l. quoties num. 7. C. de iudic. & refert

Dec.

Dec. in cap. decernimus, num. 24. verfi. 4. fallit, de iudic. vbi tamen arguit cõtra communem in alium sensum, nempe vt nec de quæstione facti iudex laicus cognoscere valeat, quia ex facto ius oritur: adhuc autem videtur cum communi remanere.

Nihilominus tamen his non obstantibus sententia communis Bart. receptissima est, verior, communis, & tenenda in iudicando & consulendo, tamen si aliquando iudices seculares de facto, & contra ius de quæstione iuris circa vsuras cognoscant, vt deduximus libro 1. de iuram confirm. d. cap. 3. nu. 27. Non obstant modò adducta contra præfatã communem sententiam, quoniam differenter non oportet differentiam esse maximã inter crimen vsurarum, & homicidium, furtum & similia, quod quidem etsi omnia hæc sint iure naturali, diuino Evangelico & Pontificio prohibita, nihilominus tamen vsurarum crimen, etsi merè Ecclesiasticum non sit, Ecclesiasticum tamen verè dici potest, ex eo quòd ab initio renascentis Ecclesiæ iura Pontificia hoc prohibuerint, legibus secularibus id permittentibus, imò probantibus, vt latius prædiximus, quòd sic non est in cæteris relatis criminibus homicidij, furti & similibus. Quare cum quæstio iuris vsurarij contractus orta fuerit, meritò vt ad ius Põtificium atque Ecclesiasticum, eiusque iudices recurrendũ sit pro declaratione, tanquam ad originem & fontem derivatam à iure naturali & diuino, nõ verò ad ius ciuile, nec eius iudices profanos ac laicos, quòd ius ciuile intra certum modũ solebat permittere vsuras, quamuis postea rectius adhærendo Concilijs Ecclesia Catholica eas implicite prohibuerit: declaratio igitur contingentis dubij, an sit cõtractus vsurarius, necne, ab ipsamet Ecclesia querenda ac poscenda est, non autem à iudicibus secularibus: si verò quæstio facti tantũ sit, poterit iudex secularis de ea cognoscere, & pronuntiare, culpabilesque punire iuxta pœnas iuris Põtificij, & legũ

huius Regni, cum hæc nihil spirituatatis, nec merè Ecclesiastici habeat.

22 Ex quibus deducitur. l. 36. tit. 6. libr. 3. nouæ collect. reg. vbi præcipitur iudicibus Regijs secularibus, vt maximè curèt punire ac puniant vsurarios, &c. debere intelligi necessariò, quòd tunc demum iudex secularis possit cognoscere de causa vsuraria, idq; crimen punire, quando quæstio vertitur super facto: secus si super iure dubitari contingat, iuxta prædict. communem resolutionem: id quòd videtur cõstare ex eadem. l. dum dicit quòd iudices seculares puniant vsurarios, vt latius deduximus in d. nostro tractatu de iuramento confirm. in. 1. p. c. 3. nu. 37.

23 Infertur etiam intellectus ad text. in l. 4. tit. 8. libr. 3. ordin. veter. hodie. l. 1. tit. 2. libr. 4. nouæ collect. reg. disponentem, quòd exceptio vsuraria admittatur aduersus executionem contractus garantigij vel sententiæ, vt procedant & intelligantur iuxta supra dicta, videlicet, vt si quæstio vsuraria sit iuris, iudex secularis illam remittat ad iudicem Ecclesiasticũ, & interim superseat in executione, præcipuè si ab ipso iudice Ecclesiastico inhibeatur: si verò quæstio sit super facto, possit ipse iudex secularis de ea cognoscere: probari tamen debet hoc casu exceptio vsuraria intra terminum decem dierum à dictis legibus Regijs assignatum, vt tenui cum Couarru. & Auileño, quos citaui dict. c. 2. nu. 30. quòd primum etiam tenet post alios, quos citat Rolandus à Valle cons. 75. libr. 1. Et potest isthæc opinio comprobari ex eo, quòd secundum aliquos non potest iudex secularis, nec etiam incidenter cognoscere super vsura: quam opinionem communem esse profertur Alex. in. l. quoties, post num. 4. verfi. extra glos. C. de iudic. quinimò, secundum alios parte excipiente contractum esse vsurarium, de eo non potest iudex secularis cognoscere, nec etiam statuere terminum, intra quem debeat coram iudice Ecclesiastico probare exceptionem vsurarij prauitatis, iux. doctrinã Bart. in. l.

in l. p̄ses. post n. 4. de appellatio. quem oēs sequuntur, vt dicit Ripa in l. qui pro tribunali, nu. 7. ff. de re iudi. quos refert, licet non sequatur Iul. Clar. in pract. crimin. §. fi. q. 37. vers. quero igitur, ibi, aded & ibi, quinimo, & c.

- 26 Sed re maturius cōsiderata, nunc mihi cōtrariū in omnib⁹ s̄ dictis circa intellē ctū d. l. 4. tit. 8. de las excepciones. libr. 3. ordin. veter. & l. 1. tit. 21. libr. 4. nouæ collect. Regiæ, dicendū ac tenēdū videtur, imò q̄ si opponatur exceptio vsuraria aduersus exequutionē instrumēti guarētigij, vel sententiæ trāfactæ in rē iudicatā corā iudice seculari, iudex ipse laicus admittere eādēbeat, iuxta easd. leges Regias, & suspendere exequutionē per terminū decē dierū oppositionis, ac super ea cognoscere possit, siue iuris siue facti quæstio sit, ac tādē causam decidere, præcipiendo nempè vt in exequutione procedatur, vsq; ad vltimā pignorū veditiōne præstita fideiussione legis Toleti si prædict. exceptio in termino decem dierū prædicto probata nō fuerit: q̄ si legitimè probata fuerit, eam admittit annullādo exequutionē, vt cauetur in eis legibus, ibi, (*Excepcion de vsura*, vbi inter alias excepciones, quas iudices admittere debent contra exequutionē, vsuræ exceptio enumeratur: ergo sicut de ceteris iudices seculares cognoscere possūt, ita & de hac: si enim huius cognitio remittenda esset ad iudicē Ecclesiasticum, & iudex interim q̄ ipse Ecclesiasticus causam decideret, deberet super sedere in exequutione, leges eadē exprimerēt, hoc tñ non dicunt, quinimò lex. 2. d. tit. 21. statim sequens præcipit, q̄ si intra decem dies legitimæ exceptiones (nempè de quibus in l. præcedenti) non probentur, solutio fiat creditori prestita dict. fideiussione: ergo si prædicta exceptio vsuræ intra decē dies præd. non probetur, amplius non est differenda exequutio: idque verissimū videtur, quia aliàs causæ exequutiue facillimè ordinariæ per malitiam redderentur, opposita statim exceptione vsuræ aduersus contractum, si ob id solum causæ cognitio ad iudicem Ecclesiasticum deferenda esset

- super quæstione iuris vsurarij contractus: cognoscere igitur incidenter de hac exceptione poterit iudex secularis coram quo instrumentum, vel sententia exequitur, in eum finem, vt si intra prædict. terminum decem dierum oppositionis probetur, admittatur, sin minus, procedatur in exequutione, præstita d. fideiussione. Quæ sententiā ex eo certa efficitur, q̄ superiora omnia quibus nisi tenuimus prius contrarium, nempè distinctio Bart. cōmuniter approbata inter quæstionē iuris & facti super cōtractu, vel causa vsuraria, vt de prima iudex secularis cognoscere nō valeat, sed tantum Ecclesiastic⁹, de secūda vero vterq; intelligi debēt, ac procedūt, quādo principaliter in iudicio deducitur vsurarum, quæstio. Cæterū quādo incidēter opponitur per modū exceptionis, contractū nempè esse vsurarium, tunc bene potest iudex laicus cognoscere etiam super quæstione iuris & contractū ipsum tanquā vsurariū annullare atq; rescindere, arg. l. quoties. cum simil. C. de iudic. hæc est cōmu. opinio, tam Legistarū, quā Canonistarū, vt dicit Guid. Pape cōf. 180. n. 2. quē refert & sequitur dicens quandoq; ita vidisse seruari Iul. Clar. d. §. fin. in vers. hæc tñ omnia, aduersus tenentes contrarium, qd̄ supra retulerat, & nos quoq; eorū meminim⁹. Quod ex eō etiā cōprobari potest, q̄ causa hæc vsuraria nullibi legatur q̄ sit spiritualis, sed Ecclesiastica, vel mixti fori vt prædixim⁹: sicq; nō obstat rex. in c. tuā, de ordin. cogni. cū simil. s̄ allegatis, de quibus nec incidēter iudex secularis cognoscere potest; vt in dictis iuribus, quia illa sunt spiritualia, nempè matrimon. & simil.
- 28 Quinimò idē seruandū erit etiā si reus cōtra quē petita fuit exequutio corā iudice seculari, adeat Ecclesiasticū, & corā eo petat declarari instrumētū vsurariū, nā adhuc illa petitio, & litis pēdētia, etiā si eā sciueret iudex laic⁹, nō impediet nec retardabit instrumenti exequutionem, coram iudice seculari petitam, secundū Angel. de Perus. in l. 4. §. condemnatum, ad fin. ff. de reiud. quem refert & sequitur Roderic. Suarez in l. post ~~omni~~ iudicatam

iudicatam, vers. circa iudicem videndum nu. 15. in princip. & iterum n. 17. ff. de re iudic. dicens hoc in proposito videri verius, cum fiat processus infra decem dies super omnibus legitimis exceptionibus, post illos translatos esset dubium, & quod ad malitias obviandas tunc obseruaret dictum Angel. ex quo nihil probauit in terminis, & postquam soluerit, remanebit sibi ius suum saluum ad omnes exceptiones probandas; Angel. etiam sequitur Socin. conf. 79. lib. 3. & Matth. de Afflict. decis. Neapo. 30. loquens in exceptione relaxationis iuramenti, super qua lis pendet coram iudice Ecclesiastico, ut illa non impediatur executionem: quod ipse quoque tenuit alios allegans in d. c. 2. n. 25 & in terminis Rebus. de liter. oblig. art. 2. gl. 1. n. 22. dicens quod hæc sententia Angel. seruatur in praxi, quia iudex condemnare solet per modum provisionis ad garnendum contenta in instrumento, nisi usura apparet ex ipso instrumento, quia tunc dicitur patens, teste Panormit. in c. cum olim, el. 2. decem lib. & manifesta, teste Barbat. in c. si diligenti, col. 6. de foro compet. & ideo non obstante allegatione usuræ non notoria per modum provisionis condemnatio fiet, & super usuræ cognitione remittetur ad iudicem Ecclesiasticum, ut DD. scribunt in c. cum sit generale, de foro compet. & in Clem. dispensation, de iudic. quod vix si inter laicos agatur, regales hoc faciunt, secundum ipsum Rebus. vbi supra sequitur etiam Laurent. Rodulf. in tract. de usur. q. 131. nu. 129. tamen si Tho. Ferrat. caut. 53. n. 1. tenet contrarium: nec non & nouissimè Viuius decis. Neapol. 304. vers. 1. cum Bal. Specul. & Capicio, quos pro sua opinio. citat.

29 : Quod autem magis torquet, est, an idem seruandum sit, si iudex Ecclesiasticus seculari exequenti inhibeat: necne? & Baldus quidem in l. consulta, nu. 1. C. de testam. firmat, iudicem Ecclesiasticum posse inhibere, ne lite pendente super usuris instrumentum exequatur, & Angel. quoque vbi supra. (prout refert Roderic. Suarez d. num. 15.) inquit, quod propterea inoleuit mos quod Episcopi inhihent iudicibus secularibus, & sub excommunicationis

pœna præcipiunt, ut supersedeant in executione, quamuis nihilominus adhuc teneat, quod iudex secularis non teneatur supersedere in executione, nec se inhibere, quia Ecclesiasticus non rectè inhibet in hoc casu: sed in terminis contra Angel. quod iudex secularis hoc casu, constituto sibi de litis pendentia coram iudice Ecclesiastico super causa usuraria eiusdem contractus, quem exequitur, maximè si à iudice Ecclesiastico inhibeat, ne ultra procedat super executione sub pœna excommunicationis, quousque decidatur causa usuraria, teneatur ei obedire, & debeat supersedere in executione, tenet Alex. alios allegans in l. 4. §. condemnatum, n. 17. ff. de re iudic. cuius sententiã nos quoque probauimus latè contra Angel. in d. c. 2. n. 11. cum sequentibus ibique n. 15. respondimus legibus Regijs dictis probantibus, non admitti contra executionem exceptionem altiore indaginem requirentem probandam ultra decem dies, nepe ut procedant in exceptione, cuius cognitionis sit capax iudex secularis, qui instrumentum guarentigium exequitur, ut constat ex præd. legibus: at verò cognitione causæ usurariæ super questione iuris pendente coram iudice Ecclesiastico, incapax est iudex secularis, sicut contingit in d. c. tuam, ad cuius terminos reduximus questionem nostram exceptionis usuræ contra instrumenti guarentigij executionem oppositam, ac proinde resoluius, iudicem seculari debere supersedere in executione, donec terminetur causa usuraria, obediendo iudici Ecclesiastico id præcipienti, quia minus inconuenit, quod causa executionis differatur prædictis rationibus, quam quod usura exequatur: præterquam si de fraude & calumnia introducetis causam usurariam coram iudice Ecclesiastico post petita aduersus se executionem coram seculari constitit, quo casu saluari potest opinio Angel. contraria vbi supra, ut ibidem diximus n. 19. in fi. cum additione Roder. Swar. fateorque hanc partem sustineri probabiliter posse ex præd. rationibus.

Nihilominus tamen contrariam sententiam Angeli (ut ibidem etiam asseruimus) sequuntur

ti sunt Imol. & Rip. in. d. §. condemna-
 tum n. 29. qui addit, q̄ etiam si iudex Ec-
 clestasticus prauenerit in cognoscendo,
 scilicet iudicem secularē, nō rectē faciet
 si inhibeat: eandē sententiā videtur pro-
 bare Roder. Suar. vbi sup. cuius rationes
 iam sup. relatae in 1. casu, quando non
 est inhibitiū, in hac quoq; specie de qua
 agimus militare videntur, & expressim
 probat Rebuf. & ceteri quoq; in 1. casu
 relati, idē profitentes etiā data praedicta
 inhibitione, & Barba. relatus per Tiraq.
 de vtroq; retract. tit. 2. §. 1. in gl. 2. n. 36.
 quāuis ipse Tiraquel. ibidē dubiā reddi
 existimet, eandē sententiā cum sup. di-
 ctis ex professo probauit D. Couarr. in
 4. de sponsal. 2. p. c. 8. §. 12. nu. 5. nisi intra
 dictos decē dies praedicta exceptio vsu-
 rae probetur, & magis idē affirmat ipse
 Couar. d. lib. 3. varia. resol. c. 3. n. 1. vers. vt
 cumq; sit, ibi: Imō executio instrumēti
 & c. Et tenendo hanc partē contra prio-
 rem, nō obstat responsio per nos tradita
 vbi sup. ad leges Regias, quoniā per viā
 exceptionis, & sic incidenter, capax est
 iudex secularis causae vsurariae; secund:
 cōmu. lēten. quam supra retulimus: q̄
 non contingit in terminis d. c. tiam, de
 ordin. cognit. & sic sunt diuersi casus,
 vt supra probauimus: nec enim text. ille 31
 ad terminū nostrae quaestionis trahi po-
 test, quia ibi agitur de causa merē spiri-
 tuali, nempē nataliū, & sic matrimonij;
 cuius nec incidenter iudex secularis ca-
 pax est, nos verō loquimur de exceptio-
 ne vsuraria, opposita contra executio-
 nē, quae minimē spiritualis est, nec tantā
 incapacitatem causet in iudice seculari,
 quantum illa. Quid tenendum?

30 Ego profectō articulū hunc ac praesentē
 quaestionē satis dubiā ac difficilem
 reputo, ac nūc omnibus supra dictis re-
 ctē perpensis in hanc secundā partē pro-
 eliuor sum ex rationib⁹ proximē dictis,
 tum etiā ex adductis sup. in 1. casu, quā-
 do iudex Ecclesiasticus nō inhibuit; quae
 oēs in hoc quoq; vrgere vidētur. Video
 praeterea doctissimū ac maximū practi-
 cū D. Couar. hanc partē intrepidē tenē-
 tē, ac itidē fauorē viā executiuae con-
 currere, nec nō rationē & mentē praedi-

ctarū legū Regiarū adhuc militare, quā-
 do quidem causa vsuraria coram iudice
 Ecclesiastico pendens altiorē indaginé
 requirit; nec reo contra quem fit exe-
 cutio, ius suū aufertur, sed illud saluum
 postea protequendū reseruatur cū cau-
 tione fideiussoria iuxta formam legis
 Toleti, nec interim, quo lis vertitur ac
 pēdet indecisa corā iudice Ecclesiastico
 super vsura, potest dici exequi cōtractū
 vsurariū, quousq; id per literas exequu-
 toriales appareat: nihil igitur incōuenit
 quod interim instrumētū executioni
 mandetur cum praedicta fideiussione:
 nec id mirum videri debet, cum instru-
 mentū guarētigiū, seu sententia trāsaeta
 in rem iudicatam, quae exequuntur, sint
 res inter contrahentes placita, & iudi-
 cata, ac proinde mereantur statim exe-
 cutionem: causa verō pendens super
 vsura corā iudice Ecclesiastico, non sit
 res finita, liquida nec decisa, vnde nō de-
 bet impedire executionē eius, q̄d fini-
 tum ac liquidū est. Praesertim, q̄ hęc pars
 absq; dubio procedit, si de aliqua fraude
 opponētis constiterit, vt praediximus,
 prout satis videtur constare eo ipso q̄
 post executionē peritā, statim coram
 iudice Ecclesiastico introducitur causa
 vsuraria eiusdē contractus. Itē etiā si in
 instrumētum fortē, q̄d exequitur, annuas
 praestationes cōtineat, & pro alijs iā pre-
 toris iterū atq; iterū sit iā executioni
 mandatū, tunc enim nō debet retardari
 executio per exceptionē, vel actionē
 super vsura eiusdē cōtractus nūc oppo-
 sitā, & corā iudice Ecclesiastico penden-
 tem: arg. corū quae diximus in d. c. 2. nu.
 23. vers. 5. & in exceptione nullitatis in-
 strumēti, idē eodē casu probarūt Augus.
 Beroi. conf. 119. lib. 3. Burlati. conf. 74. n.
 25. libr. 1. & Lantclot de attent. 2. parte,
 cap. 17. num. 150. vbi praed. refert & se-
 quitur: q̄ si hoc non contingat, nec de-
 fraude constet, adhuc idē videtur esse di-
 cendum, cum sapē rei conuenti, vel cō-
 tra quos fit executio, malitiosē causa
 differendi iudiciū opponant exceptio-
 nes vsurae, vel alias, quae spectant ad
 cognitionē iudicis Ecclesiastici, & pe-
 tūt ad eū remissionē fieri, & natura vis

executiuz nõ patitur, vt exceptio aliqua admittatur ad ipsam impediendam, quæ altiorẽ indaginẽ requirat, nempe quæ infra dictos decem dies liquidò non probetur: secus si in prædicto termino liquidari posset, veluti si vsura apparet ex ipso instrumento, vel aliàs manifesta esset, vt prædiximus ex Rebuf. probãda tñ infra dictos decẽ dies oppositionis.

32 Sed ad euadendã sententiã excõmunicationis iudicis Ecclesiastici in prædicta specie, in inhibitione cõminatam, vel fortẽ tunc vel postea prolatã, iudex secularis nihilominus in executione procedens debet cõparare per se, vel per suũ procuratorẽ corã præd. iudice Ecclesiastico, declinando suã iurisdictionẽ, & appellãdo ex dictis causis, atq; ad suã appellationis iustificationẽ producẽdo testimoniũ viã executiuz, &c. sicque iustẽ litigabit, quousque declaretur per superiores: quæ opinio ex sup. dictis verior sit ac tenenda, quãuis, vt existimo, hæc secunda in praxi obtinebit: si tñ, vt inquit Rebuf. vbi supra, ex ipso instrumento apparet de vsura, vel si intra dictos decẽ dies exceptio ipsa vsuræ probetur, ac liquidetur erit admittẽda iure optimo cõtra prædict. executionẽ secund. oēs, & probatur in d. legibus, ibi, *O exception de vsura.*

33 Modò videamus an dominiũ rei acquisitæ per vsurã, veluti equi, domus a gri, vel alterius transeat in vsurariũ? & transire tenuit glo. vnic. in c. si quis vsurã. 14. q. 4. cõmuniter recepta, secund. Nauar. in manual. Lat. c. 17. n. 265. quam etiã opinionẽ sequitur Bald. in l. 1. nu. 3. C. de pignor. actio. Beroius in c. quia in omnibus, n. 28. vers. 2. cõclus. de vsur. & videtur tenere aliæ glof. relatæ per Angel. de Clauas. vbi infra statim citabitur, & Henric. Gandau. quodlib. 4. q. 27. Paulud. in 4. sentet. d. 15. q. 2. art. 5. & Adrianus in tracta. de restitutione. §. ex his alia oritur quæstio, dicens eã esse cõmunẽ Canonistarũ, & eam videtur probare sanct. Thom. in 4. distinct. 15. q. 2. art. 4. & tenet Scot. in 4. dist. 18. q. 2. art. 3.

Sed cõtraria senten. in hoc est verior & proculdubio tenẽda, imò q̃ dominiũ

rei per vsurã, acquisitæ minimẽ trãseat in creditorẽ. Primò ex d. c. si quis vsurã accepit, rapinã facit, vita nõ viuit. 14. q. 4. si ergo vsurarius est raptor, in eũ nõ tranfertur dominium, siquidẽ res furto sub tracta potest à domino vindicari atque condici. Secundò, quia cõtractus vsurarius omnino est nullus iure naturali, diuino, Põtificio saltim, ciuili ac regio, vt prædiximus in princ. huius. igitur ex eo dominiũ non tranfertur, etiã spontanea domini traditione, præsertim q̃ in vsura eã traditio inuoluntaria est: arg. Inõ dubiũ. C. de legibus, & in l. 1. §. si vir vxori. ff. de acquir. possessio. vbiscud. DD. cõmun. ibidẽ ex contractu nullo nõ trãfertur dominiũ nec possessio, & idẽ meritò hanc secundã partẽ tanquã veriorẽ probarũt cõmuniter Theologi & Canonistæ, nempe D. Tho. 2. 2. q. 78. art. 3. & ibi latè Caiet. & latius Tho. in 3. opusculo, tract. de vsur. q. 1. Alex. de Hales in 3. p. q. 16. mebro 4. Altifiodo. in 4. dist. 15. q. 38. quos ibi refert & sequitur Ioan. Maior q. 38. & S. Bonauentu. ibidẽ etiã art. 2. q. 1. & Ricardus q. 4. artic. 5. & ceteri cõmuniter Theologi, & Caiet. in opusculo. q. sex. de vsur. q. 1. sequitur Dominic. à Scot. lib. 6. de iusti. & iur. q. 1. art. 4. & eã latè probat Ioan. à Medin. in lib. de contract. c. de vsur. §. in 3. arg. principali, per totũ, fol. 148. cum seqq. & efficacissimus rationibus Collect. 2. tom. tract. 8. de vsura, q. 1. Mercad. de tratos y contratos, c. 11. de como ha de restituir el vsuero, frater Angles in q. de vsurario, & c. pag. 279 vers. vsurari: ex Canonistis eãdem sententiã tenuerunt Ioann. Andr. Franc. & alij cõmuniter in c. quãquam, de vsur. in 6. dum post sanct. Thom. asseuerat vsurariũ teneri ad restitutionem fructuum, quos percepit ex domo, vel vinea per vsuram acquisita, quia eos percepit ex re quæ aliena est, cuiusque alter est dominus: sequitur dicens veriorẽ & cõmunẽ D. Couarr. lib. 3. variar. resolut. c. 3. nu. 6. ibi: Item & illud est notãdum, & hæc dicit esse apud Theologos & Canonistas cõmuni omniũ cõlesu receptã Siluest. in summa verb. vsura 6. q. 1. & ante eum, idẽ testatur latè probans Angel.

Angel. de Clauas. in sūma verb. vsura. 2. n. 18. & q̄ est tenenda, præcipuè in foro conscientiæ, secund. eisdem, quos referens & alios testatur esse cōmunē Theologorū, & Canonistarū, Didac. Perez in l. 5. tit. 19. lib. 8. ordinam. pag. 363. colu. 2. eandē sequitur & latissimè probat respōdens fundamentis contrarijs aduersus Nauar. vbi supr. frater Lud. Lope. in suo instructor. conscientiæ, in 2. p. c. 79. per totum pag. 624. cum seqq. allegatq; Ioseph. Angles. pro hac opinione, & iterū eam sequitur c. 81. in princ. latè etiā eam probat Petrus à Nauar. libr. 3. de restitutione c. 2. nu. 388. cum seqq. est cōmunis opinio, secund. thesaurū religio: Christi. c. 67. nu. 33. sequitur etiam eam probans Magist. Aragon super diuū Thom. vbi sup. in. 2. 2. q. 78. art. 3. pag. 702. & Lud. Carb. de restit. q. 57. conclus. 1. f. glo. contraria potest saluari, in rebus consumptibilibus vsu, acquisitis per vsuram, vt quæ consistunt pondere, numero vel mensura, vt puta pecunia, granū, vinum, & huiusmodi, quia cum ista recipiant functionē in genere suo, vt in. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. abiq; dubio in istis trāsferitur dominium, quando sunt permixta, vel consumpta. l. si alieni mumi. ff. de solut. & in. l. nam & si fur. ff. si cert. pet. & in. l. si frumentum. ff. de reuendic. ita in terminis tenēt Angel. de Clauas. & Siluest. vbi supr. limitantes hoc modo proximè relata cōmunē senten. vt procedat in alijs rebus mobilibus, quæ seruādo seruari possunt, vel in immobilibus: qđ sentiunt atq; satis indicant oēs cōmunem sententiā probantes: secus in illis rebus quæ consistunt in pondere, numero vel mensura, permixtis, vel consumptis, vt prædiximus, & volunt supra dicti tenentes commu. sentē. nisi dum manent impermixta, secund. D. Thom. vbi supr. & Siluest. & Sot. quos refert & sequitur Lud. Lopez vbi supr. vers. 3. conclusio. & ita est tenendum, quicquid Michael à Palat. de contract. & restit. lib. 3. cap. 9. per totum latè agens de præcedenti q. in his quoq; rebus vsu consumptibilibus teneat dominium non transferri,

Sed intelligendus est iuxta supra dicta, vt hac censura adiecta eius opinio generalis sustineri possit cum distinctione prædicta, aliàs secus, secundum omnes.

Nec etiā obest doctrina sanct. Thom. vbi supra, pro cōtraria parte relata, quia ibi potius refert aliorū opinionē, quàm eam probet, dum scribit, Sicut in vsura accidit, in qua, vt quidam dicunt, dominium transfertur, his namq; verbis omnino non admittit nec concedit veram esse illorum quos citat opinionem: quinimò idemmet S. Thom. in d. 2. 2. q. 78. ex professo rem agens, hanc secundam opinionem probauit.

35 Secundò, præfata magis recepta sententia limitatur, vt procedat in ipsismet rebus per vsurā acquisitis, harū enim dominiū, secund. distinctionē præd. in vsurariū nō transit: secus verò in alijs rebus acquisitis emptisq; ex pecunia vsuraria, hæc enim ementis efficiuntur, argu. tex. in. l. si ea. C. de rei vendic. vbi res emptā ab alio ex pecunia mea, non ideò efficitur mea, sed illius, † qui eam sibi emit: idem probat tex. in. l. 1. C. si quis alt. vel sib. l. quamuis ex ea. C. de pignor. ponit regulā & fallentias. l. 49. titul. 5. p. 5. latè Ant. Gom. in. l. 53. Taur. n. 36. ita in terminis tenent plerique ex supra dictis, & præcipuè Angles, in vers. Scotus allegat Scotum & alios, & Lud. Lopez vbi supr. c. 80. in princ. † imò vsurarius nō tenetur debitori restituere rem, seu lucrum ex pecunia vsuraria acquisitum, quamuis pecuniam ipsam restituere teneatur, vt tenent sanct. Thom. 2. 2. q. 78. art. 3. Gabriel & alij in 4. sent. distinct. 15. q. 2. & ibi Maior q. 38. Siluest. in sūma verb. vsura. 6. q. 2. Medina. de rebus per vsur. acquis. §. in 4. argum. princip. per totum fol. 152. cum seqq. Anchar. in reg. peccatū. col. 2. de reg. iur. in 6. Ioā. And. Dñic. & Præc. & in d. c. quāquā, col. 2. de vsuris in 6. sequitur Couarr. plures referens d. c. 3. nu. 6. vers. sed ad huius, contra Bald. in. l. 1. C. pro soc. quæst. 10. & Dec. in. l. certi conditio. §. vltim. n. 3. ff. si certum pet. aliud tenentē: nam & Bald. vbi sup. reprobat Angel. verb. vsura. 1. q. 55.

Bbb 3 Rem

38 Rem autè acquisitam per vsurâ vsu non consumptibile tenetur vsurarius restituere cum fructibus, & præterea ad resarciendû omne dânum ob exactam vsurâ debitori obuentum, & præterea de lucro cessante rei lucrosæ, quæ non transit in eius dominiû, non autè rei nõ lucrosæ, quæ transit in eius dominiû alijs cõmixta, prout est de mète Thomæ Rainer. & cõmuniter DD. secund. Siluest. vbi supr. q. 2. se remittentè ad verb. restitutio. 3. §. 9. & Ioã. à Medina vbi supr. d. §. in quarto, & Mercad. vbi supr. c. 11. & Lud. Carb. vbi supra conclus. 4. & 5.

39 Quòd si vsurarius rem acquisitâ per vsurâ alienauerit, de æquitate canonica tertius possidès cõueniri potest, & ab eo dicta res iudicis officio auocari, secûd. Bald. in. l. rē quam. C. de iur. dot. in final. verbis, quæ sequitur Palat. Rub. in rubr. de donat. inter virû & vxor. §. 65. n. 24. quia eam alienare, distrahere aut consumere non potest vsurarius titulo oneroso nec gratioso, sine consensu vero, aut rationabiliter præsumpto ipsius mutuatarij, cui⁹ est, licet præd. distinctio fiat in re empta ex pecunia vsuraria, nempe tituli onerosi & gratiosi, vt per glos. & DD. in c. cum tu, in fin. de vsuris: ita tenet Angel. & Siluest. vbi supr. q. 2. & iterum q. 5. Medina vbi supr. in. §. in 3. argu. vers. corolarie sequitur, tametsi Nauar. in manual. Latin. c. 17. n. 265. vers. 3. & 4. id tantûm videatur pro vero probare, quando titulo lucratiuo alienatur res vsuraria. Medina tñ vbi supr. tenet quod prædiximus & tenuimus. Hoc tñ Medina vbi supr. limitat in duobus casibus. Primò, in extrema necessitate sui, vel aliorû, quibus nõ sit qui possit aut velit succurrere præter ipsum vsurarium; tunc enim poterit res per vsuram acquisitas, ad præfatum finem necessarias cõsumere, aut distrahere, prout necessitas postulauerit, siue res præfatæ sint. vsu consumptibiles, siue non. Secundò, poterit res vsurarias vsu consumptibiles distrahere, tam titulo oneroso, quã etiã gratioso, modò ipse maneat potens ad integre super accepta restituendû, vt

scilicet si habeat aliunde bona legitime acquisita, quæ ad integrè satisfaciendû sufficiât, & ita hoc in casu poterit vsurarij sine peccato huiusmodi res quæ functionem admittunt vendere, & cum pecunia foenebri similiter emere, & similiter ea consumere & donare, manente, vt dictû est, in eisdem potetia ad sufficièter restituendû, secus, si nõ remaneat potes ad soluendû vsuras, quia tunc titulo gratioso nõ licet ea alienare, nec accipere, nec dotis titulo licitû est tñ illi vèdere, & ab eo emere, quia per hæc nõ redderetur impotentior ad restituendû, quia tandundem recipit ab alio, quantû dat de suo, secund. Caiet. in summa, in. §. ad vsuram accipere, vers. si verò efficeretur minor, sequitur Didac. Perez vbi supr. pag. 363. in finali linea, vers. sit ergo resolutio, pag. seq. in princ. Insuper obseruandû erit, qd gener vsurarij accipiès in dotè bona vsuraria, vel restitutioni obnoxia, sciens, vel scire debens per talè acceptionè dotis, se facere impotentè ad restituendû suum socerû, tenetur ad restitutionem sic accepti in dotè: si autem nesciebat, nec scire debebat se causare huiusmodi restitutionis impotentiam, non tenetur huiusmodi bona in dotem accepta restituere: argu. eorum quæ in similibus terminis resoluit Nauar. de reddit. Ecclesi. q. 2. nu. 36. Quod verû intelligit frat. Lud. Lopez in suo instructorio conscientia, 2. p. c. 81. pag. 648. quando illa bona in dotè data, non erant in se vsuraria, sed aliàs licitè acquisita, licet obnoxia esset restitutioni: quia si essent vsuraria, id est vsurariè accepta, cum sint aliena, nec eorum dominiû in vsurariû transmissum fuerit, & sic etiam non transierit in generum, quãtû attinet ad forû cõsciencie, si præd. impotentiam ad restituendû postea nouerit gener, tenebitur ratione rei acceptæ, etiã si bona fide ignorãter acceperit, restituere dotè: addo ego, vel quotiescumq; nouerit res sibi in dotè datas esse per vsurâ immediatè acquisitas, tunc enim cum sint alienæ, illicitè quæ acquisitæ, neq; in eum dominiû earû transierit non

non videretur tuta conscientia illas retinere posse, etiam si focer aliàs potens sit ad restituendum: si tñ non restituat, sicut nec qui possidet alias qualcumque res alienas sibi traditas, quãuis iusto titulo alias respectu sui, sciens tamen illum ius tradendi nec possidendi habuisse, mala enim fides authoris nocet singulari successori, vt in auth. male fidei. C. de præscrip. longi temporis, cum simil. l. 19. tit. 29. p. 3. & ibi Greg. Lop. & omne qd non est ex fide, peccatũ est, vt in c. fi. in princ. de præscriptio. cum simil. idem probat Michael à Palat. lib. 4. de contract. & restit. c. 10. col. fi. fin filia in dotẽ recipiẽte rem per vsuram acquisitam, vel pignus vsurarium pro dote, vt si hoc nouerit, & qd pater suus nõ restituit, vsurã illam teneatur restituere, nisi in casu qd ipsa esset extremẽ indigens, quia tunc tantum poterit ex vsura illa vsurpare, quãtum sibi sat est, vt extremam indigentiam suam suppleat, quia hæc dos est aliena, & pater non potuit titulo lucratiuo eam transferre in filiam, quandoquidem, vt supponimus ex, hac translatione redditus est impotens ad restituẽdum vsuram quam debet: fructus autẽ bona fide perceptos à genero, quando probabiliter ignorauit rem in dotẽ datam, vel pignus pro eo, esse vsurarium, facit suos, & quamuis postea hoc sciat, non tenebitur eos restituere, quoniã ex eis substituit onera matrimonij: secus si gener sciebat rem in dotem datam, vel pignus pro ea esse vsurariũ, tunc enim non potest fructibus nec dote frui, nisi cõsentiẽte mutuatario, quia hæc aliena sunt, & mala fide eis utitur, idẽ tenebitur ea restituere, etiã si consumpserit, nõ vxori, sed mutuatario, secund. Palat. vbi supra. Quid autem erit, si filia recipiat in dotẽ pecuniã vsurariã, quam solũm pater habebat, videndus est Abb. in c. cum tu, nu. 13. de vsur. & ibi ceteri DD. & de sup. dictis agit nouissimẽ breuiter Lud. Carb. vbi supra, d. q. 57. in. 6. conclus.

41 Ex sup. dictis decidenda venit altera quæst. an bona vsurarij sint à iure tacitẽ hypothecata pro vsurarũ restitutione;

glo. etenim in c. quãquã, verb. facultates de vsur. in 6. & glof. in c. tua nos, de vsur. verb. cogẽdi, in vers. satis potest dici, ibi, Quia omnia bona defũcti erant illi obligata, tenent partẽ affirmatiuam per tex. in c. cũ tu, cod. tit. ibi, Possessiones verò, quẽ de vsuris cõparatẽ sunt, debẽt vendi, & ipsarũ pretia his à quibus vsurã sunt extortã, restitui: & hæc opinio nõ tenet quoad omnia bona simpliciter Bal. in l. exequutorẽ, col. 1. C. de exequutione rei iudic. & in l. vlt. C. de seru. pign. dat. manum. Ripa in l. senatusconsulto. n. 9. ff. in quibus. cal. pign. tacit. cõtrah. & specialiter quoad bona empta ex pecunia vsuraria, vt sint hypothecã submissa à iure, recenset Lopus allegat. 74. & generaliter eandẽ sententiã, probauit Palat. Rub. in repet. rubri. de donat. inter vir. & vxor §. 65. n. 23. cum seq. vbi ampliat etiã in bonis, in dotẽ dati ab vsurario filia suã, præterquã sit sit in pecunia numerata, quia tũc nec maritus, nec filia poterũt à creditorib⁹ cõueniri, secund. plures authores, quos ibi in id citat: quam etiã generaliter, & præterea in bonis in dotem datis tenet Angles in q. de vsurario, & c. pag. 280. vers. emens. & hæc fuit commu. opini. antiquorum, secund. Abb. in d. c. tua nos, nu. 7.

Sed nihilominus contrariũ est tenẽdum, imò qd nulla tacita hypotheca sit à iure inducã in bonis vsurarij pro restitutione vsurarũ, & idẽ cũ qui oneroso titulo bona vsurarij habuit, nõ posse cõueniri, nec actione reali, nec personali ad vsurarũ solutionẽ & restitutionem, etiam si eo tẽpore quo illa bona acquisiuit, vsurarius alia nõ haberet, ex quibus posset vsuras reddere: & ita hanc opinionẽ tenet Ioã. Andr. in d. c. quãquam, in nouella, & ibi Ioan. de Lignan. Ant. de Butr. in d. c. tua nos, vbi Abb. d. n. 7. eã probat, dicens quod moderniores communiter eam tenuerũt: idem Abb. n. 12. in d. c. cũ tu, super. glo. fi. Medina in suo C. de restit. & vsura restituend. in respõsione ad 5. fundam. in vers. in 5. & vltima fundamento, ibi, Nec obstat, fol. 143. & communiter Doctores in locis ordina-

rijs hanc sequuntur, & testantur communé Ant. de Fan. de pignor. in 4. mébro. 2. partis nu. 155. Couar. d. libr. 3. var. resolut. c. 3. num. 6. vers. his quidem prænotatis, & Nauar. in manual. Lat. d. cap. 27. nume. 265. in vers. dico primum, ibi, tertio, & Siluest. verb. vfura 6. n. 5. Thesaurus Christianæ relig. c. 67. nume. 29. & Ludoui. Lopez in suo instructor. cōscientiæ. 1. p. cap. III. colu. 673. vers. nec ratio, & in 2. p. c. 80. pag. 635. & seq. vbi allegat Soto lib. 6. de iustitia & iure. q. 1. artic. 4. hanc nouissimè probat Petrus à Nauar. lib. 3. de restitutione c. 2. nume. 394. vbi se refert latius id agentem libr. 4. c. 4. & Lud. Carb. d. quæstion. 77. in 3. conclus. & ita est tenendum, quamuis Caiet. in opusc. quæstion. sex. de vfur. quæst. 1. nec non & Aragon. vbi supra pag. 705. colu. 1. censeant priorem opinionè procedere, † vbi eo tempore quo bona vfurarij ad tertium deueniunt, vfurarius ipse nō habebat alias res vnde posset debitoribus restituere vfuras, ad quem se refert Thesaur. vbi supra, num. 34. hoc namque iure verum non est, quandoquidem nulla sit hoc casu à iure constituta hypotheca, iuxta supradictā communem sententiam: Posset tamen saluari, vbi tertius hic, tēpore quo eam rem acquisierit ab vfurario, titulo etiam oneroso, sciret tunc vfurarium esse obnoxium vfurarum restitutioni, nec aliunde eas posse reddere quàm ex illa re, tūc enim admitti poterit, hunc tertium bonorum possessorem vfurarij cogendum fore, vel vfuras restituere, vel bona quæ ab vfurario habuit, debitoribus, à quibus vfuræ extortæ fuerunt, pro earum satisfactione tradere, secund. Couarru. vbi supra, quod mihi placet, & voluit gl. in d. c. cū tu, ibi: Si verò ex alia causa, puta quia emit ignoranter. † Si verò tertius hic possessor bona vfurarij titulo lucratiuo acquisierit, de equitate canonica cōueniri poterit, & ab eo pro restitutione vfurarum officio iudicis res sic acquisita auocari: & hoc quando bona empta ex pecunia vfuraria tertius acquisiuit. Si verò rem ipsam per vfurā

acquistā quis possideat, siue titulo oneroso, siue lucratiuo, siue sciēter, siue ignoranter, indistinctè poterit ab eo reuendicari vndecumq; ; cum nullum in vfurarium rei tranierit dominium, ac proinde non valeat alienatio ipsius, tanquam de re aliena facta, vt prædiximus, & in specie hæc est comm. l. enten. Doct. secund. Aragon. vbi supr. d. q. 78. pag. 703. colu. 1. vbi etiam quòd præd. res in specie extans primum omnium est restituenda ei, à quo extorta est, cum fructibus in specie stantibus; etiam si alij sint creditores privilegiati, & mulier pro dote, & hoc in vtroq; foro.

45 Non obstat modò tex. in d. c. cum tu. de vfur. pro priori parte contra cōmunem supra allegatus, quia text. ille nihil probat contra cōmunem, quia tantum dicit qd possessiones emptæ pecunia foenebri, debent vēdi. & pretium solui illis à quibus extortæ fuerunt vfuræ, istud namq; idem fieret, si possessiones emptæ fuissent de pecunia licitè acquisita: nec tex. ille dicit, quod possessiones, quæ de vfuris comparatæ sunt, essent apud tertium titulo lucratiuo: & quāuis glo. fin. ibi hoc dicat, illud tñ non idè est quod bona illa sint hypothecata, nā si ita esset, vendenda foret, etiam quando tertius ea possideret titulo oneroso, alijs bonis vfurarij deficientibus, quod satis euidēter constat; sed venduntur ex quadam equitate deducta à Iuriconsulto in l. si me & Titium. ff. si cert. pet. & profectò benigna quadā interpretatione, secund. Couar. vbi supr. d. n. 6. in princ. ibi, hoc tñ non idè fit, vt sic non solum à poena, sed etiā à peccato possint (quod per vfurariā extorsionē incurrerāt) liberari, vt in d. c. cum tu, in finalibus verbis, nec prædicto tertio, à quo præfatæ possessiones auferuntur, pro solutione vfurarū alijs bonis deficientibus considerabilis iniuria fit, cum ipse titulo lucratiuo: vel si oneroso, sciēter in eis successerit, quare sibi imputet.

46 Hæredes tñ vfurarij tenentur ad vfurarū restitutionē, siue filij sint, siue extranei: text. est expressus in c. tua nos, de vfur.

vsuris, & ibi cōmuniter DD. Conducit text. in c. in literis, de raptor. & in c. ult. de sepult. glo. in c. quāquam, verb. facultates, de vsur. in 6. estq; cōmuni omniū consentu receptū, secund. Couar. d. lib. 3. var. resol. c. 3. n. 7. in princip. & secund. Ant. Gom. 3. tom. c. 1. de delict. n. 85. vers. aduertendum tñ: & procedit nō solum in foro exteriori, sed etiam in conscientia, secund. Mercad. de contract. c. 11. de como ha de restituir el vsuero, fol. 116. col. 2. ver. lo primero. & Aragon vbi supr. pag. 705. vbi hoc tēperat, dummodò defunctus bona reliquerit: q; si non tanta reliquerit, quanta sunt debita, hæres in conscientia non tenetur ultra vires hereditarias, quicquid sit in foro exteriori, de quo agemus latius infra nu. 65. Eandē cōmunē sequitur loquēs in foro conscientie Lud. Caib. vbi sup. cōclus. 8.

- 47 Quod cōprobari potest ex eo, quod licet iure ciuili ex delicto defuncti hæres nō teneatur, nisi lite cū defuncto cōtestata, vel ex ea parte, quæ ad eū peruenit, vt in l. 1. C. ex delict. defunct. text. in §. non autem oēs, institu. de perpetuis & temporal. actio. l. ex iudiciorū, ver. si. ff. de accusa. l. 25. tit. 1. p. 7. latè tradit decisi Pedemont. 151. in princ. & Franc. Beci.
- 48 conf. 9. n. 4. cū seqq. lib. 1. † Quod procedat etiam in actione pœnali pro ipsa, vel pro interesse vel dāni; quia non competit de iure ciuili contra hæres delinquentis, nisi ipse decedat post litē cōtestatam, vel aliquid ad hæres perueniat, vel saltem facti sunt ex eo locupletiores, vt ex pluribus iuribus, & ex l. 3. tit. 15. p. 7. & ex l. 3. tit. 16. p. 7. probat Anto. Gom. vbi sup. limitans in conditione furtiua, † quia ppter furti frequentiam transit cōtra hæres pro æstimatione, licet nihil ad eos perueniat, vt in l. si pro fure. §. si. ff. de condict. furtiua,
- 50 & ibi cōmuniter DD. † De iure tñ canonico & eius equitate hæres tenetur ex delicto defuncti ad rei restitutionem, & dāni satisfactionē, etiā si ex eo crimine nihil ad eū peruenierit, vel lis cōtestata non fuerit: ita decreuit Sūmus Pontifex expressè in d. c. si. de sepult. vbi loquens

in homicida, incendiario, violatore Ecclesiarū, incestuoso, & in eo qui violentas manus iniecit in Ecclesiasticas: personas, inquit tex. q; heredes eius, & propinqui, ad quos bona ipsius peruenerūt, sunt cōpellendi censura Ecclesiastica, vt pro eodē satisfaciant. Idē in hæredibus incendiarij Ecclesiarū probat text. in c. in literis, de raptor. ibi: Et hæres eius moneas & cōpellas, vt ijs, quibus ille per incendium, vel alio modo dāna contra iustitiā irrogauerit, iuxta facultates suas condignè satisfaciant, vt sic à peccato valeant liberari: idem probat tex. in c. à nobis. 28. in fin. de sentētia ex cōmunic. & ibi notat glo. fin. & alia plura iura cumulat Panormit. in d. c. si. n. 5. & vbiq; glo. & cōmuniter Canonistę citati à Couar. d. lib. 3. var. resolut. c. 3. n. 7. & Iulius Clar. in sua pract. crimin. §. fin. q. 51. vers. vltērius quæro nunquid hæres, & decis. Pedemont. 151. n. 5.

51 Ita q; hoc discrimē reperitur expressim inter ius canonicū & ciuile, vt illo iure hæres teneatur ex delicto defuncti ad prædicta, etiā si ex eo crimine nihil ad eū peruenierit, vel lis non fuerit cōtestata cū defuncto: non sic iure ciuili: ita glos. nūcupatim, in d. c. ult. de sepult. cōmuniter recepta, vt cōstat ex Hérico ibi, & Abb. post n. 6. & in d. c. in literis, n. 3. de raptorib. & testantur Anto. de Butr. Ruin. & Roder. Suar. eosq; referens D. Couar. vbi sup. d. n. 7. vers. & idē, est cōmunis secund. Angel. in sūma verb. hæres, vers. vtrūm hæres teneatur ex delicto, & Ant. Go. vbi sup. d. nu. 85. vers. ex quib⁹ infertur, & hęc esse commu. Legistarū & Canonist. dicūt Petr. Dueñ. rez. 13. n. 12. Suarez allegat. 26. n. 4. & Mench. controuersiar. illustr. c. 96. nu. 27. vers. sic. sexta limitatio, & Iul. Clar. in pract. crimin. d. §. fin. q. 51. vers. vltērius. Intelligit tñ hoc verū Abb. in d. c. si. de sepult. col. penult. post Bart. in l. 1. ff. de priuat. delict. quādo actiones descendentes ex delicto defuncti, ex parte heredis sunt pœnales, ex partē verò actoris sunt rei persequutorie: sec⁹ verò, si ex vtraq; parte sint pœnales, vt ibi per eos, quos refert & sequitur

sequitur decis. Pedem. 151. n. 8. quod qui
de pbari videtur ex d. cc. iuris canonici.

33 Hinc est, vt licet iure ciuili attentio,
decedente stupratore virginis ante lite
contestatā, nō possint eius hēredes con-
ueniri pro damno, interesse vel dote, de
iure tñ canonico per supra dicta cōtra-
rium erit dicendū, quia tenētur hēredes
exonerare conscientiā ipsius defuncti,
secund. Collectar. in c. 1. col. 2. de adult.
quem refert & sequitur Ant. Gom. vbi
supra, nu. 8. vers. ex quo ego.

Sed contra supra dictā cōmunē diffe-
rentiam inter ius canonicum & ciuile,
tenet Abb. in d. c. fi. de sepult. existimās
ius Pontificiū minimē à ciuili dissentire
in hoc: sed idē iure canonico teneri
hēredē ad satisfactionē dāni, & lēSIONIS
illatę per defunctum, quia tacitē saltem,
ipsi defunctus decedēs signis contritio-
nis promisit, & iniūxit hēredibus illius
damni compensationem, sicq; hāres ra-
tione huius tacitę permissionis vel prę-
cepti, potius quam ex delicto teneatur.
idē Abb. in d. c. in literis, pro cuius opi-
nionē facit glo. vlti. in d. c. à nobis 28. de
sentent. ex cōmunic. dicēs in proposito
d. c. in literis, de raptor. & d. c. vltimi de
sepult. q̄ cum ille defunctus poenituerit
& contritus fuerit, quantū in se fuit, sa-
tisfecit, & per eum non stetit, vnde hā-
redes, ad quos bona peruenerint ipsius,
compellendi sunt satisfacere pro ipso,
& sic glo. illa intelligit præd. iura: quam
glossam probarunt ibi Abb. & Felin. &
dixit singularē Angel. de Clauas. in sū-
ma verb. hāres. §. 4. & alij plures relati
per decis. Pedemont. vbi supra, nu. 4.

Nihilominus tñ cōmunis supra dicta
differētia est tenēda, quia ex d. c. tua nos
de vsuris, deduci potest, hēredes vsurarij
teneri ad restitutionē, et si is impoenitēs
decesserit, secund. Bald. in l. 1. n. 13. C. ex
delicto defun. Nec obest q̄ secund. Abb.
vbi supr. illa decisio specialis est in vsu-
rarijs, t̄ quia vsurarius nō tenetur ex de-
licto, sed ex quasi contractu, nēpē cōdi-
tione indebiti, iux. glos. cōmuniter ap-
probata in c. Michael. de vsuris, verbo
Pater, ibi: Quia hāres. & in c. Episcopū;

16. q. 6. Qua rātionē Abb. & Anania in
d. c. tua nos. Bart. in l. 1. n. 8. ff. de priuar.
delict. & Aret. in rubr. ff. de acquirend.
hāred. colu. 3. censent, hāredes vsurarij
teneri omnino ad vsurarū restitutionē,
nō ex delicto defuncti, sed ex cōtractu:
hoc nāq; apertē falsum est, quādoquidē
non solūm hāredes vsurarij, sed etiam
furis, incēdiarij & raptoris, aliorūq; de-
linquentiū, tenentur ad damni illati per
suos defunctos satisfactionē, etiā si de-
fūctus impoenitēs decesserit, in foro sal-
tē exteriori Ecclesiast. & in foro consciē-
tię, vt tenet Faber in. §. poenales, insti-
tuta de action. & Aret. vbi supr. atque
Adrianus quodlib. 11. art. 1. quos refert
& sequitur Couar. d. n. 7. latē id compro-
bans, & opinionē Abb. supra dictam cō-
trariā ex professo improbans. Præterea
iura canonica supra citata obligātia hē-
redes præd. omniū delinquentiū ad re-
stitutionē, & satisfactionē lēSIONIS, atq;
damni illati per suos defunctos, id sta-
tuerūt atq; sanxerūt, pro exoneratione
conscientiarū eorundem, & vt peccato
liberentur vt ipsa proclamant, ad quam
satisfactionē omnes naturali iure tenē-
tur non ex contractu nec quasi contra-
ctu, sed ex causa illatę lēSIONIS proximo,
quia secund. diuū August. nō dimit-
titur peccatū, nisi restituatur ablatū, vt
in reg. peccatū, de regul. iuris, in 6. hē-
redes igitur vsurarij non ex cōtractu, vel
quasi, sui defuncti ad restitutionē vsura-
rum tenentur, cū si ad contractū de-
functi respiciamus, potius tendit ad ha-
bendas vsuras, quā ad eas reddendas,
sed ex delicto cōmissio in eas recipiendo
atque exigendo, ex prædicto contractu
pro ex oneratione conscientię eiusdem
defuncti, vt à peccato liberetur.

Secundō, contra cōmunem supra di-
ctā differentia, cum additione Decij in
d. l. pupillum. §. in hāredes. ff. de reg. iur.
alia rātionē nititur irruere Couarru. vbi
sup. nu. 7. vers. vel q̄ forsan verius est,
existimās, t̄ etiā iure ciuili hēredē teneri
ad satisfactionē damni illati ex delicto
defuncti actione reipersequatoria, quā-
uis nihil ex eo crimine ad hēredem per-
uenit,

uenerit, nec fuerit lis à defuncto contestata, quemadmodum & iure canonico, & in interiori animæ iudicio ad id hæres tenetur: iura namque ciuilia, quibus deciditur heredem non posse ex delicto defuncti conueniri, intelligenda sunt, inquit illi, quoad actionem poenalem, ut poenam criminis soluat, non autem quoad damnum illati persequutionem, quia actione persequutoria rei & damni illati conueniri hæres propter crimen defuncti poterit adhuc in foro ciuili & seculari: pro quo nouiter Couar. expendit text. in §. his autem uerbis, instit. de lege Aquil. quem singularem appellat ipse, dum text. inquit, actionem legis Aquiliae poenalem esse, quia non solum tanti quis obligatur, quantum damnum dederit, sed aliquando longè pluris: ideoque constat in heredem actionem non transire, quæ transitura fuisset si ultra damnum nunquam æstimaretur: in idem citat l. si pro fure. ff. de codic. furt. & §. ult. inst. de obligat. quæ ex quasi delicto nascuntur, qui text. loquuntur in conditione furtiua, prædicens Couar. quod licet omnium consensu (ut uidimus) asseueretur esse speciale ibi in conditione furtiua, ut contra heredem furis detur, ipse uero non uidet congruam rationem differentie inter damnum illatum furci crimine, & illatum incendio, rapina, simili uel scelere, quantum ad ipsius damni reparationem, & proinde idem existimat dicendum in omnibus supra dictis, quæ in conditione furtiua statutum est: quam opinionem aduersus communem tenuit prius Abb. in d. c. fin. colu. penult. de sepult. post Bart. in l. 1. ff. de priuat. delict. quos sequitur alios allegans decif. Pedemont. 151. nu. 8.

56 Hæc tamen opinio etsi subtilis sit, ac in scholis sustentabilis, nihilominus tenenda non est, sed communis, quæ bene probatur in iuribus supra pro ea allegatis. Nec obstat text. in d. §. his autem uerbis instit. de l. Aquil. in uerbis supra relatis, ibi, Quæ transitura fuisset, si ultra damnum nunquam lis æstimaretur: quia hæc uerba huc tendunt, ut probet, actionem sui natura non poenalem transire ad heredem, ut

ipsamet expressè sonant, ibi, Si ultra damnum nunquam lis æstimaretur: quo casu nos non loquimur, sed quando actio de sui natura est poenalis, ut contingit in actione legis Aquiliae, quæ ob id nullo modo transit in heredem de iure ciuili, ut idemmet text. probat, ibi, Poenalem esse huiusmodi actionem, iunctis uerbis statim sequentibus, ideoque constat in heredem eam actionem non transire: itaque, sensus clarus, planus & uerior illis text. is est, nempe quod actio legis Aquiliae est poenalis, & ideo ad heredem non transit, quæ transitura fuisset, si sui natura poenalis non esset, hoc est, si ultra damnum nunquam æstimaretur, tunc namque dicitur non esse poenalis, quia si aliquando ultra damnum æstimaretur, licet in aliquo casu id cessaret, adhuc non transiret etiam eodem casu ad heredem, eo quod sui natura alias ultra damnum æstimatur: propria namque natura inspicienda est, & iuxta illam iudicandum, non uero secundum accidentalem, iuxta gloss. ibi, uerbo æstimaretur, & communiter DD. sicque potius ille text. est expressus pro communi supra dicta sententia rectè intellectus, quam contra eam, dum in eo probatur, actionem poenalem non transire ad heredem, secus in actione, sui natura non poenali. In conditione autem furtiua, ut prædiximus, ideo iura aliud uoluerunt, nempe quod transeat ad heredem, quamuis poenalis sit, propter frequentiam nempe criminis furti, in cuiusque odium quæ ratio satis uirgens est. 57 Secundo communis sententia prædicta, quæ habet, quod iure ciuili attento actio poenalis non transit regulariter ad heredem, quando ad eum nihil peruenit ex eo crimine, nec fuit lis contestata cum defuncto, limitatur in actione poenali oriente ex contractu, hæc namque transit ad heredem, si dolus commissus in contractu, uel circa contractum, purgatur per actionem orientem ex illo contractu, & non per actionem aliunde descendantem: ita notabiliter distinguit Bart. in l. 1. ff. de priuat. delict. quem sequuntur Bald. in l. 1. sub nu. 13. & Salic. ad fin. C. ex delict. defunct. quos refert & sequitur Angel. in §. non autem,

autem, nu. 6. instituta de perpet. & temporal. action. & omnes supra dictos referens Francif. Bec. conf. 9. nu. 11. libr. 1.

59 natura enim contractus est, vt actiones ex eo descendentes transeant ad hæredes, & idèò meritò hæredes tenentur, l. quæsitum. §. fin. iuh. & l. cum precario. ff. de precarijs. Salic. Ange. & Bec. vbi supra, Quo fit, vt si sit adiectus modus in contractu, non impleto modo, res condicatur & vendicetur; & condictio, & vendicatio actiones similes sunt, & ad rem dantur, non ad vindictam defuncti, & ex cõtractu nascuntur, quia sic fuit conuentum: & licèt res restituatur, quia delictum cõmissum fuit, & pacta non seruata, actio tñ iudicabitur secudùm propriam naturam & aptitudinè, quæ originaliter est ciuillis & persecutoria, nec intuebimur, quod superuenit & accidit, scilicet dolictum, ob quod perdit contrahens, secund. Andream de Ifernina in c. 1. §. porro, sub n. 28. quæ sit r. causa beneficij amittendi: quem refert & sequitur sic declarans hanc materiã Bec. vbi supra: sic etiã locator potest ob pensionè nõ solutã expellere conductorem vel eius hæredes, secud. Alex. conf. 131. in causa, n. 6. lib. 4. quæ sequitur Bec. vbi 5.

62 Verùm iure canonico, vt prædiximus, cõmunis prædict. sententia non procedit, hoc si quidem iure actio etiã pœnalis, licèt nihil: ex eo crimine ad hæredè peruenerit, nec lis fuerit cum defuncto contestata, id hæredem trãsit: quæ etiã seruandum esse existimo in foro ciuili, cum concernat peccatum, puta quia id idèò dispositum est iure canonico, vt defunctus à peccatõ liberetur, & pro exoneratione conscientie eiusdè, vt diximus: sed in concernentibus peccatum standum est etiã in foro ciuili iuri canonico, iuxta tex. cum glo. & ibi cõmuniter DD. c. in fi. de præscriptio, tametsi decif. Pedemo. post Ruin. & Franc. Tigrini atq; Voglinù, quos refert & sequitur d. decif. n. 6. & 7. teneat contrarium, nempe quod in terris non subiectis ratione tẽpora litatis Ecclesiæ, seruetur ius ciuile, in locis verò suppositis Eccle-

sia ius canonicũ, vbi duobus modis, nõ tñ concludentibus meo iudicio, respondet nostro fundamento præd. nempe q̄ in cõcernentibus peccatũ standũ sit iuri canonico, etiã in foro ciuili, præterquã q̄ illæ euasiones sunt contra cõmu. sententiam, qua probatur d. fundamentum.

63 Hæredes autè vsurarij nõ in solidum, sed proportionibus hæreditarijs tenentur, sicut pro alijs debitis, vt nũcupatim probat Siluest. in summa verb. vsura. 6. nu. 10. vers. secund. & Nauar. in manuali Latia. c. 17. n. 278. quidquid aliud senserit Angles vbi supra, in q. de vsurario, pag. 281. in princ. & Siluest. vbi supr. in vers. quæ limita, & Mercado vbi supr. d. c. 11. fol. 117. in princ. limitant quando in hæreditate esset aliqua res per vsuram acquisita, vel ex pecunia fœnebrũ titulo lucratiuo, quia eam habes tenetur in solidum ad restitutionè eius, quæ comprobari potest ex supra dictis: sequitur Pet. à Nauar. lib. 3. de restitu. c. 2. n. 413. vbi etiã loquitur quando hæres successit in crimine vsurarũ, & addit q̄ aliàs tenetur pro viribus hæreditarijs: & q̄ hæredes vsurarij obligentur tantũ restituere pro ratione tantũ hæreditatis acceptæ, etiã si non confecerint inuentariũ est cõmunis, secund. Lud. Carb. vbi sup. d. q. 57. in 8. cõclus. vers. obligatur.

64 Si tñ hæredũ aliquis vsurarij fiat non soluendo, licèt respectu aliorũ debitorũ ex causa licita, alter pro illo non teneatur iure ciuili, vt in l. legatorũ. ff. de legat. 2. in foro tñ canonico tenentur cæteri hæredes vsurarij in solidum fauore animæ defuncti, vt citius liberetur ex integra satisfactio, per d. c. tua nos, & ibi glo. & ita cõmuniter tenetur & prædicatur, secund. Siluest. vbi supra, vers. tertiũ, & ante eum tenuit Hostiens. in d. c. tua, de vsur. & est cõmunis opinio, vt attestatur Alciat. in l. 2. §. & harũ, nu. 31. in fin. ff. de verborũ oblig. quæ refert idem sequutus Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 51. vers. sed pone, sequitur Nauar. vbi sup. Quod est intelligendũ, secund. ipsos iuxta vires hæreditarias, & hæc cõmunis sententia omnino in praxi sequenda

quæda est fauore animæ defuncti, vt præ diximus: tamen si Ant. de But. quæ refert Siluest. vbi supr. in puncto iuris teneat contrariū, nēpē nihil in hac specie esse speciale, sed sicut in cæteris debitis defuncti hæredes tenentur pro portione hæreditaria cōfecto inuentario, & vnus pro altero non tenetur, ita & in hac specie idem dicendū sit: quam opinionē equo rem, & veriorē esse putat eam probans Medina de resti. c. de vsur. restit. in respons. ad 5. in vers. in quinto & vlt. argu. vbi tñ priorē opinionē fatetur fuisse cōmunem antiquiorum Canonistarum, & opin. Medin. referens alios eam tenētes, sequitur Petrus à Nauarr. lib. 3. de resti. c. 2. n. 412. cum seqq. præcipuē nu. 414. hanc etiā sequitur Palat. lib. 4. de contract. & resti. c. 9. pag. 342. in fin. nihilominus tenendum est quod prædixi.

65 Dubitari tñ solet in proposito an hæredes, qui ex delicto defuncti tenentur iuxta proximē dicta, teneantur etiā vltra vires hæreditarias, si inuentariū nō cōfecerint? Et pars affirmatiua videtur prima facie tenenda, ex eo q̄ hæredes tenentur insoluidum ad soluenda debita defuncti non cōfecto inuentario, vt in l. h. §. sin verò postquā. C. de iur. delib. & in l. 10. tit. 6. p. 6. sed dāni illati proximo à defuncto restitutio inter verè debita cōputari debet, imò à fortiori in hoc idem videtur dicendū qđ in alijs debitis, nēpē vt citius anima defuncti à peccato liberetur, vt in d. c. in literis, cū simil. de raptor. Secūdo, quia hæres non tenetur ex delicto defuncti aliqua dispositionē iuris speciali, sed ex tacito præcepto testantis qui pœnitens decesserit: & in terminis ex hoc 2. fundamento ita tenet Abb. in d. c. in literis. vbi gl. idē Abb. in d. c. tua. & sequitur Paul. Castr. in rubr. ff. de acquir. hæred. vbi Aret. col. 3. eam defendit in vsuris, licet in reliquis aliud teneat.

Sed contrarium simpliciter in omnibus ex delicto prouenientibus, nēpē hæredes, qui non cōfecerunt inuentariū vltra vires hæreditarias minimè teneri, probari potest atq; tenendum videtur primò ex eò, q̄ præter (ne dicā contra) iuris regulas ex delicto defuncti cō-

ueniantur, Præterea & secundo per text. in c. quamquam. de vsur. in 6. & in d. c. tua nos: & in d. c. in literis, quibus hæc satisfactio iniungitur hæredibus, iuxta facultates defunctorū. Tertio, in c. cum tu. de vsur. in fin. vbi vsurarius propter paupertatē excusatur à pœna & restitutione: ergo idē dicendū est in ipsius hæredibus. Quarto, quia in his casibus hæredes ex delicto defuncti, potiusquā ex contractu conueniuntur, vnde oportet rigorem hunc aliqua equitate tēperari: & ita hanc opinionem tenent atq; probarunt Federic. de Senis conf. 12. Ipann. Andr. Dñicus, & Frac. in d. c. quāquam, super glos. mandauerint. Henric. in d. c. vlt. de sepult. Aret. conf. 148. col. vltim. Anania in d. c. tua nos. & latius in d. c. in literis, vbi n. 7. eā dicit esse cōmunē: quod etiā testantur Ruin. conf. 20. circa finem lib. 4. & Couar. eam sequutus expressè d. c. 3. n. 8. & Bossius in sua pract. crimin. in tit. de pœnis, nu. 34. Deniq; & Iul. Clar. vbi supr. in vers. scias tamen, & est crebrior sentent. secund. decis. Pedemont. 151. n. 9. qui eam sequitur, allegās ad idem Bened. Cap. in suo lib. commu. opin. conclus. & reg. c. 67. & Villalobos verb. hæres, n. 2. est etiā cōmunis, secund. Ant. de Fano de pignor. 4. membro, 2. p. nu. 124. vbi quod pro satisfactione delicti per defunctū commissi omnia bona delinquentis, sint tacitè hypothecata dānificato, siue peruenerint ad hæredes delinquentis, siue ad alios tertios possessores, de quo quid tenendū sit, supra resoluius. Et tenendo hanc sententiā, quæ verè cōmunis est, non obstant duo fundamenta supra pro opinione contraria adducta, & non quidem primum, quia cessat ex fundamentis communis, quibus illud destruitur: nō secund. quia contrarium probauimus supr. n. 62.

Nihilominus tñ in puncto iuris opinio præfata Abb. cōtra receptā sententiā iustius defendi potest, secundū, D. Couar. vbi supr. & in foro conscientie eam probat Siluest. vbi sup. d. n. 10. vers. quartum: fundamenta enim communis sententiæ non vrgent, quia priora tria procedere videntur, aut saltem intelligenda

genda iuxta iuris dispositionem; nempe confecto inventario, alias secus, cum hæredes sint in culpa ipsum non conficiendo, sicq; ex propria culpa teneantur in solidum, cum possent id damnum præcauere ad eundem hæreditatem eum beneficio inventarij, illudq; conficiendo intra tempora ad id iure statuta. Quartum deniq; communis sententiæ fundamentum non astringit, sed de æquitate non scripta procedit: nihil secius tamen in iudicando & consulendo tenenda est præfata, & communis sententia, cum sit probata auctoritate tantorum Patrum, probabilibusq; fundamentis fulcita, quæ et si dubia foret in foro exteriori, in interiori tamen animæ omnino secunda & tenenda est, quia lex civilis aliud præcipiens est fundata super præsumptione, quod bona defuncti occultauerit hæres, qui inventarium non fecerit, atq; ea subtraxerit, ut in auth. de hæred. & Falc. §. si verò expressim. quibus in foro animæ standum non est, sed veritati, secund. Bal. in. Deum quis, nu. 14. vers. item posuit. C. de iur. & facti ign. sequitur plures referens Frac. Mantica. de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 14. n. 14. Ita in terminis tenet Angel. in summa verb. hæres, in q. vtrum hæres teneatur ex delicto, vers. intellige in quantum, ibi, & placet in consciencia. Siluest. d. verb. vltura 6. n. 10. vers. quartum, ibi, in foro tamen animæ, & Mercad. d. c. 11. de como ha de restituir el vsurevo, fol. 116. col. 2. vers. que en consciencia, & Ludouic. Lopez vbi sup. in 2. p. c. 80. pag. 687. vers. 2. dicimus, vbi secus dicit esse in foro exteriori, nisi cum beneficio inventarij hæreditatē adiret: & ibi latè agit vtrum hæredum singuli in solidum teneantur, an dumtaxat pro rata.

67 Imò vt constat ex eisdem, regulare est, vt hæres in foro animæ ad debita vltra vires hæreditarias minimè teneatur nõ confecto inventario, si reuera nihil occultauit, & quantum habuit soluit, ex præd. ratione, & quia confitenti creditur in omnibus: quod etiam tenuit Hostiens. in sua summa tit. de testam. §. penul. vers. quid si bona, & Ioan. Andr. in d. c. quamquam, de vsur. libr. 6. in nouellis, Bart. in

rubr. n. 3. ff. de acquirend. hæred. dicens quod ita teneant Theologi, vt vidit in sententijs eorū, & ibi Alex. n. 7. idè Bart. in l. 1. nu. 45. C. de sacrosanct. Ecclesijs, Felin. in c. 1. n. 44. de constit. dicit magis comunem ius. in rubr. ff. de acquir. hæred. nu. 23. & 24. & comunem profiteretur Carol. Ruin. conf. 20. libr. 4. col. penult. Anchar. conf. 402. & 411. Gratus conf. 91. n. 41. lib. 1. Alciat. in c. nouit. nu. 12. de iudic. & in respon. 502. n. 5. vers. adduco, Boetius q. 53. n. 4. Decian. conf. 49. n. 60. lib. 2. Phanticius in tract. de inuentip. 7. n. 274. vbi alios refert, qui propè omnes loquuntur respectu creditorū, & D. Coar. in c. 1. n. 16. de testam. Segura in l. 1. §. si vir vxor. nu. 125. ff. de acquir. poss. & ibi addit. Did. Perez, idem Perez in q. 10. proccemial. ordinament. Regal. vers. lex itidè, col. 18. & est comunis secund. Ioan. Orosé. in l. 2. n. 3. & 4. ff. de offic. procurat. Cæl. & secund. Mench. de successe. creat. §. 1. n. 26. & §. 2. n. 12. eandem sequitur. & dicit comunem Abb. conf. 74. n. 9. in 2. p. conf. & Antõ. Gom. plures referens in l. 3. Taurin. §. 21. Palud. in 4. distin. 15. q. 2. art. 5. Siluest. in summa verb. hæreditas. 3. q. 5. & nouissimè alios referens Petrus à Nauar. d. lib. 3. de restit. c. 4. n. 172.

68 Contra hanc tñ receptissimam sententiam ausi sunt tenere Federic. de Senis conf. 21. & nonnulli alij opinantes nullum in hoc esse discrimen inter conscientie forū & iudiciale, eo moti fundamento, quod lex humana quæ iusta est, etiam in foro animæ est seruanda, iuxta glos. communiter receptam in c. quæ in Ecclesijs, de constit. tenent D. Tho. & communiter Theologi. 2. 2. q. 96. arti 4. Bart. & communiter DD. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. diximus latè libr. 2. pract. quæstio. q. 179. nu. 9. & 10. & nouissimè bene probans, alios allegans Menoch. libr. 1. præsump. quæsti. 88. nu. 8. & 9. Sed illa lex, quæ non confecto inventario cogit hæredem hæreditaria onera subire in solidum, est iusta: ergo in iudicio interiori etiam seruanda erit: & ita hanc opinionem ex alijs etiam fundamentis, inefficacibus tamè, sequitur Mèch. dict. §. 1. num. 26. Imol. tamen in

in rubr. ff. de acquirend. hæred. distinguit in hoc in ter hæredem scientem nõ sufficere vires hæreditarias; & adhuc ad eum, vt hic in conscientia teneatur ultra vires hæreditarias, inuentarium non conficiens, quia visus fuit quasi contrahere cum creditoribus, & velle se ipsis obligare, & hæredem ignorantem, vt hic minimè in conscientia ultra vires hæreditarias teneatur: & idem si dubitetur, an sciuerit, vel ignorauerit.

69 Sunt tamen qui supra d. communem sententiam quo ad legatarios tantum locum sibi vendicare teneant, opinionem verò Federic. & sequacium quoad creditores: ita Aret. in d. rubr. ff. de acquirend. hæred. quam concordiam probauit etiam D. Couar. vbi supra, d. num. 16. ad fin. & Mencha. d. §. 2. n. 12. & Mol. etiam aduersus communem de iusticia & iur. tract. 2. disputatione 217. colum. 1331. eum seq.

70 Quid tenendum? Ego profectò communem sententiam probo, tam quoad creditores, cum quibus ipsa nūcupatim loquitur, & se habet, quàm quoad legatarios à fortiori, vtroque enim casu existimo verius, & receptius esse, hæredem in foro animæ non teneri ultra vires hæreditarias, quando quidem hæc est in eo verissima maxima, non esse standum præsumptioni, sed veritati; sed in nostra specie lex ciuilibis, vt diximus, fundatur in ea præsumptione, nempe quod hæres non conficiens inuentarium occultauerit, vel subtraxerit bona defuncti, & idè quod teneatur creditoribus, & legatarijs in solidum ultra vires hæreditarias, vt prædiximus: ergo in conscientia huic præsumptioni standum non est, quoties certum fuerit alia bona defuncti non superesse, & nouissimè post hæc scripta vidi Menoch. vbi supra, d. quæ. 88. num. 3. dicentem quod hanc sententiam respectu legatariorum tenent omnes, & à fortiori de creditoribus hoc affirmant, & quoad creditores est magis recepta opinio, eamque in vtroque probat. Non obstat, quod præd. l. ciuilibis sit iusta, ac proinde eam esse in foro conscientiæ quoque seruandã, quia fatemur

iustam esse, sed tamen fundatam esse in præsumptione, quo casu lex, licet aliàs iusta, in foro conscientiæ non est seruanda, quando constat manifestè de veritate contraria, vt communiter omnes Theologi fatentur, estq; verissimū. Cõprobat etiam, quia prædicta. l. ciuilibis disponens contrarium, est pœnalis, ob non confectioem inuentarij: ergo nõ obligat in conscientia ante condemnationem, iuxta receptissimam propè omnium sententiam, de qua alibi diximus latius. † Potest tamen opinio Federic. de Senis, & ceterorum contrarium tenentium intelligi, quando creditores in iudicio & foro exteriori experiuntur, in quo hæres ille condemnatur, nam tunc parere tenetur sententiæ iudicis etiã in foro conscientiæ, vt probat Menoch. d. n. 3. ibi, verum tamen, & nu. 7.

72 Illud tamè quod Bald. voluit in rubr. ff. de acquir. hæred. indubitanter verum non est, nempe hæredem non conficientem inuentarium, in foro contentioso canonico non teneri ultra vires hæreditarias, ex text. in c. Raynaldus. in fin. de testam. ibi: Cumque inuentarium fecerit, & ita Bald. in hoc communiter reprobat, per DD. secundum Menoch. eos allegantem d. §. 1. nume. 27. & addit. Bar. d. rubr. ff. de acquir. hæred. sub nu. 3. vbi saluat opinionem Bald. in duobus casibus, de quibus ibi per eum.

73 Ecclesia autem & clerici hæredes defuncti, an teneantur ultra vires hæreditarias, si inuentarium non confecerint, videndus est latè de hoc agens Couarr. d. c. 1. nu. 14. de testam. & nouissimè Aluarus Valasc. consultatione 52. n. 47. & Molina d. disputatione 217.

S V M M A R I V M.

1 Manifestus vsurarius testari non potest, etiam si poenituerit, atque vsuras restitui mandauerit, nec tradendus est Ecclesiasticæ sepultura, nec admittendus ad Sacramenta Ecclesiæ, nisi de vsuris plenariè satisfecerit iuxta eius facultatem, vel de satisfaciendo idoneè cauerit ijs, qui eas habere debuerint, vel alijs eorum nomine expressè

- pre sua quantitate, si manifesta sit, alioquin arbitrio eius, qui cautionem receperit moderanda, &c. ut hic, nec oblationes eius qui quam accipiat, ut in num. 2. sub poenis cōtentis n. 1. & 2. aduersus recipientes eum ad Ecclesiasticam sepulturam, vel eius oblationes contra formam prædictam.
- 1 **Differentia inter decisionem rex. in c. quamquam, de vsur. in 6. & c. quia in omnibus, de vsur. ubi prædicta continentur.**
- 4 **Cautio idonea in proposito intelligitur fideiussoria, vel pignoratitia, non autem simplex cautio, nisi iuret fideiussorem vel pignora dare non posse, idque sit verisimile.**
- 5 **Manifestus vsurarius in periculo mortis constitutus, si velit prædict. cautionem prestare, & non possit, à quolibet sacerdote eius confessio audiri potest, & absolui, & obrenta ab eo facultate, Episcopo eius confessionem declarabit ad effectum de quo hic.**
- 6 **Manifestus vsurarius est ille, qui palam & publicè foeneratitiam artem ita exercet, ut ipsa operis euidencia nullam excusationem habeat, ut quia tenet altare suum paratum, & nu. 15.**
- 7 **Non satis est probare aliquem esse vsurarium, nisi illa qualitas manifesti quoque probetur, & nu. 22.**
- 8 **Manifestus vsurarius non est, qui semel aut bis sub vsuris mutuo dedit pecunias, licet hoc probetur.**
- 9 **Manifestus vsurarius non solum dicitur ille, qui in foro omnibus videntibus sub vsuris mutuat, sed etiam is qui domi vsuras assidue frequenterque exercet.**
- 10 **Pronūciatio iudicis an sit necessaria super hoc manifesto euidentem & notorio criminet**
- 11 **Ordo iuris an sit seruandus in notorijs.**
- 12 **Manifestus vsurarius dicitur, qui crimen ipsum confessus est in iudicio, vel etiā extra publicè coram sacerdote & testibus, ita ut id in plurimum notitiā deueniret & alijs modis, de quibus hic: sed contra num. 16. & 23. quod debet confiteri sub vsuris publicè scilicet, vel domi frequenter mutuassee, & nu. 24. an idem sit seruandum si tractetur, de poenis d. c. quia in omnibus.**
- 13 **Manifestus vsurarius dicitur etiam qui ob hoc crimen iudice per sententiam damnatus est.**
- 14 **A communi opinione recedendum non est in-**
- dicando & consulendo, etiam si contra eam videretur casus legis.
- 17 **Nomina verbalia requirunt frequentiam & in vno actu non verificantur.**
- 18 **Confessio iudicialis & sententia inducunt notoriam iuris, non verò notorium facti, ut hic declaratur.**
- 19 **Argumenta in casu c. cum in dioecesi, de vsur. appellatur iudicia, vel alia apertissima & urgentissima probationes.**
- 20 **Qualitas, in qua lex seu dispositio se fundat, debet ante omnia constare.**
- 21 **Lex in quibus casibus deficit, non est nec actio utilis danda.**

CAPVT XIX.

De manifestis vsurarijs.

- 1 **Gregorius Decimus in Concilio Lugdunensi statuit, ut vsurarij manifesti, etiā si iusserint vsuras restituerent, & criminis commissi poenituerint, minimè Ecclesiasticæ sepulturæ tradantur, nec ad Sacramenta Ecclesiæ admittantur, & quod testamentis ipsorum aliquis non inter sit tanquam testis, imò & quod eorum testamenta sint nulla ipso iure, nisi de vsuris ipsis fuerit iuxta eorum facultates, vel post obitum plenariè satisfactum, aut illis quibus facienda est restitutio, si presto sint, vel alijs eorum nomine idoneè de restitutione facienda sit cautum expressa quantitate, si ipsa manifesta fuerit, alioquin arbitrio recipientis cautionem moderanda: & quod si scienter minorè quam verisimiliter credatur moderauerit, ad satisfactionem residui teneatur. Religiosi autè & alij, qui manifestos vsurarios contra prædictæ factiōnis formam ad Ecclesiasticam ausi fuerint admittere sepulturam, poenæ Lateranens. Concil. cōtra vsurarios promulgatæ subiaceant: ita habetur in cap. quamquam, de vsur. in 6. imò excommunicantur ipso facto, si hoc scienter fecerint, ut in Cleme. 1. de sepult. † Sed & Alexand. III. in Concilio Lateranens. præceperat, ut vsurarij manifesti nec ad cōmunionem admittantur altaris, nec Christianam (si in hoc peccato decesserint) accipiant sepulturam, sed neque oblationes eorum quisquam**

quisquã accipiat sub pœna restitutionis accepti, & suspēſionis officij arbitrio sui Episcopi, vt cauetur in. c. quia in omnibus. de vsur. † Ea tamē est differētia inter casum d. c. quia in omnibus, & casū d. c. quamquã, quod in casu d. c. quia in omnibus. agitur de pœnis statutis cōtra manifestos vsurarios, qui in peccato & crimine decesserint, vt hi in loco sacro minime sepeliãtur, nec admittãtur ad cōmunionē Eucharistiã, nec recipiãtur eorum oblationes, si prædicti criminis nō pœnituerint: at in casu d. c. quãquã. agitur de pœnis statutis, quæ prope sūt eodē cōtra manifestos vsurarios, etiã si hi criminis & peccati pœnituerint, ac iusserint vsuras creditorib⁹ restitui, nisi plenariē satis fecerint, aut idoneē cauerint cū fideiussoribus vel pignoribus, vt latius cōtinetur ibidē. sicq; prouisū fuit in d. Concil. Lugdunē. circa formã satisfactionis, & cautionis præstādē ad hoc vt hi manifesti vsurarij pœnitētes ad Sacramēta Ecclesię atq; Ecclesiasticã sepulturã admittãtur. Nomine autē cautionis idoneæ, de qua in d. c. quãquã. intelligitur fideiussoria, vel pignoraticia, idēd; nō sufficeret simplex cautio, † nisi nō posset dare fideiussorē, nec pignora. idq; iuret, maximē si hoc sit verisimile, nēpe eū aliã cautionē dare non posse, quia tūc simplex cautio admittēda erit: itaglo. in d. c. quãquã. verbo idoneē, cōmuniter ibi recepta, & in c. ad nostrã. de iur. iurãd. gl. & late Ias. in l. sancimus. C. de verb. signifi. est cōmunis secūd. Couar. lib. 3. variar. resolut. c. 3. nu. 6. in prin. sequitur Nauar. in manual. Latīn. c. 17. n. 279. Vnde nō sufficiet hypotheca bonorum generalis, nec etiã specialis secūd. DD. cōmunit. in d. c. quãquam, quos sequitur Soci. consi. 127. col. 4. lib. 3. & Ant. in d. c. cū tu. n. 6. de vsuris. & Couar. vbi supra.

Quod si vsurarius manifestus in periculo mortis sit, velitq; prædicta præstare, nō tamē possit, à quolibet sacerdote eius cōfessio audiri potest, & absolui, & obtēta ab eo facultate, Episcopo eius promissionē declarabit, vt si cōualuerit, ipsū cōpellat ad restitutionē, sin autē moriatur, eius hæ

redes: arg. c. si quis suadentē. 17. q. 4. ita tenet Siluest. verbo restitutio. 6. q. 1. quē refert, & sequitur Nauar. in manual. Latīn. c. 17. n. 280. Intelligo autē de quolibet sacerdote approbato, hoc est, exposito ab Episcopo ad audiēdas cōfessiones, vel eo deficiēte, in articulo mortis ab alio sacerdote etiã non exposito, iuxta tradita per nos lati⁹ supra lib. I. Canon. quæst. c. 1. nu. 56. cum seqq.

Summopere tamē oportet scire in hac materia quis dicatur vsurari⁹ manifestus, vt comprehendatur in prohibitione illorū iurium: hoc autem diuersimodē explicant DD.

6 Et primò, dubio procul manifestus vsurarius est ille, qui palã & publicē fœneratiã artē ita exercet, vt ipsa operis, & patrati sceleris euidētia nullã exculationē habeat, vt quia tenet altare suū paratū: argu. tex. in. c. euidētia. de accusat. ita glo. in c. 1. verb. manifestos, de vsur. in 6. & ibi DD. Abb. consi. 2. n. 1. lib. 2. post Federic. de Senis consi. 8. & Bart. in l. 2. n. 3 ff. de furtis. Bald. cōsi. 17. factū super quo, in fi. lib. 1. & Calder. inter consilia Bald. consi. 162. calus super quo. n. 2. Ias. consi. 78. n. 3. lib. 3. Angel. in sua disputatione, quę incipit Astensis miles, col. 2. Fulgos. consi. 138. visis præcepto, & c. colu. 2. & in hoc conueniunt omnes secūd. Couar. d. c. 3. nu. 4. in prin. & in. nu. 5. versi. at si tractetur, sequitur Nauar. d. c. 17. n. 280. loquēs in eo, qui palam & notoriē ad vsuram mutuat, aut suas res ob dilatam solutionem cariūs iusto pretio rigido manifestē vendit: addens non esse necesse, vt quibusuis petētibus tribuat, sicut aliqui dicunt, sed quod etiam mutuatio, quādo fit, sit manifesta, secūd. Panormit. & Ant. de Burg. in c. ad nostram, de emptione & vendit. eamdē principalem sentētiã sequitur Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 3. casu. 235. nu. 4. & II. & antecum Iulius Clarus lib. 5. recept. sent. §. vsura. versicul. sed hic quæro, & post hæc scripta plures referens Ioseph. Mascardi. de probation. 3. tom. conclus. 1420. numer. 3.

7 Quomobrem satis non erit aliàs probare

bare aliquem esse vsurarium simpliciter, nisi illa qualitas manifesti probetur quoque nempe illum esse manifestum vsurarium: ita Bald. d. consi. 17. & clarius cõsi. 144. ad euidentiã præmittendum est, colu. 1. lib. 5. & Ioan. de Anan. in d. cap. quia in omnibus. n. 3. & alios referens Menoch. d. nu. 4. & Mascard. vbi supra. n. 2.

8 Hinc est, vt ille, qui semel aut bis sub vsuris mutuo dedit pecunias, etsi id probetur, non ex hoc dicitur satis probatum illum esse manifestum vsurarium: probandum est enim paratum esse omnibus mutuo sub fœnore dare, & sic tabulam, & mensam paratam habere ad mutuandum sub vsuris, quia requiritur frequentia delicti: ita Bart. in d. l. 2. nu. 3. ff. de furt. Ioan. de Anania in d. cap. quia in omnibus, col. 2. nu. 2. Menoch. vbi supra, nu. 6. Vnde non rectè existimat cõtrariũ Mercad. de *tratos y contratos*, lib. 5. colum. fina. fol. 119. vbi inquit DD. tenere quod ad incurrendas pœnas publicorum vsurariorum, non est opus eas exercere manifestas mutuando cum interesse, sed sufficere realiter & patenter hoc crimẽ committere bis aut plus: q̄ si velimus temperare, sit vltra quatuor aut sex vices: hoc enim verũ nõ est, sed quod prædiximus.

9 Manifestus autem vsurarius prædicto modo non solum dicitur ille, qui in foro omnibus videntibus sub vsuris mutuatur, sed etiam is, qui domi has vsuras assidue frequenterque exercet: ita Bart. & Angelus in d. l. 2. de furt. Angel. in d. sua disputatione col. 2. Abb. & alij relati & sequuti à Menoch. vbi supra, num. 16. & plures citans Mascard. vbi supra, nu. 4. vbi bene declarat: inquit tamen Menoch. vbi supra. n. 12. & 13. † quod super hoc euidenti & notorio crimine requiritur saltẽ quædam iudicis pronuntiatio, quæ non sententia, sed pœna exequẽda potius appellatur, ob idq; credit ante pronũtiationẽ vsurarium manifestum dici non posse, vt pœnis supradictis affici possit, aliàs frustra super notorio ius requireret pronuntiationem: & tandem nu. 32. allegat Abb. d. consi. 2. nu. 1. & Federic. de Sen. & Couar. vbi supra, nu. 4. versũ. quarto etiam,

ita tenentes: hoc tamen dictũ Menochij dubium est, atq; non verũ existimo in terminis de quibus agimus, nempe quoties vsurarius ita palam & publicè fœnerationem exercet, vt ipsa operis, & patratæ sceleris euidentiã nullã excusationem habeat: quòd si res est ita notoria, quod nullã excusationẽ habeat, ad quid quæso est necessaria iudicis declaratio? Præterea DD. quos in contrarium citat, hoc casu minime loquuntur, sed quoties quis simpliciter pro vsurario condemnatur, non verò pro manifesto vsurario, vt ex ipsis euidenter patet, de qua specie infra agemus, an is condẽnatus dicatur manifestus vsurarius, necne? Accedit præterea, quod in specie supra proposita manifesti vsurarij, de qua agit Menoch. Couar. vbi supra, nu. 4. in prin. & cæteri DD. nõ requirunt declarationem iudicis, vnde noua ac proinde suspecta, præter supradicta, est opinio hæc Menochij: quæ tamen posset sustineri, vbi ille manifestus vsurarius prædicto modo aliquã excusationẽ haberet, vel habere posset, † ex eo q̄ & si quãdo extat notoriũ permanẽs, non sit seruandus ordo iudiciarius secũd. Areti. cõsi. 163. n. 6. ex c. quanto. de trãslatio. Episcopi. & c. & in c. quæ Lothari. 2. q. 1. & late Grãma. decisi. 36. n. 45. attamẽ vbi notoriũ aliquã excusationẽ habere potest, ordo iuris seruãdus est secũd. Aret. vbi supra. n. 6. Cur. Seni. cõsil. 21. quẽ sequitur Iulius Clar. lib. 5. recept. sentent. §. fi. q. 9. versũ. quæro nõquid in notorijs, eol que refert ac probat Menoch. vbi supra. n. 14. 15. & 19. & ita est tenẽdũ, tamen si Mascard. vbi supra. n. 7. opinionẽ priorẽ Menochij cũ alijs quos refert videatur probare: citat tamẽ. n. præced. pro nostra sententia las. consi. 78. n. 3. versũ. facit, vol. 3.

12 Secundo ille dicitur vsurarius manifestus, qui crimen ipsum confessus est in iudicio, iure namque ea confessio manifestum facit, vt in capit. vestra. & in capit. vltimo, de cohabitatione cleri. & mulier. capit. cum olim. de verb. signifi. & in terminis ita tenet in nostra specie glos. in capit. 1. verb. manifestos. in principio de vsuris, in 6. quam ibi doctores sequuntur,

tur, & prætereà in c. quia in omnibus, eodem tit. in decretal. vt testatur Couar. d. lib. 3. variar. resolut. c. 3. nu. 4. versi. est enim, vbi quod dicitur frequentissimè id notorium iuris, quod appareat per confessionem in iudicio emissam: & testatur communem esse traditionem in nu. 5. circa finem, versi. ex quibus: quod etià vltra ipsum sequitur Abb. in d. consi. 2. n. 1. lib. 2. & Iulius Clar. in d. §. vsura, versi. itè ille, & alij plures relati à Menoch. vbi supra, nu. 20. Itaq; iuxta modò proxime relatum sententiam, manifestus vsurarius dicitur, qui apud iudicem confitetur se esse vsurarium; etiamsi simplex confessio sit, nec professus fuerit se manifestum vsurariū esse, vt explicat in terminis Philip. Franc. in d. c. 1. super glossa manifestos, & est demente doctorum ibi, & in d. c. quia in omnibus, est communis traditio: secund. D. Couar. vbi supra d. nu. 5. versi. ex quibus, & c.

12 Quinimò non tantùm confessio iudicialis, sed etiam extraiudicialis facta coram sacerdote, & testibus publice, ita quidem vt in plurium notitiam deuenit, facit quem vsurarium manifestum, vt sub dispositione d. c. quamquã. comprehendatur: ita glo. ibi addens quod mandat restitui vsuras; & fortè libros rationū tradens, quã ita intelligunt, & sequuntur Archidia. Domini. & Frac. ibi, Abb. d. consi. 2. n. 1. Abb. & Anan. in d. c. quia in omnibus. col. 5. n. 5. & alij plures relati per Couar. vbi sup. d. n. 4. versi. tertio: sequitur alios allegans Menoch. vbi supra. n. 21. est cõmunis secund. Soci. consi. 127. n. 3. lib. 3. & Iul. Clar. vbi supra, versi. item si quis coram sacerdote: imò idem erit, corū rationibus consideratis etiã si hæc cõfessio extraiudicialis fieret corã sacerdote vel notario, modò facta fuerit corã testibus ita palam & publice quod in pluriū aures, cognitionè & scientiam peruenerit, vt ex eisdè deducit Couar. vbi supra post Anan. vbi supra, qui idè esse profiteetur in eo qui fatetur, & vsuras m̃dat restitui in publico instrumẽto, vel scriptura priuata proprio sigillo sigillata, vel fortè si publica fama cõtra eū labore, & simul aliqua

argumenta appareant, ob quã Episcopus illum publicet, & sic efficiatur manifestus: & nu. 3. idem dixerat, quando communis opinio est quod ipse sit vsurarius, nempe vt tunc intelligatur illū esse manifestum: quod verum minimè videtur, nisi qualitas manifesti probetur, vt ex infra dicẽdis patebit: & quod prædiximus de confessione extraiudiciali publice facta corã sacerdote, vel notario, & testib⁹, & c. sequitur etiã plures citans Mascard: vbi supra, nu. 11.

Dicetur & quartò vsurarius manifest⁹ secundum cõmunem traditionem, qui ob hoc crimem iam à iudice per sententiam damnatus fuerit, quia iudicis pronũciatio notoriū inducit, vt in d. c. vltimo de cohabitatione cleri. & mul. & in terminis ita tenet glo. communiter approbata in d. c. 1. verb. manifestos, de vsur. in. 6. vt ex omnibus supra citatis apparet, præcipuè Couar. d. n. 4. in versi. quarto etiam, & Iulio Claro vbi supra, in versi. est item prætereà ille, sequitur dicens iustius videri Nauar. in man. c. 17. n. 28. versi. nec hoc requiritur. Verum vsurarius hic hoc casu non prius manifestus dicitur, etiam si testibus vel alijs probationibus fuerit conuictus; quã à iudice sit per sententiam damnatus, vt explicant Hostiens. Abb. & alij in. c. cum in diocesi. de vsur. Federic. consi. 64. Abb. d. consi. 2. nu. 2. lib. 2. & alios referens Couar. vbi supra, versi. quarto, vbi ita esse intelligendam gloss. d. c. 1. verb. manifestos, & alios qui eius meminere, affirmat: sequitur Menoch. d. casu. 235. nu. 32. dicens vsurarium manifestum secundum nostros doctores illū dici nõ posse, præcipuè ante sententiã & declarationem prolatam: sequitur plures referens Mascard. vbi supra, nu. 17.

Hi sunt modi præcipui communiter à nostris doctoribus traditi ad probandum, quem esse manifestum vsurarium, vt comprehendatur sub prohibitione, & pœnis d. c. quamquam. de vsur. lib. 6. superest vt nostrum hac de re iudiciū interponam⁹: & licet re vera ego vt plurimū, cõmunium traditionum sectator sim, quando euidenter à veritate nõ deuiant,

14 *f* à cõmuni enim opinione recedendum non est in iudicando, & cõsulendo vt ex pluribus resoluit nouissime Becius cõsi. 80. nu. 8. lib. 1. Addit Alexand. in. l. si conuenerit, col. fin. sub nu. 13. ff. de re iud. quẽ refert, & sequitur Becius cõsi. 8. nu. 24. libr. 1. temerarium esse à communi opinione recedere, etiam quando cõtra eam videretur casus legis: nihilominus illas, quas constat erroneas esse, ac contra ius, minimè sequor: ac proinde in proposito existimo

15 In primis, manifestum vsurarium de quo in d. c. quia in omnibus, & in d. c. quãquã, verè dici illum quem primo modo ex supradictis consideramus cù communi, quã verissima est in hoc casu, nẽpe qui ita palam & publicè vsuras exercuit, tabulam & mensam publice paratã habens ad mutuandum sub vsuris, vt euidentia ipsius patrati sceleris vlla tergiuersatione celari nequeat, argu. tex. in. l. palã. ff. de ritu nupt. prout tenet omnes supra citati, nec hoc casu, vt prædiximus, existimo esse necessariã sententiam declaratoriam.

Secus verò existimo esse de illo vsurario, qui hoc crimen simpliciter absque qualitate manifesti confessus in iudicio, vel extra coram paracho vel notario, &

16 pluribus testibus, vel instrumento, † aut aliàs ad effectum restitutionis, vel si super eo per iudicem fuerit condemnatus absque prædicta qualitate manifesti, hos enim, aut eorum aliquem manifestum vsurarium minimè probo nec censeo, ad hoc vt pœnis dictorum iurium puniantur, ex sequentibus fundamentis, intelligendo tamen, vt infra statim dicemus.

Primò quia cum prædicta iura loquantur in manifestis vsurarijs, exercitium ac consuetudinem vsurarum manifestum requirunt, vt constat ex c. 1. de vsur. in 6. & probatur etiam, quia nomina verbalia

17 (prout est nomẽ manifest⁹, scilicet vsurarius) † requirunt frequentiam, & in vno actu non verificantur, vt tenent omnes in capit. 1. & ibi Ripa numer. 96. de iudic. vbi post Parid. de Puteo, quem citat, hoc in specie de fœneratore scribit, & alijs similibus comprobat, vt in meretri

ce, mercatore, caluniatore, & his similibus, de quibus late agit Tiraquel. de pœnis temperand. causa 51. ad fi. Bart. & doctores in proœm. ff. veteris. ergo de manifesto vsurario facti, non vero iuris intelligenda sunt illa iura. Nec obstat quòd confessio & sententia inducunt notorium, vt in capit. vestra. & in cap. vlti. de cohabit cleric. & mulier. quia illud verum est in notorio iuris, non verò in notorio facti, hoc enim non inducitur nisi ex actuum frequentia, vt apparet ex illis iuribus, & notat glo. in d. c. vestra, verb. condemnatur, & doctores vtrobique. Secundò idem probatur, quia non est veri simile Romanũ Pontificem tam graues pœnas statuisse aduersus eum, qui semel mutuum dederit sub vsuris, licet id confessus fuerit publicè in iudicio vel extra, vel à iudice ex ea causa fuerit condemnatus, nec item in eum qui secretò, & occultè vsurarios cõtractus pactus fuerit, quãuis demum huius criminis accusatus, vel confessione, vel probationibus alijs fuerit cõdemnatus, his nãq; casibus nõ posset iudex hunc reum pronũciare esse manifestũ vsurariũ, cum re vera huiusmodi non sit, nisi frequentia actuum cù publicitate interueniat, idq; sit probatũ vel ab eo confessũ, tunc enim meritò iudex posset eum pronũciare manifestum vsurariũ, ac pro tali condemnare eum siue declarare, aliàs sec⁹. Nec quod cõfessio aut sententia quid notorium efficiat, quicquam præstat, id enim verum est de notorio iuris, nõ vero de notorio facti, & exercitij, vt modò dicebamus: † hoc est, vt stãte prædicta simplici confessione, vel iudicis condemnatione omnibus fiat notorium illũ vsurarium, talemque cõtractũ vel crimen admisisse, non verò quod habuerit vsum, exercitium vel consuetudinẽ fœnerandi, quod ad factum potius & frequentiam quã ad ius refertur, quã inter se maxime distant, ac dissimilia sũt: itaque licet post simplicem hac de re confessionem, vel condemnationem censeatur quis vsurarius manifestus, intelligitur tamen in hunc sensum, id est manifestus, & publicatus, non autem manifestus
ratione

ratione manifesti exercitij, & negocij: quod vltimū requiritur quoad pœnas dictorum iurium incurendas.

Tertio idem conuincitur, quia si aliud diceremus, sequeretur inde, eisdem pœnis afficij eum, qui semel & occultè mutuum dederit sub vsuris, si vocatus ad iudicium, ad confessus fuerit, quibus qui publice & manifestè in conspectu omnium officium fœneratoris exercuisset, quod proprius alienum videtur à mente, & intentione Romani Pontificis.

Quarto idem comprobatur ex text. in capit. cum in dioecesi, de vsur. vbi si agatur de pœnis statutis in d. capit. quia in omnibus, requirit text. ille quod probetur accusatos seu delatos vsurarios esse manifestos, ergo non satis est constare eos esse vsurarios, nisi etiam constaret esse vsurarios manifestos, sicque exigitur huius qualitatis probatio. Quod si replices, non posse contingere hanc qualitatem manifesti vsurarij probari per argumenta, sicuti permittit text. in d. cap. cum in dioecesi, respondebo, argumenta ibi appellari indubitata indicia, † aliaque apertissimas probationes, de quibus in l. vltim. C. de probat. ita in terminis interpretatur eum text. Couarru. d. libr. 3. variar. resol. capit. 3. numer. 5. ad fin. vers. quod si dixeris, & ante cum Burg. in d. capit. ad nostram, numer. 28, dicens, hæc indicia debere esse clara & aperta, quem refert Menoch. vbi supra, numer. 29. & iuxta hæc intelligendus est etiam Thefaur. Christian. relig. capit. 67. numer. 32. dicens, quod vsurarij manifesti dicuntur illi, qui licet non possint conuincit testibus, conuincuntur alijs præsumptionibus, vt in cap. cum in dioecesi, de vsur. nempe quando præsumptiones huiusmodi sunt vrgentissime, & apertissime, & indicia clara, alijs fecus.

20 Quinto eadem sententiâ comprobatur, quia vbi cumque lex seu dispositio se fundat in aliqua qualitate, ante omnia oportet de ea constare, vt in l. eius qui in prouincia, versicul. quoniam. ff. si cert. petat. & in l. non ignorat. C. qui accus. non poss. & in alijs pluribus iuribus quæ ci-

tat, ex eis ita deducēs, & loquens in qualitate delicti notarij Ant. Gom. in. 3. tom. capit. 1. de delict. numer. 44. sed iura loquuntur in vsurarijs manifestis, & sic hac qualitate notatis: ergo id ante omnia debet constare in confessione vel sententia, ad hoc vt manifestus vsurarius in proposito dicatur, alijs fecus.

21 Sexto facit etiam, quia cum præd. iura loquantur in manifestis vsurarijs, si præd. qualitas non sit probata nec expressa in confessione vel sententia, deficeret iam lex, hoc est constitutio dictorum iurium: † sed in casibus in quibus lex deficit, non est nec utilis actio dāda, vt in l. si verò. §. de viro, & ibi doctores. ff. solut. matrim. & vbi deficiunt verba legis, deficit eius dispositio. l. 4. §. toties. ff. de damno infecto. l. 1. §. loquitur. ff. de aqua quotid. & æsti. & hæc est communis regul. per d. §. toties. & alia iura idem probantia, vt affirmat Decius consi. 591. num. 2. & nos quoque deduximus lātius comprobantes consi. 2. t. nu. 2. cum seqq. hocque præcipuè procedit in pœnalibus de quibus agimus; argu. c. odia, cū simil. de reg. iuris in. 6. & in terminis vsurarij manifesti probat Bald. consi. 447. incip. ad euidentiā præmittēdum est, nu. 2. vol. 5. dicens, quod si lex requirat aliquem esse vsurarium manifestum, non sufficit probare alterutrum, sed hoc casu de probationibus erit substantia † qualitas & factum, quod exercuit ergo vsuram, & quod manifestè eam exercuit, quem sequuntur Catelian. Cotta in memor. incip. lex, quæ loquitur, & Ludouic. Mexia in l. Regia Toleti de los terminos, in. 4. part. fundamento. 2. nu. 11.

23 Septimò & vltimò in nostra specie quæ confessio vsurarij nõ debeat esse simplex vt si diceret se sub vsuris mutuo dedisse, sed quod sub vsuris publice sapius vel domi frequēter mutuaasset, tenet Baldan. c. in præsentia. n. 8. de probat. quæ refert, & sequitur Feli. ibi. n. 13. & alios referēs Menoch. vbi supra. n. 5. & 20. qui præd. modo declarant comunem supradictā conclusionē de cōfessione: vsurarij agōrem, vt tunc demum inducat notoriū in pro-

posito nostro quando non simpliciter facta fuerit, sed vt modò dicebamus: & hæc dicit videri veriore[m] Mascard. vbi supra nu. 10. Sic etiam & meritò. Ant. de Burg. in d. c. cum causam. n. 28. improbauit secundam & quartam communes supradictas traditiones in hac materia de vsurario manifesto, quoad pœnas d. c. quâquã eadẽ etiam, & tertiam expressim reprobauit quoad eiusdem text. pœnas D. Couar. vbi supra. n. 5. vers. at si tractetur, quorum opinionem, vt pote verissimã atque humaniorem, libētissime probō: tametsi cõmunis sententia fortè ob ipsius auctoritatẽ in praxi obtineret posset, tamẽ ipsa moderari, vt nõ omnino reiiciatur, vbi vsurari⁹ simul fateretur qualitã exercitij, ac vsũ notoriũ ipsius, vel iudex pro tali notorio vsurario eũ cõdènaret, quo casu proculdubio cõmunis pro cederet, imò requiri necessariò hoc videtur, ad hoc vt notorius vsurarius dicatur ad incurredas pœnas dictorũ iuriũ, vt patet ex omnibus supra adductis, & in hoc c. ratio

24 cinatis: † inquit tamẽ Couar. d. n. 5. vers. tandem, secus esse si tractetur de pœnis in d. c. quia in omnibus, statutis, nẽpe vbi actum fuerit de nõ sepeliendis in loco sacro vsurarijs manifestis, qui in eo peccato, & crimine decesserunt, & de nõ recipiendis eorum oblationibus, deq; nõ admittendis vsurarijs, qui non pœnituerint eius criminis, ad communionem Eucharistiæ, quia in his casibus sat erit esse quem vsurarium manifestum operis euidentia, confessione iudiciali, vel extraiudiciali, vel iudicis condemnatione iuxta communes traditiones: atq; in hunc modum accipiendum esse. tex. in d. c. cũ in diœcesi, dum secund. Abb. & comunẽ probat eum dici manifestum vsurarium, qui argumentis, alijs ve probationibus à iudice huius criminis reus fuerit pronunciatu[s], cùm ad hos effectus, ad hasque iuris pœnas vsurari⁹ dicatur is, qui de eo crimine conuictus fuerit, aut saltẽ valeat statim facillimè conuinci: itaq; doctissimus vir ille differentiã hanc constituit inter casus d. c. quia in omnibus, & text. in d. c. quamquam, vt cum agitur de pœnis

imponendis, de quibus in d. c. quia in omnibus, sufficiat confessio simplex, vel cõdemnatio vsurarij, ad eum inducendum notorium vsurarium, secundum communem, quam in hac specie probat: si verò tractetur de pœnis statutis in d. c. quãquam, hoc non sufficiat, sed omnino requiratur operis euidentia, de qua supra in primo membro, & sic contra communem.

Quæ differentia coadiuuari, & verificari potest ex altera, quæ ex litera amborum textuum constat esse inter vtrumque casum eorundem: in primo enim, hoc est, in d. cap. quia in omnibus, vsurarij manifesti in peccato, & crimine decesserunt absque pœnitentia, idèdque nil mirum si confessio simplex, vel condemnatio huiusmodi ipsorum sufficiat ad efficiendos eos notorios vsurarios: at verò in casu d. capit. quamquam, vsurarij manifesti pœnitentia ducti vsuras iusserunt restitui, & nihilominus nisi plenariè satisfecerint, &c: ad huc carere debent Ecclesiastica sepultura, nec ad confessionem admittendi sunt, nec etiam absoluedi, nec testamenta eorum valent, nisi de vsuris satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suarum virium facultate prestituerint, vt præmittitur, in eodem text. ibi, idoneam cautionem: vnde simplices vsurarij, si saltẽ pœnituerint, iusserintque vsuras reddi, licet cætera de satisfactione, aut idoneæ cautionis præstatione non adimpleuerint, videtur quòd prædictis non careant, nec in illas pœnas incidant nisi tantum hi vsurarij, qui primo modo supradicto manifesti fuerint, nempe operis euidentia, vt prædiximus. Nihilominus præfata casuum differentia ad rem de qua agimus nihil pertinere videtur, cùm in vtroque casu eadem pœnæ propè sint impositæ, scilicet denegationis sepulturæ, & Sacramentorum Ecclesiæ: ergo ad tot, tamque graues pœnas incurrendas, præsumendum non est Romanum Pontificem vel le eum esse vsurarium manifestum, qui semel mutuũ dederit sub vsuris, licet hoc confessus fuerit publicè in iudi-

in iudicio vel extra, aut à iudice ex causa fuerit damnatus, nisi qualitas illa exercitij manifesti in confessione, vel sententia adsit. Militantque præterea in casu d. capit. quia in omnibus, omnia fundamenta prædicta, quæ circa pœnas d. capit. quanquam, utroque enim casu Summus Pontifex de manifestis vsurarijs loquitur, eosque eisdem prope pœnis puniendos esse præcipit: quanuis enim magis delinquat vsurarius manifestus, qui impœnitens decessit, quam ille, qui licet pœnituerit eius criminis, vsurasque restitui mandauit, non tamen satisfecit, cum posset, nec idoneam cautionem de restituendo præstitit: nihilominus tamen uterque ad incurrendas pœnas eorundem iurium debet esse manifestus vsurarius, ut eadem iura proclamant. At hæc manifestationis qualitas, cum simus in maximè pœnalibus, eadem esse debet, quia respicit vsum, & exercitium notorium: cur igitur dicendum est in vno casu sufficere confessionem simplicem vsurarij, vel condemnationem huiusmodi, in altero verò minime, sed requiri eam operis euidentiã ac frequentiam, quæ nulla valeat excusatione celari? aut enim in utroque casu eadem requirenda est, aut sufficit simplex confessio, vel sententia: hoc autem procedere iuxta mentem Pontificum, & iuris rationem non potest: ergo illa in utroque casu requiritur, præcipuè cum vsurarius qui impœnitens decesserit, non solum delinquat contra decisionem d. capit. quia in omnibus, sed etiam & à fortiori, contra d. capit. quamquam, quandoquidem vsuras non restituit, nec idoneè cauit de restituendo præter suam impœnitentiam: & ita meritò Menochius vbi supra, quem contra comuniter allegauimus, non distinguit inter supradictos casus, quanuis vidisset Couarruuiam vbi supra, ut constat ex eo, sed in utroque tenuit non sufficere simplicem confessionem vsurarij ad iudicandum eum notorium vsurarium, ut vidimus: loquitur enim in terminis d. capit. quia in omnibus, & d. capit. quamquam, ut ex

principio casus illius. 235. nùmer. 1. patet, cui subordinantur ea quæ sequuntur. Sed & alios plures modos probandi manifestum aliquem esse vsurarium prosequuntur doctores vbi supra, præcipuè Abb. d. consil. 2. per totum, libr. 2. & Menoch. d. casu 235. per totum, vltra Couarru. vbi supra, qui tamen ad pœnas d. capit. quamquam, quod exposuimus, non spectant: idè eos omitto.

S V M M A R I V M.

- 1 **P**œna adiecta dationi quantitatis præsumitur in fraudem vsurarum, quando excedit legitimum modum earum.
- 2 Pœna conuentionalis etiam vltra quadruplum exigi potest secundum opinionem Innocentij, & magis communem.
- 3 Iure regio pœna adiecta dationi quantitatis in fauorem hominis soliti foenerari, exigi non potest, sed si non sit solitus foenerari, exigi potest. Idem in conscientia, ut in numer. 17.
- 4 Pœna conuentionalis adiecta obligationi faciendi, vel non faciendi, etiam vltra quadruplum exigi potest.
- 5 De stylo curiarum non fit condemnatio pœna conuentionalis, nisi quatenus interest, & non vltra.
- 6 Pœna conuentionalis de rigore iuris, si excessiua non sit, sed moderata, exigi potest, siue intersit, siue non.
- 7 Pœna conuentionalis in contractibus censualibus redimibiliibus contra morosum census debitorum conuenta hodie non valet, per motum proprium Pij V. poterit tamen conuenire, ut soluatur quod in exactiõne constiterit expendendum, ut in nu. 8.
- 9 Pœna commissi in eisdem contractibus censualibus adiecta quando valeat, & quando non.
- 10 Pœna conuentionalis in curia mercatorum, vbi proceditur de bono & equo, an exigi possit, quando nihil interest? & numeris sequentibus.
- 11 Pœna conuentionalis in conscientia exigi potest, etsi nihil intersit, vel etiam vltra id quod interest, concurrentibus his de quibus hic, & in nu. 13. & 14.

- 12 *Pœna conuentionalem non tenetur quis soluere, nisi ab eo petatur: secus tamen erit, si ab eo petatur.*
- 15 *Clerici, an pœnam conuentionalem possint exigere ultra quam interfit, & quid in Ecclesia, nu. 16.*
- 18 *Pœna conuentionalis Iure Canonico non committitur nisi pro parte non soluta tantum, secus pro parte soluta & a. sumpta, & in numer. 19.*

CAPVT XX.

De pœna conuentionali, an iure & in conscientia secure exigi possit.

Maximè concertatum est inter nostros doctores, an iure communi pœna conuentionalis, adiecta dationi quantitatis, exigi possit: duodecim enim opiniones sunt, quas refert in hoc Petrus Rebuff. in repet. l. vñic. in glos. proferantur, num. 9. cum sequentibus. C. de sent. quæ pro eo, quod interest proferantur, è quibus vnã vel duas tantum referam: glossa namq; in l. Iulianus lib. 15. §. ibidè Papinianus, verb. excedit, ibi, Vnde dic æquius. ff. de actio. empt. tenet, † quod semper præsumatur fraus ex quantitate pecuniæ, quæ excedit legitimum modum vsurarum: est communis, vt plurimos allegans resolui in meo tractatu de iuram. confirmat. 1. par. c. 36. nu. 10. Vnde cum hodie vsuræ sint omnino & omni iure prohibitæ, atque in nulla quantitate permittæ, vt supra late probauimus. c. 18. in prin. quælibet pœna conuentionalis adiecta dationi quantitatis, censetur adiecta in fraudè vsurarum, ac proinde iure exigi non poterit. † Rursus Innoc. in. c. sacro. de sententia excommunicat. tenet, quod pœna conuentionalis etiam ultra quadruplum potest exigi: quam opinionè testatur magis comunem esse Petrus Rebuff. vbi supra, nu. 32. vbi in numeris sequentibus pluribus modis ampliat & limitat. Iure tamen nostro regio sedata est hæc con-

trouersia per. l. final. tit. 11. par. 5. in versi. *mas si la pena*, † vbi expresse deciditur, quod pœna adiecta dationi quantitatis in fauorem hominis soliti scenerari, exigi non potest: si verò sit adiecta in fauorem illius, qui nõ sit solutus scenerari, potest exigi: quã legem pro expressa ad hoc ipsum notat Greg. Lopez ibidem, dicès approbare opinionem Innoc. in. c. suam. de pœnis, & glos. in. l. si pœnam. ff. de vsuris. cum simil. & tandem limitat illam. l. aliquibus modis, prout etiam retulimus vbi supra, & hæc modo debet intelligi Angelus vbi statim citabitur simpliciter & indistinctè tenens, & cum eo cæteri summistæ, quod pœna conuentionalis quando simpliciter est appositæ dationi quantitatis, censetur appositæ in fraudè vsurarum.

4 Ex quibus proculdubio infertur, pœnam conuentionalem adiectam obligationi faciendi vel non faciendi, etiam ultra quadruplum rectè exigi posse, vt late probat Rebuff. vbi supra, nu. 35. cum sequentibus, & ante eum Angel. de Clauas. in summa verb. pœna. nu. 12. † De stylo tamen curiarum non fit condemnatio pœnæ conuentionalis, nisi quatenus interest, & nõ ultra, vt refert Matthæus de Afflict. decis. Neapol. 135. & probat Auè dañ. in suo diction. verb. pœna conuentionalis, & mihi placuit hæc opinio. d. c. 36. n. 10. el 2. vbi nonnullos casus ita praticatos retuli, vbi fuit exacta, quia intererat, veluti in obligationibus soluendi aliquam pecuniæ quantitatem, adiecto salario pro persona quæ ad eam exigendum debeat ire ad locum rei obligati, moderato tamen arbitrio boni viri iuxta expensas faciendas ea in re, & alios casus in quibus non fuit datus locus exactioni pœnæ conuentionalis, quia nihil intererat perētis, eam conuentionem fuisse seruata, & consuetudo erat non exigendi similes penas, nisi quatenus interesset: & nunc quoque mihi placet eadem praxis, ac iustissima videtur, tametsi de rigore iuris pœna conuentionalis si excelsiua nõ sit, sed moderata, exigi possit, † siue interlit, siue non, vt in. l. cum pœna vbi glo. & Bart.

Bart. ff. de arbit. & plerique alij in. l. 2. §. item si in facto. ff. de verborum obligat. & hoc est receptum secundum Benuenut. Anconit. in tractatu de mercat. tit. de contractibus mercat. nu. 21. pag. 141.

- 7 In contractibus autem censualibus redimibilibus hodie iustis rationibus motus proprius Pij V. Pontificis Maximi præcipit pacta continentia, morosum census debitorem teneri ad interesse lucri cessantis, vel ad cambium, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut re censui subiectam, siue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitam perdere, aut in aliquam poenam cadere, ex toto irrita esse & nulla, imò & censum augeri, & nouum creari super eadem vel aliare in fauorem eiusdem aut alterius personæ per eum suppositæ, pro censibus præteriti vel futuri temporis omnino prohibetur: quod speciale est in prædict. censualibus contractibus, in cæteris verò, de quibus motus proprius non loquitur, ius commune & regium erit seruandum. † Quinimò etsi in contractibus censualibus certa poena conventionalis apposta pro salarijs & expensis, aut quæ iuramento creditoris liquideatur, non valeat: attamen quod soluatur, quod verè ac legitime constiterit in exactione censuum moderate expèdendum, non est esse prohibitum illo motu proprio, deduci in pactum, tunc quia motus proprius à contrario sensu hoc insinuat, tum etiam quia in hac specie cessat ratio prohibitionis, quia est damnū emergens, & ita teneo & sæpe consului, salua censura & correctione sacrosanctæ matris Ecclesiæ: & postea nouissimè super declaratione d. motus proprii ita expressè inueni tenere Nauar. in comment. de vfuris, nu. 89.

- 9 Poena autem commissi in eisdem contractibus censualibus, quoties census constituitur super bonis constituentis ipsum in fauorem alterius, qui eum pecunia emit, non est licita in conscientia, sed tantum debitor tenebitur ad solutionem red-

dituum decurforum, nõ verò ad ampliùs: secus tamen erit in poena commissi apposta in emphiteosi perpetua, quæ constituitur super re creditoris, eo casu, quo secundum praxim hodiernam potest exigi poena commissi in iudicio, aliàs secus, prout de vtroque latè egimus in d. nostro tractatu de iuram. confirm. i. part. c. 31 nu. 10. & 11.

- 10 Sed an poena conuentionalis in curia mercatorum, vbi proceditur de bono & æquo, possit exigi, quãdo nihil interest, valde controuertitur. Angel. enim cõsil. 219. arbitror dictam poenam, & c. tenet nihil præter id, quod mercatoris interest, peti posse, cuius sententiã probauit Frac. Aretin. in. l. 4. §. Cato. colu. i. ff. de verb. oblig. esset enim præter æquum & bonum: & æquitas præcipuè inter mercatores seruanda est. l. Quintus. vbi Bart. ff. mādati. & prætor debet habere ante oculos æquitatem. l. quod si Ephesi. ff. de eo quod cert. loc. & in stipulatione prætoriana non exigitur poena, si non interest. l. & si post tres. ff. si quis cau. l. 2. in fin. ff. si quis in ius voc. non ier. vbi Bart. Alex. Ias. & Socin. notarunt, & cum hac opinione, quanuis confuse, videtur remanere Lancelot. in. l. 2. §. item & si in facto, num. 7. ff. de verb. obligatio. & eam deliberate sequitur Ioan. Crotus in d. §. Cato, sub nu. 8. & sequentibus, in primis cõmentarijs.

Nihilominus tamen contraria sententia in proposito placuit Ias. in d. §. item & si in facto, nu. 16. & 17. dicens minime admittendum, quod poena, quæ ex partium conuentione proficiscitur, iuxta. l. final. ff. de præst. stipul. contra æquitatem censeatur, cum nihil sit quod magis fidei humanæ congruat, quàm pacta & conuentiones obseruare, præcipuè inter mercatores, vt in. l. i. ff. de consti. pecun. & hanc sententiã sequitur & latè comprobat respondens fundamentis contrariæ, & dicens probabilem & rationabilem Benuenut. vbi supra, in nu. 23. vers. his igitur relatis, quæ etiam mihi placet propter exuberantiam bonæ fidei, quæ inter mercatores versatur, apud quos vt susti-

neatur ipsa bona fides, & creditum (vt ita dicam) punctualiter omnia pacta licita sunt seruanda, prout regulariter est pœna conuentionalis. Accedit præterea nõ infima ratio, quia plerunque atq; vt plurimum inter eos interest pacta seruari, cũ negotiandi arti sint dicati, & in eo eorum versetur proprium officium: quam ob rem, etsi aliquando eis non multum intersit conuentionem pœnalem seruari, adhuc exigi poterit prædict. pœna, vt pacta licita inter ipsos omnino, & semper seruètur, tam ex iuris dispositione, quàm æquitate attenda, vt mercatura conferretur, quæ admodum utilis est Reipublicæ.

II Quinimò & extra causam mercatorum doctores Pontificij ac Theologi existimant, & probant licitum esse exigere pœnam conuentionalem, etsi nihil exigentis intersit, vel etiamsi excedat interesse ex fide, & pactione non seruata: ita Innoc. in c. tuam, de pœnis, quem sequitur Abb. in c. dilecti. col. 3. vers. sexta & vltima pœna, de arbit. quos refert, cũ eis transiens, & loquens in conscientia, Benuen. vbi supra d. nu. 23. in princip. & latè probat Conrad. de cõtract. quæst. 37. conclusio. 3. & Rebuff. in d. l. vnica, super verb. proferuntur, nu. 38 iuncto nu. 43. vbi id iure Canonico probat, per d. cap. suam, de pœnis, secund. vnum intellectũ. glossa, & ibi DD. in c. quanquam. 23. dist. 1. & alij in d. §. Cato. & Corneus consi. 220. miror satis, colum. vlti. lib. 1. & hanc sententiam Innoc. & Abb. vbi supra, probauit etiam in conscientia Angel. in summa verb. pœna, nu. 12. præterquam si sit in fraudem, veluti si apponatur simpliciter dationi quantitatis, quia tunc præsumitur apposita in fraudem vsurarũ. Hæc tamen Angel. limitatio intelligi debet eo casu, quo pœna sit apposita solito fœnerari, aliàs secus iuxta supradicta, & per Rebuff. vbi supra, nu. 47. Eandem sententiam probauit alios allegans, Siluester in summa verb. pœna, num. 25. vers. septimum, & Armilla aurea in eodem verbo, nu. 5. dicens, hoc etiam procedere in foro pœnitentiali, etiam si interesse excedat,

nisi quando contractus est contra ius (licet sit præter ius) & nullus, vt in c. dilecti, de arbit. & bene, quia quando contractus est nullus, pœna etiam in eo contenta non debetur, iuxta glossam communiter approbatam atque ab omnibus receptissimam in l. si patronus, verbo Fabiana. ff. si quid in fraud. patron. vt resoluimus plures citando d. c. 36. nu. 6 & quod pœna conuentionalis de partium consensu sine duplo iustè statui possit, probat late Medina de restit. tit. de rebus per vsuram acquisit. §. quarta causa, vbi quod oportet aliquas conditiones seruari, vt huiusmodi conuentionalis pœna licite imponatur, & vna est quod mutuator mallet in conscientia sortem, quam mutuauit, in termino nudam habere, quàm mutuatorio in mora existente, sortem simul habere cum pœna. Tãdem in prin. col. fin. illius. §. inquit, quod quando huiusmodi pœna non pro interesse, sed pro culpa & mora debitoris imponitur, non opus est sit ipsi interesse proportionata, quia etiam omni interesse secluso locum habet præfata pœna, & esse licitam pœnam conuentionalem, quando est apposita, vt timore eam incurrendi debitor soluat, præsertim optãdo potius solutionem, quàm pœnæ incursionem, tenet Nauar. in manual. Latin. c. 17. n. 215. ibi, sed non si, tametsi in hoc contra Medin. & Nauar. teneat Petrus à Nauar. statim citandus, nu. 333. nempe quod etiam si nõ mallet solutionem sine pœna, nec etiam in differens sit, non peccet peccato vsuræ exigendo pœnam, etiamsi lucrum præcedat, licet ad aliud peccati genus reducat, licet ad aliud peccati genus reducat, licet ad aliud peccati genus reducatur huiusmodi praua intentio, & fortè hoc verius, & litera. M. in vers. tamen dicendum, lib. 2. & quod pœna conuentionalis in mutuo securè apponi, & exigi possit, quando simpliciter & plane moderata nimis, & cum charitate apponitur, etiamsi ex dilacione nullum damnũ sequatur, dummodo cum humanitate, & lenitate exigatur, & ex magna dilacione in reddendo mutuo, secus statim ad impleto termino solutionis, probat & tenet Merca. de tratos y contratos, in materia, de

de vsur. c. 7. in versu. *lo que se permite*, el 2. fol. mihi. 100. col. 1. & latius Petrus à Nuar. lib. 3. de restit. c. 2. nu. 331. cum pluribus seqq. vbi nu. 338. resoluit cum Mercado vbi supra, quod mora debet esse notabilis, non vnus horę vesdiei, vel etiã hebdomadę, sed arbitrio prudentium: eandem principalem sententiam in cõsciẽtia videtur probare frater Angles in suis Florib. Theolog. quęst. in quęst. de contract. mutui, in conclusione ad euitãdam, pagi. 262. & quod in foro conscientię pœna conuentionalis exigi possit, tenet plures citati per Rebuff. vbi supra. n. 40. non tamen declarat, sicut ceteri supradicti, etiam si excedat interesse; verũ paulò inferius nu. 43. ampliat conclusionem principalem quam supra diximus ipsum asserere, esse magis communem in nu. 32. etiam si non intersit: quod etiã sequitur, & probat dicens esse magis communem opinionem Corneus consil. 69. circa finem, litera. L. versu. & licet sint opiniones, & iterũ cõsi. 2. litera. L. & cõsi. 55. litera. N. volu. 3. cum Innoc. & Abb. vbi supra, probare videtur in terminis Benuenut. vbi supra, nu. 23. & inquit D. Co. uar. in 4. de spons. 2. par. c. 6. §. 8. num. 11. quod is qui ex conuentione vel lege pœnam exigit, & extorquet, nullum peccatum committit, quando lex est iusta, vel pœna conuentionalis licitè in contractu deducitur, dicens cum alijs, quos citat, esse apud omnes probatissimam opinionem, quam etiam nos sequuti fuimus in d. nostro tractatu de iuram. confirm. 1. par. c. 36. nu. 11. versu. & licet, & nouissime eam probat ac defendit instructoriũ negotiantium lib. 1. c. 30. pagi. 98. versu. porrò de hoc dubio, & ita existimò tenendum, quanuis D. Francisc. Sarmient. lib. 3. select. interpret. c. 6. nu. 10. in versu. de alijs, teneat Iure Canonico inspecto, per text. in d. c. suam, de pœnis (quod tamen alio diuerso casu loquitur, vt infra dicemus) si appareat manifestè nihil interesse parti, nullo modo pœnam conuentionalem esse exigendam, nisi vbicumq; si pœna exigeretur, nullum damnum pateretur ille contra quem agitur ad pœnam

totò negotio inspecto, argum. l. bona fides. ff. deposit. in exẽplo ibi per eum positò: tandem nu. 11. resoluit, quod in alijs conuentionalibus pœnis, ne facile conuentiones eludantur, neue locus calumnijs hominum detur, si hæc via contemnendi conuentiones aperiatur, frustra, pœnæ imponerentur, si opus esset, quatenus intersit probare, quod non ita facile fieri potest, ideoque existimat, quod si ex natura rei verisimile sit damnum stipulatorè passum esse, licet non ita exactè probetur, pœnam cõuentionalem etiam Iure Canonico exigi posse, si aliquam cum verisimili damno habeat proportionem, nec poterit hæc facilitate probationis grauari reus, cum in potestate sua sit ostendere veris probationibus aduersarium suum damnum passum non esse, vel nihil sua interesse, alioqui potior esset causa dolosi, & frustratorium esset consiliũ Iurisconsulti in. l. fin. ff. de præst. stip. quæ ita se habet: In eiusmodi stipulationibus, quæ quanti res est promissionem habet commodius est certam summam cõprehendere: quoniam plerumque difficilis probatio est, quanti cuiusque intersit, & ad exiguam summam deducitur. Hæc tamen sententia & resolutio D. Sarmient. utilis profectò e, strationabilis, & nõ parui habenda in praxi in iudicio exteriori pro declaratione praxi, quam supra retulimus, nempe quæ habet, pœnam conuentionalem non exigi nisi quatenus intersit, & non vltra: in foro autem interiori tenendum est quod prædiximus cum communi: de qua re latissimè agit Anto. Gabriel lib. 7. com. opin. conclus. 34. per totam, loquens in pœna legali, & in conuentionali, & communem præd. resolutionem sequitur, & probat dicens etiam communem Molin. de iustit. & iur. disput. 97. vbi quid si pro parte adimpleuit, & pro parte non.

12 Non tamen tenetur qui is pœnam etiã conuentionalem soluere, nisi ab alio petatur: si autem petatur, tenetur, vt sentit Corneus consil. 69. de duobus, in fi. vol. 2. & consil. 2. litera. L. vol. 3. dicens, quod in cõscientia ex parte debitoris pœna, non

nō est debita, nec debet sibi per confessorē iniungi quod pœnam soluat: ex parte verò creditoris est debita, etiam in foro conscientie, & potest exigi, & exacta retineri, nec debet sibi per confessorem iniungi quod eam soluat, hoc est reddat. Sēt it ergo manifestè his verbis quod prædiximus, & expresse probat, & sequitur bene probans Rebuff. vbi supra, nu. 41. & Couar. alios allegans etiam vbi supra, sic dicens esse intelligendum Anchar. in regul. possessor. de reg. iuris in. 6. dicentem simpliciter pœnam conventionalem in foro conscientie deberi: scilicet si petatur: sequitur D. Anto. de Padilla in l. si quis maior. nu. 59. C. de transactio. & ita ampliat glossa communiter approbata, in c. fraternitas. 12. quæst. 2. idem probans in pœna legali, & nos quoque idem probauimus vbi supra, & inquit Petrus à Nauar. vbi supra, nu. 336. hanc esse differentiam inter has pœnas, quòd licet pœna legalis ac iudicialis incurri non debeat ipso facto, sed post iudicis declarationem, & sententiam, conventionalis tamen in conscientia post moram ante sententiam vel declarationem debetur ex natura contractus, & communi, mutuaque intelligentia cōtrahentium: sed suppleendus est per prædicta, si petatur: & in terminis hanc etiam declarationem sequitur, & ponit Molin: vbi supra, in fin. d. disput. 97.

13 Imò quando pœna conuentionalis, prout pœna culpæ moræ est imposta, & non vt satisfactio pro interesse, non statim vt incurritur exoluenda est ante mādātum iudicis: secus in pœna quæ in satisfactione interesse debetur, vt pluribus rationibus probat Nauar. in man. Latin. cap. 23. nu. 67. & 68. & nouissime instructorium negociantium lib. 1. c. 31. versu 2. dicimus, & tenuit prius Nauar. in man. Latin. cap. 23. nu. 68 vbi nu. 67. quòd alia pœna conuentionalis nō debetur in conscientia nisi ad eam soluendam quis cogatur, & sic si petatur, vt prædiximus: sequitur vtrūque alios allegas D. Azevedo in rubric. titul. 1. lib. 2. noua Collect. Reg. nu. 28. & 29. Ex dictis igitur supra

resoluo, pœnam conuentionalem licitam in contractu valido appositam vtroque Iure ciuili, & Canonico exigi posse, etiam si nihil intersit: & quauis in praxi ipsa non exequatur nisi quatenus intersit, vt prædiximus, in conscientia tamen licite exigi, & haberi potest, si soluitur, quauis excedat id quod interest, iuxta communem, & magis receptam sententiam supradictam: si tamen pœna præfata non excedat probabile interesse, vel damni emergētis, vel lucri cessantis, tunc proculdubio omni iure, & in foro exteriori, & in interiori animæ iudicio exigi ac retineri potest: quod tamquam indubium probat frater Angles vbi supra, in conclus. incip. si pœna. † Præterquam si pœna conuentionalis esset multum excessiua, vel si debitor erat impotens ad soluendum sine sua culpa, & fraude, quia tunc non debetur, alioqui secus, vt tenent præcitati authores, præcipuè Laurent de Rodul. in cap. consuluit, quæstion. 65. de vsur. Medina. & Nauarr. vbi supra (addes idem esse cum obligatione restituendi secundum Scotum, & communem in. 4. distinct. 15. in mutuante appositam pœna ei, quem iam à principio credebatur ad eam diem soluere non posse, sequitur cū Mercado Petrus à Nauar. vbi supra, nu. 332.) & Couar. vbi supra, quæstio. 31. vbi latius id agit, quos refert, & sequitur Rebuff. vbi supra, nu. 49. dicens se vidisse in senatu istam pœnam conuentionalem coartari, quando sapit iniusticiam, austeritatem, & iniquitatem, & merito meo iudicio: quod etiam tenet Petrus à Nauar. vbi supra, num. 337. vbi num. 339. inquit, tunc demum impotentiam soluendi culpa debitoris causatam non excusare à pœna conuentionali, cum fraudulenter se impotentem fecit, dissipando bona, vt tempore solutionis non esset potens, & sic pœnam euaderet, ac creditorem eluderet: secus si ob alias causas, licet culpabiles venit in inopiam, vt in exemplis de quibus ibi per eum. Limitant præterea DD. † hanc communem sententiam in clericis, qui ultra quàm intersit non possunt periclitari in c. cum dilecti. de arbit. & in

14

15

& in d. c. suam. de pœnis. Anania in cōsi. 31. præsupposito, & Angel. de Clauas. vbi supra, hoc tamen verum esset, si scandalum ex simili exactiōe absque interesse oriretur, aliàs exigere hanc pœnam etiã clerici poterunt, quandoquidem ab hoc non reperiuntur à iure prohibiti, & maximè iudice eam suo officio applicante, secundùm Siluestrũ d. verb. pœna, num. 25. versic. septimum. vbi etiam refert ex Hostiensi & summa Rosela, quod etiam religiosi possunt repetere pœnam conuentionalem ab eo, qui non seruat arbitrium, etiam si nullum prætenderet interesse vel damnum: & Siluestrum in clericis sequitur Petrus Rebuff. vbi supra, numer. 50. & mihi placet: illa tamen additio Siluestri, maximè iudice eam suo arbitrio applicante, gratis videtur facta, quandoquidem iuxta iuris regulam vulgatam iudex non petitus minimè possit officium suum impartiri ad vtilitatem priuatam, vt in l. 4. §. Prætor ait, cum simi. ff. de damno infect. maxime ad applicandam pœnam non petitam, quæ nisi petatur, minimè etiam in conscientia debetur, vt modò dicebamus, & inquit nouissime Nauar. in cōmentar. c. fraternitas. 12. q. 2. nu. 4. & 5. quod non solum licet, sed etiam decet Ecclesiæ petere rem suam cum pœna legali, vel conuentionali, licet decentius esset id nõ facere: non tamen penitus dedecet.

16 Similiter eodem modo intelligerem aliam limitationem, quam communi supradict. sententiæ accommodat Angel. consil. 43. fratres. in fin. Conrad. de contract. quæst. 31. Florentin. in 2. part. suæ summæ, tit. 1. capit. 7. §. 22. nempe in Ecclesia, de æquitate, vt ipsa pœnam conuentionalem petere non possit, nisi solum quatenus interest, secus de rigore, vt ibi, & Ioan. Baptista in addit. ad Matthesian. notabil. 47. tradit Rebuff. vbi supra, numer. 39. nempe vt hæc quoque limitatio de Ecclesia, vt illa de clericis, eadem ratione procedat, vbi scandalum ex prædicta exactiōe ultra id quod interest oriretur, aliàs secus.

17 Semper tamen menti tenendum est, quod si constiterit pœnam conuentionalem

adiectam fuisse in fraudem vsurarum, prout præsumitur quando apposta fuit dationi quantitatis ab homine solito scenerari, vt prædiximus, non posse iustè nec in conscientia exigi, vt plerique ex supradictis tenent.

18 Vltimò aduertendum duxi, quòd licet iure ciuili attento, qui certam pecuniæ quantitatem ad diem sub pœna dare promisit, etiam si partem soluat, debeat vniuersam pœnam pendere propter sortem nõ solutam, vt in l. pœnam. §. si fortè. ff. de verborum signific. l. hæredes. §. in illa. ff. famil. erciscund. iure tamen Canonico in præfata specie non nisi pro parte non soluta respectiuè committitur pœna promissa: hoc est quod verè decidit d. capit. suam. de pœnis, vt ex ipsius litera manifestè patet, cuius hic est communis intellectus secund. D. Anton. de Padilla in l. si quis maior, nu. 26. C. de transact. & in terminis conscientie tenet Nauar. vbi supra d. numer. 215. ibi, idem si soluta parte, & ita est tenendum de æquitate Canonica, vt pœna non committatur, nisi pro parte non soluta tantum, quidquid alij teneant, vt resoluimus in nostro tractatu de iuram. confirm. in 3. part. capit. 17. numer. 6. ex hoc tamen minimè infertur quod D. Sarmient. vbi supra assererat, nempe in illo text. esse expressum Iure Canonico pœnam conuentionalem, si appareat nihil interesse, non esse exigendam, ibi namq; ideò pœna tantum pro parte adimpleta, & soluta respectiuè non committitur, sed tantum pro non soluta, quia adimpleta fuit conuentio in parte, quanuis pro altera parte non, vnde æquum ac iustum est, vt pro parte adimpleta pœna non committatur, nec exigi possit: at verò quando nihil fuit obseruatũ, nec adimpletum, nec dictus text. probat quòd pœna conuentionalis si nihil intersit non exigatur: nec mirum contrarium videri debet, quandoquidem in totum conuentio non fuit obseruata, sed defraudata, ac fides fracta, cum æquitati conueniat, ac fidei humanæ nihil sit tam naturale quàm vt pacta seruentur, vt probauimus.

Summa-

S V M M A R I V M.

- 1 Decima iure diuino, & naturali instituta sunt, & nu. 3.
- 2 Decima multiplicacione præcipiuntur à Deo.
- 4 Omnes decima personales, & reales sunt integre persoluenda.
- 5 Decima personales an à iure diuino sint inducæ, siue præceptæ, & nu. 33.
- 6 Præmissa eiusdem iuris diuini cuius sunt decima esse videntur, & nu. 11.
- 7 Decima, tam prædiales quam personales, licet in genere iure diuino, ac naturali debeantur, iuxta tamen veram, ac præcisam decimæ partis assignationem iure tantum humano statuta sunt, & in nu. 9.
- 8 Nullum præceptum continetur in lege Evangelica, quod non sit naturalis iuris, exceptis de Sacramentis atque fidei præceptis.
- 10 Clerici decimam decimarum soluere tenentur Romano Pontifici, & quo iure.
- 11 Præmissa secundum consuetudinem patriæ solvenda sunt, etsi de iure naturali procedant.
- 12 Præcepta Veteris Testamenti quadam sunt iudicialia, quadam verò moralia, quadam autem ceremonialia: iudicialia, quæ nonnulli legalia appellant, pertinent ad iustitiam humanibus exhibendam, iusque vicinique tribuendum, ex quibus leges Veteris Testamenti consentur: & horum observatio iudicibus ipsi incumbat, moralia ad dictamen legis naturalis spectant: ceremonialia autem de his agebant, quæ ad cultum diuinum, ad reuerentiam, honorem, & obsequium Deo exhibendum statuebantur.
- 13 Præcepta iudicialia, & ceremonialia Evangelica lege lata omnino cessauerunt.
- 14 Hereticum esset, eximitare legem veterem servandam esse cum lege noua.
- 15 Præcepta moralia legis Veteris adhuc vim habent, & perpetuo habebunt, non autoritate legis Veteris, sed ex eo quod sint à natura ipsa instituta, & à Christo Iesu in Evangelio eadem ratione quæ & naturalia debuerunt, & sunt præcepta.
- 16 Præcepta iudicialia, etsi possint post Evangelicæ legis prædicationem, lege lata à Principe iterum statui, non tamen seruantur tamquam ex Veteri lege, sed quia nouiter lege humana constituta sunt, & nu. 17.
- 18 Præcepta ceremonialia Veteris Testamenti nimis possunt à Principibus Christianis noua lege lata institui.
- 19 Præcepta ceremonialia mortua sunt, & mortifera obseruantibus ea post Evangelicæ legis edictum, iudicialia vero mortua sunt, non tamen sunt mortifera, quia possunt iterum à Principe statui sine peccato, ad eius principatus regimen: illud autem de ceremonialibus dictum limitatur, vt in nu. 20.
- 21 Legis Veteris tria tempora in hoc sunt consideranda, vt hic latius docetur.
- 22 Lex de decimis soluendis ex ea parte quæ ceremonialis fuit, vel etiam iudicialis secundum magis communem amisit vim, & obligationis ius per Evangelicæ legis promulgationem.
- 23 Illud Matthæi 23. Vae vobis scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis menthâ, &c. ad tempus præteritæ legis magis referendâ censetur.
- 24 Ius positium quoad quorundam decimarum imitatur legem à Deo Israelitis datâ, & sic ad exemplum legis Veteris id statuit, non vero l. versus prædictæ vim obligationis nunc habet, quia ipsa cessauit per aduentum Christi, & promulgationem nouæ legis.
- 25 Papa potest decimam in octauam, duodecimam aliam vè partem reducere.
- 26 Papa potest ex iusta causa aliquos eximere à solutione decimarum, illisque decimas in aliquibus remittere, vt concessit Cisterciensibus, & multis alijs religiosis, vt in numeris sequentibus.
- 27 Papa licet possit reducere decimam in aliam partem, & aliquos ex causa eximere, à solutione decimarum, intelligitur, de tamen id, quod iuris naturalis est, sit semper saluum, nempe congrua sustentatio ministrorum Ecclesiæ: & sic non poterit omnino & vniuersaliter tollere præceptum de soluendis decimis, & numero sequenti.
- 28 Consuetudo legitime præscripta an sufficiens sit ad eximendos laicos à solutione decimarum, & numeris sequentibus, & resoluitur numer. 35. in partem negatiuam quoad congruam & necessariam sustentationem ministrorum, secus quoad reliquum.
- 29 Consuetudo est attendenda in solutione decimarum.
- 30 Consuetudo vel usus nouus est in Hispania soluendi decimas ex opificio, negociatione, & lucris.

Consuetudo

- 36 *Consuetudo legitime præscripta minorem partem decima solvendi pro ea tunc valet, cum illa pars que soluitur, sufficiens est ad congruam sustentationem clericorum spiritualia ministrantium, aliàs secus.*
- 37 *Consuetudo rationabilis, & legitime præscripta non solvendi decimas personales quando excuset.*
- 38 *Consuetudo quantumcumque longa nullas solvendi decimas personales nec prædiales non valet.*
- 39 *Lex. 6. tit. 5. lib. 1. novæ Collect. Reg. qua cautur, ut non fiat novitas exigendo decimas de illis rebus, de quibus non consueverunt solvi, defenditur ac intelligitur, & nu. 40.*
- 40 *Consuetudo ut ex certis fructibus nulla solvatur decima, nec eius aliqua portio, ut pote de foeno, herbis, vel oleo, & similibus, valet, si ex alijs redditibus supersit iusta sacerdotum sustentatio.*
- 41 *Consuetudo immemorialis Episcopatus Placentini non solvendi decimam ex herbis pecoribus proprijs domini fundi depastis valet.*
- 42 *Consuetudo immemorialis civitatis existens nullam solvendi decimam herbarum indistincte, valet.*
- 43 *Decimæ an sint petendæ à sacerdotibus, vel deferendæ ultro ad eorum horrea, etiam si non petantur? & numeris sequentibus ubi resolutur standum esse consuetudini in hoc.*
- 44 *Paulus Parisius consi. 15. nu. 26. lib. 1. dicens, quod si decimæ tempore collectionis fructuum à sacerdotibus non petantur, postea peti non possint, improbat.*
- 46 *Decimare debentes tenentur certiorare clericos ut mittant pro decimis, ubi eas ad eorum horrea non tenentur deferre.*
- 47 *Decimare debentes an, & quando teneantur deferre decimas etiam clericis non petentibus ad horrea publica ad hoc deputata.*
- 48 *Decimare debentes tenentur tradere decimas clericis etiam scientibus quantum iure decimarum sibi pertineat, modo levi sumptu & labore id fieri possit, secus aliàs, præcipue stante de hoc consuetudine: vel nulla in contrarium existente.*
- 49 *Decimare debentes, cessantibus consuetudinibus non possunt frumentum, alios vè fructus in propria horrea condere, nisi prius clerici certiores fiant, & c. & refertur litera. l. Regiæ super hoc sancita.*
- 50 *Consuetudine induci potest contrarium, nempe ut laici libere colligant frumentum ceterosque fructus, & eos in propria horrea sine retribus condant, & postea decimas ministris spiritualium reddant.*
- 51 *Consuetudine stante non solvendi decimas, quia non fuerunt petite, an possint peti ubi timeatur scandalum? & an sic non solventes sint in statu damnationis, & nu. 56.*
- 52 *Clerici etiam Ecclesiarum rectores decimas tenentur solvere.*
- 53 *Clerici à solutione decimarum possunt eximi consuetudine vel præscriptione.*
- 54 *Decimæ debentur Ecclesie ex prædijs intra eius limites existentibus, quæ tamen sunt alterius Ecclesie.*
- 55 *Consuetudine tamen legitime præscripta obtineri poterit libertas ab harum decimarum solutione.*
- 57 *Decimæ de terris Ecclesie quando sunt solvenda, & quando non.*
- 58 *Consuetudo quod decimæ vni Ecclesie debita de iure cum vni alteri solvantur, valida erit.*
- 59 *Clerici possunt præscriptione legitima se à solutione decimarum liberare, & quomodo hoc intelligatur.*
- 60 *Clerici an possint sibi præscribere decimas ab alijs solvendas.*
- 61 *Laici veluti incapaces decimarum quasi possessionis, præscribere non possunt earum immunitatem, sed contra nu. 64.*
- 62 *Laici contra laicum, cui essent privilegio concessa ante Concilium Lateranense, bene possunt eas præscribere.*
- 63 *Laicus potest præscribere quotam decimæ, nempe ut non solvat nisi duodecimam, vigesimam vel aliam partem.*
- 65 *Consuetudo legitima non solvendi decimas sufficiens censetur per cursum atque usum. 40. annorum, & in ea non requiritur titulus nec bona fides, ut in nu. 66.*
- 67 *Præscriptio non solvendi decimas ut sufficiens sit, requirit cursum. 40. annorum cum titulo, vel tempus immemorabile.*
- 68 *Consuetudo & præscriptio qualiter distincte cognoscantur, ubi plures differetia inter eas remissive referuntur.*
- 69 *Ex præscriptione acquiritur ius privato, sive illud*

- illud trahatur ex publico, siue ex priuato: per consuetudinem verò non acquiritur ius alicui priuato, sed in publico vñdecumque causetur, & etiam si ius trahatur ex priuato, acquiritur tamen in publico, & communi.
- 70 Quandoque vñum & idem potest esse præscriptio respectu certorum, & consuetudo respectu aliorum.
- 71 Laici præscribere non possunt ius percipiendi decimas ab alijs, quia sunt huius iuris omnino incapaces.
- 72 Laici iure percipiendi decimas spoliati, & agētes interdicto recuperandæ, an sint ante omnia restituendi: & numeris sequentibus,
- 73 Spoliatus non est restituendus ante omnia, quoties ei obijcitur atque obstat exceptio, quod neque possidet, nec possidere potest.
- 75 Cap. ad decimas. de restitutione spoliati. in 6. rñc obtinet, cum a luerisus agentem est iuris præsumptio, & ea palam reo suffragatur: secus verò si pro reo illa iuris præsumptio non adsit, licet ipsa existat contra agentem.
- 76 Ad petendam restitutionem ex interdicto vñ de vi. satis est præsumptio, non adesse reo spoliati, licet acti contraria sit.
- 77 Laicus spoliatus ab alio laico iure percipiendi decimas, est ante omnia restituendus, secus si ab Ecclesia vel clericis, pro quibus sit iuris præsumptio, vt hic.
- 78 Præscriptio percipiendi decimas inter alienam parochiam, ad noualia minime extenditur, nisi rationabilis causa ostendatur.
- 79 Præscriptio decimarum inducta in omnibus vno excepto ad illud non extenditur.
- 80 Præscribente aliquo decimas in vna villa, in qua sunt agri diuersi habentes diuersos terminos, si aliqui agri eiusdem villæ penitus inculti de nouo redigantur ad culturam, decimas inde proueniens debetur non præscribenti, sed tanquam de noualibus, illi ad quem illius villæ spectant decimæ de iure communi, vel antiqua consuetudine.
- 81 Si quis ex consuetudine antiquas perciperet decimas, noualia tamen eius territorij non habebit: si verò de noualibus habeat titulum coloratum, tunc. 40. anni sufficiunt ad præscribendum decimas noualium, sicut in alijs decimis, vt in nu. 82.
- 83 Tantum præscriptum quantum possessum, & nu. 113. Declaratur. nu. 114.
- 84 Præscriptio ad futura non extenditur.
- 85 Præscriptio est stricti iuris, & non extenditur ad non possessa, nec ad similia.
- 86 Testes si deponant aliquem percepisse decimas frumenti, & alij testes vini, non sufficit ad assignandum totum genus decimarum, sed tantum in his in quibus probant, minuz namque, & mixta saltem curato manebunt, cū de his probatum non sit.
- 87 Qui præscripsit decimas maiores in vna parochia, minuz etiam videtur præscripsisse & numeris sequentibus quomodo intelligatur. Limitatur nu. 90 quando alius est in possessione percipiendi minuz.
- 88 Præscriptio facta de principali, ad accessoria & connexa inseparabiliter trahitur, & quomodo hoc intelligatur. Stricta dispositio relata ad ius decimarum, extenditur ad speciem sub eodem genere comprehensam, & ad rem, & ad materiã eandem. nu. 88.
- 89 Præscribens decimas maiores in vno loco per tempus immemorabile, si nullus alius percipit ibi decimas minuz, poterit eas exigere.
- 91 Si vnus recipiebat decimam vini, & alter frumenti, si in vno fundo sit frumentum & vinum, is qui percipiebat decimam vini, eam habebit ex vino, alter verò decimam frumenti.
- 92 Præscribens decimas vnus agri, nempe redditus siluæ, ceduæ, glandium, foeni, aut herbæ, & simil. si postea ille ager nouiter præcidatur, habere debet decimam frumenti, vel alterius fructus nunc primū ab agro collecti.
- 93 Præscribens decimam aliquorum fructuum in vno agro, nemine præscribente aliorum fructuum decimam, videtur ius decimandi in totum acquisisse.
- 94 Præscribens decimas frumenti in tali parochia, si seminetur ibi milium, vel crocus, vel herba ad tingendum commodi, quam vulgus pestel vocat, vel aliud, habebit decimam eorū.
- 95 Præscribens decimam vnus prædij, si de nouo ibi plantentur nuces, vel vitæ, habebit decimam ex fructibus illarum arborum, & de lapidibus, si de nouo ibi lapides extrahantur, vt in nu. 96.
- 97 Solitus habere decimam frumenti, si terra frumenti mutetur in vineam, eam habebit de vino.

- 98 Decimis olim consuetis persolui de pascuis, de eisdem ad frugum fertilitatem translatis decimæ soluenda nunc sunt.
- 99 Si Ecclesiæ vini decima vini alicuius vineæ soluebatur, & in ea postea fiat castaneæ, vel alia arbores fructifera plantæ aut nascantur, ex quibus aliæ regulariter de consuetudine, vel præscriptione deberetur decima alteri Ecclesiæ vel Episcopo, nihilominus ipsa priori Ecclesiæ debetur.
- 100 Potest Dominus fundi etiam cum contradictione curati vineam in agrum arabilem mutare, vel ecom, nec curatus poterit se opponere, quandoquidem decima fructuum nouorum eidem soluenda est, cui & antiquorum eiusdem fundi.
- 101 Præscribens decimas unius partis fundi, si postea fiat noualis alia pars eiusdem fundi, an & quando præscripsisse censetur decimas huius partis noualis: & numer. 102.
- 103 Præscribens quasdam decimas in nemoribus vel pascuis, si illa redigantur ad culturam, habebit & nouales; idem est in consuetudine, vt in nu. 104. nisi decima aliorum fructuum Ecclesiæ parochiali solui consueverit, vt in nu. 105.
- 104 Consuetudo ex sui natura in vniuerso queritur, hoc est in omni fructu.
- 106 Vnum prædiū potest esse partim decimale vni Ecclesiæ, & partim alteri.
- 107 Si vna Ecclesiæ vel parochia recipiat ex consuetudine decimam de blado, alia de vino, & terra bladum reddens mutetur, & vinum reddat, & è conuerso, quæ percipiebat de blado, percipiet de vino, & è conuerso.
- 108 Exercens vnum actum iurisdictionis animo acquirendi vniuersalem in loco, videtur in totum iurisdictionem acquirere, dummodo alius non sit in possessione generali.
- 109 Qui præscripsit iurisdictionem in vno territorio, poterit illam exercere aduersus aduenas & forenses, quamuis aduersus illam nuncupatim non præscripserit.
- 110 Effectus iurisdictionis causatæ à iure reali, extenditur ad omnes illos, aduersus quos præscriptum non fuit.
- 111 Qui præscripsit ius eligendi in certa Ecclesiæ, censetur & præscripsisse ius postulan i, alio nõ existente in possessione postulandi.
- 112 Qui præscripsit decimas personales habitantium in tali loco, si quis de nouo venerit, & i. idem habitauerit, ab eo quæq; decimas habebit, contra Rebuf.
- 125 Præscribens omnes decimas talis villæ, vt de vniuerso, noualia quoque habebit.
- 119 Priuilegiū Ecclesiastica personæ, concessum de decimis percipiendis noualia comprehendit: sed contra nu. 120. cum sequentibus. Secus si laicis concedatur, vt in nume. 117. Limitatur. nume. 118. si ius decimandi in vniuerso aliquo territorio, vel in aliqua villa concedatur. Item nu. 119. limitatur, quando præter decimam, etiam ius decimandi concessum reperitur, vel quando ex longa obseruantia inuestitura ita interpretata fuit per longa tempora, vt hic.
- 121 Priuilegium est restringendum, quatenus concernit ius tertij, licet quando agitur de solo priuilegio Principis concedentis, latissimè sit interpretandum, vt in numero 122. & 123.
- 124 C. Ex parte tuæ. 27. in ordine, de decimis, intellectus.
- 125 Priuilegium Papæ concedentis omnes & quas-cumque decimas, vel omnem decimationem talis territorij, comprehendit noualia.
- 126 Priuilegium alicui concessum, quo is eximitur à solutione decimarum ex fructibus noualium, intelligendum est de his noualibus, in quibus alter non habet tempore dati priuilegij quasi possessionem iuris percipiendi decimas, ne illi fiat præiudicium præter concedentis intentionem, & nu. 127. ampliatur in noualibus tempore dati immunitatis processis, ex quibus decimæ debite fuissent alteri, & quomodo hoc intelligatur.
- 128 Priuilegium concessum alicui de non soluendis decimis de noualibus, quomodo intelligatur.
- 129 Priuilegium immunitatis concessum, alicui à solutione decimarum ex agris antiquitus cultis, an intelligatur in præiudicium eorū, qui sunt in quasi possessione percipiendi decimas ibidem.
- 130 Priuilegium non soluendi decimas simpliciter concessum, ad noualia non extenditur & nu. Dad 131.

131. Limitatur, si priuilegium concedatur de non soluendis decimis de laboribus proprijs, quia extenditur ad noualia, quæ proprijs sunt manibus, & de his noualibus semel factis nunquam decima soluetur, vt in nu. 132.
- 133 Religiosi omnes, tam exempti, quam non exempti, de possessionibus suis, tam acquisitis, quam acquirendis, decimas integras soluere debent illis Ecclesijs, quibus eadem possessiones & terræ sunt decimabiles, nisi speciali iure vel priuilegio sint muniti.
- 134 Cistercienses, Templarij, & Hospitalarij, decimas laborum suorum, quos proprijs manibus vel sumptibus impendunt, soluere non tenentur: ceteri verò religiosi de noualibus suis, quæ proprijs manibus aut sumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium suorum, & de hortis suis decimas soluere non tenentur?
- 135 Priuilegium de non soluendis decimis religiosis concessum, reuocatur, si ex post facto incipit nocuum esse.
- 136 Religiosi priuilegiati de non soluendis decimis, eas tenentur soluere de possessionibus acquisitis post Concilium Lateranens. etiam si eas proprijs manibus & sumptibus excolant.
- 137 Hæreticum & impium esset, asserere, posse laicos denegare sacerdotibus decimarum solutionem iustissimam lege debitam, etiam si diuites sint.
- 138 Decimæ debita non sunt negande sacerdotibus, etiam si ipsi, cum sint diuites, pauperibus eas non distribuunt, nec rectè officium commissum exequantur, nec sint quales oporteat.
- 139 Parrochiani iure naturali & diuino tenentur exhibere oblationes presbyteris ministrantibus spiritualia. si non habent unde possint necessaria ministrare: aliàs secus, nisi stante consuetudine, vt in num. 140. & ita est intelligenda glos in cap. sanctorum. 10. questione 1. vt in nu. 253.
- 140 Consuetudo offerendi clericis, vel aliquid eis dandi tempor. quo mortuos sepeliunt, vel tempore relationum, vel consecrationis Episcoporum, valida est, & laici ab Episcopo compellendi sunt eam obseruare, & nu. 141.
- 142 Oblationes, quæ fiunt ex consuetudine, etiam diuitibus & habentibus decimas fieri possunt.
- 143 Consuetudo decem annorum sufficit ad prædicta diutinae præstatio.
- 144 Consuetudo ex actibus voluntarijs inducitur in fauorem Ecclesiæ.
- 145 Sub legato alicui factæ eius quod viuus testator præstabat, ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habent.
- 146 Oblationes debita parochis occasione paupertatis seu consuetudinis, sunt voluntariæ quoad quantitatem & speciem rei oblatæ.
- 147 Interdicta possessoria an competant & dentur pro iurijs annuis merè personalibus?
- 148 Consuetudo offerendi in Ecclesia clericis, ad hoc vt laicos obliget, & possint compelli ad obseruantiam ipsius, primò requiritur quod gratis, purè, & simpliciter, nulla necessitate cogente vel pactione obtulerint: secundò, quod oblatum sit certum, taxatum tamen arbitrio offerentium, non verò rectoris Ecclesiæ, vt in numer. 149. tertio, quod totus populus, vel maior pars, persistat in seruando prædict. laudabilem consuetudinem, vt in num. 150. & num. 151. refertur casus practicatus circa præd. contingens.
- 152 Spiritualia non sunt neganda laicis propria auctoritate sub prætextu cessationis ab oblationibus, sed ministranda prius sunt liberè, & postea compellendi ad præstandas oblationes.
- 154 Oblationes an necessariò sint faciendæ, necne ministro spiritualium, qui ex aliquo officio particulari possit victum quærere & numer. 155. Quid in Vicario absentis, qui pingues redditus ab Ecclesia percipit.
- 156 Consuetudo quod clerici laicis candelas cereæ offerant in Ecclesia in die Purificationis, an sit valida? & num. seqq.
- 157 Consuetudo, vt rustici nō teneantur soluere decimas, nisi curatus eis præstet aliquid, non valet.

Con-

- 158 *Consuetudo, quid presbyteri teneantur dare in Paschate suis parochianis a num paschalē, vel aliud, v. valeat.*
- 160 *Consuetudo luctuosæ dandæ Episcopo, vel parochu, an sit valida. Et quid in veste jciſa existant penes sartorem, nondum jura nec completa, ibi num 161.*
- 162 *Oblatione facta imagini pietæ in muro Ecclesiæ parochialis, ad quem pertineant Resoluitur cum communi ad Rectorem pertinere, non verò ad piscosum loci.*

CAPVT XXI.

De decimis, quo iure debite sint, & alijs in materia & praxi frequentibus.

DECIMAS iure diuino & naturali institutas esse, auctoritatibus vtriusque pagine, ratione naturali & assertionem prætereà sanctorum virorum comprobati potest. In primis lege veteri probatur Genes. 14. & 28. ibi: Cunctorum quæ dederis mihi, decimas offeram tibi. Et Exodi. 22. ibi: Decimas & primitias tuas non tardabis offerre. Et c. 23. primitias frugum terræ tuæ deferēs in domum Dei tui. Et Leuit. 27. ibi: Omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur: & ibi: Omnium decimarum, bouis, & ovis, & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. Et Num. 18. Filijs Leui dedi omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo fœderis: primitias autem quas vouerint & obtulerint filij Israel, tibi dedi, & filijs tuis iure perpetuo. Et Deuteronomio 12. Illuc omnia, quæ præcipio, conferetis holocausta & hostias, ac decimas & primitias manuum vestrarum. Et Tobia 8. Omnia primitiua sua & decimas suas fideliter offerens. Et Ecclesiæ. Non minuas primitias manuum tuarum: in omni dato hauriem

fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas. Et Malach. 3. In decimis & primitiis, &c. idem probatur in cap. parochianos, de decim. ibi: Quod decimæ nõ ab homine, sed ab ipso Deo institutæ fuerunt, & in cap. cum non sit. & in cap. tua nos, ibi: Si decimæ, quas Deus in signum vniuersalis dominij tibi reddi præcipit. Et in cap. quibusdam. §. illæ quippe, ibi: Ex lege diuina. Et in c. in aliquibus. §. vltimo. eodem titulo de decim. & in cap. omnes decimæ 16. q. 7. & in cap. de decim. lib. 6. v. b. Romanus Pontifex admonet, ac maximè prohibet, ne concionatores in publicis sermonibus quicquam populo prædicent, quocum auertant à decimarum solutione: & excommunicationis pœna adiecta constitutio illa confirmatur in Cleme. vltima de pœnis. Idem cõprobat auctoritate diui Hieronymi in c. 1. de decim. in Decretal. id quod & alij quàm plures viri sanctitate illustres conati sunt probare, vt Gratianus refert 16. q. 7. & 16. q. 1. in cap. reuertimini. Sed & lege gratiæ idem suaderi potest approbatione Christi apud Matthæum c. 23. Væ vobis, Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminũ, & reliquistis, quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem: hæc oportuit facere, & illa nõ omittere. Et Lucæ 18. Decimas de omnium quæ possideo.

Iuris naturalis prætereà ratio dicit, decimas Ecclesiarum ministris esse soluendas, cum hi laborent iuxta spirituum administrationem, animarumque fidelium curam exerant, ac pro plebe ipsa Christiana sacrificia offerentes, summopere preces quotidie effundant. Digni igitur sunt mercede sua, veluti legitime operantes in vinea Domini. Matth. cap. 10. Lucæ 10. 1. ad Timoth. 5. 1. ad Corinth. 9. cap. cum secundum de præb. cap. primo. §. his itaque. 134. quæstione 1. cap. ex his. 12. quæstione 1. quod latius probat, ac curiosè prosequitur Didac. Couarru. libro 1. variarum resolut. c. 17. in princip. ver. scilicet

D dd 2 cont.

consequitur, ibi: Quarto iuris naturalis ratio.

2 Hæ autem decimæ multiplici ratione præcipiuntur à Deo, vt commemorat Alfonsus à Castro libr. 5. aduersus hereses, in princip. verb. decimæ, & latè Petrus Rebuf. in tractatu de decim. q. 2. & ante eum Dominic. à Soto libr. 9. de iusticia & iure, quæstione 4. articulo 1. per totum. Prima, vt sit cibus in domo Domini ad sustentationem eorum, qui in eius domo sunt, vt Malach. 3. Dicitur enim fuerat in lege: Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, quas in vsus & eorum necessaria separauit, Num. 18. Secunda causa est, vt seruiant in templo, & orent Deum pro populo, vt ibidem probatur. Tertia causa est, vt vacent legi Dei, & populum doceant, 2. Paralipom. 31. Vnde Apostolus 1. Corinth. 9. Si seminamus vobis spiritualia, magnum est, si nos carnalia vestra metamus? Quarta causa est, propter pauperum egestatem, non enim propter solos ipsos Sacerdotes decimæ illis redduntur, sed etiam propter pauperum necessitatem: vnde Augustinus ait: Decimæ ex debito requiruntur: qui eas dare noluerit, res alienas inuadit: & quanti pauperes in locis suis, vbi ipse habitat, illo decimas non dante, mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante æterni iudicis tribunal apparebit, quia rem à Deo pauperibus delegatam, suis vsibus reueruauit. Hinc forsitan 2. in principio, titulo 5. libro primo nouæ collect. reg. inquit, quod decimæ sunt ad sustentationem Ecclesiarum, Prælatorum, ac ministrorum earundem, & pro ornamentis & elemosyna pauperum tempore egestatis, &c.

3 Tandem quod decimæ etiam hodie iure diuino & naturali debeantur, tenent communiter Canonistæ ex supra dictis fundamentis, & præcipue glossa Archid. Ancharr. & alij in d. c. 1. de decim. in 6. Innoc. cap. ultimo de paroch. Card. & Ioan. Andr. in rubr. de decim. Hostiens. in summa eodem titulo. §. & utrùm, vers. septimo quæritur idè Ioan.

Andr. in cap. à nobis, de decim. Anto. de Butr. in dict. cap. parochianos, colum. 2. Abb. in cap. in aliquibus, colum. vltima eodem titulo de decim. Alexand. consi. 60. libro 4. Andreas Hispan. de regul. decim. quæst. 8. num. 3. est communis secundum Philippum Franc. in dict. cap. 1. num. 1. de decim. in 6. dicit communè plures allegans Menchaca libr. 2. controuers. illustr. c. 89. numer. 1. Eandem opinionem latissimè probat Rebuf. in tractatu de decim. quæstione 1. nume. 2. cum sequentibus, præcipue nume. 10. & 14. vbi existimat decimam esse de iure diuino institutam, dictante ratione naturali, & populum teneri de nouo iure Evangelij ad soluendum decimam, ex Matth. 23. & Lucæ 11. supra relatis, & Matthæi 22. Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo: & quia decimæ erant Dei, igitur renouatæ: quare secundum ipsum de iure diuino, dictante ratione naturali, decimæ inuenta sunt: à iure verò Canonico forma & declaratio est facta, & quod omnes decimæ, & personales, & reales, sint integrè persoluendæ, probat latè pluribus autoritatibus veteris & noui Testamenti. Innocent. in cap. fin. num. 2. de paroch. vbi num. 3. inquit, esse quasi insanos & hæreticos eos, qui asserunt decimas personales non esse dandas: qui quidem authores non tantum decimas prædiales, sed etiam personales iure diuino & naturali deberi absque vlla distinctione probauerunt, & præcipue Innocentius vbi supra, & Andr. Hispan. vbi supra, quæstione 7. dicens verum & Catholicum esse, asserere, tam prædialem, quam personalem decimam à Deo commendatam fuisse: idem probauerat ipse ibidem quæstio. 5. ex illo Matthæi 22. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo; nam Deus id intellexit, secundum ipsum, de prædict. decimis personalibus & prædialibus Ecclesiæ debitis. Idem constat ex latè adductis in proposito per Rebuf. vbi supra, num. 11. & sequentibus, & per D. Didacum Perez in. L. 1. titulo. 5. libro primo ordinam.

ordinam. eolum. 194. tamerli. Hostiens. vbi supra, & Henricus in cap. peruenit, eolum. 5. de decim. Abb. in cap. de cætero, nu. 8. eodem titulo. Archidiacon. in c. quicumque, col. 1. num. 8. 16. quaestione 7. & Felun. in cap. causam qua, eolum. 11. num. 1. de prescript. diuersum existimēt in istis decimis personalibus, nēpe iure tantum humano eas debitas esse, non verò diuino: & hoc communi vsu receptum esse asserit Gard. in d. cap. 1. vt refert D. Couar. d. c. 17. in princip. vers. & præter has rationes, ibi: Si tamen quæ hæc, &c.

6 De primitijs eiusdem iuris diuini esse videtur dicendum, cuius sunt decimæ, vt ex supra dictis patet, & in c. reuertimini in princ. ibi: In decimis & primitijs. 16. quæst. 1. & probat glos. in c. Ecclesias. verb. & primitias, 13. q. 1. Didac. c. 13. Perez vbi supra, col. 195. in vers. pro prædictorum, &c.

7 His tamen omnibus non obstantibus, Theologi communiter tenent, decimas etiam prædiales, licet in genere iure diuino ac naturali debeantur, iuxta tamen veram & præcisam decimæ partis assignationem iure tantum humano & Pontificio statutas esse, non verò diuino Euangelico, nec naturali. Primò, quia ratio naturalis non magis dicat, ministrantibus spiritualis dandam esse decimam partem, quàm nouam, octauam, vel aliam minorem. Secundò, quia sub lege Euangelica, ea solùm lege diuina tenemur seruare, quæ à Christo Iesu etiam per eius Apostolos nobis præcepta sūt, iuxta illud Matthei vltim. Docentes eos seruare omnia quæcumque mandauimus vobis. & Paulus Actuum 12. Non subterfugi, quo minus annuntiare vobis omne consilium Dei. Sed de soluendis decimis, nec in Euangelijs, nec apud Apostolos vllum est præceptum: igitur lege diuina gratiæ non tenemur decimas, quoad quotam soluere. Tertio, quia secundum sanct. Thom. à cæteris receptum. 1. 2. quaestione 108. articulo. 1. & 2. & quodlib. 4. articulo 3. nullum præceptum continetur in lege Euan-

gelica, quod non sit naturalis iuris, exceptis de Sacramentis atque fidei præceptis, iuxta illud, iugum meum, suauē est, & onus meum leue. Præceptum verò desolutione decimarum, nec ad Sacramenta, nec ad Fidei articulos attinet: ergo colligitur id in Euangelica lege non contineri. Quarto, quia si decimæ essent iure naturali aut diuino Euangelico inductæ, minimè possent consuetudine diminui, vt patet: & nihilominus consuetudine eas posse minui, probat text. plane intellectus in cap. in aliquibus. §. vltimo, de decim. & infra latius dicemus: ergo, &c. Quintò, quia eodem iure, quo decima fuit inducta atque præcepta plebi Israeliticæ ad alimenta Leuitarum, fuit itidem eidem præceptum, vt decimam decimarum summo Sacerdoti solueret, vt cauetur Numer. cap. 18. Hæc tamen decima decimarum sub lege Euangelica non debetur iure diuino summo Pontifici, nec ei soluitur: igitur nec decima à laicis clericis soluenda, hodie præcepto legis gratiæ Euangelicæ debetur. Quibus rationibus hanc secundam sententiam in specie probarunt Hugo de Sancto Victore libro 1. de Sacram. parte 11. cap. 4. & 11. & sanct. Thom. 2. 2. quaestione 87. articulo 1. per totum, & quodlib. 2. articulo 8. Adrian. quodlib. 5. articulo 1. Florentin. in sua summa 2. parte titulo 4. cap. 3. §. 5. Angelus in summa, verb. decima, quaestione 2. Siluester eodem verb. decima, quaestione 3. & 4. & Tostatus super Matth. c. 23. quaestione 63. & alij communiter, quos refert Didac. Couarru. vbi supra, in versiculo præterea decimas, & esse hoc receptum à Theologis aduersus Canonistas, testatur Castro vbi supra, versiculo verum hæc, &c. & iterum de potest. leg. pœnal. libro 1. cap. 10. circa finem, versiculo sed quia præceptum illud, eolum. mihi 1645. in magnis, & Martin. Nauarr. in apologia de reddit. Ecclesiast. quaestione 1. monit. 69. in princip. ex numero 1. & Speculū coniug. 2. p. art. 21. pag. 433. & Magister Aragon super Thom. vbi supr. d.

Ddd 3 quæst.

quæstione 87. artic. 1. pag. 948. cum sequentibus.

- 9 Quid tenendum in re summè difficili ac controuersa? Ego profectò existimo, pro vera resolutione tenendum esse cum Theologis supra dictis, declarando ut ex ipsis constat atque colligitur, iure naturali & diuino legis Euangelicæ clericis spiritalia ministrantibus debitam esse à laicis eam partem fructuum, quæ ad eorum alimenta, congruamque sustentationem necessaria sit in laboris impensi iustam mercedem, iuxta illud Lucæ 10. Dignus est operarius mercedem suam. & 1. ad Corinth. 9. Nemo suis stipendijs militat unquam. quod Innocent. III. in eadem sententiam citat in cap. cum secundum Apostolum, de præb. Et qui altario seruit, de altario viuere debet; ut hæc & alia plura in proposito congerit decisio Pedemont. 99. numer. 22. Et ex hac parte præceptum hoc naturale & diuinum in lege veteri moralium numero comprehensum fuit, non verò quota ipsa decimæ, sed specificatio & determinatio ipsius quotæ; & sic quota decimæ hodie nõ est in obligatione iuris diuini Euangelici, sed potius humani Pontificij; quia etsi in lege veteri prædicta taxatio decimæ esset facta, ut vidimus, id per mortem Christi abrogatum fuit, tanquam ceremoniale, sicut & ceteræ legis veteris ceremoniæ, ut infra latius dicemus: & ita euidenter tenent Theologi omnes, ut patet ex supra dictis, & probat latissimè Dominic. à Soto libro 9. de iustitia & iure, quæstione 4. articulo 1. per totum, & testatur receptum Castro vbi supra, in primo loco, libenter sequitur atque probat Didac. Couarru. vbi supra, & alios allegans Didac. Perez vbi supra, colum. 196. versiculo vel etiam, & in versicul. sit igitur, & in versicul. ex quibus: & dilucidè Menchac. libro 2. controuers. illustrium. cap. 89. numero 1. dicens, quod ita tenent plerique Theologorum, & ibi plurimos citat. † Hinc fit, ut quamuis diuus Thom. dict. quæ-
- 10

stione 87. articulo. 4. ad 3. scripserit, sub lege gratiæ clericos iure naturali teneri decimam decimarum soluere Romano Pontifici, id intelligendum est potius de congrua portione ad summi Pontificis alimenta, honestamque eius sustentationem, quàm de vera & propria decimarum decima parte, ut ex supra dictis patet & in specie sic intelligit & probat D. Couarru. vbi supra, in versiculo præterea, ibi, nam licet, &c.

- ii De primitijs autem pertinet ad ius naturale, ut homo ex rebus sibi datis à Deo, aliquid exhibeat ad eius honorem: sed quod exhibeatur à talibus personis, aut de primis fructibus, aut tali quantitate, id in legè veteri iure fuit diuino determinatum, in noua autem lege definitur per determinationem Ecclesiæ, ex qua homines obligantur ut primitias soluant secundum patriæ consuetudinem: ita diuus Thom. 2. 2. quæstione 86. articulo. 4. in versicul. respondeo, & Archiepiscopus Florentin. in secunda parte summæ, titulo. 4. §. 3. cap. 3. quos refert & sequitur Didacus Perez vbi supra, colum. 195. in versicul. prædictorum, ibi: Quod autem, &c. & iterum colum. 210. versicul. primitiæ etiam, in versic. est tamen quæstio, vbi probat, primitias, sicut & decimas, parrocho de iure deberi, iuxta text. in cap. doctos. & in cap. moderamine, 16. quæstione 1. & probatur in. l. 4. tit. 19. partita 1. vbi quod secundum consuetudinem patriæ dentur: & in. l. 5. eiusdem tituli, quod debitores primitiarum, sicut & decimarum, possunt per censuram Ecclesiasticam compelli ad solutionem, si eam facere recusent: & quod stetur in hoc de quantitate consuetudini loci, probant Innocent. Panormit. & alij secundum Rebuf. in tractatu de decim. quæstione 1. numero 17. cum sequentibus, vbi de inuentione primitiarum agit: sequitur prædicta Dominic. à Soto libr. 9. de iusti. & iure. q. 3. articulo. 4. dicens, quod primitiæ præcepto legis naturæ & scriptæ Deo debentur

tur

tur, eiusque ministris, atque ad eum iure Pontificio ex eadem prisca lege diuina deriuato: unde et si ius naturæ antiquitus diuina lege expressum nos huiusmodi primitiarum oblationis admoneat, qualitates tamen circumstantiæ, nempe personæ quibus tradendæ sunt, & materia, videlicet an de primis omnino fructibus, atque quantitas legibus humanis, patriæque vsu & more nobis compertæ & legitimæ sunt, vt ibi latè probat: tandem concludit, quod in noua lege nulla signata est quota primitiarum, sed in Hispania si cui prouentus ultra decem modios obuenerit, vnum soluit, etiam si vique ad mille aut decem millia ascenderint, & in alijs locis magis est tenuis solutio: in summa consuetudini in hoc standum ac deferendum erit, vt ex prædictis patet.

Non obstant modò fundamenta supra adducta pro communi opinione Canonistarum, & primò authoritates & loca legis veteris, quibus expressè probatur, decimas fuisse institutas ac præceptas illo iure diuino.

12 Obseruandum est namque, præceptorum veteris Testamenti, quædam esse iudicialia, quædam verò moralia, quædam autè ceremonialia. Iudicialia (quæ & nonnulli legalia non in scitè appellant, secundum Tiraquellum in præfat. de vtroque tractatu, numero 8.) pertinent ad iustitiam hominibus exhibendam, iusque vnicuique tribuendum, ex quibus leges veteris Testamèti censentur, & horum obseruatio iudicibus ipsis incumberebat. Moralia ad dictamen legis naturalis spectant, vt quilibet virtutes ipsas exerceat, nihilque agat ab ipso naturali iure alienum. Ceremonialia verò de his agebant, quæ ad cultum diuinum, ad reuerentiam, honorem, & obsequium Deo exhibendum statuebantur, quæ omnia mandata nominatim tanguntur Deuteron. cap. 5. his verbis: Loquar tibi omnia mandata mea, & ceremonias atque iudicia, &c. &c. sequenti, cum scribitur: Hæc sunt

præcepta, ceremoniarum atque iudicia, &c. &c. 8. Cauene negligas madata eius, atque iudicia, & ceremonias. & 3. Regū 2. Vt custodias ceremonias eius, & iudicia. & 2. Paralipom. 33. Si custodierint facere, quæ præcepi eis, cunctasque legem, & ceremonias atque iudicia, quæ mandavi per manum Moyfi, & Esdræ 2. libr. cap. 1. Et non custodiuimus mandatum tuum, & ceremonias & iudicia, quæ præcepisti Moyfi. Id quod etiam deduci videtur ex diuo Paulo ad Romanos cap. 7. dum scribitur dicens: Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, & bonum: his namque verbis Paulus mandatum sanctum ad ceremonialia, iustum ad iudicialia, & bonum ad moralia retulit, secundum sanct. Thom. 1. 2. questione 99. artic. 4. vbi prædicta tria præcepta commemorat, & est receptus à ceteris Theologis in hoc, secundum Couarru, qui eum quoque sequitur dict. cap. 17. statim in principio, ex plura alia distinctione, tanquam imperfecta, glos. 1. in cap. 1. de decimis in 6. & in cap. vltimo 6. distinctione, cuius meminere Ias. in. l. 1. numer. 35. ff. si cert. petat. & Felinus in cap. translato. de constit. Sed & eam improbant Doctores in dict. cap. 1. & in d. cap. vltim. & Card. à Turrecremat. & Florentin. ab eodem Couar. ibidem relati: nec non eo tacito, cum tamen ab ipso desumpserit, nouissimè post hæc scripta Magister Aragon de iustitia & iur. q. 87. artic. 1. pag. 947. colum. 1.

13 Præcepta autem iudicialia, & ceremonialia Euangelica lege lata omnino cessauerunt, vimque obligatoriam præceptorum amiserunt, vt constat ex Paulo Apostolo ad Galatas, 3. ait enim: Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quæ erat reuelanda: itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædago. Et iterum. c. quarto, Sed quid Scriptura dicit: Ecce ancillam & filium

Ddd 4 eius

eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ: itaque fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberavit. his etenim verbis Paulus manifestissimè insinuat eijciendam esse legem veterem, quæ tanquam ancilla fuit legis Euangelicæ. Præterea idem Paulus ad Hebræos 7. Tráslato, inquit Sacerdotio, necesse est vt legis translatio fiat, & cap. 8. ibi, Dicendo autem nouum, veterauit prius: quod autem antiquatur, & senescit, propè interitum est, & ad Ephes. 2. Legem mandatorum decretis euacuans: & Christus Saluator noster simpliciter dixit, Consummatum est: & in terminis ex supra dictis ita tenuit Alexa. de Hales in 2. parte summe. q. 3. membro. 1. & in 3. part. q. 59. membro 1. & D. Thom. 1. 2. q. 104. art. 3. rursumque in 2. 2. q. 86. art. 4. & q. 87. art. 1. & quodlib. 2. art. 8. Adria. quodlib. 5. Bonauent. in 4. distinct. 37. art. 2. q. 1. & probat latè Alfonso à Castro libr. 9. aduersus hereses, verb. lex, & D. à Soto lib. 2. de iustitia, & iure q. 5. art. 4. per totum, & libro 9. q. 4. articulo 1. per totum: & in responsione ad primum, ibi: Cessauit enim omnino lex illa, & Tiraquel. plures alios Theologos & Iuristas citans in præfat. de vtroque retractu, num. 8. cum sequentibus, & D. Couarr. d. cap. 17. paulò post principium, & Didacus Perez vbi supra, colum. 195. vers. videtur tamen, vbi allegat glos. 1. in c. non est peccatum. 6. distinctione, & in d. c. 1. de decim. in 6. D. Molin. de Hispa. primog. lib. 2. c. 5. numer. 63. Quod ad eò procedit, lege nêpè à Christo Iesu lata, veterem legem cessasse atque antiquatam fuisse, vt planè hæreticum sit existimare, legem veterem seruandam esse cum lege noua, vt bene probant Castro & Couar. vbi supra, nec non & Aragon vbi supra.

15 Moraliam verò præcepta legis veteris adhuc vim habent, & perpetuò habebunt, non ex auctoritate legis veteris, sed ex eo quòd sint à natura ipsa instituta, & à Christo Iesu in lege Euangelica eadem ratione, qua & naturalia de-

buerunt & sunt præcepta, vt explicat Dominic. à Soto d. libr. 2. de iustitia & iure q. 5. art. 4. conclusione 2. quem refert & sequitur Couar. vbi supra. † Insuper sciendū est, quòd etsi iudicialia præcepta possint post Euangelicæ legis prædicationem lege lata à Principe iterum statui, vt apparet fuisse factum in tit. de iniurijs, & in c. 1. & per totum de decim. & in c. 1. de homicidi. & in cap. 1. de adult. † & hæc leges non seruantur tanquam ex veteri lege, sed quia: nouiter lege humana constitutæ sunt, vt colligitur ex sanct. Thom. 1. 2. q. 104. artic. 3. & Florentin 2. parte tit. 2. c. 3. §. 5. Card. de Turrecrematin c. reuertimini, nu. 9. 16. q. 1. & notat ex eis Dida. Perez vbi supra, col. 196 in princip. & tenent omnes Theologi, secundum Siluestrum verb. decima, numer. 10. vers. sciendum, cl 2.

18 Attamen præcepta ceremonialia veteris Testamenti minime possunt à Principibus Christianis noua lege lata ab eisdem institui, secundum S. Thom. 2. 2. q. 87. art. 1. in solutione quæstionis, & eundem q. 104. art. 3. Dominic. à Soto d. lib. 9. de iustitia, & iure q. 4. art. 1. vers. 3. conclusio: † in hoc enim secundum ipsum diuum Thom. differunt ceremonialia à iudicialibus, quòd illa non tantum mortua sunt, sed & mortifera obseruantibus ea post Euangelicæ legis edictum, hæc verò mortua quidè sunt, quia vim obligationis non habent, non tamen sunt mortifera, quia possunt iterum à Principe statui absque peccato, ad eius principatus regimen. Hoc tamè quòd modò prædiximus ex sanct. Tho. de præceptis ceremonialibus, quòd non possint iterum institui à Principe Christiano, intelligendum est ex verbis eiusdem Thomæ in his ceremonialibus, quæ præcipuè significabant Christi & futuræ legis Euangelicæ aduentum, veluti immolatio agni, circumcisio, nõ tamen in his, quæ licèt ceremonialia essent, magis pertinebant ad deuotionem quandam ac ritum sacrificarum, eorumque ornatum, quàm ad futuræ legis, Christi-

que

que nascituri præfigurationem, cuius modi sunt vestes Sacerdotum, altaris turificatio, decimarum & primiciarum solutio, oblationes, & his similia, quæ etiam post legem Euangelicam à rectoribus Ecclesiæ Catholice statuta sunt, ut constat ex cap. 1. de consecrat. distinct. 1. & in c. 1. de purific. post part. & in 5. distinctione, ut ex verbis diui Thom. cum alijs, latè probat Couarr. vbi supra, vers. hinc nõ immeritò, ibi: Quo fit, & c. & Soto vbi supra.

21 Legis autem veteris, secundum diuū August. in Epistola 19. tria tempora sunt consideranda. Primum ante passionem Christi, ante eam enim legalia viuētia fuerunt, ac proinde obligantia. Secundum à passione Christi, vsque ad diuulgationem Euangelij, tunc enim ut omni erant vi ac virtute destituta, non tamen erant seruatu illicita, non quod in eis spem liceret salutis statuere, sed quod mortuam iam tunc Synagogam honore illo humili deceret. Tertium tempus est post sufficientem Euangelij promulgationem, vsque ad finem mundi: post quod tempus mortua sunt, & lethifera: & hæc Augustini sententia non solum in scholis plurimum obtinuit, verum & à Florentino Concilio ad litteram videtur recepta, vbi postquam sancitur legalia cessasse in aduentu Christi, subditur: Non tamen negat sancta synodus, à Christi passione, vsque ad promulgatum Euangelium illa potuisse seruari, dum tamen minimè ad salutem necessaria crederentur, uti refert Dominic. à Soto libr. 2. de iustitia & iur. questione 5. articul. 4. in versic. versatur enim in lite, vbi miratur Adrianum in 4. sententiarum q. 1. quod hoc non inspexerit antequam ab Augustino discederet, sed Hieronymum pro virili defendat, qui duo tantum tempora dignouit antiquæ legis, vnum scilicet, quod vsque ad passionis articulum defluxit, quo legalia cuncta vitam habuere, vigorq; suum ligandi retinebant: alterum verò ab eodem passionis momēto, vsque ad finem seculi decurrens, quo & mortua sunt, &

mortifera, idèdque negauit vllum Apostolorum post Christi ascensum seruasse legalia, sed id tantum asserit simulasse: & contrarium probat Soto vbi supra, in princip. d. articuli 4. vers. 2. arguitur.

22 His igitur sic iactis verisimilis fundamentis, patet, ac manifestè consequitur, legem de decimis soluendis, ex ea parte qua ceremonialis fuit, vel etiam si secūdum Thom. & veriore opinionē iudicialis fuisset, ut refert summa Astensis in 2. part. lib. 6. n. 35. in rubr. de decimis, estq; cōmunius, ut testatur additio marginalia in d. c. 1. de decimis in. 6. & probat Dominic. à Soto d. q. 4. art. 1. versic. ex quo fit præceptum, & in vers. circa corolarius, vim & obligationis ius per legis Euangelicæ promulgationē amississe, ac proinde authoritates legis veteris s̄ primò adductæ ad probandū decimas fuisse institutas ac præceptas à iure diuino iuxta Canonistarū sententiam, minimè obesse nostræ, & communi Theologorum ac veriori, quæ habet, decimas, quatenus ad veram & præcisam decimæ partis assignationem, minimè esse de iure diuino obligatorio, sed positiuo tantum, hoc est humano Pontificio: tamen si quo ad eam partem, quæ ad congruam & honestam sustentationem clericorum spiritualia ministrantium necessaria sit, iure naturali ac diuino legis Euangelicæ debita sit, cum illa legis veteris testimonia, tanquam ceremonialia, vel iudicialia, iā per nouæ legis Euangelicæ promulgationem cessauerint, ut ex prædictis latè probat Couarr. vbi supra, in princip. in d. vers. consequitur, post Dominic. à Soto etiam vbi supra, & ita censeo tenendum, salua correctione sacrosanctæ matris Ecclesiæ Romanæ: tamen si Rebuf. vbi supra de decim. d. quæst. 1. num. 13. & 14. existimet, illud præceptum vetus non esse extinctum nec reuocatum: quod si hoc ita esset, necessariò fateri deberet, quod tam decimæ etiam hodie esse de iure diuino, quandoquidem in lege veteri, quam ipse insinuat non esse reuocatam, hoc de quota cauetur, ut in auctori-

tati.

catibus in principio huius c. allegatis hoc autem ipse negare videtur, dum dicit, quod à iure Canonico forma & declaratio est facta: ergo sibi videtur contrarius ac repugnans; præterquam quod loquitur contra communem Theologorum sententiam circa cessationem præceptorum ceremonialium & iudicialium per legis nouæ Euangelicæ promulgationem, quibus magis credendum est in sua professione, quam Iuristis. Alijs etiam visum fuit, præceptum de decimis Leuitis soluendis, non omnino ceremoniale aut iudiciale, sed morale fuisse, atque sub lege etiam Euangelica omnino vigere, nec antiquatum esse, ut tenet Hostiensis in sum. na. tit. de decimis. §. 7. & refert D. Couar. in fin. d. vers. cōsequitur, ipse tamen supra, in princip. d. vers. & in vers. sequenti, ibi: Quorum rationes fragiles sunt, & in vers. præterea, & numer. 2. in vers. cæterum, latè, ut prædiximus, probat contrarium: eo enim hoc præceptum inter moralia referri nequit, quia moralia natura iubet, quæ tamen non decimam potius quam vndecimam, vel nonam partem præcipit.

Non obstat modo auctoritates legis gratiæ supra adductæ pro comprobatione opinionis Canonistarum, Matth. nempè 23. & Lucæ 18. ibi namque Dominus ac Redemptor noster non definiuit quotam decimæ, nec eam præcepit, sed tantum decimas in genere approbavit, quod non negamus, de iure nempè Euangelico eas esse quoad eam partem, quæ ad congruam & honestam sustentationem ministrorum Ecclesiasticorum necessaria sit, ut prædiximus atq; probauimus.

23 Præterea illud Matth. sup. relatū, Væ vobis, Scribæ & Pharisei hypocrite, qui decimatis metham & anethum, &c. ad tempus præteritæ legis magis referendum censetur, secundum illud Hilarij super Mattheū, Decimatio illa oleum, quæ in præfiguratione erat utilis, non debet omitti: ergo tempore gratiæ dissolutum est nobis decimarum iugum, ita Dominic. à Soto libr. 9. de iusti-

tia, & iur. quæst. 4. art. 1. vers. quod enim Dominus.

24 Non etiam obest, quod Romanus Pontifex in iuribus pro priori parte allegatis, item & Hieronymus, August. Ambrosius, & cæteri viri doctrina & sanctitate illustres testimonijs veteris Testamenti in hac controuersia vtantur, quibus probent decimas ab ipso Deo institutas ac præceptas fuisse: id siquidem idè faciunt, ut ostendant, Ecclesiam, eiusque Principem legè à Deo Israelitis datā imitatos fuisse; quod facere potuerunt iuxta à nobis tradita supra in vers. insuper sciendum est: ita Soto vbi supra, in vers. tertia conclusio, & Couar. vbi supra, ante numer. 2. vers. quam ob rem: sicque quoad quotam exemplariter, id est ad exemplum legis veteris id statuerunt, non tamè quoad vim obligatiuam legis veteris, quæ, ut prædiximus, cessauit per aduentum Christi, & promulgationem nouæ legis. secund. Caiet. sup. Tho. 2. 2. q. 87. art. 1. & Adria. d. quodlib. 5. & nūcupatim Sot. vbi supra, in vers. aliud autem, & in responsione ad primum, in vers. sed si quæ, ibi, Vel si de quota, & Didac. Perez vbi supra, col. 195. in vers. his tamen, & in vers. potest etiam, & quod Ecclesia eandem debuerit imperare quotam, probat Soto vbi supra, in tertia conclusione, in vers. sed quod eandem, &c.

25 Ex supra dictis omnibus plura in praxi satis vtilia deducenda erunt: & primò, Papam posse decimam in octauam, duodecimam, aliam ve partem reducere: cum enim quoad quotam decima sit iuris positiuus, ut probauimus, poterit à summo Ecclesiastico pastore minui, & ampliari, iuxta doctrinam Innocentij in cap. cum ad monasterium, de statu monach. glos. & Doctores in cap. proposuit. de concessione præb. quia eius est tollere, cuius est condere. l. 1. ff. de re iudic. l. eius est nolle. ff. de reg. iur. ita tenent sanct. Thom. quodlib. 2. art. 8. & D. Couar. d. lib. 1. var. resolut. c. 17. nu. 8. vers. scribit Ecclesiam, & Didac. Perez in d. l. 1. col. 196. vers. hinc est.

Imò

25 Imò & Papa ex iusta causa aliquos eximere potest à solutione decimarum, illisque decimas in aliquibus remittere; vt in c. à nobis, de decim. vt concessit Cisterciensibus, & multis alijs religiosis, propter eorum insignem vitam, vt non soluant decimas laborum suorum de terris, quas proprijs manibus, vel sumptibus colerēt: imò etiam aliquas possessiones; vt videmus in hortis religiosorum, quos à solutione decimarum exempt. c. ex parte, el. 1. de decim. & idem in hortis leproforum. c. nuper. de Eccles. edificand. Interdum etiam priuilegium concedit monasterio & suis membris; de quo in cap. sñ. vt lite pendenti: sicut concessit fratribus mendicantibus, & Societari Iesu, vt deduximus in nostro conf. 5. quod facere potest; secundum Henric. & Deci. eosque refert Petrus Rebus. de decim. q. 13. num. 103. cum sequentibus. Didac. Perez vbi supra, colu. 196. ibi: Ex quibus deducitur; & colum. 206. † Et quod possit Romanus Pontifex ex iusta causa quibusdam hanc obligationem soluendi decimas remittere; tenet glos. in d. c. à nobis, verb. exemptus, de decim. vbi omnes concordia iudicio hoc receperunt, & eos sequutus est Decius conf. 113. numer. 2. & 3. Socinus conf. 297. num. 4. vol. 2. vbi dicit, illam glos. cōmūniter approbari: & D. Couarr. id probas pluribus iuribus, & l. 23. tit. 21. p. 1. d. lib. 1. var. resolut. c. 17. n. 9. Dicit etiam communem Menchac. lib. 2. controuer. illustr. c. 89. num. 11. & nos dict. conf. 5. nu. 8.

29 Hæc tamen prima deductio cum ei adiectis intelligenda est, dum tamen id, quod iuris naturalis est, sit semper superstes & saluum, nempè vt aliunde Ecclesiarum ministris pro sua dignitate & munere alimenta suppetant, reliquaquæ vitæ subsidia; hoc enim nulla desuetudo vel dispensatio violare potest: quamuis enim ea ex parte quæ decimæ iure humano debite sint, per priuilegium sedis Apostolicæ ex iusta causa remitti aut moderari possint; ex qua eamē parte iure naturali, vel diuino Evangelico

ipsæ decimæ Sacerdotibus debentur; iuxta communem resolutionem Theologorum prædictam, quam sequimur; non possunt à summo Pontifice tolli † idemque poterit aliquibus remittere obligationem soluendi decimas, nõ tamen tollere omnino & vniuersaliter præceptū de decimis soluendis; vt bene probat D. Couarr. d. c. 17. n. 9. & ante eū breuius idem tenuit Dominicus à Soto d. lib. 9. de iustitia & iur. q. 4. art. 1. in vers. 31 ex his subinfertur. † Secundò ex supra dictis deducitur decisio ad illam difficillimam quæstionem; in qua plures diuersæ opiniones Doctorum reperiuntur, an consuetudo legitimè præscripta sufficiens sit ac validā ad eximendos laicos à solutione decimarum, necne? In primis enim glos. verb. consuetudine, in c. in quibusdam, de decim. ceter, nullam consuetudinem eximere posse laicos à solutione decimarum prædialium, nec personalium, nisi ea sit à Romano Pontifice ab aliqua parte earum cōprobata: quod latissimè ex pluribus comprobatur ac tenet Didac. Perez in d. l. 1. tit. 5. libro 1. ordinam. col. 198. vers. est tamen circa hæc dubium, cum pluribus sequentibus, & iterum colum. 204. versic. nec opinio, & in vers. probatur: hæc tamen opinio sic indistinctè intellecta dura est.

Alij autem censent, decimas consuetudine ad vicefimam, trigesimalā vepartem reduci posse, tolli autē nequaquam posse; quasi ius naturale & diuinum diminui, non verò omnino tolli possit, vt tenent Vincent. & Panormit. num. 7. in d. c. in quibusdam, de decim. & Bald. in l. competit. C. de præscript. 30 ann. Fulgol. conf. 166. colum. 2. Socin. conf. 297. col. 3. lib. 2. Paris. conf. 25. num. 21. libr. 4. & eam, tam in prædialibus, quam in personalibus decimis probat Francisc. Balb. in tract. de præscript. in 1. parte 5. partis princip. q. 7. & testatur communem esse ex testimonio Boerij, D. Couarr. d. cap. 17. num. 8. vers. quidam verò censent, & receptiorem ex eodē Boer. plures alios sequaces eiusdē opinionis citas Méchas lib. 2. controuer. illustr. c. 89. nu. 8. mens altera

altera fuit opinio. Que sententia sustineri merito potest, tum ex eo quod modo dicebamus in Papa, dum resoluius id facere ipsum posse, quasi consuetudo legitime præscripta idem valeat hac in specie: ¶ tum etiam quia in decimarum solutione consuetudo sit attendenda, vt in d. c. in quibusdam. §. vltimo. & in cap. commissum. & in cap. cum sint homines, & in cap. dilecti, & in cap. Apostolicæ, de decim. & in l. 17. titulo 20. par. 1. ibi: *Segun que es costumbre de cada tierra.*

Henricus verò in c. peruenit, colum. 5. de decim. tenet, laicos posse consuetudine eximi partim à solutione decimarum personalium, prædialium, verò nulla ex parte: hæc tamen opinio vera non est, vt infra dicemus.

Quarta fuit opinio magis communis, quæ habet, consuetudinem posse eximere laicos à solutione decimarum personalium, non tamen ab obligatione soluendi decimas prædiales: ita tenent Hostiens. & alij in d. c. in aliquibus, de decim. per rex. ibi, dum dicit: Cum integritate. Idem in sua summa de decim. q. 7. §. fin. & hanc opinionem expressè probant, qui tenuerunt, decimas prædiales iure diuino & naturali institutas fuisse, personales verò humano tantum, quos supra retulimus. Eandem opinionem sequitur Rochus de Curt. in c. fin. num. 22. de consuet. fol. 18. in paruis. Paulus Paris. & Franc. Balb. vbi supra, est communis, secundum Gregor. Lopez in l. 1. glof. mag. vers. Prima. tit. 20. partita 1. & est magis communis sententia, secundum Couar. vbi supra, num. 8. in princip. qui alios refert, & plures Menchaca d. libro 2. controuers. illustr. cap. 89. numer. 8. in princip.

Contra hanc comunem sententiam in utroque membro tenet Petrus Rebus. in tractatu de decim. q. 13. nume. 43. cum sequentibus. In primis enim cum ipse tenuisset, vt vidimus, decimas, non solum prædiales, sed etiam personales, eodem iure diuino & naturali inuentas fuisse, inde etiam probat, huiusmodi consuetudinem non soluendi decimas per-

sonales non excusare à peccato, nisi consuetudo haberet, vt aliquid pro his, etiam modicum, solueretur; quia tunc valida esset præfata consuetudo, vt ibi latè probat nume. 44. Hæc autem ipsius opinio contra frequentiori calculo receptam est, ac proinde non tenenda, sed magis communis affirmatiua indistinctè in his decimis personalibus, ¶ cum non sint debita de iure diuino, sed positio, secundum communem Theologorum sententiam, vt per Gregor. Lopez vbi supra sequitur etiam Couar. vbi supra, dict. n. 8. in vers. cas. verò decimas; & in vers. quinto, vbi hoc intelligit saluè prædialibus decimis, quæ sufficere videntur congruis Sacerdotum alimentis: eadem communem in personalibus decimis refert & probat Abulens. super Matthæum, cap. 23. quæstione 78. relatus à Gregor. Lopez vbi supra vers. Abulens. sequitur idem Gregor. Lopez in d. l. 17. in glof. *costumbre de cada tierra*, vbi hoc verum intelligit, vbi essent prædiales decimæ sufficientes pro sustentatione ministrorum, quia vbi prædiales decimæ non sufficerent, vt Genue & Venetijs, & in multis alijs locis, personales sunt de iure naturali, secundum Hostiens. & Siluest. quos refert; eandem declarationem sequitur idem Greg. ibidem in glof. seq. in verb. *que no es costumbre*, sic intelligens & limitans illam legem, dum dicit: *E non se puede ninguno excusar, que non de alguna cosa por diezmo de aquello que ganare, maguer diga que no es costumbre de lo dar, &c.* nêpè vt hoc intelligatur in casu quo decimæ personales essent de iure naturali, vt prædixerat in glof. præcedenti, nêpè quia prædiales non sufficiant; eandem sententiam sequitur nouissimè D. Azeuedo in l. 1. num. 12. titul. 5. libr. 1. nouæ collect. reg. & Soto libr. 9. de iustitia & iur. q. 4. art. 2. dicens, quod si prædiales sufficiunt ad sustentationem, præscribi personales possunt: imò dignum non esse existimat, vt illæ exigantur, nisi consuetudo illas soluendi vigeat immemorialis: ¶ & quod in Hispania ex opificum, negociatorumque lucris nullus est vsus soluendi

soluendi decimas, memor sum in Episcopatu Placentino extra ciuitatem consuetudinem esse immemorabilem exigendi decimam à seruatoribus, hoc est, famulis de sua mercede, materna lingua, *de las soldadas de los moços.*

Secundò contra eandem magis receptam sententiam, dum habet, non valere consuetudinem liberantem laicos à solutione decimarum prædialium, tenet Rebus. vbi supra, num. 46. late probans valere huiusmodi consuetudinem, etiam in prædialibus, vt aliquid pro decima soluatur, licet non integra, quia non est contra ius naturale nec diuinum, soluendo enim quidquam pro decima, impletur præceptum de soluendo, & recognoscitur atque honoratur Deus ex substantia. Et præterea idem probat ex text. in d. c. in quibusdam, vbi dicitur, quod illæ decimæ soluendæ sunt, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata, & in c. cum sint homines. de decim. vbi loquitur de prædijs, & tamè decidit valere consuetudinem. Tandem allegat pro hac sua opinione Abb. & alios in d. c. in quibusdam, & inquit, quod contra Hostiensin hoc tenent communiter DD. & quod hæc est communis consuetudo Mundi, & sic hæc est eadem communis opinio contra Hostiensin, quam supra secundo loco retulimus, in vers. alij autè, & hæc verior sententia videtur & tenenda, modò eam intelligamus iuxta sextam statim referendam.

Quintam opinionem & singularem tenet in hac specie Menchaca vbi supra. Vers. quid dicendum, nempe vt tam prædiales, quàm personales decimæ possint in totum tolli, non solum minui, ex pluribus iuribus, quæ ibi congerit, probantibus, in materia decimarum statum esse consuetudini: hæc tamen sententia vera non est, nec tenenda, & conuincitur ex opinione veriori, quam idem author eodem cap. 89. nu. 1. rectius probauerat cum communi Theologorum, vt prædiximus, nempe decimas esse iuris naturalis & diuini, quoad congruam & sufficientem, &c. Si hoc ita est, quomodo

possunt in totum tolli per consuetudinem. Si possunt; ergo non sunt vlla ex parte iuris naturalis aut diuini, quia iura naturalia firma sunt & immutabilia, vt in. §. sed naturalia quidem iura, instit. de iure naturali, gentium, & ciuili: cum similibus.

35 Sexto loco & vltimo hæc quæstio necessariò resoluenda venit ex supra prius dictis in principali quæstione, quò iure inuentæ sint decimæ? nempe quod decimæ ex ea parte, qua iuris naturalis & diuini instituto processerunt, & sic quoad congruam & necessariam sustentationem clericorum spiritualia ministrantium, nulla consuetudine tolli nec diminui possunt: secus verò quoad id quod decimæ habent à iure Pontificio, nempe quoad quotam, et sic quoad partem non necessariam ad congruam sustentationem clericorum, in ea namque parte consuetudo rationalis & legitime præscripta nõ soluendi decimam valida erit, vt optimè probat sic resoluens quæstionem hanc D. Couar. vbi supra, d. n. 8. in vers. quibus meherclè, per totum, vsque ad vers. primum, hinc dicens, sic se certo certius opinari, idque est verissimum ac tenendum, vt ex supra adductis patet, & voluit nouissimè Magister Aragon vbi supra pag. 951. Et secundum hanc distinctionem oportet intelligere Abulens. super Matth. 23. q. 63. dicentem, quod cum decimæ prædiales nunc in noua lege non sint de iure diuino, sed positiuo canonico, consuetudo possit tollere obligationem soluendi eas, &c. vt per Gregor. Lopez vbi supra: nam cum præd. decimæ quoad congruam à iure naturali & diuino processerint, nõ poterunt hac ex parte tolli, aut minui per consuetudinem, vt prædiximus: secus verò quoad quotam, & sic quoad partem, quæ non est necessaria ad congruam sustentationem ministrorum, quæ à iure Pontificio processit.

36 Quo fit vt iuxta hanc sententiam sextam, veram, & tenendam, sit moderanda, supplenda atque intelligenda communis secundo loco supra adducta opinio

nio, vt procedat, nêpè quoties illa pars minor decima, quæ consuetudine rationabili legitimè præscripta tantùm soluitur pro decima, sufficiens sit pro congrua & necessaria sustentatione clericorum spiritualia ministrantiu, aliàs secus, vt tenet Guid. Pape decr. 284. dicens ita seruari Gratianopoli, quem refert & sequitur Couar. vbi supra, nu. 8. vers. sextò, & simpliciter Rebuf. de decim. q. 13. num. 54. & Didac. Perez qui supra, col. 179. ibi: Idem dicendum, secus si non sufficeret per prædicta.

17 In decimis verò personalibus soluendis omnino excusabit consuetudo rationabilis & legitimè præscripta, quãdo solui consuetum de prædialibus sufficeret, prout videtur sufficere in his partibus regulariter ad congrua alimentorum eodem Ecclesiasticorum ministrorum, vt prædiximus.

18 Consuetudo autè, quantumcumque longa, nullas soluendi decimas personales nec prædiales non valeret, nec à peccato excusaret; quia esset irrationabilis, & contra ius naturale; diuinum & humanum, vt in terminis tenent Petrus Ancharr. conf. 196. magnifice, quæst. 1. & Ioan. de Turrecremat. in cap. reuertimini, num. 12. vers. ad septimum, 16. q. 1. Panormit. & Curt. in d. cap. fin. de consuet. & Bernardus cõl. 14. viso processu: eolum. 1. volumine 1. & consilio 116. illud est, ibidem in 1. editione, quos refert & sequitur Petrus Rebuf. d. q. 13. n. 40. & D. Couar. vbi supra, d. cap. 17. nu. 8. in vers. vndecimo: ampliãns, etiamsi Sacerdotes ibidem spiritualia ministrãtes aliunde quàm à decimis congruè possint alimenta percipere: quod verissimum puto, & sequitur nouissimè Aragon vbi supra, pag. 952. eolum. 1. circa fin. quamuis suspectum apparere esse dicat, & idè improbet Menchac. libro 2. controuers. illustr. c. 89. quia hic author parù sibi constans est: inquit enim quòd prædicta consuetudo tolerabitur, cum non sit contra ius diuinum, sed tantùm positium, vt supra docuit: & tamen supra numer. 1. idem author latè &

optimè probauit cum communi & veriori sententia Theologorum esse iuris naturalis & diuini, quoad congruam, &c. Insuper addit, nõ esse irrationabile &c. cum clericis aliunde possit prouideri de congrua sustentatione & alimentis: hoc profectò ridiculum est, ac gratis dictum, cum clericis ratione administrationis Sacramentorum iure naturali & diuino debeantur alimenta, vt supra factis probatum existit. Loquitur igitur minus rectè.

39 Hinc etiam venit iure optimo defendenda. l. 6. titul. 5. lib. 1. nouæ collect. reg. vetans in his regnis decimas à laicis exigere, quæ per consuetudinem contrariam non consueuerunt solui, his verbis: *Porque en algunas villas y lugares de estos Reynos no se paga diezmo de la renta de las yerbas y pan y otras cosas, y somos informados que aora nueuamente algunos Obispos y Cabildos lo piden, y fatigan sobre ello a los pueblos ante juezes Ecclesiasticos, Mandamos a los del nuestro Consejo, que llamadas las personas que vieren que cumple, platicquen sobre ello, y lo prouean como conuenga: y entretanto no consentan ni den lugar que se haga novedad, &c.* ibi namque non omnino approbatur huiusmodi consuetudo non soluendi decimam ex herbis, frumento & alijs, sed præcipitur consiliarijs supremi Castellæ senatus, vt vocatis his, quos expedire iudicauerint, prouideant, prout, decuerit, interim tamen caueant, ne fiat nouitas: in primis namque cum hæc res perspicenda ac considerata sit, illud præcipuè obseruandum erit à dominis Consiliarijs, an ex prædict. consuetudine auferatur clericis spiritualia ministrantibus congrua ac necessaria sustentatio, necne? vt primo caso eam consuetudinem improbent, vel saltem moderando prouideãt, quomodò eisdem alimenta congrua subministrentur: in secundo verò prædictam consuetudinem, si legitimè præscripta fuerit, ac rationalis, omnino continuari ac obseruari præcipiant, vt ex supra dictis omnibus deducitur, ac verè comprobatur: interim verò quod negotium discutitur, iustè

iustè ac sanctè cauetur illa lege Regia, ne in exigendis dictis nouis decimis nouitas fiat. † Secundò, ex eo etiam iustificari potest eiusdem. l. decisio, cùm iure defendi possit ac valeat consuetudo, vt ex certis fructibus nulla soluatur decima, nec eius aliqua portio, vt pote de foeno, herbis, vel oleo, & similibus, si modò ex alijs redditibus supersit iusta Sacerdotum sustentatio, vt scribit Paul. Castrenf. cons. 17. libr. 2. quem refert & sequitur dicens hanc consuetudinem passim in orbe terrarum vigere, D. Couar. vbi supra, d. lib. 1. var. resolut. c. 17. numer. 8. vers. septimò, & Didac. Perez etiam vbi supra colum. 205. in fin. vers. est & aliud. Idem in consuetudine non soluendi decimas minutas, nempe caseorum, ouorum, lanæ, vel etiam animalium & fructuum minorum, quòd valeat, probat Rebuf. de decim. q. 13. numer. 51. Dum igitur inquiritur, an ex ceteris rebus decimari solitis competens alimonia clericis tribuatur ac supersit, necne? meritò vt interim nouitas fieri non debeat, cùm in dubio hac in specie prædictæ consuetudini standum sit, cùm non appareat esse contra ius naturale nec diuinum; præsertim cùm potius præsumenda sit iusta, quàm iniusta, cùm clerici semper vsque ad illud tempus alimenta habuerint ex cæteris decimis quibus rationibus ac iustis considerationibus eam. l. meritò defendit Couar. vbi supra, d. nu. 8. vers. nonò, & Aragon vbi supra, pag. 932. in 5. corolario.

41 Hinc cõsuetudo immemorialis, quæ in Episcopatu Placentino viget, vt ex herbis propriarum defensarum, quas domini earum proprijs pecoribus pascunt, nulla soluatur decima; secus si herbas locent; iusta sit, ac seruanda, quandoquidem ex alijs fructibus clericis sufficiens alimonia superest. † Similiter etiam cõsuetudo immemorialis Ciuitaten. existens nullam soluendi decimam indistinctè earundem herbarum, sustinenda erit eadem ratione, nec vllus vnquam de ipsius valore dubitauit. Idem erit dicendum in cæteris ciuitatibus & locis, vbi

eadem vel similis consuetudo versetur, dummodò semper obseruetur cõgruam sustentationem remanere debere clericis ex decimis cæterorum fructuum, quicquid contradicat in hoc vltimo Menchac. vbi supra, d. num. 8. vers. isthac autem iura, loquens in terminis dictarum legum Regiarum.

43 Sed an decimæ, ad hoc vt eas non soluentes peccent, debeant peti à Sacerdotibus, vel etiam solui, & in horrea clericorum deferri, etiam si ab eisdem non petantur, satis controuersum est: glossa etenim in c. reuertimini, verbo in horrea, 16. q. 1. quam dixit notabilem Ias. in l. 2. q. 37. numer. 92. C. de iure emphit. & sequitur DD. in cap. cum homines. de decimis, existimauit, rusticos teneri decimas deferre in horrea clericorum. Similis glos. in c. decimæ, el. 1. verb. in horreum. 16. q. 7. & ibi DD. Greg. Lopez in l. 2. titu. 20. partita 1. in glos. de las tierras, DD. in c. ex parte, de decim. el. 2. præcipuè Vincent. ibi colum. 2. Ant. de Butr. num. 2. Abb. 5. testatus hanc esse cõmunem cum glos. d. c. reuertimini, ex quo & alios plures allegans hanc sententiam cõmunem esse profiteretur eam sequutus Didac. Perez vbi supra, col. 200. in vers. decimæ prætereà, ibi: tẽpore, & D. Ant. de Padilla in. l. post mortem, nu. 18. & 19. C. de fideicommiss. D. Azeued. in. l. 4. tit. 5. nu. 2. lib. 1. nouæ collect. reg. Quod procedit, etiam si decimæ à clericis non fuerint petitæ, vt traditum est à supra dictis, secundum Couar. vbi supra, num. 8. vers. octauo ex his. Sunt tamè nonnulli alij, qui contrariu potius censent, decimas nempe non deberi, nisi petantur à Sacerdotibus, è quibus sunt Archidiacon. in c. 1. nu. 2. de decimis, in 6. Rota in antiquis 25. Guido Pap. decis. 283. nume. 2. Balb. de præscript. 1. p. 5. partis princip. q. 7. nume. 12. Adrian. quodlib. 5. art. 1. §. 2. videndum est, quos refert & sequitur Didac. Perez vbi sup. col. 202. vers. esse tamen.

44 Quintò secundum Paulum Paris. cons. 15. numer. 26. libr. 1. si decimæ temporæ collectionis fructuum à Sacerdotibus

tibus non peterentur, postea peti non possent: idque deducit ex Archid. & sequacibus ubi supra, quod tamen verum minimè est, nec id fenserunt Archid. & cæteri, quinimò contrarium deducitur ex text. in c. cum sint homines, iuncta glos. ibi verb. fructibus collectis, de decim. in vers. sed qui, ubi text. probat, quod homines sunt cogendi, ut statim fructibus collectis decimam persoluât, atque de fructibus & retentis dignam satisfactionem exhibere procurent, & inquit glos. ibi fructibus collectis, id est quanto citius & cõpetentius solui possunt, quia tardius dare peccatum est, ut in c. decimæ. 16. q. 1. & qui non facit statim, in mora esse intelligitur, ut periculum decimæ ad eum spectet. Et insuper addit, quod si Sacerdos cum sibi offeruntur decimæ, eas recipere noluerit, si tamen postea voluerit recipere, tunc rusticus eas nõ soluẽs incipit esse in mora, quia vltima mora nocet: ergò à fortiori etiam si decimæ tempore collectionis fructuum non petantur à clericis, postea peti poterunt: quinimò text. ille rectè inspectus, iuncta sua glos. videtur probare supra dictam communem sententiam, quæ habet, decimas, etiam si non petantur, solui debere, atque ad horrea clericorum deferendas esse, & ita meritò opinionẽ illam Pauli Parisij falsam esse existimat D. Couar. vers. octauo.

45 Sed in articulo principali, an decimæ etiam non petitæ deferri debeant ad horrea clericorum, necne? resoluo. Primò, seruandam esse consuetudinem, si ea alicubi vigeat, quod laici teneantur decimas deferre ad horrea clericorum, easq; clericis non petentibus tradere: quod probat nuncupatim Couar. ubi supra, & probat d. l. 4. titul. 5. lib. 1. nouæ collect. reg. dum decidit, decimas soluendas esse loco & tempore consuetis. Secundò, idem esse dicendum existimo, si consuetudo alibi adsit contraria, nẽpè ut clerici mittant pro decimis ad agros fundosq; tempore collectionis fructuum, alio vè commodiori, ita ut laici decimæ debentes non teneantur eas in hor-

rea & domos clericorum deferre, ut hic Ciuitaten. obseruatur: tunc enim sufficit quòd ipsi decimare debentes parati sint eas ibi, vel quoties sibi petitæ fuerint, soluere, atq; cum effectu id faciant, in his etenim casibus plurimũ valet cõsuetudo, atque ea spectanda erit, ut patet ex supra dictis, præcipuè ex d. l. Regia: & in terminis quòd valeat consuetudo, quòd clerici mittant ad laicos pro decimis consequendis, licet aliud sit de iure, præsupponit Abb. in c. 2. colu. 3. de iudic. quem refert & sequitur Rochus de Curt. in c. fin. de consuetud. c. 11. nu. 22. in fin. & quòd valeat cõsuetudo non portandi decimas in horrea, tenet alios allegans Rebuf. de decimis, d. q. 13. num.

46 49. † Quòd si in hac secũda specie clerici pro decimis non mittant, nec eas petant, adhuc decimare debentes tenentur eos certiorare, ut probat Rebuf. d. q. 13. num. 50. & infra dicitur, atque decimas offerre, etiam si eas domi condiderint, solutis tamen expensis portationis, & in domum recollectionis.

47 Tertiò obseruandum erit, quòd si horrea sint publicè deputata, ad quæ decimæ omnium Sacerdotum deferantur, laici tenebuntur, etiam clericis non petentibus, decimas in ea horrea adducere, satis enim sit tunc decimarum petitio, secundum Couar. ubi supra, ibi, Secũdum si horrea: hoc tamen ipse verum intelligo, stante cõsuetudine, ut illuc decimæ à laicis deferantur, ut puta quia in id prædicta horrea publica instituta sunt, tuncque consuetudini etiam erit standum circa expensas portationis in ea loca, ad quæ solutio ipsarum spectat:

48 Quartò, laicos teneri tradere decimas clericis etiam scientibus quantum iure decimarum sibi pertineat, modò leui sumptu & labore possint istæ decimæ ad horrea clericorum, eorumq; domos adduci, secus aliàs: ita Couar. ubi supra, d. num. 8. vers. octauo, ibi, tertium opinor, & c. ita intelligens contrarias opiniones supra relatas: hoc tamen verum esse existimo, præsertim stante consuetudine huic dicto conformi, vel saltem
nulla

nulla in contrarium existenti : nam si penitus contraria adesset, ipsa proculdubio seruanda foret : argumento omnium supradictorum.

Illud denique & quintò in proposito erit summò opere aduertendum, etiã cessantibus consuetudinibus, decimare debentes non posse frumentum, aliosve fructus in propria horrea condere, nisi prius clerici certiores fiant, vt vel ipsi, vel eorum procuratores assint, & presentes sint fructuum collectioni, atque acervi diuisioni, vt decimas percipiant, ne vlla fraus à laicis fieri possit in solutione decimarum : vt in specie tenet Speculator in titulo de decimis. ad finem. quem sequuntur Abbas & communiter Doctores in capit. ex parte. el. 2. de decimis. secundum Couarruuiam vbi supra dicto numer. 8. versicul. octauò, ibi, Quartum, vbi alios citat, & præferunt. l. 2. titulo. 1. libro. 5. ordinamenti veteris, & in pragmatica 17. hodie est l. 2. titulo. 5. libro. 1. nouæ collectionis regiz, & idem iure & praxi probauit Guido Pape decisione. 283. numero. 1. & Rebuffus vbi supra, dicto numero. 50. & in dicta l. Regia ita dicitur: Y por escusar los engaños que podría auer en el dezmar, defendemos firmemente que de aqui adelante ninguno sea osado de medir ni coger su monton de pan que tuuiere en limpio en la era, sin que primero sea tañida la campana tres vezes, para que yengan los terceros, o aquel que deue recaudar los diezmos, y que estos terceros, o los que lo deuan de recaudar, defendemos que no sean amenazados, ni corridos de ninguno, ni heridos por demandar su derecho, y mandamos, que los dichos dezmeros no lo midan ni cojan de noche, ni a hurto, mas publicamente, a vista de todos, y qualquier que contra estas dichas cosas fuere, peche el diezmo doblado, la mitad para el Rey, y la otra mitad para el Obispo, saluas las sentencias de excomunion que dieren los perlados contra todos aquellos que no dieren diezmo de derecho

te, o fuer en alguna cosa contra esta ley. Y queremos que las tales sentencias de excomunion sean bien guardadas por nos y por ellas, de manera que el poder temporal y espiritual, que vienetodo de Dios, se guarden y acudan en vno, y las sentencias que los perlados pusieren sobre estas cosas, sean bien temidas, hasta que la emienda sea hecha. Y porque algunos lugares donde se hazen las labranças, son tan lexos de las ciudades, villas y lugares, y de su termino, que no se podría oyr la dicha campana, mandamos y defendemos, que ninguno ni alguno sean osados de coger, ni de medir, ni lleuar de las eras sus montones de pan que tuuiere en limpio, ni alguna parte dellos, hasta que primeramente en los dichos lugares donde huuiere la dicha campana, que no se puede oyr, requiera el labrador o la persona q̄ huuiere de dezmar, al arrendador de la colacion, o limitacion, o donadios, con el pan que huuiere de dezmar, o al Vicario del lugar: y si el dicho diezmo pertenece a algunas de las dichas colaciones, o limitaciones, o donadios de la ciudad, que lo digan al Vicario del Arçobispado, o Obispado: y que este requerimiento le hagan a costa del que ha de auer el diezmo, o arrendador: y no lo cojan de noche, ni a hurto, sino publicamente, y a vista del dezmero: y si el dicho dezmero, o arrendador fuere requerido por el dicho labrador, o Vicario, y no fuere a ver medir el dicho pan, que el dicho labrador mida su pan delante de tales personas q̄ sean de creer, y por su juramento haga verdad al dicho arrendador del pã q̄ se midiere de aquel monton de q̄ el dicho arrendador o dezmero fuere requerido, q̄ fuesse a ver medir el dicho pã: y en los lugares dõde se oyere la campana, se guarde lo sobredicho de sufo en esta ley. Cõsuetudine tamẽ potest induci contra riu, ne p̄ vt laici liberẽ colligat frumentu, ceterosq; fructus. & eos in ppria horrea sine testib⁹ cõcãt & postea decimas ministris spiritualiũ reddat, vt in specie

Ecc late

latè probat Aymon Crauetta consi. 27. quem refert & sequitur Couarruias vbi supra, adducens. l. 3. d. libro. 5. ordinamen. quæ hodie est. l. 4. tit. 5. lib. 1. nouæ collect. reg. quæ ita se habet: *Mandamos que aquellos que han de recibir los diezmos del vino y del pan, que los reciban en el tiempo y en los lugares donde fue siempre acostumbrado, y si es costumbre que vayan por el diezmo de vino a las viñas, la dicha costumbre se guardada*: ex qua lege omnia per nos supra resoluta in versic. sed in articulo principali, comprobantur, quatenus in summa voluimus semper standum esse in specie consuetudini.

51 Vltimò in prædicto articulo consuetudinis non soluendi decimas prædiales silentio prætereunda non erit doctrina sancti Thomæ. 2. 2. quæstione. 87. articulo. 1. ad. 5. & quodlib. 6. articulo. 10. dicentis, quòd laudabiliter ministri ecclesie si decimas ecclesie non requirunt, vbi sine scádalo requiri nõ possent, propter defuetudinẽ, vel propter aliquam aliam causam: nec tamen sunt in statu damnationis qui non solunt in locis illis, in quibus ecclesia non petit: nisi fortè propter obstinationem animi habentes voluntatem non soluendi, etiam si ab eis peteretur: & addit idem Thomas quodlib. 2. articulo. 8. malefacere ecclesiarum Rectores, si decimas exigant à laicis in ea prouincia vbi non est consuetudo eas dádi, & sic vbi consuetudine obtentum est decimas ministris ecclesiarum non solui, cum ea petitio maximam præberet scandalis & tumultibus occasionem: fatetur igitur Dignus Thomas, sacerdotes nec posse nec debere decimas exigere, vbi vel præscriptione, vel consuetudine earum solutio & exactio cessauerit, & sic intelligendus est sanctus Thomas, præmissa consuetudine, quæ iure potuit obligationi decimarum derogare, tunc enim laici minimè tenentur decimas soluere sacerdotibus, etiam petentibus: & quod Thomas sentit, hanc consuetudinem nequaquam eximere laicos à decimarum solutione, vbi ecclesia eas petat, accipiendum

est de petitione, quæ fiat à Romano Pontifice, vel à Concilio, sublata hac ipsa consuetudine aliqua iusta ratione per sententiam, decretum, aut constitutionem ecclesie, sicuti intellexerunt eadem verba Florentinus in. 2. parte sue summæ, cap. 3 §. 6. & Siluester in summa, verbo, decima, quæstion. 4. & Honcala. de decim. propol. 5. Gregorius Lopez in l. 1. gloss. magna, in versiculo, secundam, ibi: Subdit tamen, el. 1. y el. 2. alios allegans, & optimè D. Couarru. dict. cap. 17. num. 12. & Rochus de Curt. in cap. cum tanto. de consuetudin. cap. 11. num. 22. licet de clarans & limitans magis communem sententiam à nobis supra relatam, quæ habet, non valere consuetudinem existentem laicos omnino à solutione decimarum prædialium: & Didacus Perez vbi supra, colum. 202. versicul. sed tamen istam sententiam, &c. & inquit Couarru. ibi, hanc consuetudinis derogationem omittendam esse ab ecclesia, ob scandalum euitandum. Hocque præsertim procederet, si clerici non indigerent, & laici non haberent redditus ultra necessaria, secundum Rochum vbi supra. Quinimò si clerici aliàs non haberent sufficientem & necessariam sustentationem absque prædictis decimis prædialibus, idque pateret atque euidenter esset, vt ex omnibus in hoc capite resolutis, & præcipue in hac secunda deductione patet, & populus abundaret, non procederent profectò dicta in hoc versiculo vltimo, &c. cum prædicta consuetudo hac in specie iure non potuerit obligationi decimarum derogare, etiam si non petantur, nempe quo ad eam partem, quæ necessaria est ad congruam sustentationem ministrorum spiritualium, quæ cum iuris naturalis & diuini sit, vt resoluimus, consuetudine tolli non potest: & in terminis ita tenet Florentinus & Silu. vbi supra, eosque referens Gregorius Lopez in dict. gloss. magna, versic. subdit tamen, ibi: Tertio, &c. & cum obligatio ista soluendi decimas consuetudine aut præscriptione tolli non potuit, vt in specie præmissa, ob particulare scanda-

scandalum decimarum exactio omittenda non est, tametsi ob generale periculū, vt schismati obuietur, laudabiliter omitti poterit, secundū Alexandrum Halens. 3. part. quæstio. 51. membr. 6. artic. 1. quem refert & sequitur Couar. d. nu. 12. in versu sin autem.

52 Quod si consuetudo legitimè præscripta sufficiens est ad eximendos laicos à solutione decimarum, iuxta supra latè discussa, à fortiori idem dicendum erit in clericis, ecclesiasticisque personis, † hi enim etiam si sint ecclesiarum Rectores, iure canonico decimas tenentur soluere, iuxta text. in c. nouum genus. de decim. vbi id notat glos. 1. & Abbas post Innocen. & communiter DD. Diuus Thomas. 2. 2. q. 87. artic. 4. & hæc est communis omnium resolutio in d. cap. nouum genus. secundū D. Coua. alios allegantem d. libr. 1. variar. resolutio. cap. 17. num. 8. versicul. primum: ne pè vt clerici etiam ecclesiarum Rectores teneantur ad solutionem decimarū ex prædijs patrimonialibus, quæ sint in propria vel aliena parochia constituta: quod etiam bene probat Dominic. à Soto libr. 9. de iust. & iure. quæst. 4. artic. 4. idem probat indistinctè in decimis. l. 2. tit. 20. partit. 1. & l. 2. in versicu. *otro si mandamos*, tit. 5. libr. 1. nouæ collect. reg.

53 Sed ab hac solutione decimarū possunt clerici eximi consuetudine vel præscriptione, iuxta glossam in c. in quibusdā. de decimis. verb. consuetudine. ibi, quia clerici: & in cap. quia cognouimus. 10. quæstio. 3. in verbo, præsumpta. ibi: Nā libertas. Felin. in c. causam quæ. de præscriptione. colum. 1. Balb. de præscriptio. 1. part. 5. partis princip. quæstio. 7. nu. 3. & Couarru. vbi supra, num. 8. & 10. qui dicit. num. 8. aduertit, posse clericos, etiā si non sint ecclesiarum Rectores, consuetudine vel præscriptione eximi à decimarum solutione personalium & prædialium, quæ sint in alterius parochia: id quod etiam tenent supradicti, & Didacus Perez vbi supra, columna. 203. in versiculo, non soluendi, ibi: Secus tamè est in clericis, & ita est tenendum, ta-

met si Andreas Hispan. in tractat. de decimis. versiculo, decima est. numero. 16. & 17. volumin. 15. tractat. diuers. doct. folio 59. in antiquis, contrarium probet, & præterea in præscriptione loquens, de qua infra agemus, Petrus Rebuff. d. q. 1. de decim. nu. 60.

54 Eadem ratione idem erit dicendum in prædijs ecclesiæ intra limites alterius parochiæ: licet enim decima debeatur ex illis prædijs ecclesiæ parochiali, intra cuius limites sunt sita, siue prædia illa dotalia, vel non, fuerint, vt tenent Panormitanus numero. 6. & alij in dict. cap. nouum genus. de decimis, Abbas in cap. nuper. colum. 2. notabil. 1. per text. ibi, de decimis. Cardinal. consil. 88. Petrus Rebuff. de decimis. quæstio. 5. nu. 20. text. in cap. penultim. vbi Abbas nu. 4. dicit communem, de decim. tenet glos. in cap. 1. verb. nullo seruitio, de césibus, vbi loquitur in manso dato ecclesiæ in ipsius fundatione, si primò erat tributarius, vel soluebantur decimæ de illo ecclesiæ parochiali, quam dicit communem Baldus Nouel. de dote. 1. parte. in principio. num. 8. est magis communis opinio secundū Couarru. dict. num. 8. versicul. secundò licet: dicit communem Didacus Perez vbi supra, columna 198. versicul. dubitatur. & 203. versic. itè etiam, & nouissimè D. Azeued. in l. 2. tit. 5. libr. 1. nouæ collect. reg. numer. 12. cum sequentibus, & est magis communiter receptum secundū Aragon: vbi supra, pag. 951. in. 1. corolario, tametsi si contrarium teneat glos. in d. c. nouum genus. verb. à clericis. & Diuus Thomas. d. artic. 4. in respons. ad primum. & ibi Caietan. & Aragon bene declarando, & Dominic. à Soto dict. lib. 9. de iustitia & iure, quæst. 4. artic. 4. in princip. in. 1. conclus. loquens de ecclesiæ fundis, quorum fructibus clerici clericali iure viuunt: & postea colum. sequenti inquit, hanc primam & secundam conclusiones quas ibi proponit, esse iure receptissimas: & Balbus d. quæstione. 7. Regia l. 2. titulo. 1. partita. 1. ibi: *Fueras ende de aquellas heredades que han de la*
Ecc 2 ygle-

808: **Canoniar. Quæstion. D. Ioan. Gutierrez**

yglesias do sruen. & l. 2. tit. 5. libro. 1. nouæ collect. reg. in versic. y otro si. ibi: Y de todos los otros bienes que han, que no sean de sus
55 *yglesias.* Attamen cõsuetudine legitime præscripta obtineri poterit libertas ab harum decimarum solutione, vt in clerico est prædictum, & in terminis probat Felin. in d. c. causam quæ. num. 1. Couar. & latius Didacus Perez vbi supra, & inquit Couar. quem refert & sequitur Aragon vbi supra, quod ita in plerisque regionibus obtentum est, nec immeritò, cum & iuxta iuris sanctiones decimas istas minimè deberi teneant glos. & cæteri supra allegati, & præterea id probent leges Regiæ.

56 Quæ ratione forsan sustineri poterit quod Didac. Perez colum. 204. ex sententia Archid. Adriani, & aliorum, de qua meminimus supra in versicu. vltimo, in prædict. articulo, quibus nunc addit Guido Pap. decisio. 283. num. 2. & Abb. in c. in quibusdam. colum. fin. de decim. tenet, dicens, quod vbi est consuetudo non soluendi decimas ex prædijs datis in dotem ecclesiæ seu capellæ, etsi non sit præscriptio completa per tempus requisitum ad exceptionem earum, hoc est, ad excusationem, vt eam intelligo sentire, erit nihilominus in conscientia tutus non soluens decimas temporis præteriti nõ petitas, donec fuerit condemnatus, nec dubitat ea in specie possessores capellaniarum & oratoriorum esse immunes, eo quod antea dictæ decimæ nunquam fuerint solutæ ecclesiæ ex prædijs destinatis capellis & oratorijs: nihilominus dubia videtur hæc opinio, nisi eam intelligamus, quoties prædicti possessores sint parati eas decimas soluere, si ab eis petatur, nulla admissa fraude: leges enim

57 Regiæ supra allegatæ, & etsi expresse videantur probare de huiusmodi terris ecclesiæ non esse soluendas decimas, id tamen procedit, quando sunt in propria parochia ecclesiæ, quæ eas clericis dedit, vt declarat d. l. Partim: sed si quæ do sint in aliena parochia, quæ tunc tenentur ad prædiales decimas ex talibus hæreditatibus ecclesiarum, iuxta su

prædictam magis receptam sententiam, secundum Gregorium Lopez in dict. l. 2. in gloss. heredades. in fin. & videtur sequi Azeue. vbi sup. nu. 13.

58 Consuetudo præterea quod decimæ vni ecclesiæ debent iure communi, alteri ecclesiæ soluuntur, valida erit, vt in cap. ad Apostolicæ. & in cap. cum contingat. & in cap. quoniam, de decim. & alibi sapissimè, vbi probatur, consuetudinem in decimis soluendis considerandam esse: quod tenent Doctores, præcipue Cardinal. consil. 88. Rebuffus de decimis, quæstio. 13. numero. 47. & 60. & Couarru. vbi supra, dict. numer. 8. versicul. tertio deducitur, & in versicu. quarto, fortiori ratione inquit procedere, quod gloss. & Doctores per text. ibi tradiderunt in dict. cap. cum contingat. dicentes, consuetudinem, veluti iustissimum interpretem, obseruandam esse, quoties de iure dubium est, cui ecclesiæ decimæ ex certis rebus sint soluendæ: & in hac specie late probat ex communi traditione, sufficere decem annorum consuetudinem, cum ea non sit contra ius canonicum, sed potius eiusdem iuris æqua interpretatio, quæ præter ius aliquid inducere censetur, secundum Abbatem in dict. capit. cum sint homines. iure enim canonico cõsuetudo præter ius legitime decennio inducitur, iuxta glossam & communem, quam ibi refert, in capit. vltimo. verbo, consuetudo, de consuetud. ne. libro. 6. refert & sequitur Aragon vbi supra, corollar. 3. Et hæc de consuetudine non soluendi decimas in totum, vel pro parte.

59 Nunc verò videamus de præscriptione, an ea sufficiens sit, vt eximere quem possit ab obligatione soluendi decimas? De clericis, quod legitima præscriptione possint se à solutione decimarum liberare, supra resoluiimus, estque communis sententia, vt cum alijs resoluit Menchaca libro. 2. controuersiarum illustrium. capit. 89. numero. 10. Quod procedit etiam quoad totam decimarum portionem, secundum Dominicum in capite. 2.

§. pen

§. penult. de decim. lib. 6. & alios quos refert & sequitur Couarr. dict. libro. 1. variar. resolution. c. 17. num. 10. in princi. Quod verum intelligo tam quoad præscriptionem, quàm quoad consuetudinē de qua supra egimus, quoad eam partē, qua decimæ iuris positiui sunt, & sic vltra necessitatem & congruam sustentationem ministrorum ecclesiasticorū: secūs verò quoad ipsam præcisam sustentationem, iuxta latē supra dicta atque de ducta, & in terminis admonet Couarr. dict. c. 17. numer. 6. versic. quarto ibi, illud tamen, &c. quidquid contrarium iniuriam veli Menchaca vbi supra, & hoc quoad præscriptionem libertatis soluēdi decimas: tametsi Petrus Rebuffus de decim. quæstione. 13. num. 55. & 60. teneat clericos nō posse præscribere libertatem soluēdi decimas, quotē tamen quas allegat loquuntur in laicis, de quibus postea agemus.

60 Sed quid iuris erit, si eas ab alijs soluendas præscribere prætendant clerici? Et in hac specie quanuis Florentin. in 2. parte suæ summæ. tit. 4. c. 3. §. 3. versicul. & nota quod Episcopus. teneat, quod clericus vel religiosus, qui non habent parochiam, decimas præscribere non possint, per c. placuit. el. 2. cum sequentibus. 16. quæst. 1. & per ea, quæ notant Doctores in. c. de quarta. de præscription. glos. & DD. in e. penultim. de decim. & Abb. in c. suggestū. in. 1. notabili. eodē tit. Nihilominus tamen eas longissimo tempore præscribere poterunt, secundū Rebuff. de decim. quæstio. 13. num. 63. post Ioannem de Turrecremata, quem refert in cap. fin. 16. quæstio. 1. in. 1. quæstione. quia iura allegata per Florentin. contrarium non probant, sed tantū prohibent monachis iura parochialia usurpare: si tamen illa tempore habili ad præscribendum possederint, præscribere eas possunt. Præterea contra Florentinum facit text. in c. statuto. § penultimo. de decim. in 6. vbi quod religiosi exempti & non exempti soluere debent decimas integrè de possessionibus acquisitis & acquirendis illis eccle-

sijs, quibus eadem possessiones & terræ prius fuerant decimales, nisi super hoc speciali iure, vel privilegio sint muniti.

61 Laici verò, veluti incapaces huius quasi possessionis, præscribere minime possint hanc immunitatem: iuxta gloss. in dict. c. in quibusdam. verbo, consuetudine, ibi, hoc dico in laicis. Eandem partem sequitur Rebuff. vbi supra, nu. 55. & 56. alios allegans, vbi quod nullus potest præscribere libertatem nullas soluēdi decimas, etiamsi viueret per mille annos, vt Dominic. scripsit in dict. c. 2. numer. 13. de decim. in 6. & inquit Barbatus consil. 53. sapienter, colum. 6. volumine. 2. laicum teneri ad soluendas decimas, etiam si per centum annos non soluerit, quia si tardiùs dare peccatum est, quanto peius peccatum est non dedisse? c. decimæ. in principio. 16. quæstione. 1. imò tanto grauiùs, quanto diutius infelicem detinent animam ligatam, vt in cap. final. de consuetudin. dicit communem Menchaca vbi supra, dict. num. 10.

62 Hæc tamen communis sententia limitatur primò contra laicum, cui fuissent decimæ privilegio concessæ ante Concilium Lateranense, quia contra illum liberatio præscribi potest: tum quia cessant rationes, quibus institutæ fuerunt: tum quia illæ decimæ ad vsum proprium laici suscipiuntur: ita consuluic Carolus Ruin. consil. 142. clarum est. volumine. 2. quem refert & sequitur Petrus Rebuff. vbi supra, numer. 55. in versicul. nisi contra laicum, & nos quoque cum alijs idem probauimus libro. 1. practicar. quæstio. q. 13. nu. 3. & q. 14. nu. 7. vbi retulimus Menchacam dicentem hanc esse comunem opinionem.

63 Secundò eadem sententia limitatur, vt quotam decimæ præscribere possit laicus, nempe vt soluat duodecimam, vigesimam, vel aliam partem, vt in. c. commissum. & in. c. dilecti. & in cap. cū sint. & in cap. in quibusdam. de decim. ad hoc enim laicus non est incapax: ita firmat Paulus Paris, consil. 35. vidi, num. 21.

volu. 4. quem etiam refert & sequitur Petr. Rebuff. vbi sup. d. q. 13. nu. 71. dicēs sic fuisse iudicatum in illo Senatu: quod sublimitat ipse ibidem num. 59. quādo curatus indigeret, & non posset commodè viuere ex illa parte, quia tūc poterit petere decimas integras, non obstante aliqua præscriptione, secundū Angel. de Clauas. in sua summa, verb. decima. §. 2. quia nulla consuetudo potest contra ius naturale & morale disponere, videlicet vt qui ministrat spiritualia, non metat temporalia, iuxta diui Pauli sententiam: imò hoc casu posset curatus exigere personales, videlicet, quando aliæ prædiales non essent, vel tam raræ, quibus ipse viuere non posset, vt Hostiens. docet in d. c. in quibusdam. in fin. quod ex superioribus in proposito adductis satis comprobari potest.

64 *Quinimo D. Couar. d. lib. 1. variarum resolutio. c. 17. num. 10. à prædict. communi sententia discedit, existimans, laicum posse etiam titulo præscriptionis se eximere à solutione decimarum in totum. Primò, quia etsi laici incapaces sint iuris percipiendi decimas ab alijs ex alienis fundis, quæ ecclesijs debentur, vt in d. c. causam quæ. non tamen videt alicubi probari, eos esse incapaces ad quasi possidendam exemptionem istam à solutione decimarum, cum nec ius istud sit spirituale, nec quasi spirituale, vt ibi probat. Secundò id probat ex his, quæ supra diximus, quibus probauimus laicū eximi posse per consuetudinē ab obligatione soluendi decimas: si enim laicus esset incapax iuris exemptionis à solutione decimarum, nec etiam consuetudine immemoriali, nedum præscriptione, ab illa obligatione eximi posset: nulla namque consuetudo, etiam temporis immemoralis capaces reddit alicuius iuris eos, qui verè incapaces existunt. Abb. in cap. vltimo, de consuetudin. in 5. requisito consuet. & alijs, quos ipse ibi refert: sed in consuetudine contrarium supra probauimus cū cōmuni, imò quod ipsa possit eximere laicos à iure soluendi decimas: ergò & in præscriptione idē*

dicendum videtur: quod tanquam indubium probat Menchac. vbi supra, d. nu. 10. Et profectò in puncto iuris isthæc opinio verior videtur, eo adhibito temperamento, quod sæpè prædiximus, nēpè dum modo ex hoc ministris spiritualia ministrantibus congrua & sufficiens sustentatio non sufferatur, id enim nec consuetudo, nec vlla præscriptio tollere potest, cum sit iuris naturalis ac diuini nouæ legis, & præterea his concurrentibus, quæ ad legitimam præscriptionem decimarum requiruntur, de quibus statim agemus, quibus stantibus, probabilius videtur laicos posse præscribere libertatem soluendi decimas.

65 Est tamen maxima differentia in proposito inter consuetudinem & præscriptionem circa tempus quo induci debet; consuetudo enim non soluendi decimas legitima ac sufficiens censetur per cursum atque vsum. 40. annorum, vt in c. vltimo, de consuetud. ita in specie de qua agimus, censuit Paul. Paris. d. conf. 25. num. 6. & 27. lib. 4. vbi inquit, quòd quando præscriptio habet annexam consuetudinem, sufficiunt 40. anni, etiam si contra Papam & Romanam ecclesiam præscriberetur; sequitur D. Couarr. d. c. 17. num. 8. versicul. decimò. & Didac. Perez in dict. l. 1. tit. 5. lib. 1. ordinam. veter. colu. 205. versu. est tamen circa prædicta: quod verum puto, tamen si Socinus consil. 297. libro. 2. & Fulgos. consil. 166. & expressiùs Balb. de præscriptio. 5. par. princip. quæst. 6. senserint, hanc consuetudinem induci non posse minori tempore quàm immemoriali; quod expressè probat Rebuff. d. q. 13. de decim. numer. 53. in fin. & tandem Didac. Perez sibi contrarius vbi supra, colu. 203. in versicul. non soluendi: quorum opinio in consuetudine vera esse non potest, sed tantum in præscriptione, vt in c. 1. de præscriptio. lib. 6. secundum Couar. vbi supra, & Perez colu. 205. versicul. ex quibus. Nec ad consuetudinem istam, etiam si ei aduersetur iuris communis præsumptio, titulus est necessarius, nec bona fides, cū tex. in d.

c. 1.

cap. 1. de præfcription. libr. 6. id requirens procedit in præfcriptione, vt ipfemet expreffè loquitur, non in confuetudine, fecundùm Archidiac. Dominic. & Præpof. ibi n. 12. glos. Abb. & Rochū de Curr. in c. vlt. de confuetud. fectione 5. fol. 67. in paruis, nu. 2. & 3. & Petrū de Rauena ibi fectione 3. numer. 8. Felin. in cap. fi diligenti. n. 8. de præfcript. Alex. conf. 6. lib. 1. Deciū conf. 134. ad fin. nu. 5. Iaf. in l. de quibus, nume. 46. ff. de legibus, Francifcum Balb. vbi fupra, in 1. p. princip. quæft. 10. nu. 7. eſtque receptum ab his & alijs, fecundùm D. Couarr. vbi fupra, d. num. 8. verſ. decimo, ibi, Nec ad confuetudinem, & Didac. Perez d. colu. 205. verſic. præterea, qui id fequuntur.

67 At verò in præfcriptione fecus eſt in propoſito dicendum, quia requiruntur 40. anni cum titulo, vel tempus immemorabile, vt in dict. cap. 1. de præfcript. libr. 6. qui in hoc expreffus eſt, ex quo text. hoc tenet Rebuf. de decim. quæſt. 13. num. 81. cum fequentibus, idque probatiſſimum eſt in iure, fecundùm Couar. vbi fupra, & iterum num. 10. ibi; ea verò præfcriptio; & latius in nu. 7. vbi loquitur in præfcriptione clericorum & Eccleſiæ, circa decimas contra alterā parochiam: ſequitur etiam Didac. Perez vbi fupra, in d. verſ. præterea, ibi: Ius autem: & de titulo requiſito ab illo text. de que eius intellectu in propoſito late agit Menchac. libr. 2. controuerſ. illuſtr. c. 87. nu. 3. cum ſeqq.

68 Maximè igitur oportet ſcire, qualiter cōſuetudo à præfcriptione diſtinctè cognoſcatur; & quamuis Canoniſtæ ſæpius confuetudinem pro præfcriptione accipiant, fecundùm Paul. Caſtrenſ. in l. de quibus. ff. de legibus, colu. 3. & DD. in cap. fin. de confuetud. plures tamen ſunt differentiæ inter eas, vt patet ex glos. in dict. cap. fin. de confuet. & Hoſtienſ. in ſumma, de confuet. §. fin. verſic. extra ſummam, colum. penultim. & vltim. glos. in cap. ſeruitium. 18. quæſtion. 2. Rochus de Curt. in d. cap. fin. in 5. fectione, nu. 3. & ſex differentiæ congerit Bald. in tract. de præfcriptio. 1. parte

princip. q. 10. per totam, vol. 8. tract. diuerſ. Doct.

69 Illa tamen præcipua & ſubſtantialiſ inter cæteras differentia eſt inter confuetudinem & præfcriptionem, ex qua vnaquæque clariuſ dignoſci poterit, nempè quod ex præfcriptione acquiritur ius priuato, ſiue illud trahatur ex publico, ſiue ex priuato: per cōſuetudinem verò non acquiritur ius alicui priuato, ſed in publico, vndecumq; cauſetur, & etiam ſi ius trahatur ex priuato, acquiritur tamen in publico & cōmuni, vt in caſu l. venditor. §. ſi conſtat. ff. cōmun. præd. & ideò ſi acquireretur certis perſonis priuatis, non eſſet confuetudo, ſed præfcriptio: confuetudo namque eſt lex non ſcripta, vt in l. de quibus. ff. de legibus, ſicque debet eſſe cōmunis. c. erit autem lex. 4. diſtinctione. Si ergo acquiritur priuato, non poteſt dici lex, quia non eſt communis: ita Abb. in c. ſi. de confuet. nu. 20. poſt Ant. de Butr. & Hoſtienſ. idem Abb. in cap. cum Eccleſia Sutrina, n. 45. verſ. ego faſtor, de cauſa poſſ. & prop. idem conſil. 18. in cauſa & q. 2. p. conſ. Alexa. conf. 6. viſo. col. fin. vol. 1. Rochus in d. cap. fin. de confuet. fectione 5. nu. 3. & Petrus de Rauena ibidem fectione 3. nu. 7. & Balb. vbi fupra, n. 3. & 4. & Petrus Rebuf. in d. 13. q. de decim. num. 45. vbi alios authores in idem citat. ¶ Quandoque tamen vnum & idem poteſt eſſe præfcriptio reſpectu certorū, & confuetudo reſpectu aliorū, vt pulchrè declarat Ioann. Andr. tradens notabile exemplum, in c. 3. de confuet. libr. 6. refert & ſequitur Panormit. in dict. cap. fin. d. nu. 20. verſic. ſcias tamen, & Balb. vbi fupra, numer. 4. circa finem, vbi nu. ſi. docet, quòd licet præfcriptio & confuetudo differant in multis, vt ex ſupra citatis patet, non tamen dicuntur contraria, ideò ſimul poſſunt allegari, fecundùm Bald. in d. l. 1. num. 23. C. de furt. & ſeru. corrup.

71 Sed quāuis laici confuetudine vel legitima præfcriptione poſſint ſibi acquirere libertatem ac immunitatem à ſolutione decimarum à ſe alijs de-

Ecc 4 bitarum;

bitatum: nihilominus tamen ius percipiendi decimas ab alijs, minimè præscribere possunt, sunt enim huius iuris omnino incapaces, nisi titulum sufficientem habeant atque ostendant summi Pontificis ante Conciliū Lateranense sibi, suisque prædecessoribus concessum, ut latè probauimus libr. 1. pract. quæst. 14. cum sequentibus, vbi an sufficiat allegatio præd. tituli cum immemoriali probata.

72 Illa solū se nobis hic offert examinanda quæstio difficilis, an laici iure percipiendi decimas spoliati, & agentes interdicto recuperandæ, sint ante omnia restituendi? & esse restituendos ante omnia, probauit expressè glos. in cap. 1. verbo possideri, ibi: Ego credo. 14. q. 1. cū prædo spoliatus etiā ante omnia sit restituendus, ut in c. in literis. de restit. spol. & laici quotidie possideant decimas ex tolerantia Prælatorum: ita Bartholomæus Brixienf. vbi sup. secundū cuius opinionem inquit Guid. Pape decis. 288. num. 3. se vidisse pluries iudicari in illa curia Parlamenti in pluribus & diuersis causis in materia possessionis decimarum in eadem curia ventilatis, illamque probare videtur opinionem; ex eo quod sapissimè spoliatus ea re, quam iure communi possidere non potest, est ante omnia restituendus, ut in c. licet Episcopus, de præb. in 6. & in l. 1. §. de iur. ff. de vi & vi armata, & in l. 1. C. si per vim vel alio modo. ergo quāuis aduersus laicum sit præsumptio iuris; cū tamen obtinuerit ius istud decimas percipiendi, & eo fuerit spoliatus, restituendus erit ante omnia in illo, suaque possessione. Hæc tamen opinio eo corrūit fundamēto, quod laicus sit omnino incapax possessionis, vel quasi, huius iuris percipiendi decimas, quod petit sibi restitui interdicto vnde vi, ut in cap. causam quæ. de præscriptio. cum sim. l. & ided nō tantūm habet cōtra se præsumptionem iuris cōmunis, verūm etiā incapacitatem possessionis, quam sibi restitui petit.

Rursus quod huiusmodi laici nō sine

ante omnia restituendi, nisi probauerint id ius verè ad eos pertinere, vel ex privilegio Romani Pontificis, vel ex concessione feudali ante Lateranense Concilium, facit, quoniam iuris communis præsumptio ipsis in hoc iure aduersatur, ut in c. ad decimas, de restitutione spoliati. in 6. vbi Ecclesia sancti Nicolai spoliata à possessione, quam habet percipiendi decimas intra parochiam alienā, nempe Ecclesiæ B. non restituitur nisi euidenter docuerit, quod earum possessione legitime assequuta fuisset: cui tex. ne obsit. c. cum Ecclesia Sutrina. de causa poss. & propriet. 14. intellectus congerit Menchaca libr. 2. controuers. illustr. cap. 86. per totum: & præterea laici sunt incapaces prædict. possessionis, quam sibi restitui petunt, ut modò dicebamus, atque ita indistinctè in terminis, secundū hanc opinionem responderunt Ioan. Andr. ad Specul. in rubr. de restitutione spoliati. Anton. & Abb. in cap. si diligenti. de præscriptio. colum. penul. Felin. in cap. ad petitionem, num. 17. de accusatio. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune, in septima fallentia. ff. de acquirenda possessione, & ibi Ripa num. 81. hanc etiam opinionem in effectu tenuit Guid. Pape d. decis. 288. num. 3. dum dicit, quod si laicus non haberet titulū, tunc spoliatus non reintegraretur, per tex. in dict. cap. ad decimas, cū ius cōmune faciat cōtra eum, ut ibi: & inquit additio, Non haberet titulum causatum ante Lateranense Concilium, quia hodie decimæ laicis in feudum concedi à personis Ecclesiasticis vel secularibus non possunt, ut in prædict. cap. causam quæ. eandem sententiam expressè probauit glos. in d. cap. ad decimas, verb. præsumuntur, contra Barthol. Brixienf. alteram vbi supra receptam.

73 Quæ opinio maximè comprobatur ex sententia, quæ habet, spoliatum non esse restituendum ante omnia, quoties ei obijcitur atque obstat exceptio, quod nec possidet, nec possidere potest, ut patet ex Alex. in d. §. nihil commune, n. 24. & ibi Corrasius in 2. parte num. 61. & hoc

& hoc affirmant omnes, vt plures referens testatur Menochius in 15. remedio recuperand. possess. num. 433. qui numeris sequentibus plura exempla refert, quę in proposito satis conducunt. Quid tenendum?

74 Mihi in hoc articulo tertia opinio placet eorum, qui tenent, restitutionem hanc spoliato ante omnia concedendam fore, vbi pro reo, aduersus quem agitur interdicto vnde vi, non adest iuris præsumptio, tamen si ea aduersetur actori:

75 decitio si quidem. c. ad decimas, de restitutione spoliat. in 6. tunc obtinet, cum aduersus agentem est iuris præsumptio, & ea palam reo suffragatur: secus verò si pro reo illa iuris præsumptio non ad sit, licet ipsa existat contra agentem, iuxta glossam ibi verb. præsumuntur, ibi: Hic ergo, & c. & Ioã. Andr. Monach. & Dominic. Iaf. numer. 47. Ripa 77. in dict. §. nihil commune, vbi alios citant. Petrus Rebuf. de decim. quęst. 13. num. 83. estq; magis communis opinio, vt testatur Nauarr. in repetitione cap. accepta, de restitutione spol. oppositione 10. nume. 21. & D. Couar. libr. 1. variarum resol. c. 17. numer. 6. vbi quod fortassis in praxi obtinebit, est etiam communis secundum Menchac. lib. 2. coutrouers. illustr. cap. 86. num. 18. vers. Quartusdecimus: & c.

76 89. num. 5. † Quo fit, vt ad petendam restitutionem ex interdicto vnde vi, satis sit præsumptionem iuris non adesse reo spoliati, licet actori contraria sit, vt habet hæc tertia opinio, quam sequi videtur Menchac. vbi supra, & probat, dicitque veriore Menchac. d. cap. 89. n.

77 4. & 5. † vbi quod laicus spoliatus ab alio laico iure percipiendi decimas, est ante omnia restituendus: quod si laicus hoc iure percipiendi decimas fuerit spoliatus ab Ecclesia vel clericis, intra cuius parochia terminos illa decima percipiuntur, & sic ab illis, quibus præsumptio iuris communis fauebat, non esset quidem restituendus ante omnia, nisi de legitimo titulo euidenter doceret, vt in d. c. ad decimas, iuxta communem ac magis receptum eius intellectum modò relat.

78 Illud tandem in proposito obseruandum erit, præscriptionem percipiendi decimas intra alienam parochiam, ad noualia minimè extendi, nisi rationabilis causa ostendatur, vt in cap. cum contingat, & cap. seq. de decim. vbi hoc ad literam probatur, & in cap. vltimo. §. finali de decim. in 6. vbi loquitur in concessione decimarum alicuius loci, vt nõ intelligantur concessę decimæ noualium agrorum eiusdem loci, & in cap. tua. de decim. el. 1. † & idem præscriptio decimarum inducta in omnibus prædictis, vno excepto, ad illud non extenditur, secundum Innocenc. in c. tua, de decim. Archidiaco. in cap. quicumque. 16. quęst. 1. Panorm. in d. c. cum contingat, circa fin. Felin. eos referens in cap. auditis, nu. 15. vers. præscriptio decimarum, de præscript. sequitur Balb. in tractatu de præscript. 2. parte princip. quęst. 2. nu. 17. &

80 Rebuf. de decim. quęst. 14. nume. 9. † Sic etiam aliquo præscribente decimas in vna villa, in qua sunt agri diuersi, habentes diuersos terminos, si aliqui agri eiusdem ville penitus inculti de nouo redigantur ad culturam, decima inde proueniens debetur, non præscribitur, sed tanquam de noualibus illi, ad quę illius villę spectant decimæ de iure comuni, vel antiqua consuetudine, vt in dict. c. cum contingat. ita Abb. d. cons. 71. nu. 3. vers. & per hæc putò, vbi benè declarat, & Rebuf. vbi supra.

81 Idem est in consuetudine, vt si quis ex consuetudine antiqua perciperet decimas, tamen noualia in cuius territorio fiunt, non habebit, secundum Hostiens. & alios in c. cum contingat. sequitur Rebuf. vbi supra, numer. 16. quia consuetudo, & priuilegium æquiparantur, cap. conquestus. 9. quęst. 3. c. quo ad sedem. de officio ordina. nec posset trahi consuetudo ad illa, de quibus non est consuetum, licet consuetudo aliis in materia nõ præiudiciali multum extendi possit. l. de quib. ff. de legib. c. simil. vt per Rebuf. vbi supra, vbi nu. 17. limitat, quando noualia possedisset per tempus immemorabile, nam eodẽ tempore præscribitur

scribi possunt decimæ nouales quo veteres: si verò de noualibus habeat titulum coloratum, tunc quadraginta anni sufficient ad præscribendum decimas noualium, sicut in alijs decimis, vt per Felin. & alios in cap. de quarta, de præscript.

83 Et ratio tex. in d. c. cum cõtingat. est, secundum DD. ibi, quia tantum præscriptum, quantum possessum; sine possessione enim præscriptio non procedit. c. si diligenti. de præscript. & in regula sine possessione, de reg. iuris libr. 6. sed ille de quo in eo text. non possedit decimas noualium, cum nullæ essent: ergo in eis præscriptio non procedit, iuxta tex. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itinere, actuque priuat. vbi Bart. & Angel. Innoc. in c. Cumana. de electione. l. qui fundum. §. 1. ff. de vsucap. pro empt. quem tex. singularem dicunt Roman. singul. 577. & Balb. de præscript. 2. parte princip. quæst. 2. num. 17. volu. 8.

84 tractat. diuers. DD. † Præterea præscriptio ad futura non extenditur, etiã similia, idè ad nouales decimas non trahitur. Panormit. in d. c. cum contingat. in

85 vltimo notabili, per illum text. † quia in præscriptione stricta fieri debet interpretatione, secundum Socin. cons. 275. in causa, colum. 3. vers. sed posito, in 2. volum. est enim strictissimi iuris, & nõ extenditur ad non possessa, vt cum Card. tenet Felin. in cap. auditis, num. 11. in fin. de præscript. vbi numer. 12. & 13. plurima hinc infert, actus enim taciti non sunt interpretandi vltra quàm se extendant, secundum Bald. in l. quod constitutum. C. de stat. defunctorum, vbi quod etsi præscriptio fauorabiliter disponat, adhuc tamen ad similia non extenditur: quod in proposito maximã habet æquitatem, secundum D. Hostiæf. Ioan. Andr. & Card. in d. c. cum contingat, vt Ecclesia nempè parochialis, quæ fortè aliàs non habet decimas, & pauca alia, vel fortè nulla bona, noualium saltem decimas habeat: sequitur prædicta, & latè comprobat Balb. de præscript. 2. parte princip. q. 2. num. 11. cum sequen-

tibus, volum. 8. tract. & Rebuf. de decim. q. 14. num. 12. vbi nu. 13. quod præscriptio non habet locum, nisi in illo actu, quo præscribens fuit vsus, vt in d. l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priuat. Alex. cons. 122. viso puncto, in fin. volumine 4. & cons. 16. in causa, num. 12. & cons. 33. ponderatis, nu.

86 7. volumine 5. † Quo fit, vt si qui testes deponant aliquem percepisse decimas frumenti, alij testes vini, non sufficeret ad assignandum totum genus decimarum, sed tantum in his in quibus probant, nam minutæ & mixtæ saltem curato remanebunt, cum de his probatum non sit, vt docet Innocent. in cap. licet ex quadam, de testibus, sequuntur Collecta. in c. nuper, eod. titul. & Rebuf. qui supra d. nu. 12.

87 Contra hoc tamen vltimum nõ obest, quod idem Rebuf. ibidem n. 23. resoluit post Balb. de præscript. 2. p. princip. q. 2. numer. 21. nempè quod qui præscripsit decimas maiores in vna parochia, minutas etiam videtur præscripsisse, quia accessoria sunt. c. cum in tua, de decim. & præscriptio facta de principali, ad accessoria & connexa inseparabiliter trahitur, tex. in l. si aliena. §. 1. ff. de vsucap. & l. eos. C. de vsur. Balb. latè vbi supra, n. 12. cum sequentibus post Felin. statim citandum: & stricta depositio relata ad ius decimarum, extenditur ad speciem sub eodem genere comprehensam, & ad rem, & ad materiam eandem, secundum Anton. But. in d. c. cum contingat, colu. 1. & infra latius dicemus, hoc namque verum est, & procedit, quando accessorium in initio præscriptionis inchoatè inerat principali: secus si postea, vt in l. qui fundum. §. 1. ff. de vsuc. singularis, secundum Rom. sing. 577. tu habes regulam. Felin. plenè in cap. auditis, colu. 10. nu. 20. vers. 4. declaro, de præscript. Rebuf. vbi supra, num. 24. post Balb. vbi supra, nu. 14. † Vnde si præscribens percepit decimas maiores in vno loco per tempus immemorabile, & nullus ibi recepit decimas minutas, si postea eas petat à laicis, non poterunt ipsi ei denegare,

gare, quia ius decimandi contra eum præscripsit: ergo in omnibus, nec poterunt se ipsi iuuare præscriptione non soluendi: ut in specie colligit Rebuff. d. nu. 24. quanuis illud de accessorijs quod prædiximus, præcedentibus non conueniat: nam decimæ minutæ non sunt connecte inseparabiliter grossis vel maioribus, quandoquidem separari possunt, ac ab diuersis ecclesijs præscribi, ut infra dicemus: dicta verò in vers. præcedenti, præterea præscriptio, num. 84. procedunt, quoties ab initio præscriptionis inchoata decimæ minutæ non inerant principali, & de his nulla præscriptio probatur, sed tantum de maioribus decimis: merito igitur ut tunc tantum præscriptum censeatur, quantum possessum, ac proinde præscribenti maiores decimas tantum, hæc tantum, non verò minores assignandæ sint, sed remaneant curato, vel illi ad quem aliàs de iure pertineant.

90 Præterea quod prædiximus, quod qui præscripsit decimas maiores in vna parochia, minutas etiam videatur præscripsisse, procedit tunc demum, quando alius illas minutas decimas non percepisset, secus verò quando minutæ decimæ fuerunt vni solutæ, & grossæ alteri; tunc enim is, qui grossas præscripsit, minutas non habebit, secundum Hostiens. Ioann. Andream, Panormit. & alios in d. c. cum in tua. per illum tex. de decim. & Felin. in d. c. auditis. nu. 19. de præscript. & Balb. vbi supra, num. 20. & 21. & Rebuff. vbi supra. d. q. 14. nume. 25. & 26. vbi eum text. ad hoc expressum reputat, iuxta integram Decretalis, quæ ibi expendit, & secundum eum dicit ibi Antonius, quod quando non apparet decimas minutas per alium fuisse perceptas, tunc ex perceptione grossarum sub nomine decimæ simpliciter sunt decimæ ipsæ grossæ & minutæ vnum & idem ius, & ideo tunc quoad minutas censeatur præscriptum: sed si alia ecclesia vel persona percepisset minutas, esset interrupta præscriptio quoad minutas, ideo tunc colligenti grossas debentur gros-

se: colligenti verò minutas, minutæ. 91 Idem si vnus recipiebat decimam vini, alter frumenti, si in vno fundo sit frumentum & vinum, quia tunc is, qui percipiebat decimam vini, eam habebit ex vino, & alter decimam frumenti ex frumento; nec inconuenit eandem rem in hac specie diuerso iure censerì, quia id contingit propter diuersum accidens concurrens, secundum Anton. & alios in d. c. cum in tua. vel propter diuersos respectus. Glo. in. c. cognouimus. 12. q. 2. Rebuffus alios referens vbi supra. d. q. 14. nu. 27. post Bald. d. 2. part. princip. q. 2. n. 18. & 21. Superiora dicta de noualibus, nempe quod præscriptio percipiendi decimas intra alienam parochiam, ad noualia minimè extendatur, nisi rationabilis causa ostendatur, vera sunt & procedunt, vbi nouale omninò distinctum est ab his agris, qui coli consueuerunt, & è quibus præscribens decimas obtinuit: secus si nouiter procisus fuerit ager, ex quo siluæ cedue, glandium, sceni, aut herbæ redditus, vel aliorum percipiebantur, & horum decima portio vel alia præscribenti soluta fuerit, tunc enim ad eum etiam pertinebit frumenti, vel alterius fructus nunc primum ab agro collecti decima, quæ hic ager vsucapiendi decimas soluere consueuit. ex fructibus ab eo perceptis: vnde parum refert fructus eius nunc mutari, quia vna & eadem res nõ debet diuerso iure censerì, alio qui enim esset in potestate ferentis priuare decimis aliquem, contra regulam id quod nostrum. ff. de reg. iur. & in terminis ita probat text. secundum alteram lecturam communiter approbatam, multumque literæ congruentem, in d. c. cum in tua. de decim. vbi quod si præscribens decimam in certa terra, percepit decimam de omnibus eius fructibus inde prouenientibus, præterquam de certis quibusdam ibidem annuatim perceptis, de quibus nulli fuit decima soluta, horum fructuum decima debetur, non ecclesiæ parochiali, ad quam iure communi pertinet illius terræ decima, sed ecclesiæ, quæ præscripsit decimam in illo agro, illa enim

- enim terra est decimalis, & vna eademq; res non debet diuerso iure censeretur: quasi dicat text. ¶ quod percipiendo decimam aliquorum fructuum in vno agro, nemine percipiente aliorum fructuum decimam, videtur ius decimandi in totum acquisitum ipsi præscribenti, non enim habuisse videtur respectum acquirendi partem, sed totum propter unitatem subiecti: & ita ex illo text. iuxta prædictam lectionem communiter approbatam hanc opinionem in terminis tenuit ibi Abb. in 2. lectione. idem Abbas conf. 71. num. 2. versic. secundò principaliter, in 2. part. consilior. & Paul. Paris. conf. 73. num. 12. cum sequentibus. libr. 4. Felin. in c. auditis. num. 19. de præscript. Nicolaus Milis in suo repertorio, verb. decima, versic. antepenult. Francis. Balb. de præscriptio. 2. part. princip. q. 2. nu. 18. cum sequentibus. volum. 8. Couar. lib. 1. variar. resolutio. cap. 17. num. 13. Burgos de Paz conf. 50. num. 12. cum sequentibus. vbi alios allegat. D. Azeued. in l. 2. nu. 9. tit. 5. lib. 1. noue collect. reg. Petrus Rebuffus de decim. d. q. 14. num. 14. vbi &
- 94 in num. 18. ¶ quod si quis possederit & præscripserit decimas frumenti in tali parochia, si seminetur ibi milium, vel crocus, vel herba ad tingendum commoda, quam vulgus Pastel vocat, vel aliud, is decimas illorum, quæ de nouo ibi feruntur, habebit, secundum Hostiæ. in c. tua. in fin. & Ancharran. in d. c. cū contingat. in fin. de decim. est communis secundum D. Couarr. in pract. quæstion. c. 37. num. 5. in princip. quia in dubio decimæ præscriptio est realis censenda, id est terram concernens, non speciem fructuum perceptorum, teste Ancharran. in dict. c. cū in tua. Ampliat Rebuff. ibidem num. 19. ¶ si de nouo plantentur nuges, vel vites in vno prædio, in quo quis præscripserit decimam, eo enim casu etiam habebit decimam ex illis arboribus de nouo plantatis, hoc est de fructibus illarum, per text. in d. c. cū in tua. vbi communiter Doctores, nā præscribens in certa terra decimam, videtur quoad omnes illius terræ fructus præ-
- 96 scripsisse, ¶ idè si de nouo lapides extraherentur, de lapidibus decimam habebit, id est de pretio quo lapides venduntur, quia præscriptio extenditur ad particularitatem iuris, apprehensi sub vnicò iure vniuersali, secundum Antoniū de Butr. in d. c. cū in tua. postquam enim prædium est vnicum & vniuersale, ad speciem, id est, partem in iure vniuersali cōprehensam, id est in ipso prædio existentem, fiet præscriptionis extensio, ne vna eademque res diuerso iure censeatur, & quia ibi est possessio totius prædij, quanuis non sit possessio illius rei nunc ibidem seminatæ, tamen præscripsit decimam fructuum illius fundi: ergo & fructuum, quicumq; producetur, habebit decimam, vt rectè deducit Rebuff. dict. num. 19. Inquit præterea idè
- 97 Rebuff. de decim. quæstion. 6. num. 35. ¶ quod is qui solitus erat habere decimam frumenti, si terra frumenti mutetur in vineam, eam habebit is de vino, & mutatio qualitatis non alterabit obligationem, nec ob id perdet suam decimam is, qui eam prius habebat, secundum Collect. & alios, quanuis alius haberet decimam vini: quod probatur in c. commissum. §. & sicut. de decim. per tex. ibi: ¶ & sicut etiam de pascuis olim decimæ persoluebantur, ita nunc de eisdem ad frugum fertilitatem translatis, decimas volumus abiq; diminutione persolui: quæ text. bene ponderat in hoc D. Azeue. in l. 2. nu. 8. titu. 5. libro. 1. noue collect. regie, vbi
- 98 num. 4. cum sequentibus late ex pluribus probat, ¶ quod licet de vinea decimabili vni ecclesie fiat castanetum, aliq; arbores fructiferæ plantentur aut nascantur, ex quibus alias regulariter de consuetudine vel præscriptione decimæ deberetur alteri ecclesie, vel Episcopo, debeat nihilominus decima castaneti & cæterarum arborum illi ecclesie cui antea decima vineæ debebatur: ¶ potest enim dominus fundi etiam cum contradictione curati vineam in agrum arabile mutare, vel e contra, nec curatus poterit se opponere quando hoc fit, quando quidem decima fructuum nouorum eidè
- 100 toruenda

soluenda est, cui & antiquorum eiusdem fundi, ut probari ac conuinci videtur ex d. cap. commissum. §. & sic. & ibi hoc concludunt DD. & Hostiens. in summi de decim. §. & vtrum. versic. decimò, & Rebuff. de decim. d. q. 6. num. 35. Couer. in pract. quæstio. c. 37. num. 5. in princ. & denique D. Azeue. vbi sup. nu. 5.

101 Ex quibus inferitur, quod qui præscripsit decimas in vna parte fundi, & postea fiat noualis alia parte fundi, is, qui in parte præscripsit decimas, & in hac nouali eas habebit, præscriptio enim partis indiuisibilis ad totum extenditur ratione indiuidui, quia est vnum prædium, & vna res non debet diuerso iure censeari, ut in d. c. cum in tua. & in l. cum qui edes. ff. de vsuc. c. cognouimus. l. 2. q. 2. & alibi, & in terminis huius illationis. ita post Abb. cons. 71. tenet Felin. d. c. auditis. num. 19. & Rebuff. d. q. 14. nu. 20. allegans eam tenentes Abb. d. cons. 71. in. 2. parte consilior. & Albertum Brunum de augment. in. 17. conclu. in principio. quam prius probarunt Vincent. & Ioann. Andreas, in c. fin. de priuileg. & Speculat. in tit. de probation. §. 1. versic. quid si vna pars. Ioann. Andr. & Antò. in d. c. cum in tua. & inquit Abb. d. consil. 71. num. 2. quod saltem hæc pars est verissima, vbi ager ille erat pro maiori parte cultus, nam tunc minor pars trahitur ad maiorem: sequitur etiam alios allegans Francisc. Balb. vbi supra. nu. 17. cum sequentibus, quia secundum eos ager vel fundus in parte redactus ad culturam, non potest dici rumpi, nec de nouo colli in altera parte incultra ipsius fundi: dixi in cons. 21. nu. 14.

102 Hoc tamè intelligit verum Rebuff. ibidem num. 27. quando apparet vnum esse prædium per limites vel ob clausuram, aut aliàs: secus si hoc non appareat, quia tunc quot sunt culturæ, tot sunt prædia per destinationem patris familiars; & in dubio ex tam longo tempore præsumuntur plures esse fundi, ut scripsit idem Rebuff. in l. silua cædua. §. noualis. versicul. quartò requiritur. ff. de verbo. significat. dicès, quod pars culta nõ tra-

hit ad se incultra: argum. l. quæ de tota: ff. de rei vendic. & quanuis singulæ glæbæ non sint collectæ, singulæ tamè fundi partes colendæ sunt, si velimus terram habere cultam. c. 1. de decim. in 6. & incultra pars est æquè principalis sicut culta; & ob id non venit cultæ partis appellatione: & ista pars nunc prædium proficua est: ergo dicitur noualis, si aliàs nõ fuerat culta: alioqui sequeretur, quod si quis haberet ceterum iugera vel arpæta tetra, & vnum præscinderet, deberet soluere decimam omnium centum: quod non est verum, idè noualis dicitur illa terra & pars, quæ ad culturam de nouo redacta est: & tandè remittit lectorem addicta per se in d. tract. de decim. d. q. 14. vbi tenet, quod prædiximus, secundum quod temperanda videtur opinio Abbatis & sequacium prædicta:

103 Similiter etiam qui præscripsit quasdam decimas in nemoribus vel pascuis, tunc si illa redigantur ad culturam, habebit & nouales, quia rationalis causa subest, ut postquam semper habuerunt in illis terris decimas, nunc habeant ex cultura, per text. in d. c. cum contingat. in fin. ibi: Nisi rationalis causa contèdatur, per quam appareat noualium ad eos decimas non pertinere: vbi Abb. & alij hoc tenent, & Rebuff. alios allegans d. q. 14. num. 22. † Et quanuis prædicta in præscriptione obrineant, à fortiori in cõsuetudine procedent, quæ ex sui natura in vniuerso quaritur: hoc est, in omni fructu, secundum Abb. in cap. cum dilectus. colum. fin. & in cap. fin. column. antepenult. de consuet. & alios referens in terminis ita tenet Burgos de Paz dict. cons. 50. num. 16.

105 Superiora proximè dicta procedunt, vbi decima aliorum fructuum ecclesiæ parochiali solui non consueuerit, nam si ei solui esset consuetum, tunc decima illorum ecclesiæ parochiali existenti in huiusmodi possessione deberetur, ac soluenda esset in posterum, & reliquorù fructuum ipsi ecclesiæ præscribenti, secundum Abba. in dict. c. cum in tua. in l. 2. lectur. Balb. vbi supra, d. numer. 21. & probat

probat latè in terminis D. Azeued. vbi
 106 supra. † Vnde Abb. infert, quòd vnum
 prædium potest esse partim decimale v-
 ni ecclesiæ, & partim alteri: puta respec-
 tu tritici vni ecclesiæ, & respectu vini
 alteri, secundum Hostiens. & Ioan. An-
 dream ibi, licet Innocen. aliud videatur
 tenere, sicut prædiximus, quòd vna ec-
 clesia potest præscribere maiores deci-
 mas, & alia minores, etiam ex fructibus
 eiusdem prædij: quod etiam tenet Ioan.
 Andr. ibi, & sequitur Balbus vbi supra,
 num. 18. & 20. † Si tamen in prædicta
 107 specie vna ecclesia, vel parochia reci-
 piat ex consuetudine decimam de blado,
 alia de vino, & terra bladum reddens,
 mutetur & vinum reddat, & è conuer-
 so, quæ percipiebat de blado, percipiet
 de vino, & è conuerso, quia licet muten-
 tur qualitates terræ, non tamen muta-
 tur substantia: vt in dict. cap. commis-
 sum. §. & sicut. de decimis. per quem ita
 cum Hostiens. tenet Siluester in summa.
 verbo, decima. num. 14. versic. septimū.
 Vnde quod supra diximus, quòd qui
 præscripsit decimas ex quodam agro
 pro parte culto, præscripsisse etiam cæ-
 setur ius percipiendi decimas ex altera
 parte eiusdemmet agri inculta, quando
 nouiter ad culturam redigatur, intelli-
 gendum est, quando alter non est in pos-
 sessione percipiendi decimas aliorum
 fructuum illius partis incultæ, quæ nunc
 ad culturam redigatur: secus si alter sit
 in possessione eas percipiendi, quia tunc
 ad eum pertinebunt, non verò ad illum,
 qui præscripsit decimas ex parte anti-
 quitus culta per prædicta: & in termi-
 nis tenet Felin. in dict. cap. auditis. num.
 19. & Balb. vbi supra, nu. 19.

108 Pro quorum confirmatione facit op-
 tima doctrina Innocen. in cap. dilecti.
 de relig. domibus, vbi quòd exercens v-
 num actum iurisdictionis animo acqui-
 rendi vniuersalem iurisdictionem in lo-
 co, videtur iurisdictionem in totum ac-
 quirere, dummodò alius non sit in pos-
 sessione generali; nam tunc tantum ac-
 quirat respectu capitulorū, seu actuum
 quos exercuit: sequitur Abb. in dict. c.

dilecti. idem Abb. cons. 6. num. 2. & d.
 consil. 71. num. 3. & Salicet. in l. 1. num. 4.
 109 C. de emancip. lib. † Sicque qui præscri-
 psit iurisdictionem in vno territorio,
 ppterit illam exercere aduersus aduenas
 & forenses, quauis aduersus illos nun-
 cupatim non præscripserit: ita Bartol. in
 l. si quis diuturno, in. 2. notabil. ff. si ser-
 uit. vendit. cuius dictum refert & sequi-
 tur Florian. ibidem versicu. item nota,
 110 vbi singulariter inquit, † quòd effectus
 præscriptionis causatæ à iure reali, ex-
 tenditur ad omnes illos aduersus quos
 præscriptum non fuit: sequitur etiam
 alios allegans D. Moli. de Hisp. primog.
 lib. 2. cap. 6. num. 17. & Balb. vbi supra. n.
 111 28. † Similiter qui præscripsit ius eligen-
 di in certa ecclesia, censetur & præscri-
 psisse ius postulandi, alio non existente
 in possessione postulandi, secundum Ab-
 batem per text. ibi in cap. bonæ. el. 2. nu.
 4. de postul. prelat. & in cap. 3. nu. final.
 de caus. posses. & prop. sequitur D. Aze-
 ued. vbi supra, num. 9.

112 Quare dubito de eo quòd in præscri-
 ptione decimarum in simili tradit Petr.
 Rebuff. de decim. d. quæstion. 14. nu. 15.
 dicens, quòd qui præscripserit decimas
 personales parochianorum habitantiū
 in loco de Balhanisis, si quis illuc vene-
 rit de nouo, & ibidem habitauerit, ab eo
 non habebit decimas, quia præscriptio
 in vna persona, non extenditur ad aliā;
 vt plenè consuluit Ias. cons. 81. commu-
 nitas, colum. 3. volum. 3. & bonum sit ar-
 gumentum de rebus ad personas. l. mi-
 les ita. §. 1. vbi Bart. ff. de milit. testamēt.
 cum similib. hoc namque stantibus su-
 pra dictis procedere non potest, si qui-
 dem ea præscriptio est iuris realis, com-
 prehensens habitantes in illo loco, &
 effectus præscriptionis causatæ à iure
 reali extenditur ad omnes illos aduer-
 sus quos præscriptū nō fuit, & sic cessat
 in proposito argumenta in contrarium
 adducta per Rebuff. nempe de vna per-
 sona ad aliam, & de rebus ad personas, si
 quidem in nostra specie præscriptio est
 iuris realis, comprehensens omnes paro-
 chianos habitantes in prædicto loco,
 non

non verò purè personalis.

113 Non obstat etiam regula, quæ habet; Tantum præscriptum, quantum possessum, ¶ nam quanuis verum sit, quod præscriptio sit licti iuris, ac proinde extendi nõ debeat de persona ad personam, nec de re ad rem. d. l. i. §. si quis hoc interdictum, vbi glos. & scribentes. ff. de itiner. act. que priuat. text. in cap. auditis. de præscription. vbi latè Felin. num. 10. cū sequentib. & etiam odiosa, quia iuri alterius detrahit, & idèò restringenda, vt per Rebuff. d. q. 14. de decim. nu. 11.

114 Hoc tamen fallit, quando præscribitur aliquod ius reale in genere, nã præscripto legitime illo iure reali, extenditur præscriptio ad omnes personas, quibus illud ius applicari possit, quanuis aduersus eas specificè præscriptum nõ fuerit, secundum Bartol. & Molin. vbi sup. num. 16. Quãdo enim præscribitur aliquod ius vniuersale, non habet locum regula, quòd præscriptum non extendatur, imò præscripto quodam iure vniuersali, alio in possessione non existenti, illud ius ad omnes res & ad omnes personas extenditur, vt censuit Oldrad. cõ sil. 267. circa fin. per text. in l. possidere. in princip. vbi scribentes. ff. de acquir. possessio. Abb. dict. cons. 74. numero. 2. Ias. in l. imperium. num. 23. ff. de iurisdic. omni. audic. Felin. in d. c. auditis. nu. 20. Balb. de præscriptio. in d. 2. part. principal. q. 2. num. 27. Decius. cons. 271. nu. 5. Aymon Grauet. de antiquit. tempor. 4. part. in princip. num. 57. cum sequentibus. D. Molin. vbi sup. num. 18. quod bene declarat Crauet. vbi supra. ¶ Limitatur etiam regul. 8. c. cū cõtingat, cum

115 simil. de decimis. cū facta est præscriptio decimarum omnium talis villæ, vt de vniuerso, quia tunc extenditur etiã ad noualia, secundum Anton. de Butr. & Abb. in d. cap. cū in tua. de decimis. sequitur consulendo Parisius cons. 73. licet ius commune, num. 18. & 19. volu. 4 & Tiber. Decianus cons. 22. num. 34. volum. 1. Superiora in præscriptione decimarum procedunt, vt ad noualia nõ extendatur, nisi in casu, vt sup. est disertum.

116 Priuilegium tamen ecclesiasticæ personæ concessum de decimis percipiendis, noualia comprehendit: text. est in c. ex parte tua. 27. in ordine. de decimis. vbi inquit text. Cū tibi, quod maius est, sit concessum, vt videlicet decimas de laboribus terrarum parochiarum tuarum cum integritate percipias, de noualibus eas exigere satis potes, quia vbi maius conceditur, minus concessum esse videtur: ex quo text. hanc doctrinam tenet gloss. verbo, noualium. in dict. cap. cū cõtingat. & ibi communiter Doctores, vt testatur Abb. ibi, id referente D. Couarruu. dict. lib. 1. variat. resolutio. cap.

117 17. num. 13. ibi, Quia: ¶ Priuilegium verò hac in re laicis concessum de decimis percipiendis, non extenditur ad noualia, vt in cap. tua. §. fin. de decimis. vbi inquit text. quòd in talibus, nempe noualibus, licentia non est extendenda, sed potius restringenda: idem probat expressè l. 23. tit. 20. partit. 1. in versiculo, *mas no valdria*, vbi Gregorius Lopez in glos. *que des pue: metieffen en labor*: idem deducit ex ea

118 allegans dict. c. tua. & Hostien. ¶ Hoc tamen limitatur, quando concessum est ius decimandi in vniuerso aliquo territorio, vel in aliqua villa, quia tunc veniunt etiam decimæ noualium, & quæ de nouo sunt, vt tradit Anton. de Butrio & Abb. in cap. cū in tua. de decim. quos refert, & sequitur Decian. cons. 22. num. 34. cum sequentibus. libr. 1. vbi latè probat, & num. 38. versicul. non obstat tertio, fatetur regulam supra dictam cap. cū cõtingat. de decimis, veram esse regulariter, sed limitari in prædicta casu. Item quando præter decimam, etiam ius decimandi concessum reperitur. Item

119 & tertio, ¶ quãdo ex communi obseruãtia inuestitura ita interpretata fuit, vt per longa tempora, quotiescunque portio aliqua inculta, fuit ad culturam redacta, semper decima dictæ portionis spectat inuestitis & feudatarijs, & per omnes collecta fuit, & idèò cum mysterio dicitur in dict. cū cõtingat, Nisi ratio nabilis causa ostendatur: inter quas rationabiles causas & prædictæ connumerantur.

merantur, vt Paris. d. conf. 83.

120 Sed contra communem supradictam sententiam, quæ habet, priuilegium concessum clericis de percipiendis decimis, ad noualia extendendum fore, atque ipsa comprehendere, nonnulli authores tenent existimantes verius ac iuribus magis consonum esse contrarium, nempe huiusmodi priuilegium etiam clericis concessum ad ipsas noualium decimas minimè extendi. Primò ex text. in cap. 2. in princip. & in §. 1. de decimis. lib. 6. vbi non satis est, quòd quis habeat priuilegium percipiendi decimas intra alterius confinia, vt percipere possit noualium decimas, nisi & quoad noualia priuilegium speciale fuerit consequutus: imò ibi cauetur; priuilegium hoc de percipiendis noualium decimis strictè esse interpretandum; † Secundò, quia priuilegium est restringendum, quatenus cõcernit præiudicium tertij. c. olim. de verbor. significat. ad hunc sanè modum, vt attentis & maturè perpensis verbis & mente concedentis, in eo accipiatur sensu, qui minus alterius iurilædat: vt in regula ea quæ, de regul. iur. in 6. cap. cùm olim. & ibi DD. de consuet. c. penulti. & ibi glos. & Abb. idem Abb. in cap. quia circa. de priuileg. glos. etiam loquens in statuto in l. fin. §. in computatione. glos. magna. ad fin. C. de iurè deliber. glos. & Abb. in cap. cùm olim. r. de priuileg. & alij plures DD. à quibus hæc est passim recepta sententia. Tertio, quia priuilegium ad futura non extenditur. Clem. fin. de rescript. quia quod non est, concessum non videtur. l. eius qui in prouintia. §. quas verò. cùm simil. ff. si cert. petat. sed tẽpore priuilegij decimæ nullæ erant noualium: ergò concessæ non videntur. Quarto, quia licèt beneficia & priuilegia Principis sint latissimè interpretanda. c. cùm dilecti. de donat. l. beneficium. cùm simil. ff. de constitut. princ. † maximè quando agitur de solo præiudicio principis concedentis, vt in proposito alios allegans deducit Decianus conf. 22. num. 13. & l. 4. vol. 1.

123 Hoc verum est & procedit, quatenus

præiudicant concedenti: secus si tertio secundum Abb. & alios in dict. c. olim. de verbor. signific. & Ias. in dict. l. beneficium. num. 19. & Decianum vbi supra, non enim eius mentis concedens videtur esse, vt decimas noualium indulgeat, & sic omnino priuare ecclesias parochiales omnibus decimis quibus ipsæ iam assignatæ erant à Dionysio Papa, cap. Pastoralis, de his, quæ fiunt à prælato. cap. mandatù. vbi glos. vltima, de rescriptis, præcipuè cùm decimæ, quatenus ad congruam & necessariam sustentationem ministrantium spiritualia attinet, sint iuris naturalis ac diuini, ac proinde tolli non possint ipsis ministris, quibus debentur, vt non semel docuimus. Quintò & deniq;, quia odiosum est, quòd quis, etiã clericus, intra alienam parochiam non solum habeat decimas veteres, sed etiam noualium, atque penitus contra ius cõmune, vt in cap. ad decimas, de resti. spoliator. ergò restringendum, vt in regula odia. cùm simil. de regul. iur. in 6. quibus fundamentis hanc sententiam in specie nostra cõtra cõmunè veriorè existimãt atque probant Ancharran. in dict. c. ex parte. 3. & Collectar. in dict. cap. cùm cõtingat. de decimis. & Fortun. Garl. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. eosque referens Petrus Rebuff. de decim. quæst. 14. num. 29. cùm sequentibus. idem in l. silua cædua. §. noualis. in vers. ex his inferitur. ff. de verbor. signific. D. Couar. libr. 1. variar. resolutio. cap. 17. num. 13. in versicul. sed profectò: quorù sententia mihi magis placet quã communis, quia text. in quo suum principale fundamentum facit communis, est in dict. cap. ex parte. qui et si prima facie videatur expressus pro ea, † loquitur tamen rectè inspectus, specialemque rationem habet in priuilegio concessio ei, cui iure cõmuni & ordinario decimæ competebant, vt patet ibi; Decimas de laboribus terræ parochiarum tuarum, licet, ab eo ius eas percipiendi præscriptione iure speciali sublatum sit: quod quidem priuilegium fauorabilem causam habet, idèo ita largè accipitur, vt noualia

noualia includat, cum per hanc interpretationem ad ius commune reducatur: argumento glossæ communiter approbatæ in cap. statutum. de præbend. in. 6. verb. numerandum, vt alibi retulimus: ita Couarr. vbi supr. in hac specie fateor communem sententiam verissimam esse: **127** at cuiuscebit ex capite, & aduersus totius iuris regulas, quas prædiximus, extra terminos d. c. ex parte eius decisionem trahere idem probando in privilegio de decimis percipiendis, quibusvis personis ecclesiasticis concessis; quibus antea iuri communi eadem decimæ minimè competebant: quo fit, vt extra casum d. c. ex parte, verior est censura esse contrariam communi sententiæ, præterquam si Papa concessisset omnes & quascumque decimas, vel omnem decimationem talis territorij, tunc enim ad noualia etiam referretur: huiusmodi privilegium, & ita debet intelligi communis præd. sententia, vt in hoc casu procedat: vt tenet expressè **125** Rebuff. d. q. 14. num. 31. & constat ex traditis per Socin. conf. 297. viso, nu. 5. & 6. volum. 2. & quia, vt inquit Oldrad. conf. 307. privilegium exemptionis concessum à Papa per verba vniuersalia, includit omnia: sequitur Rubeus conf. 135 num. 3. & Surdus conf. 140. num. 66. vbi nu. 65. ex Abb. in c. ad audiendam. num. 1. de decim. probat, quod quantum privilegium alteri nocuum strictè interpretandum sit, non tamen adeò restringitur, vt recedamus à propria verborum significatione: quod sequitur etiã Parisius consil. 22. nu. 6. vol. 4. ab eo relatus.

Sed secundum Rebuff. vbi sup. hodie per text. in c. statutum. §. 1. de decimis. in 6. limitatur privilegium percipiendi decimas & noualia, vt is non possit percipere nisi dimidiam partem noualium, & quod secundum hoc fuit iudicatum sapientius in illo Senatu: loquitur tamen ille text. quando hi à quibus indultum noualium decimarum obtentum est, totaliter veteres percipiebant decimas, vt patet in tex. ex ratione de qua ibi.

126 Similiter etiam privilegium alicui concessum, quo is eximitur à solutione de-

decimarum ex fructibus noualium, intelligendum est de his noualibus, in quibus alter non habet tempore dati privilegij quasi possessionem iuris percipiendi decimas, ne illi fiat præiudicium præter concedentis intentionem, text. in c. dudum. §. 1. in ordin. de privilegij. Quinimò idem est dicendum, vbi noualia essent tempore data communitatis procifis, & ex eis debita fuissent decimæ alteri secundum Abbatem ibi assertentem hanc esse communem omnium opinionem: sequitur Rebuff. d. q. 14. de decimis. num. 33. & Couarr. vbi supr. nu. 141 vbi cum eodem Abbate, præfatum privilegium intelligit procedere in his noualibus, quæ post donationem procifas fuerant, cum statim facta procifione, & ipsis agris cultis sit acquisitum maximè ius quoad decimas percipiendas, his quibus idem ius alioqui competebat, ideoque non fuit eius mentis Roman. Pontifex, vt eis præiudicaret, nisi id apertè constiterit: sequitur idem Rebuff. in dict. l. silua cadua. §. noualis. versicu. quinto. vbi huiusmodi privilegium datum alicui de non soluendis decimis de noualibus, intelligendum esse dicit de eo loco, de quo ecclesia nullum ex decima percipiet ad fructum: ideoque si pratum in culturam redigatur, non dicetur nouale quoad hoc vt is, qui non tenetur soluere decimas noualium, non teneatur de his soluere: imò ecclesia parochialis ex hoc prato habebit decimas, & privilegium debet intelligi de modico præiudicio. c. quantum. de rescript. in. 6.

129 Quinimò sunt qui existiment, decisionem d. c. penult. de privilegijs. procedere etiam in privilegio immunitatis concessa à solutione decimarum ex agris antiquitus cultis, ac coli solitis, vt id privilegium accipiatur & intelligatur absque præiudicio eorum qui sunt in quasi possessione percipiendi decimas ex fructibus eorundem agrorum: quasi Papa noluerit eis præiudicare, putant Innoc. & Gard. in d. c. pen. & Oldrad. conf. 268. Felin. in c. causam quæ. de rescript. nu. 11. & Catel. Cott. in vltim. memor. in ver. privilegia.

Hic Huic

Huius tamen opinioni multum aduersari videtur, quod si hoc ita verum esset, priuilegium huiusmodi ea in specie esset sine fructu ac illusorium; quod non est dicendum. Quare merito Abb. in c. dudum, num. 1. de priuileg. quem sequitur & late probat atque defendit Decius consil. 113. num. 7. contrarium in his terminis censuit: idem Abbas in c. causam, el. 2. num. 5. versicula exemptum, de testibus, vbi quod Papa benedicit decimas prediales pertinere ad Rectorem parochiæ, & sic videtur quod de hoc iure non erit facienda mentio.

Hæc tamen Doctorum controuersia ea distinctione reconcilianda est, vt prima opinio procedat & intelligatur, vbi possessio percipiendi decimas ex agris antiquitus cultis est apud eum, cui iure communi & ordinario minimè competebat, sed ex priuilegio, consuetudine aut præscriptione, tunc enim priuilegium prædictum simpliciter concessum his non præiudicabit, quasi huius quasi possessionis iuris extraordinarij percipiendi decimas Summus Pontifex ignarus sit, nec eius mentionem in priuilegio fecerit, ideoque eam tollere in dubio non præsumitur: at verò secunda opinio procedat ac intelligenda sit, vbi prædicta quasi possessio percipiendi decimas est penes eum, ad quem iure communi spectat, nec alibi potest ea immunitas effectum fortiri, quia cum huiusmodi quasi possessionis scientiam præsumitur concedenti satis notam esse, argumento cap. 1. de constit. libr. 6. ei derogare voluisse præsumendum est: secus erit, si ea immunitas possit effectum habere extra res illas iure communi possessas, quibus & earum possessioni non est præsumendum Principem derogare voluisse: ita colligi potest ex traditis per Abbatem in dict. capit. dudum, de priuileg. & in dict. cap. causam, el. 2. dict. numero. 5. de testibus, & in terminis ita conciliat prædictas opiniones contrarias Couarruias vbi supra, dict. num. 14. col. fin.

130 Sed & priuilegium de non soluendis

decimis simpliciter concessum, ad noualia non extenditur, ad id quod hic priuilegiatus de noualibus decimas soluet, vt docet Antonius de Butrio in d. cap. tua. columna vltima, & Socinus cōsilio. 297. viso priuilegio, per totum, volumine. 2. prout eos refert & sequitur Rebuff. dict. quæstio. 14. num. 30. Socin. tamen ibi hoc non dicit. † Limitatur, si priuilegium concedatur de non soluendis decimis de laboribus proprijs, quia extenditur ad noualia, quæ proprijs sūt manibus, de quibus decimas non soluet; intelligitur enim tam de præsentibus laboribus, quàm de futuris: vt in cap. ad audientiam, & in cap. ex parte, el. 1. de decimis, vt probat late Rebuff. dict. quæstio. 14. de decim. num. 28. quia non paratur ex hoc ad id magnum præiudicium ecclesijs parochialibus. Addit Rebuffus dict. num. 28. † quod quando conceditur priuilegium non soluendi decimas de laboribus, non solum non soluet de noualibus factis proprijs manibus, sed quod de his noualibus semel factis nunquàm postea decima soluetur; secundum DD. in d. c. ex parte, el. 1. ex text. in proposito singulari in c. fin. de priuileg. vbi reddit tex. rationem, Cum aliàs non nunquam contingeret indulgentiam de uoualibus plus dispendij, quàm utilitatis cultoribus afferre.

133 Quinimò licet omnes religiosi, tam exempti, quàm non exempti, de possessionibus suis & terris hætenus acquisitis, & amodò acquirendis decimas integras soluere debeant illis ecclesijs, quibus eadem possessiones & terræ fuerant decimabiles, nisi super hoc speciali iure vel priuilegio sint muniti, vt in capit. 2. §. cæterum, de decimis. libro. 6. l. 4. titulo. 20. partita. 1. in versiculo. *E*

134 *todas las ordenes.* † attamen ex priuilegio Adriani Papæ fratres Cisterciensis ordinis, Templarij, & Hospitalarij, decimas laborum suorum, quos proprijs manibus vel sumptibus impendunt, soluere non tenentur: cæteri verò religiosi de noualibus suis, quæ proprijs manibus vel sumptibus excolunt, &

de

de nutrimentis animalium suorum , & de hortis suis decimas persolvere non tenentur, de cæteris verò rebus tenentur; vt in d. cap. ex parte, el. 1. & in dict. l. partit. sic intelligenda, iuxta terminos d. cap. ex parte. secundum Gregor. Lopez, in glos. *todas las otras ordenes*: & illud de noualibus intelligit. d. l. Regia, nisi ex hoc ecclesia parochialis enormiter læderetur: quod, vt ibi aduertit Gregor. Lopez, videtur deductum ex text. in c. 135 suggestum. de decim. vbi ¶ quòd simile priuilegium de non soluendis decimis cõcellum religiosi reuocatur, si ex post factò incipit nociuum esse: quod latè prosequitur, sic supra dicta reuoluens in effectù, Petrus Rebuff. dict. q. 14. num. 30. cum sequentib. & priùs q. 5. num. 7. & 29. cum seqq.

136 Illud denique prætermittendum in proposito non duxi, nempe quòd religioni priuilegiati de non soluendis decimis, eas soluere nihilominus tenentur de alienis terris, & de fructibus possessionum, quas acquisierunt post Concilium Lateranense, etiam si eas proprijs manibus aut sumptibus excolant, illis ecclesijs quibus ratione prædiorum antea soluebantur; quia priuilegium prædictum solum sibi prodest quo ad terras ante prædictum Concilium acquisitas, non verò extenditur ad postea acquirendas, seu acquisitas, vt cauetur in Cõcilio generali relato in cap. nuper. de decim. & in l. 4. tit. 20. partita. 1. tradit Rebuffus de decim. quæst. 5. num. 31. & quæst. 14. num. 42. & Socin. conf. 268. num. 4. lib. 2. & conf. 297. numer. 3. eod. lib. & nos conf. 5. num. 17: cum sequentibus, nisi prædict. capiti nuper fuerit derogatum, prout Gregor. XIII. Summus Pontifex derogauit in fauorem religiosorum Societatis Iesu, quibus à sede Apostolica est indultum priuilegium de non soluendis decimis, vt retulimus dict. consil. 5. num. 2. & 7. anno 1578 motu proprio impresso, quem vidi ac legi. Hactenus de secunda deductione ex cõmuni sententia Theologorum, quæ habet, decimas quoad congruam & neces-

sariam sustentationem spiritualia ministrantium esse iuris naturalis ac diuini, quoad quotam verò minimè, sed de iure humano Pontificio. Tertio ex eadem vera resolutione deducitur, nulli dubium esse posse, quin hodie Christiana plebs teneatur decimas soluere sub peccati mortalis pœna ratione præcepti humani, & Apostolicæ sedis, cui omnes fideles Christiani, & subsunt & obedire tenentur; & ideo secundum Couarruu. statim citandum, ¶ impium & hæreticum esset, asseuerare, posse laicos denegare sacerdotibus decimarum solutionem iustissima lege debitam. Nec quicquam refert sacerdotes diuites esse, habereque prædia, agros, aliasque res, vnde viuere absque inopia possint. si enim eis, vt prædiximus, debentur, parum obest eos diuites esse. debitor namque ex quacumque alia causa immunis non est à solutione debiti, eo quòd creditor diues sit: nec ea tantum principali causa iure Pontificio decimas sacerdotibus dari statutum est, quòd pauperes essent, sed etiam propter pauperum egestatem: sit igitur, sacerdotes, etiam abundantes diuitijs, posse decimas recipere, tanquam earum dispensatores, vt eas videlicet pauperibus distribuunt, & eis etiam diuitibus deberi hac in specie Pontificum præcepto scribit Sanctus Thomas quodlib. 6. articulo. 10. & 2. 2. quaestione. 87. articulo. 3. ad primum, cui frequentissimo omnium consensu cæteri adstipulantur, secundum D. Couarru. libro. 1. variarum resolutionum. cap. 17. num. 4. tenet summa Armill. aurea. verbo, decimæ. nu. 4. Itaque licet sacerdotes diuites decimas pauperibus non distribuunt, nec rectè sibi officium commissum exequantur, nec sint quales oportet, non tamen ideo plebs bene agit, decimas illis denegando: ad eam enim non spectat punire, sed ad superiores, estque de hoc expressè definitio nam inter quadraginta quinque articulos Ioannes Vvicleff in Concilio Conilantiensi condemnatos, is vnus decimo & quo-

loco cōstituitur in hæc verba: Decimæ, ¹⁴⁰ sunt puræ eleemosynæ, & parochiani possunt propter peccata suorum prælatorum ad libitum suum auferre eas: qui articulus simul cum alijs vna super omnes lata sententia excommunicationis per Concil. Constantiense damnatur, vt probat frater Alfonsus à Castro libro. 5. aduersus hæreses, in principio, verbo, decimæ. columna. 2. in magnis, & D. Couarruias dict. libro. 1. variarū resolution. cap. 17. numer. 2. in vers. imò hæreticum esset.

139 Quartò principaliter deducitur, parochianos ex præcepto naturali & diuino teneri ad exhibendas oblationes presbyteris ministrantibus spiritualia, vbi ipsi presbyteri indigentes sunt, nec habent vnde possint sibi necessaria ministrare, secundum Abbatem in cap. causa. num. 2. de verbor. signification. & in rubrica de paroch. vbi alios allegat, & in cap. 3. num. 6. de pignor. Hostiens. in summa, titulo de parochijs. §. in quibus. versic. in his. Henric. in c. quantum. de decim. S. Thom. 2. 2. q. 86. artic. 1. & ibi Caietan. & quæstio. 100. articu. 3. ⁺¹⁵ Archiepisc. Florent. in 3. part. sup. summa, tit. 12. cap. 11. Silvester verb. decima. quæst. 2. Dominic. à Soto lib. 9. de iustitia & iure. q. 3. artic. 1. D. Couarru. dict. cap. 17. num. 3. in princip. & decisio Pedemont. 99. num. 17. alios plures allegantes, vbi num. 46. quòd prædict. parociani per viam excommunicationis hoc casu compelli possunt ad eas soluendas: & tenet Dominic. à Soto vbi supra, & Gregor. Lopez in l. 9. in glo. 1. tit. 19. par. 1. refert Hostiens. dicentem in hoc omnes conuenire, si sacerdos ita pauper sit, quòd non habeat vnde viuat, nisi parochiani offerant, vel ipsum sustentent, nisi tanta inopia laborèt parociani, quòd ei sufficienter providere non possint, quo casu manibus quærat victum; ne parochianis onerosus existat: & potius ¹⁴¹ credit Hostiens. quòd Episcopus tali casu debeat ei providere: sequitur prædicta D. Azeued. in l. 1. tit. 5. num. 9. libr. 1. nouæ collect. reg.

Quòd si clerici ministrantes spiritualia inopia minimè grauentur, laici non sunt cogendi oblationes eis exhibere, nisi consuetudine legitima oblationes cōsueuerint fieri altari, tunc namque ratione huius consuetudinis cogi poterunt laici ad oblationes, sicut in dictis locis receptum esse, nemine refragante, testatur Couarru. vbi supra, in versic. quòd si clerici. allegans alios, ex text. in c. ad Apostolicam. de simon. quo cauetur, laicos posse compelli ab Episcopo obseruare pias consuetudines in oblationibus, & ibi DD. adnotant ex hoc, sola diutina præstatione adquiri obligatiōnem fauore ecclesiarum & piæ causæ, & ibi gl. fin. & communis secundum Felin. ibi. num. 26. & loquens in consuetudine legitima Dominic. à Soto vbi supra. ibi: Omisi ergò, & Thesaurus Christiana. religio. cap. 26. num. 10 & 11. & latè etiam decisio Pedemont. supra dicta. 99. dict. numer. 17. & Salazar de vsu & consuetud. curiæ. cap. 10. numer. 18. & Azeued. vbi supra, expressa. l. 8. & 9. titu. 19. partit. 1. ibi: *Mas si en alguna tierra. & c. & l. 5. tit. 17. partit. 1. vbi loquitur en costumbre de dar algo los pueblos a los clerigos, quando sotierra a los muertos, assi como candelas, o dineros, o otras cosas: y otros quando en las consagraciones de los Obispos ay costumbre de dar algunas cosas,* & ibi Gregor. Lopez in gl. de su officio, expressè notat, ex text. in dicto cap. ad Apostolicam, iunctis ibi dictis per Innocentium, dicit Ioannes Faber in. §. pauonum. Instituta de rerum diuisione, in verbo, reuertendi, quòd capellanus potest petere compelli parochianum ad solutionem cerei, vel alterius rei, quam consuevit offerre aliquo certo tempore, cum ex tali diutina præstatione videatur se velle obligare, quanuis à principio liberaliter inceperit offerre: sequitur Octavianus vbi supra, dict. decisio. 99. nu. 18.

Quinimò oblationes quæ sunt ex consuetudine, etiam diuitibus & habentibus decimas fieri possunt. cap. ex transmissa. de præscription. nec ob hoc presbyteri parochianicas recipiētes pro certis

certis Sacramentis reprehendi possunt. Petrus Ancharyan. & sum referens Felin. in dict. cap. ad Apostolicam. num. 2. in versiculo, & adde quod scribit, & in hac pietatis causa sufficit consuetudo decem annorum, diutina ve præstatio, secundum Abb. in capit. suam. de simon. Guillerm. Casiad. decisio. 1. de consuetud. nu. 5. D. Couarr. post Rochum de Curt. quem refert. d. c. 17. num. 3. versic. imò & in hac. lib. 1. variar. resolution. & Gregor. Lopez vbi supra, in vers. & ibi quod sufficit, & c. & Thesaur. Christiana. religio. vbi supra, nu. 11.

144 Nec supra dictis obstabit, quòd ex actibus voluntarijs non inducitur consuetudo, nec animus obligandi, quia hoc fallit favore ecclesiæ. c. veniens. cl. 1. de testibus, quo mouetur Abb. ibi, dicens, quod parochiani possunt compelli ad soluendum id, quod dare consueuerunt eorù presbyterò; ex hoc inferens, quòd donatio alicuius rei multo tempore continuata, inducit in ecclesia obligationem in futurum, vt singulis annis donetur more solito: & sequitur ibi Felinus nu. 3. Abbas in dict. cap. suam. numer. 5. de simon. vbi tribus modis soluit prædict. difficultatem: sequitur alios allegans Octauian. vbi supra, numer. 43. cum sequentibus: & Thesaurus vbi supra, nu. 10. Limitat hoc Dominic. à Soto vbi supra, versic. nam vsu, in consuetudine per modum liberæ deuotionis, hæc namque secundum ipsum nunquam, quantumcunque diuturna, vim ingerit præcepti. Non obstat etiam, quòd oblationes continent quid extraordinarium & difforme, id est, prout res incidit, offertur namque quandoque granum, aliquando vinum, cera, & c. & ista difformia nõ comprehenduntur in consuetudine: argumento. l. Scio. §. medico. ff. de annuis legat. vbi sub legato alicui factò, eius, quod viuus testator præstabat, ea videntur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt: & ibi communiter Doctores, & Anto. Gomez. de qualit. contract. num. 48. circa finem, ver

145 sic. ite adde, el vltimo: ergò præd. oblationes nõ præscribuntur: nam respondeo, quod actio generalis non curat diuersitatem specierum. l. nec refert. ff. quando dies legati cedat. & in casu d. l. Scio. §. medico. difformitas ex solo nutu voluntatis procedit, secundum Bald. in capit. de quarta. in fin. nu. 9. de præscrip. quem refert & sequitur ita respondens huic difficultati, Rebuff. de decim. q. 13. num. 66. quasi velit Bald. dicere, quòd ibi non veniunt ea, quæ ex sola liberalitatis incerta voluntate in vita præstabantur, sed ea, quæ certam præstationem annuam habebant, quasi ex hoc forma quædam indueretur, præterquam quòd voluntariè præstabantur: hoc autem in specie nostra nihil obest, quinimò confirmat superiora, vt statim in secunda solutione dicemus. Secundò respondeo, vt colligitur ex Anto. Gom. vbi supr. dicente in proposito d. §. medico, quòd si diuersi modè præstabat testator in vita, & tempore mortis, debentur secundum præstationem temporis mortis, per tex. vbi DD. in l. Mela. §. 1. ff. de aliment. & cibariis. legat. Sic oblationes debite parochis occasione paupertatis, seu consuetudinis, sunt voluntariæ quo ad quantitatem, & in specie rei oblatæ, vt asserunt Sanctus Tho. in 2. 2. q. 86. artic. 1. & Floren. in 3. part. sue summæ. tit. 12. c. 2. ¶ Quorù sententiam veram esse existimo, præsupposita varietate consuetudinis in offerendo, licet de ea dubitet Octauian. d. decisione. 99. nu. 21.

147 Nec etiam obest, quòd pro annuis præstationibus, si non radicantur in aliquo iure reali competenti in aliqua re, vel persona, non datur aliquod interdictum possessoriu, cum non possit competere petitorium, iuxta doctrinam Bart. & communem Legistarum in l. final. ff. quorum bon. vbi Ripa numero. 3. affirmat, Legistas ita communiter tenere, & veriore esse in puncto iuris, refert plures eam sequutus Matth. de Afflict. decisio. Neapolit. 395. num. 3. dicit magis commuem eam sequutus Anton. Gomez. in l. 45. Tauri. nu. 172. Eandem de

sendit, crebrioremque testatur respondens post Ripam cap. querelam. de election. Menochius in remedio. 1. de recuperand. possessio. num. 87. & 88. plures allegans: ergo idem videtur dicendum in istis oblationibus. Non, inquam, obstat hoc, quia in oblationibus predictis contrarium probat text. in dict. cap. ad Apostolicam. vbi data consuetudine, cōpeteret petitorium ad eius obseruantiam, & etiam possessorium, seu quasi: ita tenet Paul. Castrenf. conf. 363. colum. 2. & 3. in principio. volum. 1. & Decius conf. 215. num. 5. licet in casibus in quibus cōsulerunt, præsupponant non esse probatam possessionem respectu omnium, & Octavian. vbi supra dict. decisione. 99. num. 47. cum sequentibus, vbi pro hac opinione adducit text. in cap. sicut nobis. de re iudic. quem tex. Abb. & Felin. ibi in princip. post Dominic. & Butr. dicunt singularem ad hoc quod pro iuribus merè personalibus potest agi possessorio: sequitur Felin. in capit. conquestus. in fin. de foro competente. & quod pro præstationibus personalibus competeat possessorium, saltem vtile, vel officium iudicis, latè probat plures allegans decisio Pedemont. supra dict. num. 49. & 50. & de possessorio testatur crebriorem Canonistarum plures citans Menochius vbi supra, dict. numer. 87. & probari aperte videtur in dict. cap. querelam. in vers. quia verò.

148 Ad hoc tamen vt valeat prædicta consuetudo offerendi in ecclesia clericis, & possint compelli laici ad eam obseruandam, tanquam laudabilem, vt in dict. c. ad Apostolicam, requiritur primò, quod parochiani gratis, sponte, purè, & simpliciter, nulla necessitate cogente, vel pactione, seu pignore præcedente, sed ex deuotione principaliter obtulerint & soluerint, vt in cap. dilectus filius. A. & in cap. tua. de simon. & dict. cap. ad Apostolicam, ibi: Pia deuotione fidelium: ita Paul. Castrenf. dict. conf. 363. in primis tribus requisitis, aliàs incipit; circa primum questum, volumine. 1. sequitur Corne. consil. 296. litera. R. & .L. volu.

4. Decius conf. 215. num. 2. versic. venio ad secundum. Pedemont. vbi supra, num. 5. versicul. secundò. Gregorius Lopez in dict. l. 15. in gloss. de suo officio. ibi: Primum, quod parochiani: ex quo enim laici quid tanto tempore soluerunt, præsuntur se ad id voluntariè obligasse, non quod pro Sacramentis, quæ prius liberè conferri debent, aliquid petatur, sed quia gratis à laicis fuit exhibitum, ex vi consuetudinis postulatur, vt ex Doctoribus in dict. cap. ad Apostolicam. constat, & probat Calsiadoro. vbi supra, num. 2. idem secundum Abb. in dict. c. tuam. & Ananiam in dict. cap. ad Apostolicam, vt si tempore Sacramenti aliquid exhibeatur, vt videatur populus longo tempore istud seruando se velle spontanè obligare in recompensationem spirituum, recognoscendo Deum in donis suis, atque peccata elemosynis redimendo, capit. medicinam. de pœnitentia distinctio. 1. sequitur Calsiadoro vbi supra. numero. 3. vbi num. 4. quod si exactio præcedens dedit causam consuetudini, tunc non valet: quod probatur ad litteram in dict. cap. ad Apostolicam. ibi: Pecuniam exigunt & extorquent, & ibi: Præuas exactiones fieri prohibemus, & c.

149 Præterea & secundò requiritur, vt quod à parochianis soluitur, sit certum, taxatum tamen arbitrio parochianorum, non autem Rectoris ecclesiæ. d. c. dilectus. in fine. Paulus Castrenf. vbi supra, vers. quartò requiritur. Archiepiscopus Florent. in 3. parte sue summæ, tit. 12. c. 11. vers. quartò propter consuetudinè, & decis. Pedemont. vbi supra. ver. itè quæritur. cl. 1. & Greg. Lop. vbi supra. ver. quartum.

150 Item requiritur, quod totus populus, vel maior pars, persistat in seruando prædictam laudabilem consuetudinem, nã tunc cogi poterunt singulares eam nõ seruantes, secundum Paul. Castrenf. vbi supra, in versicul. quintò videtur requiri. & Octau. qui supra. d. nu. 5. vers. item requiritur. cl. 2. & præterea Greg. Lopez vbi supra, vers. quinto, vbi etiam agit, an si totus populus, vel maior pars velit cōsuetu-

consuetudinem hanc immutare, hoc possit facere.

151 Et per prædicta obtinui iam in praxi in simili casu in fauorem huius almæ ecclesiæ Cathedralis Ciuitatens. contra quendam parochianum ipsius, qui renuebat facere in ea piam memoriam Mille in cantu, ac oblationes consuetas pro matre sua defuncta, etiam parochiana eiusdem ecclesiæ, in monasterio tamen diui Francisci eiusdem ciuitatis sepulta; & plura contra prædictam consuetudinem allegabat, ac probauit, nempe eam esse omnino voluntariam, non verò obligatoriam: nihilominus fuit per sententiam diffinitiuam ordinarij Ciuitatens. condemnatus sub pœna excommunicationis ad obseruandam prædictam consuetudinem, & virtute ipsius ad faciendam prædictam piam memoriam & oblationes consuetas fieri in hac ecclesia pro eiusdem parochianis alibi sepultis, & literæ exequutoriales ostensæ fuerunt illius sententiæ, quibus condemnatus paruit cum effectu.

152 Non tamen potest presbyter parochialis propria autoritate negare ministerium spirituale ipsis laicis, etiam si hi cessauerint à consuetis dici oblationibus, nam etsi laici sint cogendi auctoritate prælatorum consuetas oblationes exhibere, non tamen sunt ab eis subtrahenda spiritualia ministeria, vt tenet Diuus Thomas vbi supra, & alij communiter, secundum Couarruu. dict. cap. 17. numer. 3. versicul. illud tamen est cõsiderandum, vbi alios plures in idem ciuitat, dicens sic intelligendum esse dict. capit. ad Apostolicam, & dict. capit. sicut. eodem titulo, ne videatur pretium temporale oblationis dari pro spirituali ministerio, & constare videtur ex dicto cap. ad Apostolicam, ibi: Statuentes, vt liberè conferantur ecclesiastica Sacramenta, &c. Sequitur etiam Gregor. Lopez in dict. l. 9. titulo. 19. partita. 1. in gloss. i. in versiculo, & aduerte, & Theaur. Christian. religio. vbi supra, dict. num. 10. id quod expressè probat d. l. 9. circa finem, ibi: *Por tal razon como estano*

*los deus el clerigo por si mismo agraxar, dexando de dexir las horas, mas deue rogar al Obispo, o al perlado que ouiere, que el de su ofiçio los constrina que guarden aquella costumbre, & ibi aduertit Gregorius, vbi addit cum Abbate, quòd si imputari potest culpa sacerdoti, ex quo acceptauit ecclesiam in opem, non possent compelli parochiani ad oblationes: & profectò rectius lex prædicta disposuit in fine quod vidimus, quàm in principio contrariù, quãuis hic loquatur nõ stãte cõsuetudine offerendi, dicens: *Pero puede los constreñir desta manera, no les dixiendo las horas: hoc namque propria autoritate fieri non posset, ne videatur pro Sacramentorum exhibitione aliquid exigere, sed per superiorem aliquem, secundum Diuum Thom. & Gregor. Lopez vbi supra, & ceteros: & ita est intelligenda præd. l. regia in principio, in verbis modò relatis, vt constat ex supra dictis; & tenent communiter DD. secundum Couar. d. lib. 3. variat. resolutio. c. 1. nu. 3. & D. Azeue. in d. l. 1. tit. 5. lib. 1. nouæ collect. reg. nu. 9. vbi quòd superior prius debet procedere contra parochianos per censuras: quod si hoc non obstãte nolint efferre, tunc poterit præcipere, ne dicatur eis horæ canonicæ.**

153 Ex quibus omnibus intelligenda venit glo. in cap. sanctorũ. 10. q. 1. dicens, laicos cogendos esse ad oblationes ministris spiritualium exhibendas; hoc namque sic simpliciter dictum iure nõ procedit, sed tunc demum, vel cùm ministri aliunde nequeant sibi necessaria ad victum exhibere, vel aliàs ratione legitimæ consuetudinis, modò liberè prius ministrentur spiritualia, vt prædiximus, & ita eam intelligit nuncupatim Couar. vbi supra, vers. ex quibus. Similiter. l. 8. titu. 19. par. 1. probans simpliciter parochianos non esse compellendos ad faciendas clericis prædict. oblationes, intelligenda est ac limitanda in præd. duobus casibus non procedere, nempe cùm ipsi ministri ecclesiastici inopes aliunde omnino sint, vel stante legitima consuetudine prædi-

Et oblationes faciendæ, per prædicta, vel quoties in testamento defuncti præcipitur fieri clericis oblationes, vt in l. 7. eodem titulo. 19. partita. 1. & in terminis ita etiam probat in prædictis casibus D. Azeued. vbi supra, dict. num. 9.

- 154 Illud tamen esse obseruandum in proposito videtur, non sufficere quòd minister spiritualium ex aliquo particulari artificio possit victum querere, ad hoc vt parochiani eum non debeant sus oblationibus alere, quia non tenetur, qui laicis proprio labore spiritualia ministrat, sibi victum querere aliunde quàm ex oblationibus ipsorum laicorum, quibus seruit, etiam si maximus alioqui artifex sit, possitque commodè ex ea industria alimèta percipere: inquit enim D. Paul. 1. Corint. c. 9. Quis militat suis stipendijs? Quis plantat vineam, & de fructibus non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? & in terminis de quibus agimus, ita tenent Roma: singular. 344. Dec. in cap. cum inter. nu. 26. de except. & sensit Hostiens. in summa, tit. de paroch. vers. in his, quos refert & sequitur D. Couar. vbi supra. n. 3. versic. qua in re, aduersus Abb. & Felin. in dict. cap. veniens. Sed horum opinio nè sequitur Thesaurus Christian. relig. dict. cap. 62. num. 11. versic. si verò, dicens quòd imputet sibi, quia tale beneficium acceptauit; & hoc esse de mente omnium Doctorum: & probata est in l. 9. in versic. *Nin sabe hazer ninguno de los menesteres,* & c. tit. 19. partita. 1. & ibi expressè tenet opinionem Abb. Greg. Lopez in gloss. 1. in fin. Et hæc secunda opinio verior & tenenda videtur. † Vicarius autem, qui officium & munus sacerdotale exercet in aliqua parochia nomine alterius, qui etsi absens sit, pingues tamen & opimos redditus ab ecclesia iure sacerdotij percipiat, inops iustè dici non potest, vt ratione huius inopie cogendi sint laici ei oblationes exhibere, quia eum tenetur proprietarius alere, atque congruam portionem ex redditibus sacerdoti assignare, non verò pa-

rochiani, vt rectè probauit Dominus Soto lib. 9. de iustitia & iur. quæst. 3. arti. 1. vers. nequè vero, & c. sequitur Couar. vbi supra. d. nu. 3. vers. secundum.

- 156 Sed an consuetudo quod laicis in die Purificationis Virginis Mariæ in Ecclesia per presbyteros candelæ ceræ albæ, vel alterius coloris offerantur, sit valida & obseruanda? Videtur valere, quia parum Ecclesiæ nocet, & laicis ad deuotionem multum confert, vt in specie decidit Federicus de Senis in cons. 155. quæstio, an laici, sequitur summa Rosel. citata per Syluestrū vbi infra, existimans, spatio quadraginta annorū hanc consuetudinem præscribi, & Federicū refert & sequitur additio Abb. in cap. 1. num. 2. de consuetud. & Gregor. Lopez allegans Balb. Oldrad. & Felin. in l. 15. titu. 17. in gloss. de *su officio*. in fin. par. 1. pro quo facit bona gloss. magna, ad fin. in cap. fin. 3. q. 3. quæ habet, quòd prælati dare potest bona aliqua ex bonis ecclesiæ, si hoc habet consuetudo.

Sed Siluester in summa, verbo, decima, num. 7. inquit, opinionem prædict. Federici, & summæ Roselæ esse falsam, quia licet ista consuetudo, quantum ad vnam candelam, non sit ecclesiæ grauis, attamen quantum ad multas est grauissima, & tanto magis, quanto inde inimicitia sequuntur, vt in dict. cap. 1. de consuetud. Item per eam ecclesia submittitur laicis, contra text. in cap. 2. de reb. ecclesiæ non alienand. libr. 6. Item soli patroni videtur esse priuilegiati in hoc, vt eis census, seruitus, vel tributum ab ecclesijs reddatur: vt in cap. prætereà. de iure patron. Eiusdem sententiæ contra Federicum videtur fuisse Rochum, de Curt. in cap. fin. de consuetud. sectio ne. 5. num. 24. qui tandem resoluit, standum esse arbitrio iudicis in eo puncto, an consuetudo dicatur multū præiudicialis ecclesiæ, vel modicum, sicut similiter quæ dicatur rationalis, vel non, vt per Menoch. de arbit. iud. libr. 2. centuria. 1. cfau. 82. num. 2. cum sequentibus alios citantem. † Sic etiam videmus non valere consuetudinem quæ habetur, vt
rustici

rustici non teneantur soluere decimas, nisi curatus soluat cuiuslibet parochianorum certas libras carniū porcinarū, vel quid simile, secundum Abbatem in cap. 1. numer. 2. de consuetud. quem sequuntur posteriores ibi, secundum Roch. de Curt. vbi supra, quia hæc consuetudo est multum onerosa ecclesie, ac per eam retrahuntur laici à solutione decimarum, si prædictæ libræ carniū vel simile non præstentur. Additio tamen Abbatis ibidem, litera A. existimat, quod tales rustici præscriptione 40. annorum cum titulo vel præscriptione immemoriali, absque titulo tueri se possint, vel si maior pars ecclesiarum ita seruetur, ex traditis per Federicum vbi supra, cuius opinio cum non sit tuta, quia prædicta consuetudo præstandi candelas laicis nimis grauat ecclesiam, vt supra diximus, & infra docemus, fauere non potest huic opinioni: ac proinde sententiam Abbatis sequi malo indistinctè.

158 Sic etiam non valet consuetudo, quod presbyteri teneantur dare in Paschate suis parochianis agnum Paschalem, vel pastum, vel quid aliud, quando illud esset tale, per quod ecclesia multum grauaretur, alia secus, secundum Cardin. Florè. in dict. cap. 1. in fin. & Curt. vbi supra: mihi idem videtur dicendum cum eodem in consuetudine prædicta de candelis præstandis, vt si sit nimis grauis ecclesie, præcipuè cum ipsa esset pauper & egenus, non valeat prædicta consuetudo, nec sit obseruanda: si verò nimis non grauet ecclesiam, quia paucis candelis præstantur, & ecclesia redditibus abundat, valida sit, arbitrio iudicis, tanquam boni viri, semper hoc relinquendo, qui tamen in dubio in fauorem ecclesie pronus erit, ex rationibus prædictis Siluestri, quæ mihi multum arrident.

159 & egenus, non valeat prædicta consuetudo, nec sit obseruanda: si verò nimis non grauet ecclesiam, quia paucis candelis præstantur, & ecclesia redditibus abundat, valida sit, arbitrio iudicis, tanquam boni viri, semper hoc relinquendo, qui tamen in dubio in fauorem ecclesie pronus erit, ex rationibus prædictis Siluestri, quæ mihi multum arrident.

160 Vltimò in hoc opportunè differenda venit quæstio illa, an valida sit antiqua consuetudo, quæ in plerisque diocesis extat, ex bonis & rebus à defuncto relictis deberi, ac dandam esse Episcopo, vel parochiali presbytero, meliorem vestem, aut vas aliquod argere eum, seu aliam

re, quam ipse Episcopus, vel presbyter elegerit? Et simile consuetudinem, quæ domini à suis vasallis morientibus à tempore immemoriali meliorem exigunt vestem, aut aliam rem mobilem, seu optimum bouem, simileue, nequaquam posse obtinere, vt pote iniquam, rationique contrariam, ex pluribus probant Philip. pus Corne. conf. 29. 6. circa primum, col. 2. versic. tamen his. libr. 4. Nihilominus tamen in specie quæstionis propositæ in fauorem parochi est tenendum, secundum Innocent. Hostiens. & communè in dict. cap. ad Apostolicam. Henric. & alios in cap. Iacobus. de simon. Cassad. in decisione vnic. de consuetud. in principio. & num. 1. qui testatur iuxta hæc opinionem in Apostolicæ sedis prætorio dictam decisam fuisse, quem refert, & communem esse profitetur, eam sequutus D. Couarr. dict. libr. 1. variat. resolution. c. 17. num. 3. versic. sic sanè. idem in cap. officij. num. 1. ad fin. de testamen. loquens in consuetudine præd. in fauorem Episcopi vel parochialis presbyteri introducta.

161 Quinimò, idem procedit, ac seruandum est in veste scissa parochiani decedentis existente penes sartorem, nondum tuta nec completa, electa vigore d. consuetudinis à Rectore ecclesie parochialis, vt conclusum fuit in capella Tolosana, decisio 387. vbi Stephan. Aufrenerius idem etiam iure probat, & eiusdem decisionis meminit Boer. in consuetud. Bituricens. des costumes concernans les mariages, & dona, rubric. 4. §. 6. num. 16. & 17. & Chassan. in consuetud. Burgun. rubr. 4. & sequitur Burg. de Paz in l. 1. Tauri, nu. 312. vbi inquit se audisse Alfonso Regem Legionensem super his sanctionem edidisse, cuius exemplum non authenticum habuit in hæc verba: Luitthofam mandamus dari, vbi est vsus & consuetudo terrarū: hinc prædicta exactio Luitthofa appellatur: in hoc Episcopatu Ciuitarenf. certo scio esse hæc consuetudinem immemoriam, vt è bonis vnius cuiusque Rectoris parochialis huius Episcopatus decedentis debeatur Episcopo

capo Ciuitatens. melior supellex, aliaue res mobilis vel se mouens, quam ipse elegerit, & hanc vidi exigi sapissimè, vt vulgo hic vocatur luctuosa, origine ducta forsan ab illa constitutione Regis Alfonsi Legionensis, vel quia ex luctu ob mortem defuncti sexigitur siue deferretur, ex prædicta consuetudine, quamuis proprius ab effectu posset vocari gaudiosa eam habere debentibus: in Episcopatu etiam Placentino accepimus esse similem consuetudinem, atq; literis executorijs obseruari iustum esse, eas tamen non vidimus.

162 Sed an oblationes factæ imagini pietatis in muro ecclesiæ parochialis pertineant ad Episcopum diocesanum, vel ad Rectorem illius ecclesiæ, in vtramq; partem disputat latissimè Marian. Socin. in tracta. de oblatio. libello. 18. per totum, & num. 49. resoluit cum communi, quòd tales oblationes debentur ecclesiæ parochiali, in volum. 15. tracta. diuersorum Doctorum, & nouissimè Tiber. Decian. conf. 16. per totum, volu. 2. vbi num. 8. cum sequentib. ex pluribus idem probat, nempe ad Rectorem pertinere, non verò ad Episcopum, cum communi plurimorum authorum sententia, quos citat, dicēs non esse ab ea recedendum in iudicando & consulendo, ibiq; respondet fundamentis contrariæ partis, & num. 11. ibi: Ex quo infero ego, & in num. 14. versicul. nota, & tene menti, cum Abbate id ampliat, etiamsi oblationes fiant in capella sita intra parochiā alicuius ecclesiæ, nam adhuc de iure nō cedunt capellæ, sed ecclesiæ parochiali prædictæ: quod tenet Abbas in cap. pastoralis. numer. 2. de his quæ sūt à præl. sine consensu capit. & Marian. Socin. vbi supra, num. 55. & 56. quod etiam sequitur Petrus de Vbald. in tractatu de canonica Episcop. & paroch. capit. 4. 16. quæstion. principal. numer. 4. verū restat autem, volumine. 15. tractat. diuersorum Doctorum, vbi addit, quòd cedent illi proventus in vsus necessarios, & stipendia ministrorum illius capellæ, secundum Hostiensem & Ioannem in

cap. ad audientiam. el. 1. de ecclesijs ædificand. & inquit Marianus Socinus vbi supra, quòd hodie quodam modo est cōsuetudo vniuersalis, quòd oblationes factæ intra parochiam communiter sunt Rectoris illius ecclesiæ, & quòd hæc cōsuetudo valet.

S V M M A R I V M.

- 1 **V**oti definitio siue descriptio.
- 2 **A**d votum tria de necessitate requiruntur rationis deliberatio, propositum voluntatis, & promissio.
- 3 **H**omo homini non potest quicquam promittere, nisi voce aut signis, Deo autem per solā mentis loquelam si cri potest promissio.
- 4 **P**romissio homini facta per solum actum integritatem, non obligat promittentem in conscientia.
- 5 **A**n cuncta sint consilio deliberanda ad votum, quorum ignorantia cohibere hominem potest à votando.
- 6 **I**n deliberatione duo includuntur, consultatio, siue collectio medicum inter plura media, & determinatio ad votum, ea enim deliberatio, quæ sufficit ad propositum, sufficit ad votum.
- 7 **D**eliberatio, quæ sufficit ad obligandum nos diabolo per peccatum mortale, eadem sufficit ad obligandum nos Deo per votum ad vitam æternam.
- 8 **V**otum imperfectum, quia non est per rationem vel voluntatem deliberatum, sed per modū primi motus, cui voluntas non assentit, non tenet: si verò sit deliberatum, sed non plena discussionis ratione, vt in exemplis hic positis, obligat.
- 9 **V**otum cum actuali deliberatione præmissa, quæ plena aut semiplena nominatur, votentem obligat.
- 10 **S**i quis ira aut calore percitus, aut mortis metu, quæ rationis iudicium tollent, votum emitteret, non obligaretur: secus vbi illa rationis lux persistat, quæ facere potest, aut meritum aut mortale delictum, quia tunc votum obligat.
- 11 **V**ota illa ex angustia facta non obligant, quæ quis profert non cogitando, id est, non aduertendo

- tendo, eo modo, quo quis aliquando inaduer-
tenter blasphematur.
- 12 Iratus autem bene potatus vouens, aut iurans
ingressum religionis, si sic subito id faciat,
quod non fecisset per deliberationem & sen-
tentiam rationis, quæ tamen moram tempo-
ris magnam non requirit, non tenetur: secus
autem si hoc agit sciens quod iurat, aut vo-
uet, licet non plene deliberauerit. Idem in iu-
rante. num. 17.
- 13 Qui calore concupiscentiæ inflammatus, aut be-
ne potatus, non tamen ebrius omnino, iurat
uxorem ducere, compellitur eam ducere.
& similiter, qui sic occidit hominem, non
excusantur à toto, quin sit mortale.
- 14 Pœnitentiæ voti superueniens statim trans-
eato periculo, non est indicium ad agnoscen-
dum quod votum subitum non sit validum.
- 15 Vota repentina deliberatione suscepta, quæ ni-
hilominus obligant, ut est prædictum faci-
lius dispensantur, iustamque secum afferunt cau-
sam dispensationis & commutationis, quam
cetera, quæ magna deliberatione fiunt.
- 16 Inique atque infidè dispensationem illius voti
procurat is postea saluus, qui illud emisit
Deo, si eum eriperet ab aliquo imminente
periculo.
- 17 Iuramenta emissa à lusoribus de amplius non
ludendo, ferè semper sunt obligatoria, faci-
lius tamen cum his dispensantur.
- 18 Iurans aut vouens se iterum Hierosolymam, si
iterum ludat, primo ira motu laborans, &
non perpendens, sit ne bonum, aut malum, ta-
le votum facere, quantum illud non adim-
pleat, non erit voti aut iuramenti reus.
- 19 Qui iurandi assiduitate iuraret se Hierosoly-
mam iterum, si iterum iurauerit, ad voti ad-
implentionem non tenebitur, propter defectum
actualis deliberationis.
- 20 Iuramentum de re parua & leui, licita tamè,
non obligat sub mortali, quantum illud non
seruans peccet venialiter.
- 21 Iurans amplius non ludere, ubi solui ab hoc iura-
mento non potest, nulla alia de causa quam
quod ipse magnum desiderium ludendi &
tentationem patiat: ubi quando licita sit
dispensatio, & consilium pro confessarijs,
quid hoc casu obseruare debeant, ponitur
num. 22.
- 23 Episcopus semper potest in iuramentis dispen-
sare, quando impleri non possunt sine inter-
itu salutis æternæ: aliàs solus Papa.
- 24 Propositum promittenti, sequitur a promissione,
perficit votum, ac proinde obligat.
- 25 Dum quis non intendit facere quod promittit,
neq; promittere, quod dicit, sed nugari, aut se
ducere, in foro interiori non obligatur, in ex-
teriori verò tenetur, & compellendus est
ad implere, nisi ante iudicium tribunal suam
intentionem se non obligandi deducat & pro-
bet, ut in num. 27. & de probatione vide
num. 29.
- 26 Fidei vouens religionem, an obligetur, & quid
facere tunc debeat, num. 28.
- 27 Vouens, promittens, vel iurans, verè intendens
id facere, non tamen seruare, grauiter pec-
cat, & seruare tenetur: & quid si in præ-
missa specie non intendat se obligare, nu. 31.
- 28 Propositum cum deliberatione, absque tamè pro-
missione exteriori, vel interiori, an obliget
sub reatu mortalis culpæ? & numeris que-
tibus num. 37. ponitur concordia inter diuer-
sas opiniones.
- 29 Propositum religionis habens, non tamen pro-
mittit explicitè neque implicitè professio-
nem religionis, non obligatur.
- 30 Propositum deliberatum, etiamsi ore enun-
tiatur, atque verbo proferatur, si promissio il-
lius non subsequatur, expressè vel tacita,
non obligat sub poena peccati mortalis.
- 31 Tex. in cap. consulti. de regular. intellectus, &
num. 36.
- 32 Vouens religionem ingredi, an teneatur perpe-
tuò in religione permanere? & numeris se-
quentibus, præcipue num. 44.
- 33 Vouens profiteri in aliqua religione, tenetur per-
manere in ea: secus si vouerit se fieri religio-
sum, ut in num. 40. Item si vouerit esse re-
ligiosus, cum intentione gaudendi anno pro-
bationis, poterit eo gaudere, nu. 41.
- 34 Vouens religionem, & ingrediens animo statim
ex eundi, non satisfacit voto, nisi in casu nu-
meri 43.
- 35 Episcopus an possit dispensare in votis condi-
tionalibus, siue poenalibus, quæ aliàs si abs-
oluta forent, minimè posset: & numeris se-
quentibus. 50. & 51. & 53.
- 36 Vota religionis, castitatis perpetuæ, peregrina-
tionis Hierosolymitanæ, Romanæque, ac Cæ-
lestina, Summo Pontifici sunt reserua-
ta, cum

sa, cum absolute emittuntur: & num. 47. Quid si votum peregrinationis terra sancta ex deuotione fiat, non verò pro subsidio? Resoluitur idem de consuetudine. Limitatur quod dictum est num. 46. in personis alijs subiectis sine ipsorum licentia vouentibus religionè vel castitatè, tunc enim hi poterunt huiusmodi votum irritare, & à fortiori Episcopus in eo cum causa dispensare: & idè in uxore respectu mariti, vt in num. 49. circa finem.

¶ 8 *Episcopus dispensare potest cum suis parochianis in cæteris votis præter supra dicta, & etiam in voto castitatis non perpetuæ.*

¶ 9 *Episcopus an possit dispensare in voto continentia perpetuæ, in casu. c. veniens. qui cleric. vel vouent.*

¶ 10 *Vota sincerè conditionalia dispensantur per illum, à quo, si pura fuissent, potuissent super ois dispensari.*

CAPVT XXII.

De requisitis ad votum obligatorium sub peccato mortali, & vtrum in solo voluntatis proposito perficiatur.

AD faciliorem cognitionem infra dicendorum præmittere oportet definitionem voti. Votum igitur est promissio quædam, saltem interior, deliberatè Deo facta de aliquo maiori bono, secundum Magistr. sententiar. in. 4. distinct. 38. vbi ait, quod votum est testificatio quædam promissionis spontaneæ, quæ Deo, & de his, quæ Dei sunt, fieri debet; tamen & de testificatione interna fortè loquatur, qua se homo Deo debitorem contestat, refert & sequitur D. Thom. 2. 2. q. 88. artic. 1. super conclusionem, versic. vnde magister dicit: expressa l. 1. in princip. tit. 8. part. 1. vbi inquit: *Voto tanto quiere de xir como promessa que home haze a Dios, &c. & ibi: Quid es fecho por algun bien, & constat ex Hostien. in summa, tit. de voto. §. 1. & sequit*

tur cæteri in. 4. distinctio. 38. & Archiepiscop. Florenti. in. 2. part. suæ summæ, tit. 11. c. 2. in principio. Archidiacon. in. c. qui bona. 17. q. 1. Abb. & alij in cap. literaturâ. de voto. Siluester in summa, verbo, votum. 1. in princip. & cæteri summistæ: est communis secundum Naurr. in manual. Latin. c. 12. nu. 24. est receptissima secundum Dominic. à Soto lib. 7. de iustitia & iur. q. 1. articu. 2. in veris. his tamen non obstantibus, & c. & eam in effectum probat Gregor. Lup. in d. l. 1. gl. 1. & latissimè eam exponit postremò clarissimus genere & literis Don Didac. Lopez à Stunica & Sotomayor, in tractatu de voto. q. 1. num. 5. cum sequentibus.

2 Ad votum autem tria ex necessitate requiruntur. Primò, rationis deliberatio. Secundò, propositum voluntatis. Tertio verò, promissio, in qua ratio perficitur voti: ita S. Tho. 2. 2. q. 88. artic. 1. cõmuniter ibi receptus per Theologos: & hanc distinctionem sequitur Siluester in sua summa, verbo, votum, in principio, & latè probat Dominic. à Soto, vbi supra, in. 1. conclus. vers. ad votum: sequitur Gregor. Lopez in dicta. l. 1. in glos. arrebatamente. in vers. & dicit S. Thomas, & alios allegans frater Ioseph. Angles in suis florib. Theolog. quæst. 2. part. in quæstione de voto, conclus. 1. & tenuit glos. 1. in cap. neque viduas. 27. q. 1. vbi quòd cū quis in originem disponit aliquid boni facere, dicitur deliberatio: vt in cap. qui bona. 17. q. 1. hoc infringere, veniale est: si verò procedit & proponit idem firmiter facturum, dicitur propositum, cuius fractio veniale grauius est: si verò accedat obligatio, dicitur votum, cuius fractio peccatum mortale est: itaque cū votum est perfectum ex prædictis tribus partibus, obligat ad obseruantiam sub pœna peccati mortalis, vt Ecclesiastes. 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere: displicet enim ei infidelis & stulta promissio. Et ibi: Quodcumque voueris, redde: multo què melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere: text. in cap. licet. &

in

in cap. magna. de voto. S. Thom. 2. 2. q. 88. artic. 3. & omnes in libr. 4. sententiarum, distinctione. 38. secundum Nauarr. qui idem sequitur in manual. Latin. c. 12. num. 26. Quibus fit, vt nulla deliberatio, quantumlibet resoluta & firma, nec etiam propositum firmum efficit votum, nisi simul interueniat promissio, vel votum: ita S. Thom. 2. 2. q. 88. artic. 1. & 2. & omnes DD. in cap. literaturam. de vot. quos sequitur in pulchro casu Nauarr. conf. 1. num. 1. de vot. & prius in manuali. c. 12. num. 24. est communis secundum eundem Nauarr. conf. 8. de vot. num. 1. & conf. 15. de vot. num. 1. sequimur & nos infra num. 34.

3 Illa tamen est inter homines ac Deum in proposito differentia, quod cum nobis non nisi vocibus aut exteris nutibus aliena mens innotescat, non potest homo homini nisi voce ac signis quidquam promittere: vnde Prouerb. 6. Illaqueatus es verbis oris tui: Deo autem, cui intima cordis patent. 1. Reg. 16. Homines vident ea, quae patent, sed Deus iutetur cor; per solam mentis loquelam fieri potest promissio: quo fit, vt quoad voti essentiam & necessitatem, intellectu absque voce consumetur votum: ita docet S. Thom. vbi supra. artic. 1. Abb. in c. literaturam. num. 2. de voto. & Soto vbi supra. in vers. statutum hoc. & voluit Nauarr. dict. cap. 12. num. 26. in princip. versicul. 3. Gregor. Lop. in dict. l. 1. in gloss. *arreat adamente.* in fine. Nec obstat illud Psalmi, Reddam tibi vota mea, quae distinxerunt labia mea, quia verba non sunt respectu Dei necessaria, sed respectu nostri: sicuti vocalis oratio ad expergefaciendos nostros animos, exeat ad oculos in Deum. Secundum etiam acciri solet aliquorum testimonium, vt non solum Dei metus, verum vt humanus pudor firmiores nos reddat, ne voti fidem frangamus, secundum Dominic. à Soto vbi supra, in versic. posterior conclusio: & triginta exempla voti taciti sine verbis, ponit Praeposit. in cap. rursus. qui cler. vel vouent.

4 Promissio tamen homini facta per so-

lum actum interiore non obligat promittentem in conscientia, secundum opinionem Thomae, quam tanquam verior probat frater Angles in suis floribus, Theolog. quaestio. 2. part. in quaestio. de voto. artic. 2. in 4. difficultat. estque communis sententia iurisprudentium, secundum Aragon vbi supra, pag. 992. versic. de eadem simplici, vbi refert Soto tenentem contrarium. & tandem ipse Aragon suam explicat sententiam in hoc distinguens, vt ibi per eum:

5 Circa deliberationem ad votum de qua supra. est dubium, vtrum antequam votum obliget, cuncta sint consilio deliberanda, quorum ignorantia prohibere hominem posset à vouendo? Et in hoc quavis nonnulli ita velint, vt est Ricardus in 4. distinct. 38. q. 1. tenendum est, ad votum requiri plenam deliberationem, non enim sufficit motus subitaneus, seu merè naturalis, quem vocant primò primum, vbi nulla est ratio, vel meriti, vel culpae, sed est necessarius motus secundò primus, in quo sola esse potest venialis culpa: illa verò plena deliberatio, qua nihil quod deliberari poterat, omittitur, non est necessaria, vt late probat Dominic. à Soto, vbi supra. in versic. restat itaque, secundum Siluestr. in summa, verb. votum. §. 13. voluntas deliberata sufficit, quae ibi est, quando voto se vouens obligare intendit: & in deliberatione duo includuntur, consultatio siue collectio mediolorum inter plura media, & determinatio ad vota. ¶ illa enim deliberatio, quae sufficit ad propositum, sufficit ad votum, vt tradit D. Thom. opusculi 17. cap. 10. ad secundum, & Caietan. in 2. 2. q. 88. artic. 1. & in summa, verb. votum. c. de quatuor conditionibus tenentibus se ex parte vouentis, & Siluestr. vbi supra, sequitur nouissimè alios referens D. Didac. à Stunica vbi supra. d. quaestio. 1. de voto. num. 17. & 18. & Magister Aragon de iustitia & iure, quaestio. 88. articulo. 1. pag. 965.

7 Hinc primò fit, quod deliberatio, quae satis est ad obligandum nos diabolo per peccatum mortale, eadem sufficit ad obligandum

gandum nos Deo per votum ad vitam æternam, iuxta gloss. in cap. mulier. 32. q. 2. & Palud. in. 4. distinctio. 38. q. 1. col. 2. communiter receptum secundum Nauarr. vbi supra, num. 24. & 68. idem sequutum, & num. 26. & conf. 7. de voto, num. 2. Siluestr. verb. votum. 2. num. 13. & D. Didac. à Stunica, vbi supra, nu. 29. vbi alios refert & Aragon vbi supr. in

8 versic. secunda conclusio. † Vnde quando quis imperfectè vouet, quia actus vouendi non est per rationem vel voluntatem deliberatus, sed per modum primi motus, cui voluntas non assentit, tunc huiusmodi votū nō tenet ratione actus imperfecti: si verò homo voueat deliberatè, sed non plena discussione rationis, vt communiter fit in timoribus, in infirmitatibus, & in rebus repentinis, vel ex animi leuitate, vel ex pronitate ad vouendum, vt in mulieribus cōsuetum est, obligatur ex huiusmodi voto, quia est actus deliberatus, qui in paruo tēpore fit: sicut deliberatio fornicandi, & huiusmodi, constituit peccatum mortale, licet non sit facta cum tali examine, secundū summam Armill. auream, verb. votum.

9 nu. 6. † Votum igitur cum actuali deliberatione premissa, quæ plena aut semiplena nominatur, vouentem obligat, ita vt illud adimplere teneatur, vt definitur in cap. sicut nobis. de regular. vbi ad voti executionem obligatur, qui maxima laborans ægritudine, mortis timore vouerat: & in cap. veniēs. de voto, vbi Alex. III. commutat votū in puerili ætate quadam facilitate sine plena deliberatione emissum: & ratio est, secundū Angles in suis florib. Theolog. quæstio. 2. parte, de voto. artic. 1. difficult. 3. in principio. pagina mihi. 80. & 81. nam, vt aliquis iracundia accensus, aut repentino motu, dum modò sit rationis compos, potest votum frangere, & mortaliter peccare, ita eadem passione dominante, potest votum emittere, & per votum Deo obligari: neque enim maior libertas ad aliquid promittendum, quàm ad seruandum promissum desideratur.

10 Secundò deducitur, quòd si quis ira

aut calore percitus, aut mortis metu, quæ rationis iudicium tollerent, votum emitteret, non obligaretur: secus vbi illa rationis lux persistat, quæ facere potest, aut meritum, aut mortale delictum, quia tunc votum obligat, vt in cap. sic nobis. de regular. vbi clericus qui nimia ægritudine laborans religionem vouit, ad habitus susceptionem compellitur: & in cap. sunt qui opes. 17. q. 4. vbi qui tumultuatio mentis impulsu, non iudicio perpetuas opes ecclesiæ contulerūt, quanuis de voti leuitate non tenentur, nihilominus tanquam sacrilegi habentur si illas reuocent. Votum igitur factum ex iracundia, quæ iudicium & rationem, vouentis non absorbet, adeò vt tūc posset mortaliter peccare, validum erit: ita colligitur ex Ioann. Andr. & communi in cap. dudum. de conuers. coniug vt testatur hanc regulam sequutus Nauarr. vbi supra. dict. num. 24. & probat Soto vbi supra, in versicul. colligamus. Vnde gloss. in dict. cap. dudum. verb. calore iracundiæ, volens, votum emissum calore iracundiæ non obligare, intelligenda est, vt procedere possit, secundum Abbatē ibi num. 8. quando est tanta mentis turbatio, quòd sapiat quandam alienationem mentis, ex multo furore: quod sequitur Gregor. Lopez vbi supra in prædict. 1. gl. & D. Didac. à Stunica vbi supra, num. 30. cum sequentibus. Sic etiam intelligendi sunt Roman. singul. 408. & Ias. in. l. si filiam. C. de inofficioso testa. simpliciter tenentes contrarium, citati per Nauarr. vbi sup. Addit Abb. vbi supra, quòd vbi turbatio non est tanta, vt est prædictum, si tamen fuit tantus iracundiæ calor, quòd sedato calore, nō fecisset votum, non obligat apud Deum, quia Deus vult omnino voluntariū militem: nihilominus tamē reoluit, quòd quia difficile esset talem calorem probare, seruaretur in practica opinio Ioann. Andr. tenentis contra glossam ibi, dum dicit, quòd ingressus religionis, & elemosyna, cum in se ipsis bona sint, non egent aliqua deliberatione, vt puta si auidiuit vel vidit miraculum, vel terremotum

- rum vel aliquid simile, & timore ductus fecit elemosynam, vel intrauit monasterium, vt in cap. sicut. de conuers. coniug. & sic potest intelligi secundum ipsum Ioann. Andr. d. cap. sunt qui opes: deliberatio enim huiusmodi in momento temporis fieri potest, & satis est, quod actu vel virtute fiat, non enim est opus quod per aliquod spatium temporis deliberatio precedat votum, sed vt admitterendum vel peccandum mortaliter, sufficit facta eodem momento temporis in quo bonum opus aut peccatum admittitur, sic etiam votum vt sit validum, satis est vt in eodem momento temporis fiat deliberatio, quo fit votum ipsum: nam quauis vtrumque simul & in eodem tempore efficiatur, semper tamen deliberatio precedit votum natura, quem admodum substantia Solis precedit suam lucem, & ignis calorem suum, secundum Nauarr. vbi supra, numero. 26. versicul. quapropter.
- 11 Illa ergo sola vota ex angustia facta non obligant, quæ quis profert non cogitando, id est, non aduertendo, eo modo quo quis aliquando inaduertenter blasphematur, secundum Siluestr. vbi supra, sicque non sufficit motus subitaneus, quem vocant primo primum, vt prædiximus: vota enim ex subreptione sine deliberatione non obligant necessario, vt docent Theologi: † & ideo iratus aut bene potatus vouens aut iurans ingressum religionis, si sic subito id faciat, quod non fecisset per deliberationem & sententiam rationis, quæ tamen moram temporis magnam non requirit, non tenetur: secus si hoc agit sciens quod iurat aut vouet, licet non plene deliberauerit: † sicut etiam qui calore concupiscentiæ inflammatus, aut bene potatus, non tamen ebrius omnino, iurat uxorem ducere, compellitur eam ducere, & similiter, qui sic occidit hominem, non excusatur à toto, quin sit mortale, ex quo non fuit sic extra se, quin sciret quid ageret, licet statim postea poeniteat, & nollet fecisse, vt ex superioribus deducitur, & probat in specie Siluestr. dict. num. 13.
- 14 Cauendum tamen est ab Angelo de Clauas. in sua summa, verbo, votum, dum ad cognoscendum, an subitum votum fuerit validum, huius rei signum indicat, dicens hoc posse perpendi, quando statim transacto periculo vel angustia, sunt male contenti se vouisse: hoc autem falsum est, quia etiam si vouens diu deliberasset, posset tamen postea voci facti poenitere, & nihilominus obligatus remaneret, & ideo merito id probauit Petrus de Palud. Arch. & cos. referens Siluestr. vbi supra, num. 13: nec non & Dominico à Soto etiam vbi supra, in versic. colligamus, ibi: Eam obrem, & Armilla aurea vbi supra, pag. 81. versic. hinc regula: esse enim poenitentem de peccato, arguit quidem illud non fuisse factum ex habitu, non tamen arguit quia sit factum ex electione, passione licet turbante iudicium rationis, secundum prædict. in summa (vt in versic. hinc primo fit, docuimus) illa deliberatio temporis vel ætatis sufficit ad se obligandum aliquem Deo per votum, quæ sufficeret ad se obligandum diabolo per peccatum mortale.
- 15 Vota tamen repentina deliberatione suscepta, quæ nihilominus, vt prædiximus, obligant, facilius dispensantur, iustamque secum afferunt dispensationis causam, commutationis, aut redemptionis, quam cætera, quæ magna deliberatione fiunt, vt in cap. 1. & in cap. veniens. de voto, vbi Abb. id notat, & Caietan. dict. artic. 1. sup. D. Thom. & ibi Aragó versic. 3. conclusio. Siluestr. d. num. 13. in fin. Dominic. à Soto vbi supra, in versic. addiderim tamen, & denique Nauarr. d. cap. 12. num. 26. versic. est tamen valde, & c. & Armilla aurea vbi supra, in versic. in votis, & Ludouic. Lop. in suo instructorio conscient. 1. parte. cap. 43. de voto. versic. differentia est. colum. 328. Ad monet tamé Soto, † iniquè atque infidè dispensationem illius voti procurare eum postea saluum, qui illud emisit Deo, si eum eriperet, siue in mari, siue in lecto, siue alibi, à præsentaneo periculo; nam licet repentina deliberatione id fiat, causa tamé vouendi, beneficiumq; receptum, ingratum.

itudinis, & quidam maximæ eum red-
arguit.

- 17 Et quod prædiximus in vouente per
iram, dicendum est in eo, qui ira etiam
percitus iurat, modò non esset tãta, quæ
iuranti iudicium ad mortalem culpam
sufficiens adimeret, vt eadem ratione,
quia in voto resoluit Nauarr. d. cap. 12.
nu. 10. vbi etiam latè probat cum Beat.
Antonino in. 2. parte suæ summe, tit. 10
cap. 4. §. 1. colum. 4. Siluester in summa,
verbo, iuramentum. & Dominicus à
Soto lib. 7. de iustitia & iur. q. 2. artic. 1.
& libro. 8. q. 1. articulo. 7. & q. 2. artic. 3.
- 18 aduersus Caieta: 2. 2. q. 89. arti. 7. ¶ Quod
est considerandum pro votis & iuramē-
tis quæ in ludo vel post fiunt, ab his præ-
cipuè qui in eo infelicitè sunt verlati:
nam licèt iracundiæ calore persepe fiât,
illa iracundia, vt plurimum, iudicium eo
modo quo diximus, non euertit, & idè
ferè semper sunt obligatoria: ita Alco-
zer de ludo, capit. 13. fol. 83. quem refert
& sequitur D. Didac. à Stunica vbi. sup.
de voto. q. 1. num. 31. vbi quòd cum his
facilius dispensabitur, secundùm com-
munem, quam supra retulimus.
- 19 Si tamen ebrius aut iracundus primo
iræ motu laborans, iuret aut voueat te-
iturum Hierosolymam, si iterum ludat,
non perpendens, si tunc bonum aut malũ
tale votum facere, quanuis illud non ad-
impleat, non erit voti vel iuramēti reus:
nam cum primus motus non sit liber,
quia non est in nostra potestate, votum
vel iuramentũ tunc factum non vale-
bit, vt in specie decidit Iosephus Angles
in suis florib. Theolog. quæstion. in. 2.
parte de voto, articulo. 1. in. 3. difficulta-
te. versicul. hinc si ebrius. pagina mihi,
81. addens insuper in versicul. sequenti,
quòd qui iurandi assiduitate iuraret se
Hierosolymam iturum, si iterum iuraue-
rit, ad voti adimplerionem non tenere-
tur, propter defectum actualis delibera-
tionis: nam licèt illa deliberatio virtua-
lis ad inducendum periurij peccatum
sufficiat, ea quòd prauam consuetudinẽ
vitare tenebatur, ad obligationẽ tamen
voti non sufficit, quia sic promittēs ani-

num promittēdi, quod est de essentia
voti, minimè habet: quòd si illo maxi-
mo iracundiæ calore, quo quis vouit ces-
sante, id ratum habeat, & in eo perseue-
ret, ex tũc per deliberationẽ videtur deli-
beratè vouisse, & idè obligatur, secūdũ
omnes, teste D. à Stunica vbi supra, n. 33.

- 20 Iuramentum præterea de re parua &
leui, licitã tamẽ, non obligat, sub morta-
li, quãuis illud non seruans peccet ve-
niãliter, secundùm Archiepiscop. Florẽ.
Siluester, & Sor. quos refert & sequitur
latè id probans, & dicens esse receptiorẽ
opinionẽ Nauarr. d. cap. 12. num. 10. ver-
sicul. an autẽ idẽ sit de illo. Ampliat idẽ
ibidẽ num. 4. in voto rei minima, nẽpẽ
dicendi tantũ vnum Pãlterij versicu-
lum, vel Aue Maria, si postea non dicat,
vel dare poculum aquæ frigidæ amore
Christi, & non dat, vt hic mortaliter sal-
tem non peccet. Quod verum intelligit
D. Didac. à Stunica in tractatu de voto.
quæstion. 4. num. 2. & 31. quando trans-
gressio non fieret in perpetuum, sed pro
aliqua vel aliquibus vicibus: si enim post
votum factum vouens nunquã adim-
plere in animum induceret, quanuis pro-
missio sit leuis, grauitè, mortaliterque
peccaret, vt ibi latè probat in exemplo
de voto dandi quotidie pauperi vnum
assẽm, vt ibi per eum.

- 21 Quinimò ipse Nauar. vbi supra, nu. 8
ex præd. infert, illum qui iurauit ampli-
non ludere, absolui ab hoc iuramento
non posse ex nulla alia causa quã
quòd ipse magnum desiderium ludēdi
& tẽtationem patiantur, quia est prælli-
tum super re graui, & sine iusta causa à
iuramēto de re graui absolui nõ potest,
iuxta gloss. solennẽ in capit. quando, de
iur. iuran. quanuis in rem meliorem aut
æquẽ bonam commutari posset: & ita
secūdũ ipsum sanctissimus Pius V. re-
nuit in simili casu dispẽsare. Si tamẽ lu-
dus licitus esset, & in parua quantitate,
qui animi causa recreationis etiam roga-
tis licèt, licita esset dispensatio, secundũ
22 Nauarr. vbi supra. ¶ Aduertant igitur
confessarij, qui ad absolutiõnem similiũ
iuramentorum de amplius non ludẽdo
assumun-

assumuntur, ne facilius id annuant, sed primò & ante omnia aduertant, an facultas in diplomate Summi Pontificis ad id concedatur: nam in his bullis Cruciatæ, quæ modo conceduntur, de hoc nec verbum vllum: & quanuis facultas ad commutanda vota in eis concedatur, hæc ad iuramenta non extenditur, secundum Nauarr. in manual. Latin. c. 27. nu. 272. el. 2. & in alia impressione nu. 255. versu. decimo sexto. Nihilominus tamè statim nonnulli confessarij virtute bullæ, quæ dicit pœnitens habere, eum absoluunt à prædicto iuramento: cum tamen prædictam facultatem minimè specificè cõcedat Summus Pontifex in eadem bulla, sicque videtur quòd hoc facere non possint, si teneamus prædict. opinionè Nauarri, nisi pœnitens aliam vel alias bullas antiquiores habuerit, quæ vel quibus id expressè concederetur, vt à iuramenti absoluì possit, vel ea à confessarijs commutari valerent, prout nonnullas id concedentes vidimus: tunc enim, etsi in nouis id in specie minimè cauere tur, attamen quia sumendo eas, reualidatur aliæ omnes gratiæ similes, vel diuersæ à sede Apostolica sibi aliàs concessæ, vt in eisdem expressè cauetur, absolutio & commutatio præd. facta habenti prædictas bullas, valeret: & quanuis facultas concessa ad commutanda vota, extèdatur etiam ad commutanda similia iuramenta, hoc est eiisdem materiæ, quæ principaliter fiunt Deo, non tamen vergunt in præiudicium tertij, iuxta doctrinam sancti Thom. 2. 2. q. 89. artic. 9. quæ sequitur D. Soto lib. 8. de iustit. & iur. q. 1. artic. 9. & alios allegates Emanuel Roderic. in explicatio. bullæ Cruciatæ. §. 9. n. 110. & 142. Henric, in summa Theol. moral. lib. 7. de indulg. c. 28. n. 4. & latius c. 30. nu. 5. pag. 576. Iuramentum tamè de nõ ludendo amplius, de quo sup. non videtur omnino huiusmodi, præmaximè si votum vel promissio de nõ ludèdo esset iuratum: tunc enim cui alterum tantum conceditur, nõ posset commutare votum iuratum, quod continet duplex vinculum, nisi privilegio particulari Pontificis esset muni-

tus confessarius ad vtrumque commutandum, prout sunt confessarij Societatis Iesu, vt probat cum alijs Henric. vbi sup. nec nõ & Nauar. & Emanuel Roder. nihilominus tamen simplex iuramentum de amplius nõ ludèdo confessarij frequenter virtute bullæ Cruciatæ vel iubilæi commutatur, propter doctrinam præd. diui Tho. & sequacium, quos ego nõ condènarem, imò fieri licitè posse, receptius videtur, quandoquidè hoc iuramentum Deo principaliter fiat, & sine præiudicio tertij, nisi votum, seu promissio iuramento firmaretur, per supra dict. & in terminis virtute bullæ vel alterius privilegij doctrinam S. Tho. præd. sequatur D. à Stunica de voto. q. 5. nu. 42. & Aragon cum alijs de iust. & iur. q. 88. pag. 1042.

23 Secundo aduertant confessarij huiusmodi in specie, de qua agimus, vt quauis præd. absolutione & relaxatione in caliculo & permissio faciant, nihilominus in aliam rem meliorem, vel equè bonam, aut alia iuramenta commutent, vt constat ex Nauar. vbi sup. Episcopus tamen semper potest in iuramentis dispensare, quando impleri nõ possunt sine interitu salutis eternæ: aliàs solus Papa, vt in. c. venerabilè. §. pen. de electio. ita Specul. in tit. de legato. §. nunc ostendendum. versu. ceterum solus Papa. & Bouenc. in repet. Auth. Sacramenta puberum. nu. 120. C. si aduersus vend. vbi allegat. c. 1. & 2. 15. q. 7. & Guido Pap. decis. 140. in fin. quos refert & sequitur D. Didac. à Stunica. de voto. q. 6. nu. 149. vbi quòd ex communi vsu & obseruatione quotidie videmus Episcopos & Archiepiscopos dispensare super iuramento, & tolerantur huiusmodi dispensationes in vtroque spiritali & temporalis foro. Et hæc de deliberatione ad votum necessaria dicta sufficiant.

24 Quoad propositum, quod (vt etiam vidimus) de necessitate, non verò de perfectione voti requiritur, quatuor species constituendæ sunt. Prima est clara, nempe cum quis proponit promittere, & seruare promissum, ac denique promissit, sicque votum suum consummauit, & hoc casu proculdubio iuxta doctrinam sancti Doctoris, &

Ggg com.

communem votum obligat sub reatu peccati mortalis, vt prædiximus, quia est absolutum omnibus suis partibus.

25 Secunda species est per contrarium, dum quis non intēdit facere quod promittit, nec promittere quod dicit, sed nugari, aut seducere: & hæc similiter species indubia est, quia certum est talē promissionē apud Deum, & sic in foro interiori, non obligare, quia vana est promissio, quæ intentione caret, sed quoad forum exterius, tam ecclesiasticum, quā civile, siuē Deo promissio fiat, siuē homini, valida erit, compellēdusq; erit sic vouēs aut promittēs, seruare fidem, quia Ecclesia non iudicat de occultis, aliās enim si hoc allegari crederetur, protinus res publica perditum iret, vnusquisq; enim contenderet se monachum nō esse, nec matrimonium contraxisse: ita Caietan. super Thom. d. artic. 1. colu. 4. & 5. subdēs, quōd quēadmodum Ecclesia ei, qui vouit, si postea dicat non habuisse intētionem se ipsum obligandi, non credit, sic etiam perperam agūt prælati religiosorum, qui sine alijs cōiecturis suis subditis iurantibus se non habuisse intētionē profitēdi, cum professi sunt, facile credunt: sequitur Dominicus à Soto d. lib. 7. de iust. & iur. q. 1. articu. 2. vers. alia est promissio. & Nauar. c. 12. nu. 26. vers. se primò: ex quo enim quis exprimit votum, semper cogitur in foro ecclesiastico illud perficere, quia creditur ex deliberatione procedere, vt ex Hostiens. & Archid. tenet additio Abb. in d. c. literaturam. nu. 2. litera. A. de voto. Eandē sententiam principalē sequitur Armil. aurea verb. votum, nu. 5. & latè frater Angles vbi supr. pag. 82. in fin. & 83. in princip. vbi q; in præd. specie sic vouēs mortaliter peccat, quia mētitur, si voce tantum illud proferat, non tamē ad votum adimplēdum obligatur, quia deest voluntas vouēdi, quæ in voto est radix obligationis, & hoc in foro animæ: secus in exteriori, vt prædiximus, quia Ecclesia non iudicat de occultis, & idēd ei credere non tenetur, quanuis postea iuret intētionem obligandi non habuisse,

quemadmodum fictē ordinato, aut baptizato, etiam si iureiurando affirmet se intētionem recipiendi tale Sacramentum non habuisse, fidem adhibere non tenetur: & prædicta sequitur nouissimè Magist. Aragon de iust. & iur. q. 83. articu. 1. pag. 968. conclus. 2. Addit statim Angles, quōd fictē vouēs, seculo scandalo, vt si à loco vbi scandalum oriri potest, longè recedat, ad voti obseruantia minimè obligabitur: † quod si in eodem loco permaneat, tenetur ad secretè vouendum, aliter enim non erit monachus, & dum fallum monachatum representat, est in statu damnationis, propterea quōd prælati non habent auctoritatem absoluendi, aut ligandi illum, sed solus diocesanus Episcopus: tum etiam, quia si intētionem suffragandi in electionibus habet, cum verò suffragio careat, mortaliter peccat, idēd vel recedat à loco, & sine scandalo habitum dimittat, vel secretò intr. se votum religionis emitat, dicens: Domine, ego voueo paupertatem, &c. ita Angles vbi supra.

27 Requiritur ergō ad hoc q; in foro exteriori hu. ulmodi vouēs ad obseruantiam voti non compellatur, vt ante iudicis tribunal prædictam suam intētionem se non obligandi deducat, & legitime probet, vt aduertit Dominicus à Soto, qui supra in versiculo, alia est promissio, vbi in versiculo an verò, refert Caietanū tenentem, quōd qui tale votum verbo tenus emit, aut matrimonium contraxit, tenetur parere sententiæ Ecclesiæ ratione scandali vitandī, Hoc tamen cum grano salis cond. endum esse existimat Soto, nempè vt procedat, quando id quod iubetur, licitè fieri potest, vt fictum monachum habitare in conuentu, habitumque gerere, † tunc enim obtemperare tenetur, vbi citra scandalum fugere non valet: nam si surripere se posset, in aliamque se conferre prouinciam, vbi quia non esset notus, citra scandalum quiret exemptus viuere, non teneretur se sententiæ submittere, quæ in falsa præsum-

præsumptione fundabatur. Addo ego ex Angles vbi supra, quòd si in eodem loco permaneret, tenetur ad secretè vo uendum, ex rationibus prædictis: si ta men quod præcipitur ab Ecclesia, inquit Soto, fieri licitè nequit; quia intrin secè malum est, vt si quis post clandestinas nuptias secundò publicè contra xit, et si foro exteriori compellatur de bitum reddere, obedire nequit; esset nã que fornicator: quod tanquam verissi mum probo.

29 Difficilis autem, meo iudicio, esset probatio sufficiens in prædicta specie, quam legitimam fieri oportere prædi ximus in foro exteriori, vt Ecclesia hu iusmodi vouentem liberet, nisi tempore competenti protestatio de contrario a nimo vel proposito, votum præcederet, eaque liquidò probaretur: argumento text. imò expressa decisione ipsius, in. c. consulti. in fin. de regular. ibi: Vt ergo quæ sit eius intentio, plenius cognosca tur, propositum suum in principio pro testetur.

30 Tertia species est, quoties quis verè intendit promittere, vel iurare, non ta men seruare promissum, vel iuramen tum, vt re vera accidere potest in mili taribus religionibus, atque in alijs, vbi obtentu potiùs bonorum temporalium, quàm religionis solent huiusmodi vota celebrari: & hoc casu licet propositum adimplendi deficere videatur, nihilomi nus illic est vera voti vel iuramenti obli gatio: quare cum sit volita, ligat, & sic promittens grauitèr peccaret, quia face re non proponit id ad quod ligatur, se cundùm Caietanum, Nauarrum & So to vbi supra, versiculo, tertia, & Armil lam auream dict. verbo, votum, nu. 6. & fratrem Angles vbi supra, pagin. 82. ver siculo, vouens animo, & Ludouicù Lo pez in suo instructorio conscientie, co lumn. 328. versicul. promissio, & in ver sicul. quanuis, column. 337. & Aragon vbi sup. in. 3. conclus.

31 Quarta & vltima species est de illo, qui proponit intenditque promittere aut iurare, sed tamen non intendit. se

obligare: & tunc licet videatur nullam obligationem ex eo quòd obliga tiò non videatur volita, nihilominus naturalis est effectus promissionis ad producendam obligationem, & ideo fat is est causam esse volitam: nequit enim hic vouens vel iurans laqueum ini cere, quin illaqueetur, vt rectè probauit Soto vbi supra, in versiculo, sed quid si, estque communis omnium Theologo rum nostri tēporis, vt affirmat eam be ne probans Aragon vbi supra, columna 969. versiculo; contrariam aduersus cõ munem Canonistarum, & Scoti, atque Siluest. quam ibi refert in versicul. præ cedenti.

32 Quoad tertium autem requisitum voti, & sic promissionem, illa quæstio controuersa versatur inter iuris Ponti ficij & sacre Theologiæ professores, an propositum in voto cum delibera tione, absque tamen promissione exte riorivel interiori, obliget sub reatu mor talis culpæ ad exequutionem? Gloss. in dict. cap. qui boni. 17. quæstione. 1. verb. deliberant. & communiter Canonistæ; vt inquit Abbas in dict. capit. literaturam. num. 2. de voto, tenent, quòd pro positum deliberatum & confirmatum obligat quem ad exequutionem boni incepti & deliberati, aliàs peccabit mor talitèr illud non adimplendo, & hoc primò per text. in dict. capit. consulti. de regular. vbi quæritur de illo, qui mo nasterium ingressus est, habitum su mendo nouitij, vtrùm licitè possit ante professionem emissam ante tempus probationis exire? Et distinguit Sum mus Pontifex, vt si is, qui conuertitur, proposuerit absolutè vitam mutare, vt sub habitu religionis omnipotenti Deo de cætero famularetur, debet, vt regula riter viuat, ad laxiorem saltem regulã transire, eo enim ipso quòd absolutè re ligionem intrauit, secundùm gloss. ibi, verbo, in primo casu, intelligitur renun tiasse seculo, cum nullam præmiserit protestationem; vnde vel ibi remanere debet, vel ad laxiorem religionem trá sire: si verò qui monasterium ingredi-

tur, habitum nouitij suscipiendo conditionaliter, id faceret gratia experiendi obseruantiam regularem, vt ita demum si intra annum sibi placuerit, profiteatur ordinis disciplinam, sin minus, moribus emendatis ad statum reuertatur pristinum, poterit hoc casu ad seculum remeare? Videtur igitur ibi esse text. expressum in primo eius casu pro opinione Canonistarum, vt sufficiat propositum absque promissione, saltem quando res iam incepta est executioni propositi deliberati tradi, vt in eodem text. Secundò, quia propositum aliquid faciendi, est animus habere applicatum ad opus: applicatio autem animi postea sequuta idem esse apparet quod obligatio. Tertiò, quia propositum aliquid faciendi, est affirmatio quædam de futuro, id est, Faciam: ergo qui post propositum non facit, mentitur, si quidem reddit propositionem falsam: mendacium autem in re graui, est peccatum mortale: ergo qui religionem, vel peregrinationem, vel quid simile proponit, si non faciat, mortaliter peccat, ac proinde obligatur facere: sed hæc obligatio sufficit ad votum: ergo opinio Canonistarum est vera, & saltem in casu dict. cap. consulti. per eum text. quod propositum solum ingrediendi religionem sine promissione, assumendo postea habitum nouitij, efficiat votum, probant Paludan. Florentin. & alij. relati per Nauarrum dict. cap. 12. num. 26. ad finem. versicul. sextò. Item Hostiens. in dict. cap. consulti. & in dict. cap. literaturam. de voto. Quartò, pro opinione Canonistarum facit, nam causa efficiens votie est voluntas, quæ hoc casu pro opere habetur, vt probare videtur text. iuncta gloss. in capit. existimant. 11. quæst. 3. vbi plures sunt casus, in quibus voluntas pro facto reputatur: & probat Abb. consil. 116. libr. 2. & Andreas ab Exea in rubr. ff. de pact. nu. 462.

His tamen omnibus non obstantibus, communis opinio Theologorum verior & tenenda est in contrarium, imò quod solum propositum, quantumuis delibe-

ratur, non sufficiat ad votum, sed necessariam esse promissionem tacitam, vel expressam, ad hoc vt frangens, vel non adimplens, mortaliter peccet. Et primò id patet ex definitione receptissima voti, supra posita, quæ habet, votum esse promissionem, saltem interiorum. Secundò ex doctrina communiter recepta sancti Thomæ, quam etiam supra adduximus, tenentis, tria requiri de necessitate ad perfectionem voti, nempe deliberationem, propositum, & promissionem: hac igitur deficiente, et si propositum cum deliberatione præcedat, constat non esse votum, quia ad veritatem copulæ requiritur concursus vtriusque: deficiente igitur altero, corrumpitur actus. l. si quis qui ducenta. §. vtrum. cum similibus. ff. de rebus dubijs. Tertiò, quia votum non est, nisi quod alteri fit: ordo autem vnius personæ ad alteram, secundum diuum Thom. non est nisi per rationem, qua se homo alteri, vel sua subiicit: deficiente igitur promissione, deficit prædicta ratio ordinis vnius personæ ad alteram: ergo non est votum; sicque non obligat, saltem sub mortali, votum deliberatum absque promissione tacita vel expressa. Quartò, quia in voto fides præstat, hoc est ligatur, quæ est fundamentum iustitiæ, inde enim dicitur fides, quia fit quod dicitur, secundum Ciceronem. 1. officiorum, & diuum Augustinum: ergo votum non obligat, nisi quod faciendum est prædicatur, sicque in promissione consistit obligatio, & non antea: sed & nostro iure Canonico eadem opinio probatur Theologorum, & quintò, ex text. in dicto capit. literaturam, de voto. vbi quidam, qui in infirmitate constitutus, nimio mortis pauore perterritus, dixerat: Non diu hic morabor, proponens in animo, quod religionis habitum esset aliquando suscepturus, si plus non esset in voto processum, transgressor iudicari non potest, si non impleat quod dixit: est igitur ibi text. apertus pro hac sententia. Sextò ad idem est bonus text. inuitabilis in dicto capit. qui

qui bona, verſ. his ita reſpondetur. 17. q. 1. vbi dicitur, aliud eſſe, proſiſitum cōcipere in corde, & etiam ore renuntiare; aliud eſſe, ſubſequenti obligatione ſeruum voti facere, ac proinde, quia ille de quo ibi agitur, proſiſitum iur cor dis ore ſimplyter enuntiauit, non autem monachis, aut Abbati ſe tradidit, neque promiſſionem ſcripſit, nequaquam pro voto habetur. & ibi Archidia con. expreſſe hanc ſententiam proba-
 33 vit: ¶ qui enim proſiſitum habet, neq; explicite, neq; implicite profeſſionē religionis promittit, non obligatur, cū aliud ſit proponere, aliud deliberatē promittere, vti eleganter explicat Caietan. libr. 17. reſponſ. cap. 7. & Dominicus à Soto lib. 7. de iuſtitia & iur. quaſt. 1. arti. 2. Proſiſitum igitur deliberatum ſi ore
 34 enuntietur, atque verbo proferatur, ¶ ſi promiſſio illius non ſubſequatur, expreſſa vel tacita, non obligat ſub pœna peccati mortalis, vt in dict. capit. qui bona. & reſoluit frater Angles in ſuis florib. Theologicarū quaſtion. 2. par. in quaſt. de voto, in artic. 1. in 2. difficultat. in cōcluſ. vbi quod nunquam aliquis per ſimplycem aſſertionem quicquam promittere cenſetur, ac proinde niſi habeat intentionem ſe obligandi, obligatus non erit; adde tu, & in ſuper id promittat: eſt communis, vt reſoluimus ſupra nu. 2.
 Ex quibus omnibus ſufficienter re-
 manet probata ſententia communis Theologorum ſupra dicta, quæ mihi veriſſima videtur, ac merito tenenda, & eam eſſe communem profeſſus, atque ſequitur Abb. in dict. cap. literaturam, d. 2. de voto. eamq; ſequitur tota Theo-
 36 logorum ſchola, ſecundum Siluſtrū in ſumma, verbo votum. 1. quaſt. 2. nu. 2. in quibus Princeps eſt Beatus Thom. 2. 2. q. 88. artic. 1. & ibi Caieta: & in quodlib. 17. q. 7. Archiepiſcopus Florent. in 2. parte ſuæ ſummæ, titu. 11. cap. 1. §. 2. Palud. in 4. ſentent. diſtinction. 38. q. 1. col. 2. Maior. in quaſtione 2. ſumma Tabien. verbo votum. 1. & Angelica, verb. vota. 1. num. 7. Dominicus à Soto vbi ſupra, in verſ. his tamen non obſtantibus:

ſequitur etiam & profiteatur communē eſſe Nauarr. in manual. Latini. dict. cap. 12. num. 24. & 26. verſ. ſecundo infer-
 tur, & D. Couarr. in cap. quauis pactū. de pact. in 6. 1. part. §. 3. num. 12. verſ. qua in re, vbi inquit, DD. iuris canonici excuſari non poſſe à non ſatis diligētī huius articuli examinatione ſequitur etiā frater Angles vbi ſupra, pag. 83. in fine, & pagina ſequenti, verſ. ſolum proſiſitum: & nouiſſimē aduerſus communē Canonistarum, hanc ſequitur ac probat, & communem Theologorum profite-
 tur Aragon vbi ſupra, pag. 970. verſic. circa tertium, cum ſeqq.
 35 Cui veriſſimæ & receptæ ſententiæ non obſt. text. in dict. c. conſulti. de regular. qui Canonistas omnino mouit ad tenendum contra Theologos, quia text. alle. dum proſiſitum abſolutum ſufficere cenſet ad perpetuam religionem, intelligendus eſt de proſiſito ita abſoluto, ex quo poſſit deduci, ſaltem implicite religionis perpetuæ promiſſio, alioqui minimē conueniret ea reſponſio cū d. cap. literaturam. de voto. quæ iura, niſi hoc modo concilietur, videntur contraria, ita expreſſe Abb. in dict. cap. literaturam. num. 2. in fin. & Caietanus d. quaſtio. 88. artic. 1. colum. 4. & alij etiā alibi, quos ſequitur Nauarr. d. num. 26. in ſu. ibi: Quoniam in caſu, & Couarr. vbi ſupra & Ludouic. Lopez vbi ſupra, colum. 328. verſ. proſiſitum, & inquit Soto vbi ſupra, in verſ. ſic ſane, poſt Angel. vbi ſupra, quod Innocen. auctor d. Decretalis loquitur conſueto more de proſiſito promiſſione firmato, ¶ Solū igitur proſiſitum ingrediendi religionem ſine promiſſione tacita vel expreſſa, etiam ſi induat quæ habitum religio-
 36 nis, votum non eſſe ſcit, ſecundum eodē: quod verus videtur aduerſus Hoſtienſ. Paludan. & Florentin. in contrarium à nobis præciſatos; text. ergo in dict. cap. conſulti. procedit in eo, qui recipiendo habitum religionis, ſi autem voluit fieri religioſus: ac proinde quatenus in ſe ſuit, reſoluit anno probationis, hoc naq; proſiſitū deliberatum habet implicite
 Ggg 3 pro-

promissionem, vt in cap. statuimus, de regul. & Siluester in summa, verbo, religio. 5. q. 8. Caietan. 2. 2. quæst. 88. artic. 1. & libr. 7. responsi. cap. 7. Angel. verb. nouitius. §. 12. D. à Stronica vbi supr. nu. 47. Cæteris fundamentis prioris partis Canonistarum optimè satisfacit Soto vbi supra, in vers. vnde pro resolutione.

37 Has autem contrarias opiniones Canonistarum & Theologorum conciliare nititur D. à Stronica vbi supra, nu. 42. cum sequentibus, hoc modo, vt secundum opinionem Canonistarum promissio implicita in voto sufficiat, licet explicita non interueniat: secundum verò opinionem Theologorum, promissio simpliciter desideretur: quo fit secundum summam Tabien. vbi supra, vt per opinionem Thomæ, & Theologorum, opinio Canonistarum declaretur. Hæc tamen concordia & doctrina, quanuis in se vera sit, prout est, requiri nempe ad voti validitatem & obligationem promissionem implicitam vel explicitam; & sic quod tenent Theologi supra citati, non tamen conuenit menti Canonistarum, qui indistinctè tenent non requiri vllam promissionem in voto, sed sufficere ad obligationem sub reatu peccati mortalis, propositum deliberatum absque vlla promissione: sicque hæc opinio minimè patitur prædict. concordiam, sed verè Canonistæ aduersantur opinioni contrariæ Theologorum, quæ clarè & distinctè tenet, requiri in voto ad ipsius obligationem, vel deliberationem & propositum, promissionem tacitam vel expressam, vt prædiximus, & sic implicitam vel explicitam: consequitur igitur, veriore & tenendam esse hanc Theologorum receptissimam doctrinam atque sententiam.

38 Dubium tamen se offert hic in proposito diluendum, vtrum ille qui vouet religionem ingredi, teneatur perpetuò in religione permanere? Hanc quæstionem pro vtraque parte disserit Diuus Thomas. 2. 2. quæstio. 139. artic. 4. & tandem resoluit, quòd si vouens intendit se obligare non solum ad ingressum religionis, sed etiam ad perpetuò remanere

dum, tenetur perpetuò remanere: si autem intendit se obligare ad ingressum religionis, causa experiendi, cum libertate remanendi, vel non remanendi, remanere non tenetur. In dubio autem, quando in vouendo simpliciter de ingressu religionis cogitauit, absque hoc quòd cogitaret de libertate exitus, vel de perpetuitate remanendi, videtur obligari ad ingressum religionis, secundum formam iuris communis, quæ est vt ingredientibus detur annus probationis, vnde non tenetur hoc casu perpetuò in religione permanere: sequitur Florentinus in. 3. parte sue summæ, titul. 16. capit. 2. §. 4. Siluester in summa, verbo, religio. 2. quæstio. 19. Archidiacon. in capit. scimus. 12. quæstio. 2. Henricus in capit. statuimus. columna. 3. de regular. Decius in cap. in præsentia. num. 55. de probation. Nauarr. in manual. Latin. cap. 12. numer. 47. & consilio. 29. numer. 1. de voto, est communis, vt constat ex eodem Nauarr. consil. 19. de voto, numer. 1. sequuntur etiam D. Couarru. vbi supra, versic. quod si quis. Ludouic. Lopez in suo instructor. conscient. 1. parte cap. 45. colum. 338. D. à Stronica vbi supra, quæstio. 1. de voto, num. 48. ¶ Quòd si quis votum fecerit, aut promiserit profiteri in aliqua religione, tenebitur perpetuò remanere in ea, vt ex D. Thom. deducit & tenet Couarru. vbi supra, & notat Siluester vbi supr. & sequitur etiam Nauarr. vbi supra, loquens in eo, qui vouit profiteri, consil. 26. de voto, num. 12. ¶ Si autem quis vouerit fieri religiosum, intelligitur votum istud in anno quidè probationis, non tamen de perfecta & perpetua religione. ¶ Idem proculdubio erit dicendum, si vouerit quispiam esse religiosus, ea tamen intentione & mente, vt velit gaudere anno probationis, vt in dict. capit. consulti. in. 2. casu, de regular. & vtrumque docet Caietanus dict. articulo. 4. quem refert & sequitur Couarruuias vbi supra, dicens, omnia supra dicta esse notanda ad perfectam voti obligationem, vt sciamus quæ ratione teneatur quis ex deliberata pro-

promissione ad votum, vel religionis, vel alterius boni & pij operis. Idem est, si quis vouerit fieri fratre alicuius monasterij, vt cū Caiet. tenet Nauar. d. col. 19 nu. 1. † Qui autē ingreditur religionē in rētionē statim exeundi, nō satisfacit voto, quia in vouendo hoc non intendebat, vnde tenetur saltem velle experiri, 42
 43 vtrūm hoc sibi expediat. † Addit Ricardus, quod si intrauit animo exeundi, cū voluntate dandi operam, vt Deus immutet propositū, satisfacit voto: aliter nō: vt refert & sequitur Siluester. Item & Ludouic. Lopez vterque vbi supra, & Angelus in summa, verbo, votum. 3. nu. 18. vbi cū eodē Ricardo cōmuniter recepto à Theologis, tenet, quod si vouēs intrare religionē, actualiter proponebat in religione manere, ita tamen quod illud propositū non cadat sub voto, sed ipsum comitatur, si postea exijt, satisfacit voto, vt ibi probat, & colligitur ex D. Thom. vbi supra, & probatur præterea ex vera communi opinione Theologor. de qua supra. quod solum propositū sine promissione explicita vel implicita in voto non obligat. Dominic. autē à Soto lib. 7. de iust. & iur. q. 2. artic. 1. in vers. triplici enim forma, indistinctè 44 tenet, † religionem absolutè vouentes, etsi ter, quaterque vouendo addat perseverare, semper intelligitur nisi tempore probationis experientia: cum aliud admonuerit, iuxta iuris dispositionē: hæc autem Soti opinio procedere meo iudicio eo solū casu posset, quo non ex leuitate, sed vrgenti ac rationabili causa in religione perseverare minimè posset, arbitrio discreti & prudentis confessarij: secus verò aliàs, cum perseverantiā promiserit: quod obseruare tenetur, si commodè potest, sicut cæteri religiosi possunt: aliàs esset in manu sua ac libito posse votum infringere, quod minimè est dicendum. Communis igitur sententia supra dicta mihi plus placet, nisi in casu prædict. moralis impotentie perseverationis perpetuæ, vt tenet frater Angelus in suis floribus Theologicar. questionum. in 2. parte. articul. 2. in 7. diffi-

cultat. pagina. 96. dicens, quod qui promisit votum religionis simpliciter, non poterit sine peccato intra annum professionis retrogredi, nisi ad id habeat legitimam causam, veluti perpetuæ infirmitatis corporalis, vel experiētiā quod in posterum habebit impedimentum, quominus promissum obseruare possit. 45
 Vltimò pro complemento huius c. examinanda venit quæstio illa, an Episcopus possit dispensare in votis conditionibus, siue pœnalibus, quæ aliàs si absoluta forent, minimè posset? Verbi gratia, Si quis vouit à tali peccato, vel à re qualibet alia, quæ sibi erat incommoda, cauere, videlicet non ludere, vel simile quippiam sub pœna religionis, aut Hierosolymitanæ peregrinationis: quod quidem votorū genus, vt frequentissimè inter inconstantes adolescentes in vsu est, ita maximè in Dei despectum & vilipendiū fit, quia nemo est, qui illud adimpleat: quare secundum Dominicum à Soto statim citandum huiusmodi vouentes acerbissimo pœnæ rigore essent à confessarijs vulnerandi, 46
 Vota enim, nempè religionis, castitatis, perpetuæ, peregrinationis Hierosolymitanæ, Romanæque ac Compostellanæ, Summo Pontifici sunt reseruata, cū ipsa absolutè emittuntur: votum tamen peregrinationis Romanæ & Compostellanæ ex viu tactum est reseruatum Romanæ Curie: iure enim solum excipitur votum Hierosolymitanum, vt in cap. 1. c. quod super his. & in cap. ex multa. in principio de voto. iuncta gloss. ibi verbo. incumbit. Nihilominus tamen omnia prædicta quinque vota Summo Pontifici sunt reseruata, iuxta stylum Romanæ curiæ, qui satis colligitur ex extrauagan. Sixti. III. in capit. etsi Dominici. de pœnitent. & remis. vt tradunt Angelus verbo. votum. 4. §. 6. Siluest. eodem verb. 4. §. 3. & Florent. in. 2. part. suæ summe. titu. 11. cap. 2. §. 9. Dominicus à Soto lib. 7. de iustit. & iur. q. 4. articul. 3. versiculo, attamen, quoniam maiores fidei causæ, &c.

& Nauarr. in manual. Latino d. capit. 12. num. 75. & Couarr. de pact. in. 6. 1 part. §. 3. num. 12. in princip. Angles in suis florib. Theologic. quæstion. de voto. in. §. difficultat. quis in votis dispensare, aut illa irritare poterit, in conclus. 2. pagina 128. in fin. Imò cum reservationis ratio voti Hierosolymitani ea in dict. cap. ex multa, supponatur, quòd huiusmodi votum in subsidium terræ sanctæ suscipiatur, infert ibi Abb. num. 2. & 3. & 11. † illud tantum esse Papæ reservatum, quòd illa ratione suscipitur: quare si fiat, inquit, ex deuotione, & non pro subsidio, Episcopus posset dispensare; quem ibi sequitur Rauen. & Anton. de Butr. ibi, & in cap. quanto. de iur. iuran. Felin. in d. c. quòd super his. in princip. Hæc tamen opinio Abb. hodie de cõsuetudine, quæ aliter se habet, cui standum est, non est tenenda: quare dispensatio Episcopi nõ teneret, secundum Angel. & Siluestr. vbi supr. Item & Dominic. à Soto vbi supr. & Nauarr. dict. num. 75. & Gregor. Lopez in l. 5. tit. 8. part. 1. in glot. romerias. & D. à Stunica de voto. q. 5. num. 47. tenentes etiam in reliquis votis præter supra dicta, † vnumquemq; Episcoporum posse super omni voto simplici suo um parocianorum dispensare, imò & in voto castitatis non perpetuæ, sed temporalis: & hoc habet communis Doctorum cõsensu, secundum Angel. in summa, verbo, votum. 4. num. 9. & Nauarr. qui plures ad hoc citat aduersus Caietan. dict. cap. 12. num. 76. imò & secundum Abb. in cap. veniens. num. 6. vers. aut quæritur. qui clerici vel vouetes. & Angel. in summa, verbo, votum. num. 9. † Episcopus posset dispensare in voto continentia perpetuæ in casu d. cap. veniens, vbi tria concurrunt, nempe perturbatio mulieris vouentis, quia ibi votum emisit non inspirata, sed in fraudem sponsi. Secundò propter maius periculum cuitandum, quia mulier videbatur incontines. Tertio, quia erat iuuenis, & suspecta: extra illum verò casum putat Abb. quòd Episcopus non poterit in hoc voto dispensare, sed nec in eo reperitur expressu

quòd Episcopus dispenseret, sed Papa, vt ibi: & præterea consuetudo, quæ est optima legum interpres, talem dispensationem solius Papæ esse declarauit, vt prædiximus: & in specie notat frater Angles vbi supra, in. 2. part. pag. 129. versic. Panormitanus tamen. & D. à Stunic. vbi supra, num. 45. quòd verius & tenendum puto. De voto non nubendi potest Episcopus dispensare, secundum Angel. vbi supra. Superiora tamen dicta num. 46. de voto religionis, & castitatis perpetuæ, quòd sit Papæ reservatum, procedunt, quoties à personis liberis, alijs non subiectis emittitur: secus verò si fiat ab altero coniugum sine alterius licentia, vel ab alijs potestati & iuri alterius subiectis absq; ipsius licentia, tunc enim alter coniugum, pater, dominus, vel prælatus respectiue poterit votum huiusmodi irritare, & à fortiori Episcopus in eo cum causa dispensare, vt patet ex Siluestr. verbo, votum. 5. in. 2. quæst. Gregor. Lopez in l. 3. verbo, *el marido*. tit. 8. par. 1. Soto de iust. & iur. lib. 7. q. 3. articu. 1. & in. 4. dist. 32. q. vnic. articu. 3. Nauarr. in manual. Latin. cap. 12. num. 60. & Didac. Lopez à Stunica de voto. q. 3. num. 54. cum sequentibus. & Magist. Aragon de iustitia iur. q. 88. artic. 8. pag. 1020. versicu. simile dubium.

50 Modò ad quæstionem respõdeamus: Et quidem ante commissam pœnam poterit quilibet Episcopus dispensare cum causa in votis prædict. pœnalibus, siue conditionalibus: hoc est absolutum, & ab omnibus receptum, vt præter alios testatur Angles in suis florib. Theolog. quæstion. in. 2. part. in. q. de voto, artic. 2. in. 10. difficultat. pag. 130.

51 Post verò commissam pœnam, sunt, qui adhuc idem probent, vt cum alijs tenet Medina statim citandus: quia si vouens non habet in animo ea quæ vouet, nec ided promittit illa, q. sibi sint cordi, imò ad ea tanquam sibi molesta & odibilia in pœnam obligari volbit, vnde forsitan iusta causa est, vt per Episcopum fiat dispensatio: quòd secus est in vouete directè & absolutè religionem, tunc vnam

vñā ex peregrinationibus supra dictis. Nihilominus verior videtur sententia contraria, nempe in hac specie, de qua agimus, post commissam atq; incurtam pœnam, minimè posse Episcopum in huiusmodi votis dispensare, sed necessariā esse Romani Pontificis dispensationē, quia iam est contracta ex voto obligatio ad religionem, cui derogare per dispensationem nemo potest præter Romanum Pontificem; non enim deficit promissio, saltem implicita, ad votum religionis in huius quæstionis specie: unde iudicare debemus obligationem ad religionem, vel prædictam peregrinationem ex causa voti inductam esse: sicuti probavit Dominic. à Soto vbi supra. d. quæstio. 4. artic. 3. versic. vnum verò dubium, ibi: At nunquam, &c. idē Soto de cauēd. iuramentor. abus. 1. part. cap. 9. & est tutior secundum Couarr. dict. n. 12. versicul. nihilominus tutior, & Angles vbi supra, & in versic. huius dubij, addēs, quòd nihilominus poterit confessarius sequi opinionem affirmatiuā, quāuis ipse negatiuam tueatur, quia tunc non facit contra conscientiam, quāuis agat contra suam opinionē, cū opinio contraria affirmatiua sit probabilis: de proficetur Emanuel Roder. in explicatione bullæ Cruciatæ. §. 9. nu. 124. Hoc tamen verum intelligo ex mente ipsius Angles post dispensationem ab Episcopo factā, tunc enim confessor poterit approbare factum iuxta opinionem probabilem: si verò super hoc, antequam fiat dispensatio, confessarius vel alius consulatur, ne negatiuam partem securius eligeret, siquidē probabilior videtur, quā affirmatiua: quāuis hæc quoque probabilis videatur: † quāuis Nauarr. dict. cap. 12. num. 52 43. versic. præsupposito igitur, ibi: Sed nobis videtur, aliter distinguat; nempe inter casum, quo quis vouet ingredi religionem, vel peregrinari in terram sanctam, Romam, vel Compostellam, si tale vel tale peccatum commiserit, & inter casum, quo quis vouet non admittere tale peccatum sub pœna eundi Hierosolymam, &c. aut ingrediēdi religio-

nem, priori etenim casu inquit esse solū vnum votum conditionale religionis, in quo nec ante, nec post adimpletā conditionem Episcopus dispensare potest: in secundo verò casu duo vota sunt, alterū absolutum tale peccatum non committendi, alterum conditionale & pœnale, quorum prius est principale, & posterius accessorium, & in vtroque antequam prius absolutū violetur, & per illius violationem posterius conditionale purificetur, Episcopum dispensare posse, quia accessorium lequitur principale, quod etiam in voto pœnali ante impletam conditionem probavit Aragon de iustitia & iur. q. 88. artic. 3. pagin. 998. hæc enim distinctio efficax non est, siquidem tam in primo, quā in secundo casu votum, licet formam habeat conditionalis voti, nihilominus est pœnale, quoniam directè & absolutè non est votum religionis, nec peregrinationis, sed non ludendi, aut non adulterandi: pœna enim adiecta est, vt vouens caueretur, vel post factum, se ipsum castigaret, & idē vtriusque voti vna est ratio, siue concipiatur cōditionaliter, siue sub pœna, cū de eadem re fiat, hoc est, non ludendi, vel à tali peccato præcauendi: quid namque interest, si conditio voti adijciatur, vel pœna in casu contrauentionis? vtroq; namque casu votum pœnale est ab intentione, quare super eo ante verificationem voti huiusmodi pœnalis, siue conditionalis Episcopus dispensare poterit: secus verò post, quāuis in vtroque casu contra Nauarr. & Soto, ante, & post pœnam commissam, & adimpletam conditionem, posse Episcopum disponere teneat, vt prædiximus, Frater Bartholomæus à Medina in sua instruct. confessor. fol. 87. † & quòd virtute bullæ Cruciatæ, & iubei possunt etiā tunc temporis huiusmodi vota per confessarios commutari, quia solūm Papa seruauit sibi vota illa, quando sunt voluntaria: sed in his casibus non sunt huiusmodi, sed exosa: ergò, &c. Sed, vt prædiximus, opinio Soti verior & tutior est, quicquid cū Corduba in additio. summe

de casus de conciencia, aliter distinguae fr. Ludouic. Lopez in sup. instructor. conscient. i. part. cap. 44. colum. 335. in principio: nihilominus tamē opinionē Methymæ sequuntur plures graues viri, estque communis recentiorum in praxi, tam Theologorum, quam Iurisperitorum, quos refert & sequitur Henric. in sua summa Theologiæ moral. lib. 7. de indulgen. cap. 30. nu. 6. vbi quod ob illorum auctoritatem multi Episcopi frequenter dispensarunt, præsertim cū iunioribus scholasticis ita vouentibus: & hæc pars est probabilior, secundum Magist. Aragon de iustitia & iur. q. 88. articu. 3. pag. 998. colum. 2. & est iam cōmunis, secundum eundem eadem quæst. artic. 12. pagin. 1043. colum. 2. nempè q̄ Episcopus possit dispensare, & quilibet confellarius per bullas Cruciatæ commutare prædicta vota, etiam post adimpletam conditionem: secus si non sint pœnalia huiusmodi vota, sed purè conditionalia, quia tunc in eis solus Papa poterit dispensare.

54 At loquuti non sumus in præcedenti quæstione de votis sincerè conditionalibus, nempè quotiescumque homo ad rem aliquam affectus est, sed quia impedimentum sibi obitat, vel facultas nō suppetit, vouet sub conditione. Verbi gratia, Vt si quis voueat post mortē matris, quæ sibi erat impedimento, intrare religionem, aut post mortem patris, suppetentibus sibi numis, peregrinari, aut si sibi Deus tale beneficium contulerit, orphanam dotare, vel quid simile facere, & sic de cæteris: in his enim, quæ verè affectantur, ille poterit, qui aliàs, si absolute vouerentur, dispensaret, non alius, nempè Papa in illis prædictis quinque votis reseruatis, vt optimè docet Soto libro. 7. de iustitia & iur. q. 2. artic. 1. verè conditionale autem votum. & c.

S V M M A R I V M.

1 Simonia definitio siue descriptio, & num. 2. quod effectus rei promissæ non requiri-

tur ad simoniam internam, sed ad externam.

- 3 Simonia est hæresis, quauis simoniacus non sit propriè hæreticus, vt in num. 5. vbi quod re ipsa & facto videtur profiteri errorem hæreticum, vt hic.
- 4 Simonia à Simone Mago nomē accepit, & quare: & in num. 6. vbi quod fuit hæreticus, & num. 7.
- 8 Giezi famulus prophete Helisæi, fuit à D'ō lepra conspersus, quia pecuniam recepit pro beneficio sanitatis, quod Elisæus contulerat Naamam leproso.
- 9 Spiritualia vendentes conformantur Simoni Mago intentione, ementes verò à clu: illi autem in actu Giezi imitantur.
- 10 Spiritualia gratis sunt concedenda.
- 11 Simonia duplex est, altera prohibita quia simonia, altera simonia, quia prohibita, vt hic latè declaratur sigillatim.
- 12 Quicquid per simoniam acquisitum est, siue temporale, siue spirituale, restituum & resignandum est.
- 13 Nullitas collationis simoniacæ vnde proueniat.
- 14 Beneficium simoniacè acquisitum renuntiandum est cum fructibus, de quibus hic: & quid si per ignorantiam simoniacè sit acquisitum, num. 15.
- 16 Simonia est, si electione facta à maiori parte, aliquid datur contradicenti electionem de voluntate electi, etiam turbata, & cetera, vt hic.
- 17 Si simoniacus det aliquid consiliario ministrantis beneficium, ipso ministrante & beneficiato ignorantibus, an & quando sint simoniaci.
- 18 Recipiens ordinem vel beneficium, si aliquid dederit alijs, vt impetrent à prælato, hæc ignorantia, committit simoniam, ac proinde tenetur, & c.
- 19 Receptum simoniacè, dissoluto pacto ante collationem rei spiritualis, restituendum est ei qui dedit.
- 20 Receptum simoniacè, simonia vtriusque executioni mandata, cui restituendum sit: & numeris sequentibus.
- 22 Simoniacus protinus nulla expectata sententia, tenetur beneficium per simoniam acquisitum resignare, & nu. 28. & 29.

Collatio

- 23 Collatio beneficij simoniace facta est ipso iure nulla ab initio, ac proinde nullum ius tribuit ei cui fuit collatum: & numeris sequentibus, quid in collatione ignorantis simoniam facta, vsque ad nu. 30.
- 25 Venditio rei alienae est nulla, nec dominium ex ea transit, quanuis emptor eius bonae fidei agere possit ad interesse.
- 26 Dominium non transfertur ex inutili contractu, & à iure reprobato, sequuta traditione, licet secus sit in possessione.
- 27 Priuatio acquisita non solum est poena peccati, sed etiam quandoque est effectus acquisitionis iniustae.
Retineri licite non potest quod contra voluntatem domini est acquisitum, ibi.
- 31 Simoniacus mentalis an teneatur ad restitutionem eius, quod accepit? late hic, & in numeris sequentibus examinatur?
- 32 Usura mentalis obligat ad restitutionem.
- 33 Retineri non potest cum bona conscientia id, quod tam dare quam accipere quid temporale est iniustum.
- 34 C. final. incip. mandato. de simonia. intellectus, & nu. 50.
- 36 C. fin. de simonia, loquitur in simonia prohibita iure positivo, & in prohibita iure diuino, & in utroque foro, vt in num. 37.
- 38 Simoniacus mentalis quare non teneatur ad restitutionem: usurarius verò mentalis teneatur, plures rationes differentiae assignantur: & numeris sequentibus, vbi n. 46. & 47 vna ratio noua, quae & vera videtur, redditur.
- 39 Mutuum accipere sub usuris, an & quando liceat: & numeris sequentibus.
- 40 Non licet inducere ad mutuandum sub usuris, etiam ad id paratum.
- 41 Vei maleficio alterius etiam ad id parati ad tollendum malum non licet sine peccato.
- 42 Mutuum licite simpliciter peti potest ab eo, qui non est paratus dare sub usuris: quod si ille nolit gratis mutuari, sed sub usuris, possit absque peccato mortali ab eo accipere sub usuris, nisi ob finem mortalem accipiamus.
- 43 Inducere alterum ad mutuandum sub usuris licet, quando quis est constitutus in extrema necessitate, vt hic. Idem in consulente & inducente alium ad minus malum, ob aliud maius, certissime alias perpetrandum cuiusdam, vt in numero. 44.
- 45 C. fin. de simonia, in. 2. parte. loquitur & procedit in acquisitis ab utraque parte per simoniam mentalem.
- 47 Usura mentalis est, qua mutuuum speratur, & postea realiter obtinetur.
- 48 Simonia expressa & mentalis differentia.
- 49 Datio vel acceptio potest esse illicita dupliciter, exterius & interius, vt hic latius declaratur.
- 51 Simonia mentalis est, quando intentio principalis in mente est dandi vel accipiendi aliquid pro spiritualibus, sine qua non fieret actio: secus si sit intentio secundaria, sine qua actio fieret.
- 52 Nullus contrahit simoniam quantum ad ecclesiam ex sola voluntate, nisi aliquid superaddatur.
- 53 Quando, vel non, liceat iniusta impedimenta in spiritualibus pecunia remouere, & numeris sequentibus, vbi late de ea re differitur, & distinguitur.
- 57 Pro adipiscenda possessione rei spiritualis, an & quando licet pecuniam vel aliam rem dare? & numeris sequentibus, & ibidem an liceat eam accipere.
- 60 Conferens prabendam vel aliud beneficium consanguineo respectu consanguinitatis, an committat simoniam, necne? & numer. seqq.
- 62 Antistes, qui in proposito habet, aut omnia beneficia, aut pinguiora consanguineis conferre, etiam dignis, non est securus, & vix potest à peccato mortali excusari.
- 63 Conferens beneficium consanguineo, vt se exoneret ab obligatione vel seruitio quo ei tenetur, simoniam committit.
- 64 Episcopus, omisso digniori, non debet eligere consanguineum minus idoneum.
- 65 L. 4. tit. 17 part. 1. intellectus.
- 66 Seruire prebato ea intentione, vel pacto, vt sacerdotium vel prabendam conferat, an sit simonia? & numeris sequentibus.
- 67 Episcopus, qui iustam mercedem temporalem suis famulis soluit, potest idoneis beneficiis conferre.
- 70 Episcopus recipiens famulum cum certo salario annuatim prebando, donec sibi prouideat de beneficio competenti, an simoniam committat? & numeris sequentibus.
- 74 Cardinalis, vel alius procurans beneficium alteri

teri propter donam vel seruitium ab eo receptum, ad hoc vt liberetur ab obligatione antydorali, qua illi tenebatur, an & quando committat simoniam?

- 75 *Renunciatio beneficij, facta etiam in manibus inferioris, ea intentione, vt alij conferatur, nulla conditione vel pacto expressis, valet, & renunciatio non admittit simoniam, etiam mentalem. Conum. 76. & 77. vbi idem in confidentia simili, vel quod resignatarius cedit in fauorem alterius à resignante nominandi, cessante pacto, modo, & conditione.*
- 78 *Motus proprij Pij V. de confidentia beneficiorum intellectus, & numeris sequentibus, præcipue nu. 80. & 81.*
- 80 *Confidentia in beneficalibus, quadam est licita, & quadam illicita, vt hic latius declaratur.*
- 82 *Simoniam in foro exteriori probatur per coniecturas & præsumptiones, in foro autem conscientie iudicatur per solam veritatem.*
- 83 *Ancon. à Cordub. circa intellectum d. motus proprij improbat.*

CAPVT XXIII.

De simonia.

Acturi de simonia circa nonnulla, prius videamus quid sit simonia. Et quidem simonia est voluntas studiosa emendi, vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum: ita glos. in summa. 1. q. 1. quam sequuntur omnes Canonistæ in rubrica de simonia, & Hostiens. in summa eiusdem tituli, num. 1. & Theologi in. 4. distinctio. 25. probat, ac dilucidè explicat & defendit lætus Thom. 2. 2. q. 100. artic. 1. & Dominic. à Soto lib. 9. de iust. & iur. q. 5. articulo. 1. per totum, Caietan. in sua summa, verb. simonia. vers. ex 60. autem, fol. 612. & ita tenent penè omnes Theologi ac Iuristæ communiter, secundum Siluestr. in summa, verb. simonia. 1. sequitur Armil. aurea in eodem verb. statim in princip. & glossa illa est recepta ab omnibus Canonistis & Theologis, secundum Nauarr. in manual. Latin. cap. 23. num. 100. in princip. sequitur & declarat Petrus à

Nauarr. lib. 2. de restitutio. cap. 2. nu. 84. cum sequentibus; & eam videtur probare. l. 1. in princip. tit. 22. par. 1. vbi Gregor. Lopéz in glos. voluntad, id notat: ex qua descriptione plurima inferunt adducunt auctores præcitati, alijq; ab eis relati apud ipsos videndi.

Illud tamen obseruandum erit, non esse necessarium definitioni communi prædictæ addere ad verba illa, Studiosa voluntas, scilicet cum effectu, vt exultimauit addendum esse glos. in cap. quicquid que studet. glos. 1. bi: Vel intelligas hoc verbum, Studet, cum effectu. 1. q. 1. & in c. studet. glos. 1. eadem causa & quæstione, nec quod dicit Abb. Hostientem sequutus in cap. nemo, de simonia. vt opere emptio subsequatur: hoc namque ad solam simoniam externam, id est, quoad iudicium ecclesiæ, † quæ non iudicat de occultis, requiritur, non tamè quoad internam, hoc est, mentale, & sic quoad Deum, cum vtraque sit in foro interiori prohibita, ac parvnam & alteram peccatum mortale admittatur; idè quæ vtraque supra dicta definitione comprehenditur absq; prædicta additione, quæ in proposito, necessaria minimè est, vt docet præfati auctores, præcipue Siluestet, Dominic. à Soto vbi supra, in vers. Panormitanus autem, & Nauarr. dict. numer. 100. & quod simonia genere suo sit peccatum mortale, probat Soto d. libro. 9. q. 5. artic. 2. per totum. † Simonia enim hæresis est, secundum D. Gregor. Nazianzen. in cap. cum liqueat. 1. q. 1. inquit enim: Cum liqueat, hanc hæresim ante omnia radice perstifera subreplisse, atque in ipsa origine sua Apostolica esse detestatione damnatam, cur non cauetur? cur non perpenditur? quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc vt fiat hæreticus, promotur. & in c. eos, eadè causa & quæstione. dū agitur de his, qui per pecunias manus imposuerunt, vel imponunt, dicitur: Tolerabilior est enim Macedonij. & eorum, qui circa ipsum sunt, Spiritus sancti impugnationum impia hæresis; illi enim creaturam & seruum Dei Patris & Filij Spiriti-

Spiritum sanctum delirando fatentur: isti verò Spiritum sanctum efficiunt suū seruum, vt ibi latiùs probatur: ad idem est text. Paschalis. II. in capit. penultim. 1. quæst. 3. vbi dicitur: Peruenit ad nos fama sinistra, quòd quidam Episcoporum non sacerdotibus propriè diocæsis decimas, atque Christianorum oblationes conferat, sed potius laicalibus personis, militum videlicet, siue seruatorum, vel, quod grauius est, consanguineis: vnde si quis amodò Episcopus inuentus fuerit huius diuini præcepti transgressor, inter maximos hæreticos & antechristos non minimus habeatur, sicut Nicæna synodus de simoniaco censuit: & quidat Episcopus, & qui recipiunt ab eo laici, siue pretio, siue beneficio, in æterni incendij ignibus deputentur. Conducit etiam text. in cap. sicut. 6. in ordin. de simonia, in illis verbis: Sicut simoniaca pestis sui magnitudine alios morbos vincit, ita, &c. & in cap. sequenti in princip. ibi: Tanta est labes huius criminis, quòd etiam serui aduersus dominos, & quilibet criminosi admittuntur ad accusationē. Tex. etiā in cap. si quis pecunia. 79. distinct. vbi dicitur: Si quis pecunia, vel gratia humana aut populari, seu militari tumultu, sine concordia & canonica electione, & Cardinalium, & sequentium religiosorum clericorum fuerit Apostolicæ sedi inronizatus, non Apostolicus, sed apostaticus habeatur, &c. vbi glos. 1. quòd simonia largè dicitur hæresis. S. Thom. statim citādus: latè Felin. in c. 1. de simon. & in c. sciscitatus. nu. 7. de rescrip. Liber. de iur. patro. lib. 1.

4 Huius autem hæresis author fuit Simon ille Magus, de quo in Actibus Apostolorum. c. 8. dicitur, quòd postquā baptizatus fuerat in Samaria à Philippo Diacono, videns quòd per impositionē manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obrulit eis pecuniam, dicēs: Date & mihi hāc potestatem, vt cuicumq; imposuero manus, accipiat Spiritū sanctum: & quia hic primus post susceptū baptismum credidit spiritualia esse venalia, idè peccatum illud atque hæ-

resis ab illo nomen accepit, vt à Simone simonia dicatur: ita in d. l. i. titulo. 12. par. 1. vbi quòd hic Simon Magus fuit primus in lege noua Domini nostri Iesu Christi, qui voluit emere gratiam Spiritus sancti: secundum hoc ergo, vt inquit S. Thom. simonia hæresis dicitur, secundum exteriorem protestationē, quia in hoc aliquis vendit donū Spiritus sancti, quodammodo protestatur se esse dominum spiritualis doni, quod est hæreticum: & hæc est prima hæresis, quæ post Christi in Cælos Ascensionem in Ecclesia est orta, quam statim Beatus Petrus redarguit, dicens Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. † Simoniaco ergo, etsi non sit propriè hæreticus, quoniam absque intellectus errore potest præ avaritia in hoc vitiū labi, tamen re ipsa & facto profiteri videtur dominium Spiritus sancti esse penes hominem; qui est hæreticus error, vt voluit sanctus Thomas, & amplexus est Gratianus in cap. ventum est, in fin. 1. quæst. 1. dicens: Simoniaco etsi fidem tenere videantur, infidelitatis tamen perditioni subijciuntur: † & quia Simon ille Magus nomen dedit huic vitio, fuit hæreticus, quia iudicauit donum Dei pecunia possideri, vt Petrus ait: & hoc iudicium erat hæreticum, vt diximus, idè qui illum imitantur ex facto, etsi non imitentur in prauo intellectu, hæretici appellantur in iure, qui alioquin non sunt hæretici, quia simoniaco. Præterea ille Simon Magus, præter hoc quod Apostolis Spiritus sancti gratiā pecunia emere voluit, dixit, quod mundus non erat à Deo creatus, sed à quadā superna virtute, secund. Isidor. in lib. etymolog. prout eū refert S. Tho. 2. 2. q. 100. artic. 1. ad. 1. ibi: Sciendū tamē: tātāmē propter hoc simoniaco nō diceretur hæretici, secund. Soto vbi sup. in fin. d. art. 1. dicentē, quod Simo ille propterea voluit Spiritum sanctum emere, quòd credidit esse venalē, & pretio ab Apostolis dari, vt constat ex prædictis. † Præterea Giezi, famulus Prophetæ Helisei, fuit à Deo lepra perpetua

tua percussus, quia pecuniam recepit pro beneficio sanitatis, quod Helisæus contulerat Naaman leproso. 4. Reg. 5. l. 2. titul. 17. partita. 1. vbi quod hic fuit primus, qui in veteri Testamento simoniam commisit. † Illi igitur qui spiritualia vendunt, conformantur Simoni Mago intentione, in actu verò illi qui emere volunt: illi autem qui vendunt in actu, imitantur Giezi discipulum Helisæi: vnde venditores spiritualium, possunt dici non solum Simoniaci, sed etiã Giezitæ, secundum diuum Thomam vbi supra, ad. 4. † Quod vltimum etiam dict. l. 2. Partitę probat, & quod spiritualia gratis sint concedenda, vendique non possint, iure diuino, & auctoritate Conciliorum latè probat Alfonso à Castro lib. 13. aduersus hæreses, in cap. simonia, per totum, vbi de pœnis contrarium facientium.

11 Simonia præterea duplex est: altera prohibita, quia simonia, id est iure diuino & humano prohibita: altera simonia quia prohibita, hoc est, solo iure humano prohibita, iuxta glossam celebrem & receptam in cap. ex parte. el. 1. de simonia, verbo, dimittere. & ibi per Doctores, & alibi secundum Nauarr. in manuali Latino. capit. 23. numero. 100. versicul. secundo quod duplex: quæ distinctio Doctoribus Canonici iuris solennis est, vt est videre apud Siluestrum in summa, verbo, simonia. §. 4. & multis Theologis, secundum Dominicum à Soto libr. 9. de iustitia & iur. quæstio. 5. articul. 2. in versiculo, aliquantulo. ibi: Rationem, &c. vbi optimè eam defendit ab impugnationibus Durandi in. 4. distinct. 25. quæst. 5. latèque demonstrat esse simoniam contra ius merèpositiuũ, atq; exépla vtriusq; supr. dictæ simoniæ præfigit & specificat, probans in super in columna præcedenti simoniam spiritualium donorum super naturalium, tã naturali iure, quàm diuino esse prohibitã. Exempla etiam vtriusque simoniæ ponit Nauar. vbi supr. dicens, quod simonia prohibita, quia simonia, est voluntas emendi vel vendèdi verè spiritualia,

siuè à solo Deo sint data, vel instituta, siuè ab ecclesiastica potestate diuinitus accepta: quæ autè hæc sint, declarat in specie Dominic. à Soto vbi supra, in versic. simoniam spiritualium, & in vers. nihilominus. el. 2. y el. 3. Simonia verò, quia prohibita, est voluntas faciendi collationes, renuntiationes, præsentationes, vel recipiendi eas factas cū conditionibus, modis vel pactis in alijs licitis, & etiam in his, nisi ab Ecclesia prohiberentur, & ita frequenter simonia committitur sine interuentu pecunię numeratæ, vel alterius rei ea æstimabilis. Spiritualia autè in triplici sunt differentia, vt inquit. l. 1. vers. e las cosas espirituales. tit. 17. partit. 1. quæ latè id declarat.

12 Obseruandum est etiam in hac materia, quod quicquid per simoniam acquisitum est, restitui debet, quia neque qui spirituale emit, retinere illud potest, neque pretium ille qui vendidit: vnde resignare ille debet beneficium per simoniam acquisitum, hic verò pretium, vel aliud munus quod eodem modo recepit, restituere, vt latissimè id agens resoluit S. Thom. 2. 2. quæst. 100. articu. 6. per totum, & cum eo ac cæteris DD. Siluest. in summa, verb. simonia, numer. 13. vers. octauum, & Dominic. à Soto libr. 9. de iustitia & iur. quæstio. 8. artic. 1. per totum, vbi id latè probat, non solum iure Pontificio, per text. in capit. si quis Episcopus. & in cap. presbyterum. t. q. 1. & in c. de hoc. de simon. & alibi sæpissimè, sed etiam iure diuino, secundum illud Matthæi. 10. Gratis accepistis, gratis date: quod & antiqui tenent, quanuis Caiet. & Siluest. cū Abb. contrarium in hoc vltimo sentiant, quos ibi refert in resp. ad 6. in vers. profectò ergo. Et quod contractus simoniæ iure naturali & diuino sit nullus, ac per consequens restitutio sit faciendã, cum sancto Thoma probat D. Couarr. in regul. peccatum. 2. par. §. 8. nu. 8. quanuis fateatur esse communem Doctõrũ sententiã, † quod nullitas collationis non est ex natura conventionis simoniacæ, nec ex iure diuino, sed ex pœna tantum ecclesiastica: quod etiam dixi-

diximus supra, lib. I. canon. quæstio. c. 9. nu. 16. & tenet Petrus à Nauar. lib. 2. de restitut. c. 2. num. 398. & 403. & 409. & quod prædiximus de restitutione, quod sit de iure diuino & naturali, probat etiã nouissimè Arag. in. 2. 2. q. 100. pag. 113. 2.

- 14 Beneficium autè in præfata specie resignandum est cum fructibus, non solù perceptis, sed etiam his qui percipi potuerunt à possessore diligenti, deductis expensis factis causa fructuum, atque illis fructibus, qui aliàs expensi sunt in utilitatem ecclesiæ: & hoc non solùm in poenam peccati, sed etiam ratione iniustæ acquisitionis eius, qui scienter & propria sponte simoniacè accepit ecclesiasticum beneficium: sicut ille, qui emit rem aliquam ab eo qui vendere non potest: si verò eo nesciète nec volète, per alios alicuius promotio simoniacè procuratur, caret quidem ordinis executione, cum primùm id resciaerit, & tenetur resignare beneficium quod est consecutus, cum fructibus instantibus, quia consumptos bona fide, restituere non tenetur, nisi fortè inimicus fraudulèter pecuniam daret pro alicuius promotione, vel nisi ipse expressè contradixerit: tunc enim non tenetur ad renuntian- dum, nisi fortè postmodum factò cõsen- serit, renuntiãdo quod fuit promissum, secundùm D. Thom. Soto, & Siluestrũ vbi sup. num. 13. in princip. in vers. octa- uum, est communis Theolog. secundũ D. Couarr. in regul. peccatum. 2. part. §. 2. num. 7. & latissimè Petrum à Nauarr. de restitutio. lib. 2. c. 2. num. 414. cum se- quentib. & præcipuè nu. 429. expressa l. 17. tit. 17. part. 1. & Aragon vbi supr. pag. 1135. vers. est aliud dubium. Addit Silue- ster vbi sup. d. num. 13. in princip. quòd si electione iam facta à maiori parte, de- tur aliquid contradicenti electionem, vt quiescat de voluntate electi, etiam turbata, est simonia, & resignare tene- tur, etiam si contradictio esset iniusta, & à fortiori, si electio non erat facta: & similiter si ante electionem Petri, de- tur pro eo pecunia ab alio, eo ignoran- te, imò etiam eo contradicente, etiam si

- aliàs erat eligendus, est simoniaca ele- ctio, nisi hoc fuisset dolosè factum in dis- pendium electi, ne ex dolo reportetur commodum: ipse tamen Petrus non e- rit propriè simoniacus, licèt teneatur se- cundùm iura prædicta renuntiare: secus si data est post electionem ipsi confirma- tori pro confirmatione, vel benedictio- ne, aut consecratione, contradicente electo, vt in capit. sicut tuis. de simonia, vel etiam eo ignorante, quia nihil ei no- cet, nisi recesserit à sua prohibitione, vel nisi postea consenserit soluendo pecu- niam, vel reddendo solutam, vel nisi es- set cõsanguineus. Quòd si aliquis ami- cus accipientis beneficium, dederit ali- quid consiliario ministrantis rem spiri- tualem, ipso, & similiter accipiente igno- rantibus, ministrans & accipiens non erunt simoniaci, sed amicus, & consilia- rius, nisi sciant, & non contradicant, vt cum alijs resoluit Siluester in summa, verbo, simonia. num. 18. & Armil. aurea eodem verbo, simonia, num. 7.
- 17 Similiter recipiens ordinem, vel be- neficium, si aliquid dederit alijs, vt id impetrent à prælato, hoc ignorante, cõ- mittit simoniam, & tenetur beneficium sic impetratum resignare, ordineque sic suscepto non vti, vt probat, expressè l. 17. in versicul. *e fax esse*, & c. tit. 17. par- tit. 1. vbi Gregorius Lopez in gloss. vl- tima quærit, an hoc restringatur ad il- los ministros Episcoporum, quorum mi- nisterio vtuntur in conferendis bene- ficijs, vel ordinibus, seu alijs spiritua- libus, vel etiam procedat in quibus- cũq; alijs ministris eorumdè? Et tãdem in hoc ultimo inclinãt, dicens verius & tutius videri, ex text. in capit. quic- quid. 1. quæstio. 1. & capit. fin. 1. quæ- stio. 5. indistinctè loquentibus, & di- ctal. 17. ibi: *A algunos omes*. & l. 18. sta- tim sequenti, ibi: *A algunos omes de casa del Obispo*: quod probat, quando tali via habuit quis ordinem vel beneficium.
- 19 Dubium tamen est, cui & quomodò sit restitutio faciendã in proposito? Et quidem quando ante rei spiritualis col- lationem præcedès pactum dissoluitur, etiam

etiam si pretium fuerit solutum, procul dubio restitutio pretij est ei faciēda, qui pretium dedit, vt probat Caietan. in sua summa verbo, simonia, pag. 616. in fine, quem sequitur Nauarr. in manuali Lati. cap. 23. num. 103. Cordub. in suo quæstio. lib. 1. q. 32. Ludouic. Lop. in suo instruct. conscient. 1. part. capit. 107. cui sit restituenda, in principio, estque receptissima omnium atque indubitata sentētia. Dubium autem versatur eo casu, quo simonia exequutioni vtrinque mandata sit, nempè & collatione præbendæ, & solutione pretij. † Et in hoc diuus Thom. 20 vbi supra ad. 4. tenet, quòd pecunia vel possessio, vel fructus simoniacè accepti debent restitui ecclesiæ, in cuius iniuriã data fuerint, non obstante quòd prælatus, vel aliquis de collegio illius ecclesię fuerit in culpa, quia eorum peccatũ non debet alijs nocere: ita tamen, vt quantũ fieri possit, ipsi qui peccauerunt, inde commodum non consequantur: si verò prælatus, & totum collegium sint in culpa, tunc debet cum auctoritate superioris, vel pauperibus, vel alteri ecclesiæ erogari: & quòd ecclesiæ restitutio fieri debeat, probat expressè text. in cap. de hoc. & in cap. audiuius. de simon. l. 12. in versic. *orro si. tit. 17. part. 1.* probat etiã text. in Authēt. de sanctis. Epif. §. si verò laicus. & in §. si autem secularis. collatione. 9. glos. optima, verb. restituant. in d. cap. de hoc. & ibi DD. communiter, tenet etiam Medina in suo cod. de restitu. q. 2. fol. 7. versicu. deinde. & in hoc omnes consentire videntur, secundũ Soto vbi supra. d. q. 8. art. 1. in versic. de simonia verò, ibi: Omnes enim: quòd restitutio pretij, vel sit faciēda ecclesiæ, per prædicta iura, aut pauperibus, quia restitutio malè acquisite pauperibus adiudicatur per diuum Augustinũ in cap. non sanè. 14. quæst. 5. & in vers. ad quartum. inquit, illud de fructibus prædictum à diuo Thoma, verissimum esse, secundũ antiqua iura, nunc autem iã se mos habet Romanus, vt Papæ obtin-gant ad suos sustinendos apostolicos sumptus: quare cũ illo pòtest super eis

fieri compositio, obtinerique ab illo remissio: communem etiam probant Siluest. in summa, verb. vsura. num. 20. & summa Armill. aurea verbo; restitutio. num. 17. & 19. & inquit D. Thom. 2. 2. q. 32. artic. 7. in conclus. & in responsione, quòd acquisitum per simoniam, non debet restitui ei qui dedit, quia meretur illud amittere, sed accipiens tenetur in elemosynas elargiri: sequitur Cordub. vbi sup. & hæc est communis resolutio; Dominicus autem à Soto vbi sup. in versic. de simonia, ibi: Attamen si res, & c. 21 † censet ita distinguendum, nēpè vt post condemnationem quidem procedat cõmunis præcedens sententia, quæ habet, vt restitutio pretij, vel muneris accepti per simoniam, fieri debeat ecclesiæ, vel pauperibus, aut quẽadmodum Papa iusserit: ante condemnationem verò, dum crimen non est in iudicio delatum, sed in foro conscientię latet, restitutio faciēda sit ei, qui dedit, vt ibi latè probat: inde inferens, quòd qui tale pretium recepit, perinde atque vsurarius debet absque vlla mora, nulla que expectata iudicis sententia, restituere illud, tanquam alienum, cuius dominium non habet, dum modò cautionē accipiat, ne postea cũ fiscus rescuerit, cogatur iterũ soluere: quanuis illi, qui dedit, minimè repetitio iure permittatur, quandoquidẽ re cognita, pretio multabitur: quòd autem sanctus Thom. vbi sup. dict. q. 100 artic. 6. in respons. ad. 1. asseruit, quòd hic non possit repetere pecuniam, quã turpiter dedit, licet alius iniustè retineat, intelligi debet modo prædicto, nēpè in publico foro & iudicio, nam priuatim ante condemnationem arbitratur Soto, vt prædiximus, eidem esse restituendum: & hanc opinionem Soti sequitur Ledesmius in. 2. 4. q. 18. artic. 5. versicu. colligitur secundo. circa finè. fol. 264. colum. 3. in princip. & frater Barthol. à Medina in instructione de casis de conciecia, fol. 168. & frater Angles in suis floribus Theologic. quæstion. in. q. quis restituere, & c. difficultat. 14. in. 11. & 12. dub. pag. 195. & sequenti, & ex professio
eam

eam probat atque defendit Ludo. Lop. vbi supra, versu. secunda cōclusio, vbi intelligit D. Thomam contrarium tenentem, prout alij Thomistæ interpretantur, post condemnationem iudicis, & nō ante. Tandem dicit, quōd si ante cōdemnationem quis sequutus opinionē D. Thomæ pauperibus sic acceptum, & non danti restituisset, non esset culpandus post factum, nam sequutus est opinionem probabilem: addo ego, & communem, eritq; hoc verum indubie: distinctio tamen præd. Domini. à Soto profectò verissimam mihi videtur, & secundum hodierna tempora cōmunis etiam modernorum, & iuxta eam consulendū ante factū, præcipuè si ille qui dedit, esset pauper, & sibi non sufficeret sua, vel etiam si dedisset ex ignorātia, vt ex Hostiens. ex misericordia permittit Siluester vbi supra, verb. simonia. num. 20. in versu. posset tamen: nihilominus his etiā cessantibus, adhuc ante condēnationē ei, qui dedit, esset restitutio faciēda, iuxta præd. Soti, & modernorū opinionē.

22 De restitutione autem præbendæ longè diuersa ratio est, secundum Soto, quia neuter eius dominus est, videlicet nec Paulus resignans, nec Petrus, cui per simoniam resignatur atq; confertur: quoniam dum Prælatus secundum suā æstimationem huic contulit, illi simpliciter abstulit: Petrus igitur ratione simoniæ retinere illam minimè potest, sed nulla expectata sententia, protinus tenetur resignare huiusmodi præbendā: quia eius non est legitimus possessor ratione iniustæ acquisitionis, siue acceptionis. Idē probauit Nauar. consi. 21. nu. 5. & cōsi. 35. nu. 2. & nu. 7. de simon. cum Abb. recepto secundum eū. Hoc autem procedit secundum iura antiqua, vt per ipsum ibi in fin. Hodie autē attento motu proprio Pij V. incipit cum primum, edito anno. 1566. & est constitut. 5. inter eiusdem Pij V. constitutio. fol. 9. & 12. secus est in foro conscientie ante condēnationē, secundum eundem Nauar. consi. 34. per totum, de simon. dicemus infra in fine huius quæstionis.

23 Fit igitur ex supradictis, collationem beneficij simoniacè factam esse ipso iure nullam, nullumque ius ab initio in sacerdotio acquisiuisse eum, qui sic beneficium habuit per simoniam ab eo, vel ab altero eo sciente commissam, sicque ipso iure esse eum beneficio priuatum, ac proinde etiam in animæ iudicio teneri, vt prædiximus, beneficium dimittere, fructus que omnes restituere, etiam iam consumptos: quod apertissimum ac verissimū est hodie (scilicet ante cōstitutionem Pij V. præd.) per constitutiones Martini V. in Concilio Constantiensi, & Pauli Veneti. II. in titulo de simonia inter extrauag. communes, vbi deciditur, simoniacum etiam occultum nullum ius ab initio acquirere in beneficio, quod per simoniam habuit, & electiones, & omnes alias prouisiones dignitatum, personatum, & beneficiorum Ecclesiasticorum simoniacè factas esse nullas ipso iure, vt post alios aduertunt Dominicus à Soto vbi supra d. libr. 9. de iustitia & iur. quæstion. 8. articul. 1. in respons. ad quæstion. Gregor. Lopez in. l. 12. in glos. *Es vedado*, in versu. hodie, titul. 17. partit. 1. & D. Couarr. in regul. peccatum, de reg. iur. in 6. in. 2. part. §. 8. num. 7. Nauar. in manual. Latin. cap. 23. num. 105. ad fin. & nos latè supra lib. 1. Canonic. quæstio. cap. 9. num. 1. & 7. quanuis apud veteres ante præd. constitutiones controuersia esset super hoc, cuius meminit Couar. vbi supra, in versu. apud veteres: & Nauar. nouissimè consi. 60. per totū, & consi. 61. n. 7. de simon. cōtra supradictos, & alios probet, sed post extrauag. Pij V. præd. aliud est, vt prædiximus, & etiā ante illā

24 Secus videtur dicendum in collatione beneficij simoniacè facta ignorantibus, hæc namque valida esse videtur ipso iure, donec in poenam criminis à iudice rescindatur ratione iniquæ & illicitæ acquisitionis, vt probatur expresse in. c. penul. de elect. & in. cap. nobis. & in cap. ex insinuatione. de simon. nec quo ad hunc ignorantem præd. Pauli Veneti constitutio obstat, quia interim hæc

Hhh be

bet titulum coloratum, vt tradit Gomez in regula de triennial. poss. quæst. 12. versicul. & ista quæ dicta fuerunt. Et hinc est, vt postquam hic ignorans sciverit præd. simoniam admittam, teneatur etiam in foro animæ beneficium illud dimittere, fructusque non consumptos bona fide reddere, vt prædiximus, anthore diuo Thoma. 2. 2. quæstion. 100. articul. 6. ad quartum, cum cæteris supra citatis.

Nihilominus tamen verior sententia mihi videtur contraria, imò quòd collatio beneficij simoniacè facta alicui vitium simoniæ ignorantæ, etiam iure humano nulla sit ab initio, & idè per iudicem exteriorem cogendum eum fore beneficium dimittere cum fructibus à die scientiæ & malæ fidei perceptis & percipiendis, & qui eo tempore nondum fuerant consumpti, licèt percepti essent ante criminis scientiam, atque item ab eo die statim teneri ad dimittendum beneficium sibi collatum, secùdùm omnes, vt in specie nostra probauit latè D. Couarr. vbi supra, numer. 8. & hoc non quidem in pœnam criminis, sed quia ex natura rei iure ipso naturali hæc acquisitio impediatur diuina voluntate, sine qua spiritualia vendi non possunt, & sic titulus fuit nullus, & idè ad restitutionem fructuum ante scientiam criminis perceptorum, modò hi consumpti non fuerint bona fide, tenetur iuxta diui Thomæ, & sequacium sententiam: & inquit Gomezius vbi supra, quòd ille qui obtinet beneficium per simoniam per alium commissam ipso ignorante, ipso iure est priuatus titulo, & tenetur illud cedere cum licentia superioris, secundùm Abb. & modern. de iur. patr. quos citat, quorum dicta in hoc approbavit Rota, vt ibi per eum: sicuti nec res vendita alicui ignorantæ venditorem eam non potuisse vendere, ei acquiritur ab initio. Si enim materia vendibilis non est, vt constat, nihil refert quoad valorem tituli, quòd emptor bona fide emerit, aut eam habuerit: bona namque fides ementis rem

alienam absque domini consensu, vel possidentis rem aliquam ex titulo nullo, tantum cum defendit, dum ipsa bona fides manet: at accedente mala fide, statim restituere eam possessor tenetur, nec est expectanda iudicis sententia.

25 Præterea bona fides ementis rem alienam, non validat titulum ab initio nullum ex defectu dominij venditoris, quod nõ transijt in emptorem: tamen si emptor possit agere in temporalibus ad interesse contra venditorem rei alienæ, vt in. l. rem alienam. ff. de contrahend. empt. l. alienum. C. de furtis. l. 19. & l. 54. tit. 5. partita. 5. tradunt optimè Matthæus de Afflict. in decisi. Neapol. 369. numer. 2. & 3. Anton. Gomez de empt. & vendit. num. 8. Roland. à Valle consil. 60. nu. 56. cum sequentibus, volum. 4. & Medin. in suo cod. de restit. quæst. 37. per totam: quòd enim alterius est, absque suo facto & voluntate ab eo auferri non potest. l. id quod nostrum. cum simil. ff. de reg. iur. Idq. fortius procedit in re non vendibili, vt sunt spiritualia: si enim secus fiat, nulla est venditio, ac per consequens traditio siue collatio: † ex inutili enim cõtractu, & à iure reprobato, nõ transfertur dominiũ: argumento. l. non dubium. cum simil. C. de legibus, & quòd in temporalibus ex contractu à iure reprobato, sequuta traditione non transferatur dominium, licèt secus sit in possessione, probat latè cum communi Ant. Gom. in. l. 45. Tauri. num. 24.

27 Hæc eadem sententia verior efficitur ex sententia D. Thom. d. art. 6. ad tertiũ dicentis, hoc quòd aliquis priuetur eo quod accepit, non solùm esse pœnã peccati, sed etiam quandoque esse effectum acquisitionis iniustæ, puta cum aliquis emerit rem aliquam ab eo, qui vendere non potest. Præterea, vt inquit ibi diuus Thom. in respõsione ad quæstionẽ, nullus potest licitè retinere id, quòd contra voluntatem Domini acquisiuit: veluti si dispensator de rebus domini sui daret alicui cõtravoluntatè & ordinatiõnẽ domini sui, ille qui acciperet, licitè retinere

retinere non posset: Dominus autem cuius Ecclesiarum praelati sunt dispensatores & ministri, ordinauit ut spiritualia gratis dentur, ut Matthæi. 20. cauetur: ergo qui muneris interuentu spiritualia quæcunque consequitur, ea licite retinere non potest: ex natura igitur rei, & non in pœnam criminis, ut diximus, præd. acquisitio impeditur: igitur bona fides accipientis parum refert. Fauet etiam alia doctrina eiusdem diui Thom. communiter recepta, & quidem verissima, de qua supra meminimus, dum d. articul. 6. ad. 4. tenuit, hunc, qui beneficium habuit ex simonia, ab alio eo incscio commissâ, teneri etiam ante sententiam ad restitutionem, † quia et si pœnæ legalis locus non sit in foro cōscientiæ ante iudicis exterioris condemnationem, cum tamen hæc acquisitio impediatur, non quidem in pœnam criminis, sed ex natura rei, ut ex eodem Thom. probauimus, consequitur, restitutioni esse locum, etiam ante iudicis condemnationem seu declarationem: quod & sequitur Nauarr. in manual. cap. 17. num. 32. in versu. non obstat tertio, ubi aliam reddit rationem, quam colligit ex utroque Thom. Medina & Soto, nempe quod hoc acceptum fuit pro spiritualibus, quæ nullam estimationem habent, † quia gratis necessario dari debent, & quanuis secundum Couar. ubi supra d. num. 8. versicul. non melatet, frequentiori Doctorum sententia receptum sit, quod collatio beneficii simoniacè facta, non ex natura ipsa conuentionis, sed in pœnam criminis nulla sit, quasi voluntas accesserit conferentis, qui beneficium Ecclesiasticum dare potuit, tamen si hæc datio admistam habeat iniquitatem, ob prætentam estimationem spiritualis ad temporale: quod maximè refragatur verbis S. Thom. supradictis, nihilominus verior & tenenda est sententia ipsius diui Thomæ, quia conferens, cuius voluntas accessit in collatione beneficii simoniacè factâ, minimè sic, id est per simoniam, sed gra-

tis beneficium Ecclesiasticum dare potuit, ut probauimus supra.

30 Superest ut ad iura pontificia supra pro priori parte adducta respõdeamus. Et quidem ipsa referenda sunt ad reuocationem facti, quæ potius declaratio quædam est, quàm reuocatio iuris, ut tandem iudex pronuntiet, eam collationem, quatenus ita facta est, reuocandam esse, & reuocari: ac declaret ab initio nullam fuisse: sæpissime enim hæc declarationes apud iura Pontificia nouæ quædam reuocationes appellantur: ita respondet Couar. ubi supra, numer. 8. versicul. igitur Pontificiæ decisiones, &c. Fortassis igitur secundum ipsum iura humana hunc habere poterunt sensum, ut collatio beneficii facta per simoniam ignorati, sit ex propria vi & natura nulla, quanuis statim huic ignorantia per iura humana noua fiat, & à labe simoniæ immunis collatio ad tempus vsq; scientiæ & malæ fidei, atque ad effectum ut percipere valeat eiusdem beneficii fructus, eosque absque fraude consumere: hæc ut prædiximus, ante nouam extrauag. Pij V. rectè procedunt, post eam verò secus, etiam in eo, qui per se simoniã cōmisit, ut infra dicemus etiam in fin. huius quæstionis.

31 Verum illa quæstio se offert nobis hinc disentienda, an simoniacus mentalis possit tuta conscientia retinere quicquid simoniacè acquisiuit, vel teneatur ad eius restitutionem? verbi gratia, de illo qui præbendam suscepit, si citra pactum crediderit se eandem per simoniam recipere, videlicet, vel quia collatorem spe pretij allecctum arbitratur eandem ei contulisse, vel quia munera promiserat praua intentione, quæ etiam eadem intentione receperat, utrum teneatur resignare præbendam: & pariter Prælatum, quicquid ea mente receperat, restituere. Et ut res planior fiat, sciendum est, simoniã mentalem duplicem esse, alteram, quæ neq; peruenit ad conuentionem, neq; ad dationem, & de hac nemo dubitat nõ esse

Hhh 2 locum

locum restitutioni in ea, quandoquidem nihil datum vel acceptum fuit, licet de prauo animo poenitentiam huiusmodi simoniacus agere debeat. Alteram, quæ licet mente concepta, peruenit tamen ad dationem citra omnem conuentionem, quarum vtraque est peccatum mortale, vt præmissimus: & de hac vltima est nostra quæstio an obliget ad restitutionem. Et in primis pro parte affirmatiua, quod obliget ad restitutionem, illud fortissimum & penè indissolubile argumentum stringere videtur, nempe quod vsura metælis tantum, quæ huic simoniæ mentali similima videtur, obligat ad restitutionem, vt in capit. consulu. vbi communis, de vsur. & communis in capit. final. de simon. est communis doctrina secundum Siluestr. in summa verb. vsura, numer. 20. refert plurimos eam sequutos, atque communem esse professus Petrus à Nauarra libr. 3. de restitution. capit. 2. numer. 209. cum sequentibus, quanuis ipse contrarium probet: latè per Nauar. in capit. 1. 14. quæstion. 3. id quod omnes fatentur: ergo idem dicendum est in simoniaco mentali, nempe vt ad restitutionem teneatur: quod probatur, quia qui mutuum dat, propterea tenetur vsuras restituere, quod gratis mutuare debeat, iuxta illud, Mutuum dantes, nihil inde sperantes, &c. Prælati autem iure diuino eodem pacto spiritualia conferre debet, quia dispensator est, non dominus, iuxta illud, Gratis accepistis, gratis date. Quo fit, vt restitutio ex vtraque parte hætenus sit de iure diuino, quod in tali diuina prohibitione vendendi, & emendi fundatur, sicque iure diuino est impedita tam translatio rei spiritualis pretio receptæ, quàm dominium eiusdem pretij: ergo eodem iure est in simonia restitutio iussa, vt maxima probabilitate pollet. & ita antiqui semper crediderunt, vt cum Soto prædiximus contra Caietan. & Siluestr. Si igitur iure diuino est iussa restitutio in simonia, tunc Ecclesia nullatenus facere potuit,

vt simoniacus mentalis, puta credens aliquid sibi datum in pretium, dominium acquireret: licet secus foret, si translatio eiusdem dominij solo iure Ecclesiastico esset impedita, vt Caietan. in summa verbo simonia, & cum eo communis existimat: potuit siquidem Ecclesia illud imp. e. lire interueniente pacto: permittere autem vbi nullum intercederet, quia et si spiritualia iubeantur gratis dari & recipi, nihilominus ex sua natura sunt pretio æstimabilia: quare qui pretium sua sponte pro illis conferret, peccaret quidem contra diuinam prohibitionem, & nihilominus dominium transfertur, nisi vbi translationem eius Ecclesia impediuerit: attamen probabilius esse contrarium, antiqui existimarunt, vt prædiximus, nempe quod iure diuino in simonia fuerit impedita dominij translatio vtrinque, ac proinde restitutio iussa simoniacus igitur mentalis ad restitutionem tenebitur, sicut vsurarius mentalis. Quod si obijcias, non ob id vsurarium teneri ad restitutionem, quod mutuum gratis fieri debeat, sed quia seorsum vsus pecuniæ vendat, qui nullius per se est pretij: idem de re spirituali conuincitur, nam neque hæc quidem, vt omnes fatentur, est pecunia æstimabilis: quia licet natura sua sit æstimabilis, saltem vbi præbenda vel sacerdotium est fructiferum, nihilominus tamen hæc vendibilia non sunt, quia prælati Ecclesiastici sunt meri dispensatores rerum dominij sui, qui gratis id facere cunctis iussit, non verò sunt domini: ergo nec tanquam domini, nec tanquam dispensatores dominium pretij acquirunt, & multo minus accipientes sacerdotium vel præbendam per simoniam.

33 Vltèrius hæc pars comprobatur ex regula illa generali, quæ habet, quod quando, tam dare, quàm accipere aliquid temporale, est iniustum, nõ potest sic acquisitum retineri cum bona conscientia, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 32. art. 7. in

7. in cōclusionē, & in responsion. ad quæstion. & ibi Caietan. in princip. articul. Idem Caieta. quæstion. 100. articul. 6. in princip. & cæteri communiter Theologi. Sed id quod acquiritur ex mente simoniaca, est iniquum atque illicitum vtrinque, ergo cum bona cōscientia retineri non potest.

Et in terminis per prædicta & alia (quæ ommitto) hanc primam partem probarunt Ioann. Maior in 4. distinction. 15. quæstion. 1. articul. 7. Adrianus quodlib. 9. Hæric. quodlib. 6. quæst. 26. Ioan. à Medina in suo cod. de restit. capit. de vsur. restit. §. in. 2. versiculi iam ad rationes, fol. 148. colum 2. & latè Dominic. à Sot. lib. 9. de iustit. & iur. quæst. 8. artic. 1. ad sextum, vsque in finem, dicens quòd quousque eum, vel Ecclesia, vel sapientes aliud docuerint, ipse sibi aliud persuadere nequit, & respondet ad sanctū Thomam d. quæstion. 100. articul. 6. ad sextum, tenentem contrarium, loqui nempe in illo simoniaci mentali, qui intendit pretio dare aut accipere rem spiritualem, verè tamen non dat, & sic in prima specie simoniæ mentalis, quam præ diximus, in qua nihil datum vel acceptum fuit, & proinde in ea omnes consentiunt restitutioni minimè locum esse, quia nihil est quod restitui possit. Eandem sententiam tenet etiam frater Bartholom. à Medina in sua instructione confess. libr. 2. capit. 14. §. 21. Et tenentes hanc opinionem respondent ad text. in cap. fina. de simon. incipienti, mandato, quo communis contraria sententia expresse probata videtur, nempe vt per Maiorem vbi supra, & per Adrian. vbi supra, cuius intellectum refert & sequitur Soto vbi supra, nempe quòd illic Summus Pontifex non decernit, † de simonia mentali non esse necessariam resignationem spiritualium, aut temporalium restitutionem, sed imò contrarium docet, si rectè textus legatur, non verò, prout communis facit, præmissa vera facti specie huiusmodi: Quidam dato pretio prava intentione, absque pacto

tamen, recepti fuerunt ad religionem, & forsan dederant monasterio aliquam præbendam, & insuper aliquod temporale, postea verò compuncti Romanam miserunt, vt cum illis fieret dispensatio. Papa misit mandatum, vt eadem fieret: Abbas autem dubitauit postea de extensione mandati quoad duo: primò, vtrum extenderetur facultas dispensandi vsque ad Abbates, vt ipse posset cum illis dispensare: secundò, vtrum extenderetur ad dispensandum super resignationibus, ne ex alterutra parte fierent, vt scilicet conuentus resignare non teneretur, sed omnia posset retinere, quæ monachi contulerant. Ad vtrumque respondet Summus Pontifex affirmatiuè, ita dicens: Mandato nostro recepto, vt cum monachis, qui per simoniam dato aliquo (scilicet munere, tam temporali, quàm spirituali) locum in monasterio sunt adepti secundum constitutionem generalis Concilij (videlicet Constantiensis, vt in capit. quoniam, eodem titulo de simonia) & infra: Consultationi tuæ breuiter respondentes dicimus, mandatum Apostolicum (id est mandatum dispensandi) ad Abbates extendi (vt scilicet ipsi valeant dispensare) & ad resignationes spiritualium & temporalium: itaque verbum, extendi, fertur in hoc quod sequitur, vt sic debeamus legere: Extendi ad Abbates, vt ipsi possint dispensare, & ad resignationes, tam temporalium, quàm spiritualium, si modò nullum interuenit pactum, nempe vt Abbas possit dispensare, ne resignatio, tam temporalium, quàm spiritualium, quæ alias necessaria erat, fiat: ait enim Papa, quòd in illo casu, id est facta dispensatione, delinquentibus sufficit per solam pœnitentiam suo satisfacere Creatori: ergo non excludit, quin dispensatione non præcedente ex natura simoniæ facienda esset illic, tan resignatio spiritualium, quàm restitutio temporalium: quandoquidem dispensatio fuit necessaria: itaque hi authores alio modo legunt illum

Hhh 3 textum,

textu, quam littera communis & vulgata editio habet, delendo notam rubeam, quæ paragraphum & diuisionem significat, positam post verbum extendi, & ante illa verba, Et ad resignationes, &c.

- 35 His tamen omnibus non obstantibus, sententia sancti Thomæ quæstion. 100. articulo. 6. ad. 6. & communis omnium prope Theologorum, ac Canonistarum est in contrarium, imò quòd in distinctè datum vel acquisitum ex simonia mentali, nullo pacto, tacite, neque expresse, intercedente, non sit in iudicio Ecclesiæ, nec in animæ interiori restituendum, nec beneficium sic receptum resignandum, ex textu expresso in d. capit. final. de simonia in 2. parte. vbi ad litteram sic dicitur, loquendo in simonia mentali. Et ad resignationes spiritualium, & temporalium, quæ nullo pacto, sed affectu animi præcedente vtrinq; taliter acquiruntur: in quo casu delinquentes sufficit per solam poenitentiam suo satisfacere Creatori, eos pro simonia huiusmodi non teneri: idem probat. l. 5. versiculo. *Pero si, titulo. 17. partita. 1. vbi dicitur, Pero si alguno die se don, ò presente, quier fuesse grande, ò pequeño, con intencion de ganar por el cosa espiritual, ò si el que lo recibiese, la diesse por razon de aquel seruicio, qualquiera dellos que lo faxen desta manera, caen en pecado de simonia de voluntad, porque no fue fecho en ella pleyto ninguno: e porende el que recibiese beneficio, ò orden, en esta manera, o otra cosa espiritual, puede a retener, e non ha porque la renunciar, solamente que haga penitencia del erro que fixo porque lagano assi, & ibi Gregorius in glossa, Simonia de voluntad, hoc tenet, allegans d. capit. final. de simonia, & qui textus non solum loquitur in simonia, quia prohibita, & sic in simonia, quæ est de iure positivo (prout in ea tantum, non verò in prohibita quia simonia, & sic in simonia prohibita iure diuino, voluit Hostiensis in summa: de simonia. numer. 1. & Henricus de Gandau. quodlib.*

6. quæstion. 26. & summa Angel: verbo simonia. numer. 7. in princip.) sed etiam in simonia contra ius diuinum, vt constat ex eo textu, dum loquitur in simonia, quæ committitur pro religionis statu & admissione, ad religionem, pro quo usurpatur locus in monasterio de quo ibi: constat autem diuino iure prohibitum esse, vt spiritualis religionis statutus vendatur, cum ut spiritualis status à Christo constitutus, vt patet ibi: Si vis perfectus esse, vade & vende, &c. & præterea statim in d. capit. final. subrexitur mentio resignationis spiritualium, quare ibi proculdubio de simonia, quæ est contra ius diuinum, sermo habetur: & ita in rito Hostiensis & sequaces contrarium tenentes improbant Caietan. super Thom. d. quæstion. 100. articulo. 6. versicul. ad hoc dubium, ibi: Mihi videtur, & Siluester in summa verb. simonia. numero. 20. cum Ioanne Andrea, & Panorimitan. quos refert: & præterea idem probauit Soto vbi supra, ad sextum, in versicul. vnde Hostiensis & Nauarr. in manual. Latin. capit. 23. numero. 102. versicu. quinto, ibi: Sum quia illud caput, &c. & pro hac parte videtur multum astringere d. l. Regia, ibi: *E porende el que recibiese beneficio, ò orden en esta manera, o otra cosa espiritual, puede a retener, &c.*

- 37 Similiter etiam textus ille in d. capit. final. de simonia. in 2. parte. procedit, nedum quoad forum Ecclesiæ exterius, & quoad eius poenam, sed etiam quoad forum conscientie, vt patet ibi, In quo casu delinquentibus sufficit per solam poenitentiam suo satisfacere Creatori. Si ergo sufficit Creatori per solam poenitentiam in simonia mentali satisfacere, non tenetur ad aliud in foro conscientie, vt Deo satisficiat, puta ad resignationem, vel restitutionem: non igitur tenentur mentales simoniaci ex naturali, & diuino iure, nisi ad poenitentiam, quia peccant mortaliter, & sunt in statu damnationis æternæ, quandiu perseuerant

rant in tali malo animo, sed non tenentur ad resignandum aut restituendum taliter accepta, per prædicta, vt optimè explicat ac resoluit contra alios Caieta. vbi supra, in versicul. alij dicunt, ibi: Sed hæc responsio, dicens quòd sic communiter seruari videtur, & est communis secundum Decium in capit. ex parte. el. 1. numer. 6. de officio delegat. licèt ipse velit ibi contrarium: sed communem sequitur Nauarrus vbi supra, versicul. procedit etiam, contra Ioann. à Medina vbi supra, quem ibi increpat, & ampliat textum etiam alijs modis. Probat igitur manifestè in illo text. præfata opinio communis, quam fundamus, nihil addendo, vel delendo, sed stando eius literæ communi cum sua nota rubea, quæ paragraphum & diuisionem significat, & semper adhibita fuit, maxima namque esset audacia aliud dicere. Secundò pro communi opinione Theologorum, & Canonistarum, de qua principaliter agimus, est etiam text. in capit. tua nos. de simonia. in versiculo si verò purè, ac sine pacto vel conditione qualibet offerat, ibi, Huiusmodi receptio fieri poterit absque scrupulo simoniacæ prauitatis, & postea ibi: Quia nobis datum est de manifestis tantummodò iudicare, quem text. simul cum d. capit. final. de simonia, ad hoc allegauit Decius in d. capit. ex parte. el. 1. numer. 5. & Silvester in summa verbo. simonia. numero. 5.

1. Quibus fit, vt communem prædictam sententiam ex text. in d. capit. final. sic sanè eum intelligentes vsque in hodiernum diem probauerint semper glossa, & ferè omnes Doctores Canoniste, ac Theologi, vt asserit, & latissimè probat & defendit, respondens fundamentis contrarijs, D. Nauarr. in commentarijs d. cap. final. num. 12. & sequentibus de simonia, & iterum in d. manuali cap. 23. numer. 102. Eandem sequutus est latè probans Caietan. vbi supra, dicens, quod sic communiter seruari videtur. Communem etiam eam fatetur So-

to vbi supra, licèt contra eam teneat, & sequuntur præterea omnes sūmistæ verbo simonia, vbi Angel. de Clauas. eodem verb. 7. in princip. testatur communem, & alij plurimi authores, quos omnes referre laboriosum potius esset quàm necessarium, siquidem in confesso est omnium hanc esse receptissimam sententiam, paucissimis demptis, atque (vt existimo) verissima & tenenda ex prædictis, quam latissimè sequitur, probat ac defendit Petrus à Nauarra libr. 2. de restitutione. capit. 2. numer. 392. cum sequentibus, & probata est d. l. partitæ, cuius l. conditores sequuti sunt communem præd. intellectum d. capit. final. de simon. intelligentes eum esse proculdubio verissimum ac communem, expressamque mentem ac decisionem Ecclesiæ: minimè igitur sunt mutanda, quæ certam interpretationem habuerunt, vt in l. minimè. cum simil. ff. de legibus. Superest modò, vt res in tranquilla quiete remaneat, vt respondeamus fundamentis contrariæ opinionis, & præcipuè ad primum (quod omnes maxime torquet, vt pote difficillimum, nempe de vsurario mentali, qui ad restitutionem tenetur) plures enim assignantur à Doctoribus rationes differentiatæ inter vsurarium mentalem, & simoniacum mentalem, quare ille teneatur ad restitutionem, hic verò minime, † quæ quidem non satisfaciunt, Vnde Abbas in d. capit. final. inquit, non esse idoneas ante ipsum redditas, nec approbat quas ipse reddit, & meritò, quia vltima quæ sibi præstantior cæteris videtur, dum habet, textum illum loqui de illo, qui non dat, vel facit temporarium principaliter pro spiritali, sed minus principaliter & secundariò pro spiritali, vera quidem non est, siquidem agit textus ille de simonia, quæ est peccatum mortale, vt prædiximus, quale non est facere aliquid minus principaliter, & secundariò pro spiritali, vt per Nauarr. d. capit. 23. numero. 101. & 102. versicul. quinto, & inquit Ioannes Andreas

Hhh 4 ibi,

ibi, quòd ratio iusta illius decisionis ab authore petenda erit, & nihilominus quamdam differentiam rationem assignat, quam improbat Soto vbi supra, ad sextum, in versu. Ioan. Andreas: sed & summa Angeli vbi supra, inquit, quòd rationes differentiam assignatæ à Doctõribus in proposito sunt inefficaces, & solum ita esse, quia ius declarauit, sed nõ bene dicit, quia iura non declarant sine ratione, cum subalternentur Philosophiæ naturali, secundum Sicut. vbi supra, num. 20. qui aliam rationem assignat, nempe quòd ea quæ restituenda sunt ratione simoniæ, non sunt restituenda necessariò vigore naturalis aut diuini iuris, sed de consilio solum, vt ibi probare nititur, addens, quòd si aliqua obligatio restituendi est, procedit à lege humana, quæ mentalem simoniacum nõ obligat ad restituendum, sed tantum conuentionalem: hæc autem ratio non est omnino vera, aut saltem firma, & inconculsa, vt vidimus supra.

Ego verò duas rationes differentiam, quæ cæteris omnibus vrgentiores videntur, referam. Prima est Caiet. vbi supra, quia scilicet mutuatarius nõ animo donandi sponte, nec voluntariè, sed inuitus, necessitate pressus, ad redimendam vexationem, vsuras mentales soluit, est enim ibi voluntarium mistum inuoluntario, vt patet ex 3. Ethicorum, & idè eas recipiens tenetur ad restitutionem: quòd autem datur simoniaco mentali, datur voluntariè, datur enim animo emendi vel vendendi, constat namque, quòd tam emere, quàm vendere, sunt contractus voluntarij, absque inuoluntario misto, vt patet ex 5. Ethicorum, & sic tota diuersitatis ratio est inter voluntarium, & inuoluntarium. Nec obstat quòd aduersus hanc Caietani rationem replicat Soto vbi supra, dicens, quòd ita inuitus simoniacus videtur conferre pretium, sicut vsurarius, mallet siquidem ille gratis spiritalia accipere, vt iure diuino alter tenebatur gratis conferre, quàm aliquo pretio vel munere temporali à se præstito, quia respondet.

Caiet. & Nauar. quos sequitur Petrus à Nauarra vbi supra, numer. 402. cum sequent. quòd ad hoc vt consensus dantis impediatur restitutionem, non sufficit quòd mallet habere gratis, quàm pretio, quoniam alioqui etiam omnis venditor teneretur restituere pretium ementi, vt ibi latius probat. Alia ratio est eiusdem Nauarri, quam efficaciorẽ supradictis existimat ipse, nempe quòd vsura bene soluitur, & malè recipitur, nam vsuram soluere, non est peccatum. cap. debitores. de iureiurand. recipere autem sic. c. quoniam. de vsur. & qui malè recipit ab eo, qui bene dat, tenetur id restituere danti. cap. non sanè, cum glos. 14. quest. 5. at qui per simoniam mentalem accipit ab eo qui malè dat, bene suscipit, ob ignorantiam malæ intentionis, aut saltem accipit à malè dante, & consequenter nemini tenetur illud restituere, maxime si præstitit id propter quòd datum est. Adhuc tamen obijci potest huic rationi, quòd vsuras soluere tunc licet, & debitor tenetur, cum iurauit eas soluere, secus alias, vt in d. capit. debitores, cũ ibi notatis.

39 Præterea non semper licet cuiquam sub vsuris mutuuum accipere: in hoc enim seruanda est huiusmodi communis omnium distinctio: Inducere aliquem ad mutuandum sub vsuris non licet, quia cooperaretur peccato alterius: accipere tamè mutuuum sub vsuris, ad propriam necessitatem subueniendam, vel ob aliam iustam causam, ab eo qui paratus est hoc facere, licitum est: hæc est aurea doctrina sancti Thomæ communiter recepta, tam à suis, quàm à nostris, in 2. 2. question. 78. artic. 4. inducere enim quempiam ad malum nemini licet, precipuum enim genus cooperandi ad malum, est ad illud mouere & excitare: cum ergo scenerari malum sit, & inanimè tale propositum, quòd ipse non habet, conijcere potest: vti tamen peccato alterius in bonum, nihil absurdi habet, nam & Deo hoc est in vsu, vritur enim peccato nostro in bonum, vt in exemplis de quibus, per infra citandos, qui prædicant doctrinam

doctrinam diui Thomæ, & sequuntur, & optimè explicant, nempe Caietan. in proprio loco: idem Caietan. lib. 17. respons. 14. responso, & in summa verb. vsura, Siluest. eodem verbo. el. 7. numer. 1. Armill. aur. in eodem verbo. numer. 38. Dominic. à Soto lib. 6. de iustitia & iur. quæst. 1. artic. 5. Nauar. in manual. Latin. capit. 17. numer. 262. & 263. glos. fin. & DD. in cap. debitores. & præcipuè Felin. ibi numer. 6. & 7. plures Doctores citans, de iure iur. DD. omnes in cap. super eo. de vsur. D. Couar. in capit. quamuis pactum. de pact. in. 6. in. 1. part. relect. §. 1. numer. 10. versi. qui petit, latissimè Michael à Palacio in sua praxi Theologica, de contract. & restit. lib. 4. capit. 10. per totum. Anton. à Cordub. in sua summa de casus de conciencia, quæstion. 5. in. 5. corolar. & Thesaurus Christianæ relig. cap. 67. nume 29. Imò, vt constat ex plerisque supradictorum, non solum nõ licet inducere ad mutuandum sub vsuris illum, qui non est paratus hoc facere, sed etiam eum qui ad hoc est paratus, vt colligitur ex diuo Thom. vbi supra, in conclusio. dum generaliter dicit, † non licere quemquam ad mutuandum sub vsuris inducere: quanuis enim accipere ad vsuram licitum sit, non tamen petere vt sibi ad vsuram detur, quia est petere aliquid, quod alius sine peccato facere non potest: quod numquam licet; & sic inducere eum ad peccandum, quantum cumque paratissimum, vt in specie docent Caietan. vbi supra, & Florentin. in sua summa in. 2. part. titul. 1. cap. 9. §. 4. & Nauarr. vbi supra d. numer. 262. & Palacio d. capit. 10. in versi. vnde non est, & clariùs in versi. porro autem, vbi cum Caietano probat, nefas semper esse inducere aliquè ad vsuras; vel quoduis peccatum, etiam paratissimum ad peccandum: vnde nefas, secundum eum, erit dicere vsurario, vel sedenti ad mèsam fœnebrem, Da mihi mutuum sub vsura, quia istud est inducere eum ad vsuram, & itè in reliquis. † Sic videmus verius ac receptius esse, non posse quem sine peccato vti alterius maleficio ad tollè-

dum malum ab alio, vel à se, licèt ille maleficus paratus sit illud exercere, quia petitio ista, & vsus huius opèrè, est directè consensus in peccatum, quia per illud maleficio, tolli malum non potest; aliter quàm cum peccato mortali: quis enim ab alio petit, vt faciat id, quod sine peccato facere non potest, peccat; quia sic petens consentit iniquitati alterius, inducèdo illum ad peccatum: etenim etsi ille paratus esset, non tamen hoc particulare maleficio fuisset operatus, licèt ille petijset, vt rectè cum Siluestro & alijs deducit ac probat D. Couarr. vbi supra, numer. 10. in prin. Ita in proposito dicendum est, vt non liceat etiam paratissimum ad vsuras mutuare, eum ad hoc inducere, quia inducens per hoc consentiret eius peccato, quandoquidem hoc ipse creditor sine peccato facere non potest: accipere autem ab huiusmodi homine sic parato mutuù sub vsuris, eum non inducendo, bene licet, secundum doctrinam sancti Thomæ, & communem vbi supra, & ita sunt intelligendi ac interpretandi & supplendi, si qui sūt, authores qui incautè aliud dixerint, nempe posse peti mutuum sub vsuris ab eo qui paratus est ad mutuandum sub eis: inducere enim eum, vel ab eo petere sub vsuris, minimè licet, quia cooperaretur peccato ipsius, vt est prædictum: sed petere simpliciter ab eo mutuum debet: quod si ille renuat sine vsuris dare, tunc licebit sub vsuris accipere, vt inquit D. Thom. & communiter omnes eum sequuti, & nominatim Caietani & ceteri, præcipuè Cordub. vbi supra.

Ab illo etiam, qui non est paratus dare sub vsuris, licèt possum petere mutuum simpliciter: quod si ille nolit gratis mutuare, sed sub vsuris, possum absq; peccato mortali ab eo accipere sub vsuris, nisi ob finem mortalem accipiam, & etiam absq; peccato veniali, si ob iustam causam accipiam, aliàs secus, quia peccabo mortaliter aut venialiter, iuxta qualitatem causæ, vel finem ob quem accipio, veluti si ad luxum, vel ob vani-

Hhh 5 tatem,

tatem, & ludos veniales, aut vt eius negociatione diuitias accumulem, vt constat ex præcitatâ, qui etsi in specie hominis non parati sub vsuris mutuare minime loquantur, eadem tamen ratio & fortior est in hoc, quàm in illo, præterquam quòd generaliter loquuntur: imò & Nauar. vbi supra, in vtroque loqui videtur: licet enim in vtroque casu petit quis rem, quæ non solum sine peccato, sed & cum merito fieri potest: si autem vsurarius non vult dare mutuum sine vsura, culpa est ipsius, non autem petentis, qui petit ab altero, quod ille, si vellet, sine peccato, & cum merito facere posset: quæ ratio æquè militat in non parato, sicut in parato hoc facere: † est tamè casus, in quo licitum est inducere alterum ad mutuandum sub vsuris, nempe quando quis est constitutus in extrema necessitate, poterit enim tunc inducere ad mutuandum sub vsuris eum, qui sine illis mutuare non vult, iuxta Innocent. receptum in cap. super eo. de vsur. secundum Nauarr. vbi supra, numer. 263, quia hoc non est proximum ad peccandum inducere, sed cõsulere vt minus peccet, hoc est potius peccatum vsuræ, quàm si homicidium committat, quod licitum est, vt in cap. si quod verius. 33. quæst. 2. sequuntur Angel. Siluest. & Caiet. eosq;

43 referens Nauarr. d. num. 263. † Idem in consulente & inducente alium ad minus malum ad maius euitandum, quod certissimè alias perpetrandum esset, rectè probauit Caietan. & Soto, atque Palacios vbi supra, in versu. argumentum autem: & Magister Aragon in diuum Thom. 2. 2. quæst. 78. art. 4. pag. 711. col. 1. quia qui consulit minus malum, ne deterius contingat, non facit malum, sed bonum, videlicet hominem iam paratum ad maius malum, inducere ad minus malum, qui nulla ratione aliàs poterat à suo malo auocari, qui enim eum sic auocat, non consentit in malum minus, neque vult illud, verum collatione maioris arcèdi mali, bonum putat inducere alium ad minus malum.

45 Denique text. in d. c. final. de simon.

in. 2. part. loquitur & procedit de quæsitio ab vtraque parte per simoniã mentalem, vt patet ibi, Vtrinque taliter acquiruntur: id quod fatetur Nauarr. vbi supra d. num. 102. versu. quinto, ibi: Tùm quia aperte agit, ergo malè datur, & malè accipitur: quicquid contrarium nouiter & minus bene tetauerit tenere Magister Aragon in. 2. 2. quæst. 100. pagin. 1734. cum sequent. versu. quod mihi: nempe in simonia mentali pretium restituendum esse, non verò beneficium resignandum: quod est contra d. text. & contra communem Doctorum sententiam, cui tripliciter, sed nulliter ipse ibi nititur respondere.

Vnde meliùs fugit difficultatem (si vera loqueretur) Petrus à Nauar. lib. 3. de restit. cap. 2. num. 216. cum sequentibus, sustinendo & probando contra communem, cum aliquibus quos refert, dicens sibi verissimam videri oppositam sententiam, nempe quòd vsurarius mentalis non teneatur ad restitutionem, & ibi nititur respondere ad. c. consuluit. de vsur. sed re vera ille text. rectè probat communem sententiam, veriorque illa est, præterquam quòd receptissima sit: vnde esset temerarium ab ea discedere in iudicando & consulendo.

Nihilominus tamen, quanuis hæc ita se habeant, & nulla concludens ac peremptoria ratio differentie assignetur in hoc inter vsurarium mentalem & simoniacum huiusmodi, assentire humiliter debemus declarationi summi Pontificis, licet rationem qua ille motus fuerit, non attingamus. argumento text. in cap. ego solis. 9. distin. credentes non de fuisse illi rationem sufficientem ita declarandi, tametsi ipsa nobis adhuc non innotescat, vt fatemur: hoc tamen nihil impedit, quin communis sententia probanda sit, quandoquidem ipsa expresse ad literam approbatur in d. c. fin. in 2. part. de simon. qui text. cum hoc disponat in simoniaci mentali, & text. in d. c. consuluit, cum communi, de vsur. aliud in vsurario mentali, quilibet horum textuum in suo casu absque dubio seruandus

mandus erit, quandoquidem diuersus est vnus ab alio, licet rationem differentie sufficientem non exprefferint.

- 46 Sed ne videamur in hoc omnino deficere, excogitabam ego minimus scriptorum, an pollet hæc ratio differentie inter prædicta iura assignari, trahendo rē à suis principijs, & sic considerando originem prohibitionis vsuræ, & simoniarum: ita vt ex modo, & verbis prohibitionis colligamus rationem diuersitatis, nempe quod vsura in mutuo iure diuino, nõ solum conuenientialis, sed etiam mentalis est prohibita, vt patet Lucę 6. Mutuũ dantes, nihil inde sperantes: non itaque licet pro mutuo aliquid etiam mente sperare: † vsura enim mentalis est, qua mutuuum speratur, & postea realiter obtinetur, vt colligitur ex Ioan. à Medina in suo cod. de restitutio. in quaestione de vsur. restituend. §. in secundo, in prin. & ex Thesaur. Christian. relig. cap. 67. nu. 23. & 24. & ex cæteris omnibus hac de re agentibus: vnde meritò vt si contra fiat, hoc est corrupta mente mutuetur, aliquid inde sperando, & postea illud recipiatur, sit restituendum in animæ iudicio, quia contra præceptum diuinum id fit, vt manifestè Ecclesia verba Euangelij relata interpretatur in. c. cõsuluit, de vsur. dicens, Consuluit nos tua deuotio, an ille in iudicio animarum quasi vsurarius debeat iudicari, qui non aliàs mutuo traditurus, eo proposito mutuam pecuniã credidit, vt licet omni conuentione cessante, plus tamen forte recipiat, &c. Verum quia quid in his casibus tenendum sit, ex Euangelio Lucę manifestè cognoscitur, in quo dicitur: Date mutuuum, nihil inde sperantes, huiusmodi homines pro intentione lucri, quam habent (cum omnis superabundantia prohibeatur in lege) iudicandi sunt male agere, & ad ea quæ taliter sũt accepta restituenda in animarum iudicio efficaciter inducendi.

At verò iuris diuini prohibitio simoniarum non fit nominatim de spe aliquid temporale pro spiritali accipiendi, sed de actuali simonia expressa, vel signis

inter partes intellecta, vt patet Matthei 10. vbi commemoratis donis spiritalibus Dei, dicitur, Gratis accepistis, gratis date: non itaque adiecit, Nihil inde sperantes, sicut in mutuo dictum est. Similiter nec id exprimitur in cæteris auctoritatibus noui & Veteris Testamenti, quibus Dominicus à Soto. lib. 9. de iust. & iur. quaest. 5. artic. 2. versi. hic primũ omnium, & Alfons. à Castro lib. 13. aduersus hæreses. cap. simonia, per totum, probant, simoniam spiritalium donorum iure diuino esse prohibitã: meritò igitur, vt quauis pessima sit simonia mentalis, nihilominus tamẽ cum expresse & in indiuiduo non sit iure diuino inhibita, sicut vsura mentalis, quod Ecclesia declarauit in d. cap. si. de simon. vt ipsa simonia mentalis ad restitutionem non obliget, sed sufficiat pro peccato Creatori per solam satisfacere poenitentiam.

- Cætera quæ huic primo fundamento, de quo agimus, adiecit de prohibitione translationis dominij eius quod datur per simoniam, quod sit de iure naturali ac diuino, insuper & restitutio iussa, non obstant: quoniam. etsi absque controuersia id esset, quod diffitemur, quandoquidem, vt vidimus, est contra communem, adhuc communi sententia non nocerent, siquidem procedunt in simonia expressa, hoc est cum pacto tacito vel expresso, non verò in mentali tantum, † quæ etsi utroque iure sit prohibita sub poena peccati mortalis, nihilominus quoad restitutionem in hoc differunt, quod in mentali iure diuino nõ inuenitur iussa, & iure positio expressè reperitur excusata: cui iuri positio standum est, quando non reperitur expressum contrarium iure diuino.

- Ad secundum fundamentum pro contraria parte supra adductum ex regul. S. Thom. respondemus, quod datio vel acceptio potest esse illicita dupliciter. Vno modo secundum ipsam formam exterioris actus, quem significat, tam datio, quam acceptio, † & cum actus dandi, vel accipiendi ex sua exteriori forma est venditio, emptio, & huiusmodi:

Alio

Alio modo ex solo interiori affectu, puta quia actus exterior secundum modum & formam exterius habet rationem donationis gratuitæ, sed ex solo affectu interiori habet rationem venditionis. Regula igitur supra posita, cui nunc respódemus, intelligitur de datione, & acceptione illicita primo modo, & non secundo, quoniam primo modo datio & acceptio est per se illicita. Secundo autem modo est illicita per accidens, quia non ex modo & forma exteriori, sed ex adiuncta mala intentione. Idem igitur dicendum est in materia simoniæ, ut respondet Caiet. vbi supra, in versic. & ad primam.

Nec responsio Soti, ad S. Thom. ad sextum, nempe quod loquatur in simonia purè métali sine traditione, aliquid præstat, siquidem ex diuo Thom. contrarium constat, dum agit, quod huiusmodi mentalis simoniæ poena exterior Ecclesiastica non puniatur, ut ab renuntiare teneatur: ergo præsupponit manifestissimè, traditionem esse factã, aliàs nullum ad esset dubium. Quare secundum Petrum à Nauarr. de reitit. lib. 2. cap. 2. num. 400. ridendum videtur, intelligere diuum Thomam, prout eum intelligit Soto: & Sotum in hoc etiam carpit Aragon vbi supra, pagin. 1134. versu. non est.

50 Non etiam obest intellectus ac litera Adriani & Soti ad d. cap. final. de simon. assignatus; is siquidem potius ex capite est, quàm conformis literæ communi illius textus, quandoquidem iubent demi ac deleri, tum punctum qui est ad finem verbi, Extendi, tum notam rubeam, paragraphum ac diuisionem significantem, ut eum tex. in suam sententiam trahant: quod haud licet, nec conuenit constructioni, & vero sensui d. tex. ut inquit Nauarr. vbi supra, præcipuè quia post illam notam rubeam huiusmodi ¶, adest statim, Et, cum litera E. magna, taquam principium alterius sententiæ: ipsi vero præd. E. paruum faciunt, quasi præcedentium connexam, contra perpetuam consuetudinem Gregorij

IX. hucusque seruata. Denique quia secundum prauum eorum intellectum, verba, Eos pro simonia huiusmodi non teneri, non possunt salua ratione recte constructionis sustineri, quod & nouissime contra Sotum aduertit & probat Aragon vbi supra, pagin. 1134. Quare verius est legendus text. ille secundum communem literam, quam supra retulimus, ut aduertit & latè differit Petrus à Nauarr. vbi supra d. lib. 2. de reititio. cap. 2. num. 395. cum sequentibus. Superest igitur ex omnibus supradictis satis probata ac defensata communis sententia tenenda, quæ habet, simoniacum mentalem ad restitutionem minimè teneri in neutro foro, eorum quæ simpliciter absque pacto traduntur, corrupta tamen mente. Circa hoc tamen aduertendum erit, † tunc esse simoniam mentalem, quando intentio principalis in mente est dandi vel accipiendi aliquid pro spiritualibus, id est sine qua non fieret actio, quia tunc est simonia, & per eam admittitur peccatum mortale: secus verò si sit intentio secundaria, id est sine qua actio fieret, quia tunc secundum omnes non est simonia, etiam coram Deo, eo namque casu non datur temporale pro spirituali, vel è contra, quia remoto temporali, nihilominus daretur spirituale, vel è contra, ut testatur Siluester in summa, verb. simonia, num. 5. post alios summistas contra summam Angelic. non tamen causa alicuius actionis eo solum dicitur principalis quod non fieret actus si illa non interuenisset, ut ex pluribus rectè probat Nauarr. consil. 9. de simon. n. 3. Quo fit secundum ipsu ibi nu. 1. & 2. ¶ nõ esset simoniacum resignare aliquem sum beneficium principaliter, ut det alicui idoneo, cum spe minus principaliter concepta quod erit ei gratus, sine qua non renuntiaret: causa igitur impulsua non inducit simoniam, licet aliàs id non fieret, ut per plura exempla probat Nauarr. in manual. cap. 23. num. 100. & sequitur idem consil. 10. num. 8. de simon. & latius consil. 23. per totum de simon. vbi quod licet dare vel accipere

perē aliquid temporale minus principāliter, & tanquam pro causa impulsua, & excitatiua pro spiritualibus, etiam si sine ea non fieret actus, dummodo ille fiat principaliter ob aliam quā illam.

52 Secundò obseruandum erit, quòd quantum ad Ecclesiam & humanum iudicium nullus contrahit simoniā quacumque voluntate, nisi aliquid superadatur, vt in d. cap. tua nos. & in d. c. in. & hoc intelligendum est pacto expresso vel tacito, quia quocumque modo in notescat quòd quis dederit, vel acceperit tēporale pro spirituali, est simoniacus, vt in cap. & si quæstiones. de simon. Siluest. vbi supra d. num. 5. versic. quantum ad Ecclesiam, vbi quid considerandum sit, si dubitetur, vtrum gratis, vel corrupta intentione datum sit: si verò sola voluntate & mente corrupta principaliter datum vel acceptum sit, tunc est verè simonia mētalī, ob quam peccatum mortale admittitur, non tamen obligatio est restituendi, per supradicta.

53 Rursus obseruandum erit, quòd licet antequam alicui acquiratur ius in Episcopatu, vel quacumque dignitate, vel præbenda per electionem, vel prouisionem seu collationem, simoniacum esset aduersantium obstacula pecunia redimere: tamen postquam ius alicui acquisitum est, licet per pecuniam iniusta impedimenta remouere, secundum S. Thom. 2. 2. quæst. 100. artic. 2. ad quintum, quem sequitur Dominic. à Soto lib. 9. de iustit. & iur. quæst. 6. artic. 1. ad quintum. verbi gratia: Si aliqui obstant, ne electus confirmatorem adiret, aut in possessionem mitteretur. Eamdem bimembrem doctrinam diui Thom. sequutus est Siluester in summa, verb. simonia. num. 3. & 13. & in secundo membro eam probauit Angel. in summa verb. simonia. 2. nu. 10. & vterque id intelligit, quando dans certus est de iniustitia, quæ sibi fit: secus si esset in dubio. Eamdem doctrinam diui Thom. in eodem. 2. membro sequitur ad literam Magister Palac. lib. 2. de contractib. & restit. cap. 7. versic. hæc autem quæ prædi-

ximus, pagin 46. & in utroque Guid. Pape decis. 1. ad fin. Petrus Rebuff. in praxi beneficiorum, tit. de simon. in resig natione adhib. num. 17. cum sequentiibus, dicens, quòd non potest dari pecunia vel aliud temporale pro beneficio consequendo & acquirendo, etiam si daretur pro vexatione redimenda, vt in cap. ad aures. & in cap. Mattheus de simonia: cap. significasti de electione. Pro iure autem quæsito tuendo & retinendo licet insequentibus casibus. Primum, quando is, qui vult redimere vexationem, haberet bonum ius & certum: secus si dubium: tex. in cap. dilectus. el. 1. de simonia. cap. vllus. 1. quæst. 1. Abb. in cap. cum pridem. de pact. & Felin. in d. cap. dilectus. l. 3. circa finem, versic. La sexta es, ibi: Quando alium clerigo se trabaja sin derecho sobre su beneficio, è el da alguna cosa porque le dexen estar en el en paz, tit. 17. par. 1. & certum ius habere dicitur, si à consultiorebus ei consultum fuerit ius suum esse præcipuum: sed in hoc videat vnus quisque, ne vllò modo habeat conscientiam læsam, vel dubiam, sed eam habeat cum sinceritate securam, & tranquillam omnino, ne se ipsum decipiat. Secundò, quando is cum quo litigaret, esset persona valde potens, cōtra quam vix aut nunquam possem victoriam obtinere, secundum Panormit. & Felin. in d. cap. dilectus. & Palac. vbi supra. Idem esse dicit Rebuff. vbi supra, si non esset potēs in diuitijs, sed fauore, aut calumniarum plenus, tunc enim licitum est redimere vexationem, etiam dando pecuniam, vel recipiendo, iuxta glossam in d. cap. dilectus. verb. accepit, ibi: Sed verius. Tertio, quando modicum daret, vt potē pro bullis, aut expensis factis in illis consequendis, aut pro collatione ab ordinario facta, & tunc poterit etiam dari pecunia collationis. Quarto, pro possessione acquirenda, & pro iure meo tuendo, liceret etiam dare, & in casibus præmissis, vbi iniuste à potēte quis opprimeretur, & illam facillè non posset consequi, secundum Inocent. in d. cap. ad aures, alioqui si simpliciter esset per-

missum

missum dare pro prouisione beneficij, fieret fraus legi, quia nunquam daretur pro beneficio, sed pro possessione, & idèd tutius est hoc casu, cum quis vult redimere vexationem, & dare pecuniã, vt hoc faciat cum beneplacito Papæ, & sola signatura sufficiet, secūdum ipsum Rebuff. imò requiri interuētum authoritatis Summi Pontificis in hoc casu, præsupponit Thesaur. Christian. relig. cap. 61. num. 20. ad quem locum se remittit cap. 62. num. etiam 20. Sed quod præ diximus, quòd antequam alicui acquiratur ius in Episcopatu, vel quacunq; dignitate, vel præbenda, per electionem vel prouisionem, seu collationem, simoniacum esset aduersantium obstacula pecunia redimere, & sic primum membrũ doctrinæ S. Thomæ supra relatæ limitat Dominic. à Soto d. lib. 9. de iustit. & iur. quæst. 6. art. 1. ad quintum, † quando quis ante electionem, ne dignitatem peteret, te in carcerẽ obruderet, aut electorum quemlibet, ne te eligeret, tunc enim pecunia posses illam redimere iniuriam: secus verò si per ambitũ & subornationem te procuraret excludere: quod iterum probauit d. lib. 9. quæst. 7. art. 1. in versu. postrema denique dubitatio, dicens, quòd cum quis per vim aut fraudem impeditur præbendam petere, vt si quis te vi detineret, ne ad competendum canonicatum pergeres: aut si timeres aliquem falsa de te sparsurum, vt tuam electionem impediret, licitum est hoc pretio redimere: quandoquidẽ quicunque idoneus tale habet quæsitum ius: secus si quis putaret præ alijs candidatis dignitate pollere, & idèd putaret iniuriam ab electoribus pati contra suũ honorem, si non eligeretur, & idcirco electoribus, aut alij intercursori pretiũ porrigeret, quia hoc nõ licet, vt ibi per eum. Nam etsi quisque ius habeat petendi, non tamen par ius habet, vt eligatur, sed hoc debet manere in libero arbitrio eligentium. Caueat igitur prudentissimus quisque hoc sibi palliamentũ prætexere, esset enim vera emptio spirituales: nec polliceri licet pensionem super

futuram præbendam, etiam si exprimeret de consensu Papæ, totum enim hoc esset temporali spirituale cõmune emere: secus in permutationibus & resignationibus: possum siquidem ego promittere pensionem super beneficium quod in meum fauorem resignas, secūdum Soto vbi supra.

55 Secundum autem membrum doctrinæ S. Thom. habens, quòd postquam ius alicui acquisitum est, licet per pecuniam iniusta impedimenta remouere, limitat idem Soto in. 1. loco supra citato, respectu confirmare debentis, quia si confirmationem renueret, non posset electus illi pro confirmatione pecuniam emoliri, quia ille non solũ potest obesse, verũ & prodesse: neq; ab illo prætereã, qui te in possessionẽ missurus est, vexationem redimere licet, nã possessio est aliquid spirituale, quod tu mercari videris, quanuis de possessione non sit res adẽd certa, sicut de confirmatione, secūdum eundem Soto ibidem.

56 Illud tamen oportet in re hac scire, an ad hoc vt liceat pecunia, vel aliquo alio temporali dato vexationem redimere pro iure quæsito tuendo, quando certum est illud competere, requiratur simul, quòd quis sit in possessione beneficij vel præbendæ, vel pro ea pacificè obtinenda possit vexatio redimi, cum solo bono ac certo iure quæsito ad beneficium vel præbendam. Et quidem D. Thom. & cæteri supra citati, præter Siluest. Guid. Pap. & Rebuff. nihil loquuntur de possessione, sed de iure quæsito, vt tunc liceat pecunia iniusta impedimenta remouere, vexationemque redimere: nihilominus tamen in prædictis verbis manifestè sentiunt, etsi id apertè non exprimant, loqui, quando quis est in possessione beneficij, vel præbendæ, siquidem pro iure quæsito tuendo id permittunt: quod probat tex. bene perpensus in d. cap. dilectus, el. 1. cui ipsi innituntur, & prætereã aperuit Siluest. verb. simonia, num. 3. & expresse su prædicta omnia ita intelligit Armilla aurea

aurea verb. simonia, num. 25. citans in id diuum Thom. vbi supra, & inquiring ex eo, quod postquam est alicui acquisitum ius, & est in possessione, licet dare pecuniam pro redimenda vexatione contra eum qui iniuste vexat, secundum Thom. vbi supra: secus si iuste vexatur, quia tunc non licet, secundum Abb. in d. c. dilectus. Si autem habet ius, sed non est in possessione, non potest dare, siue iuste, siue iniuste sit expulsus, na ad hoc quod possit redimere vexationem, requiritur. Primò, quod sit acquisitum ius. Secundò, quod sit certus de acquisitione. Tertiò, quod sit in possessione, secundum summam Pisanam, & Angel. verb. simonia. 2. num. 10. & 11. & Guid. Pape vbi supra, & Thesaur. Christian. relig. d. c. 61. num. 20. & quod in hac specie requiratur ius quæsitum, etiam cum possessione, testatur communem in d. c. dilectus. Nauar. d. c. 23. num. 101. versicul. octauo. Pro adipiscenda enim possessione rei spiritualis minime potest absque labe simoniæ pecunia, vel quid aliud temporale dari, vt per supradictos. †

57 Hoc fallit primò, vbi iniuste quis a potente opprimeretur, & possessionem facile non posset consequi, vt prædiximus, ex Rebuff. in 4. calu, & ante eum tenuit summa Angel. vbi supra d. num. 11. & Abb. in d. capit. dilectus, sequitur etiam Palacio vbi supra, quantum Siluest. verb. simonia, num. 3. vers. sed ego credo, existimet, semper esse simoniam, etiam si detineretur quis a tyranno, ne acciperet possessionem. Secundò præd. sententia procedit quoad forum exteriorem, & præsumptionem simoniæ, †

58 nisi aliquid aliud eam tollat, sed non quoad forum conscientie, quoad hoc enim non est verè simonia, si dans nihil intenderet emere, nec eius dationis causa principalis & immediata esset acquisitio iuris possessionis, licet illa sit causa, sine qua non daretur, sed alia, vel amicitie conciliandæ, vel litium, vel aliorum scandalorum & damnorum vitatio, vt respondit Nauar. vbi supra.

59 Vltimò in proposito aduertendum

erit, quod licet dans pecuniam in casu præmissio pro vexatione redimenda, non peccet, is tamen qui sic recepit, peccat, & est simoniatus, & dictam pecuniam restituere tenetur, secundum Hostiens. in d. cap. dilectus, quem refert & sequitur Angel. de Clauas in summa, verb. simonia. 2. nu. 11. & Siluest. eodem verb. num. 3. Rebuff. vbi supra, num. 23. vbi limitat, nisi putet ius suum verum & bonum in principio, & postea iusto errore ductus componat, vt Doctores notant in cap. cum pridem. de pacti. Hæc tamen Rebuff. limitatio vera mihi non videtur, quoniam cum præsupponamus in dante certum & bonum ius quæsitum simul cum possessione, quod accipiens in principio putaret ius suum verum & bonum, & postea errore ductus componat, nihil præstat, nec iustam reddit acceptionem, præmaximè cum vera non habeat bonum ius, nec possessionem: ergo sicut hoc casu dari non poterat temporale pro spirituali, vt habet communis sententia, ita nec recipi, cum sint correlatiua hæc duo: & litiganti non licet renunciare liti super beneficio, cum pacto habendi aliquid temporale, etiam si illud recipiat nomine expensarum, quia renunciare iuri spirituali pro temporali, simonia est, vt in d. cap. cum pridem. de pacti, & quia renunciatio iuris spiritualis debet esse libera, vt tenet summa Armill. aur. verb. simonia, num. 28. vbi quod iudex posset providere ex suo officio, & bono pacis, vt vna pars daret alteri pro expensis factis, & cederet liti, iuxta glò. in cap. ex parte, de officio deleg. Hoc tamen vltimum nec verum existimo, nec id reperio glossam illam tenere, vnde nec consulerem, nec obseruarem, si iudex essem: quauis sciam pulcherrimam dispositionem text. in capit. nisi essent de præb. vbi Summus Pontifex, certo adhibito moderamine, tolerat quandam iudicum delegatorum, insuper & arbitrarium ordinationem, qua pro bono pacis, & autoritatis, provisionem fecerunt alteri litigantium ex duobus electis de prouentibus dignita-

tis,

tis, alterum in sua electione confirmando, & declarat, confirmatum eam provisione licite posse exhibere de redditibus suis, propter causas præd. non quidem ex pactione partium, sed ex iussione eorumdem iudicum, quia præd. ordinatio ab omnibus fuit recepta: circa quem tex. ultra ordinarios ibi videndus est Quintil. Mandosius in regul. 34. de signatura per fiat, quæst. 14. num. 11. hic tamen text. extra suum casum non est accipiendus.

60 Modò alia se nobis offert quæstio in proposito examinanda, an qui beneficium seu præbendam consanguineo confert respectu consanguinitatis, committat simoniam, necne? Et videtur primò illam admittere, nam beneficia debent gratis conferri, cum Prælati sint fideles dispensatores, iuxta verba illa Salvatoris nostri, Gratis accepistis, gratis date: qui autem personam consanguinei respectat, non dat prorsus gratis, quia est acceptor personarum. Secundò, quia consanguinitas pretio videtur æstimabilis, quis enim non super aurum æstimet consanguineum illustri esse proferpia ortum? Tertiò, quia contingere fortè posset, ut Prælati hic conferens beneficium, vel præbendam consanguineo, id faciat ut eidem non provideat, quod aliàs ratione consanguinitatis decens esset, vel in suos necessarios usus fortè solebat præstare, & sic ut liberetur ab illo onere vel obligatione: ergo simonia est: & interminis hanc partem probant Durand. & Bonaventur. in 4. dist. 25. & Adrian. & ibi D. Thom. in eandem opinionem inflexit, secundum Dominic. à Soto infra referendum, & refert Altisiodorens. in 3. part. tract. 21. quendam cantorem Parisiens. collationem sacerdotij ratione consanguinitatis vitio simoniæ tribuentem, licet ipse eam opinionem non probet, sed eam sequitur Maiorin. 4. sentent. dist. 15. quæst. 3. & additio Hostiens. in summa de simonia, in glossa non incongruè, ibi: Simoniaci quoque sunt Episcopi.

Nihilominus tamen contrarium est

tenendum in hac specie, imò quòd qui gratis suis consanguineis sacerdotium confert, etsi id tali respectu faciat, erit quidem culpata collatio, non tamen simoniaca, nisi in alterum sacerdotium collocaret ea de causa, ut suis consanguineis remuneraret: nam ubi non est spiritalis venditio, nulla est simonia: illic autem nullum interuenit pretium: ergo non est simonia. Secundò id comprobatur simili: nam quod in temporalibus usura est, id in spiritalibus est simonia: sed dare mutuum consanguineo, eo respectu quòd consanguineus sit, nulla est usura, ut patet, quia nihil ultra sortem recipitur: ergo nec dare consanguineo beneficium intuitu consanguinitatis erit simonia: Tertiò, quia in cap. Saluator. 1. quæst. 3. Urbanus simoniæ causas enumerat, & nullam consanguinitatis mentionem facit: qui igitur dixerit alibi probari contrarium, ostendat nobis text. id probantem, sin minus standum est huic tertio argumento. Ulterius secunda pars conclusionis, quæ habet, esse simoniam, quando quis in alterum sacerdotium collocaret eo respectu, ut consanguineis remuneret, comprobatur, quia tunc datur spirituale pro temporali: ergo est simonia: quare hanc doctrinam bimembrem constituit. S. Thom. 2. 2. q. 100. artic. 5. ad secundum, quem sequuntur ceteri, & nuncupatim Dominic. à Soto libr. 9. de iustit. & iur. quæst. 7. artic. 3. ad secundum. Nauar. in manual. cap. 23. num. 107. in princip. & Michael de Palacio in sua praxi Theologica de contract. & restit. lib. 2. capit. 7. pag. 131. colum. 1. versicul. quibus ego. † Observandum tamen erit, quòd si in hac specie conferatur beneficium consanguineo indigno, erit peccatum mortale: digno autem propter consanguinitatem principaliter, veniale tantum: si tamen consanguineo digno conferatur ratione dignitatis & probitatis, non solum non est simonia, nec peccatum, secund. directorium relatum, & sequuntur à Siluest. in summa verb. simonia, num. 16. versic. sed distinctio, sed imò laudabile,

bile, confanguinitas enim de genere bonorū est, & ideo illius de causa nemo fit deterior, qui aliās dignus est, non enim ceteris paribus deterioris cōditionis debet esse confanguineus, quā extraneus: imò si scandalum caueatur hoc casu, ne aliqui exinde malum exemplū accipiāt, vel probabiliter præsumi posset, quòd alij Prælati hoc exemplo inducātur ad dandum suis confanguineis, etiā minus dignis: confanguineus præferendus est, veluti cæteri honesti amici, secund. D. Tho. quodlib. 3. art. 15. & Sot. vbi supra.

62. Antistes verò, qui in proposito habet, aut vniuersa sacerdotia, aut pinguiora cōsanguineis aut affinibus conferre, etiā si adiunctā habeat intentionē non conferendi nisi dignis, non est securus, & vix potest à peccato mortali excusari. Primò, quia qui hoc pacto affectus est, facilè à suo affectu decipitur, vt eos dignos iudicet, qui verè non sunt. Secūdo, quia occasionem scandali, & malum exemplum præbet. Tertiò, quia alijs qui digniores sunt, magnam irrogat iniuriam, imò & dignis, prouidendo semper confanguineis suis, omittēdo alios æque dignos, cūm omnibus dignis instituta sacerdotia sint, non tantū illis, sed etiam istis: distributio igitur omnibus fieri debet pro meritis. Quinimò & ex illo extraneis ansa præstatur, vt cūm fauore & præmio destituti sint, segniores fiant ad literarum & probitatis studia exercenda: & confanguineis, vt fauore confisi à recta via incepta desistāt, vt docet Soto vbi supra, vers. secunda propositio, illud adducens Micheæ. c. 3. quod bene ipse inter alias iniquitates veterum sacerdotum ac iudicum deploraret, quòd ædificarent Sion in sanguinibus, & Hierusalem in iniquitate.

Ad fundamenta cōtrariæ partis iam ex supradiçtis remanet satisfactum, & prætereà respondetur; negandò, eandem esse rationem de confanguinitate, quæ de alijs carnalibus obsequijs est, hæc enim quandam habent rationem pecuniarij pretij, quæ non est in confanguinitate: † Non obstat & tertium, quia fatemur, quòd si conferens benefi-

cium confanguineo, vel alteri, hoc faciatur principaliter, vt se exoneret ab obligatione vel seruitio, quo ei tenetur, simoniam committat, quia obligatio talis & exoneratio loco pretij habetur, vt rectè probauit summa Armilla aurea verb. simonia, num. 13. eritque vel conditionalis, si pactum intercedat tacitum vel expressum, vel mentalis huiusmodi simonia, iuxta facti speciem contingentem: at verò si principaliter hoc non intendatur, sed dignitas vel idoneitas confanguinei, cui prouisio fit, etsi cetera cōincidant, & sic minus principaliter atque secundariò, non erit simonia, & sic procedit præcedens doctrina. † Episcopus tamen, omisso digniori, non debet eligere cōsanguineum minus idoneum, vt bene probat D. Thom. vbi supra. Ex præcedenti resolutione venit intelligenda. l. 4. tit. 17. part. 1. que ita se ha-

63 bet: *Carnales ruegos ay, e otros espirituales, que faxen los omes rogando los vnos por los otros. Carnales sō aq̄llos q̄ faxē, moviēdose mas a faxerlo por raxon de parētesco. ò de amistad q̄ por otra bōdad q̄ ay, ensi aq̄llos por quiē ruegan. Pero en tales ruegos como estos ay de partimiento, ca podria ser q̄ rogaria por ome q̄ lo mereciesse, ò non: e si fuesse digno para auer personaje o dignidad aq̄l por quiē ruega, bien puede faxer tal ruego como este: mas el Perlado q̄ lo ha de dar, nõ deue catar tanto el ruego que le faxen, como la persona de aquel por quien ruegan, e otro si, el pro de la Iglesia q̄ ha de proueer: e si el ruego fuesse fecho por ome q̄ lo non mereciesse, e ganasse por el dignidad, o personaje, en esta manera caē en peccado de simonia, tambien el q̄ da el beneficio, si sabe q̄no es digno aquel à quien lo da, como el que ruega por el, e otro si el que lo recibiere: ca tal ruego como este es contado en manera de precio, e los ruegos espirituales son aquellos que son fechos por tales omes cō quien no han debdo los rogadores: mas mueueuse los rogadores à faxerlo por bondad q̄ entienden q̄ ha en ellos: e en tal ruego como este no han mal ninguno de simonia, ni de otro peccado: dum enim lex hæc asserit, que si el ruego fuesse fecho por ome que lo nõ mereciesse, e ganasse por el dignidad o personaje en esta manera, caē en peccado de simonia, tãbiē el q̄ da el beneficio si sabe q̄ no es digno,*

aquei a qui lo dà; como el que ruega por el: qđ etiam l. 3. præcedens circa fin. vers. *Mas sino lo mereciêsse, &c.* probat) intelligi debet de simonia impropria, quæ nõ obligat ad resignationē beneficij qđ per præces quis habuit: argu. c. si. de sim. nam secūdu Inno. in. c. tuā. de ætat. & qualit. quæ refert & sequitur Greg. Lop. in d. l. regia in glos. simonia, licet quis pro se vel pro alio roget, siue electores, siue quoscūq; alios, etiam pro indigno, siue pro dignitate, siue pro beneficio, non dicitur habere beneficium simoniacum, licet peccet iniustas præces fundendo: nisi faceret intendens obligari collatori beneficij ex precibus, vel exonerare illum, quem rogat, ab aliquo seruitio quod ei fecerat, per exauditionem precum, ad hoc enim vt sit simonia, oportet munus interuenire. c. sunt nõnulli. i. q. i. hæ autem præces non pro munere dantur, & cum pro munere darêtur, tunc secus esset: & in casu in quo iuxta supradicta fieret simoniacus ille qui male rogat, qui tamē rogatur, non est simoniacus, nisi præces sequutus per præces dederit: & dato quod præces pro indigno sequutus esset, non teneretur renuntiare, nisi expressisset quod propter præces facit: vt in d. c. si. de sim. Hæc Greg. sic intelligēs, & interpretans præd. l. regiam partit. cuius litera nisi hoc modo intelligeretur, dura esset, atq; cōtra supradicta in præcedētibus. Tēperāda igitur erit iuxta ius cōmune supradictū, qđ & tenuit Nauar. vbi supra d. c. 23. n. 107. licet præd. l. nõ referat, dicit qđ tamē cōferēs ob amicitiam, nõ cōmittat simoniam, licet ob amicitiam indigno conferat.

66 Deniq; illud prætermitti nõ oportet, an seruire Prælo ea intētionē, vel pacto, vt sacerdotiū vel prebendam sibi cōferat, sit simoniacū, necne? Et in hoc D. Tho. 2. 2. q. 110. art. 5. ad primū, sic distinguit, qđ si aliquis clericus Prælo impēdat obsequiū honestū ad spiritualia ordinatū (veluti ad Ecclesie utilitatē, vel ministro rā, eius ve auxiliū) ex ipsa deuotione obsequij redditur dignus ecclesiastico beneficio, sicut & propter alia bona ope-

ra, vnde nõ intelligitur esse munitus ab obsequio, & in hoc casu loquitur Greg. dicens, Ecclesiasticis vtilitatibus deseruientes, ecclesiastica dignū est remuneracione gaudere. Si verò sit inhonestum obsequium, vel ad carnalia ordinatū, puta quia seruit Prælo ad vtilitatem consanguineorum suorum, vel sui patrimonij, vel aliquid huiusmodi, erit munus ab obsequio, ac per cōsequens simoniacū: sequitur Domini. à Sot. lib. 9. de iust. & iur. q. 7. art. 3. ad primum dicēs: Obsequiū & munus quod iure condēnatur, illud est quod ad carnalia refertur, puta si quis seruit Prælo, aut suis agnatis vel amicis ad temporale cōmodū, vt sacerdotium tanquam merces eiusdē obsequij rependatur. † Vnde Episcopus, qui iustā mercedē tēporalē suis famulis persolueret, nihil absurdi facit, si eis, idoneis tamē, beneficia conferat, quia tunc illud obsequiū non reducit ad temporale cōmodum, sed ad gratiam, quæ famuli possunt per idonea grataq; obsequia cū herō sibi conciliare: sola enim ratio pretij & mercedis in proposito simoniam inducit, non verò modus liberalitatis doni, vel obsequij. Eiusd. sententiæ fuit Nauar. d. c. 23. nu. 100. vers. quintò, dicens, † simoniam admittere illū qui Prælo inseruit principaliter ob beneficiū ecclesiasticū, præsertim interueniēte pacto, nõ autē qui principaliter ob alium iustū respectū inseruit, licet secundario & minus principaliter ob illam spē inseruiat, vt pulchrē declarat Adria. quod lib. 9. arti. 2. sub literis. l. m. n. o. sequitur etiā Angel. de Clauas. in sua sūma, verb. simonia. n. 5. & summa Armil. aur. verb. simonia, nu. 14. vbi quod ita in foro cōtentioso iudicatur, & etiā in foro animæ, nēpe vt sit simonia, quādo seruitiū principaliter fit pro habēdo beneficio, ordine, aut alio spirituali, & qđ hoc casu etiā cōferēs ppter hoc simoniam cōmittat, si res spiritualis, quæ cōfertur, eand. resolutionē tenet glo. verb. promiserat, & ceteri DD. in. c. cū essē, de simonia, † vbi qđ huiusmodi famul⁹ principaliter non debet seruire hac intētionē, potest tamen

Liber II. Caput Vigesimo tertium: 871

tamen sperare à Prælato cui seruit, bonum temporale in genere, & secundo etiam beneficium spirituale: secus si non esset idoneus: & Thesaur. Christianæ relig. c. 62. n. 17. & approbatur hodie in l. 3. in princip. tit. 17. p. 1. & nouissime id probat Nauar. consi. 9. de simon. nu. 4. ampliâs etiam in illis qui non seruirent, si aliâs illa non sperarent, & consi. 23. de simon. num. 4.

70 Hinc deduci posse videtur quod inquit Hostiens. in c. cū essent. de præb. quem refert & sequitur Armil. aur. in sua summa, verb. simonia nu. 16. dicens, quod si Episcopus recepit quendam clericum ad seruitium spirituale vel temporale præstadium, promittens sibi certum salarium annuatim præstadium, donec sibi prouideret de beneficio cōpetenti, non committitur simonia, dummodò specialiter se non obligauerit ad seruitium temporale præstandum, etiâ quod recepto beneficio expiret salariū, quod promissum fuerat sub conditione, & seruitium non est causa principalis, sed impulsua: secus si promissio fuisset pura & perpetua, quia tunc bene committeretur simonia, si remitteretur temporale pro spirituali consequendo: argu. c. veniens. de testib. Primū tamē supradictū Host. verū putat ibi Abb. n. 5. quando Prælati non ducitur principaliter ad conferendum propter seruitium temporale vel spirituale recipiendum, sed quia ille meretur, & causa impulsua & non finalis sit præstatio seruitij: argu. c. graue, de præb. non enim est licitum recipere promissionem beneficij conferendi pro voce præstada in electione, vt in c. de hoc. de simon. ergo nec pro spiritualibus seruitijs, nisi ista esset causa impulsua. Addit Fel. ibi, dummodò non sit pactum expressum de dando beneficio, & Host. & Abb. vbi supra sequitur Anan. ibi. n. 14. vers. & hæc faciūt, & c. & Greg. Lop. in d. l. 3. in glo. *Por quæ de beneficio*, tit. 17. part. 1. & Thesaur. Christian. relig. c. 62. n. 17. † Addo ego, limitandum etiâ esse dictum primū Host. quando famulus ex pacto se obligaret ad seruandum Prælato sine salario ob beneficium ab eo collatum, quia tunc seruitium videre

tur principalis causa beneficij, nisi non principaliter propter seruitium, sed ob benemeritum dominus ad conferendum ei induceretur, vt voluit Armil. aur. vbi supra, sic intelligendus & declarandus. Declaratur præterea præcedens sententia, vt procedat, quoties dominus in præd. specie famulo suo digno, & benemerito beneficium conferret, tunc enim potius, aut saltem principaliter id facere videtur ratione dignitatis, licet secundario vt sibi gratis seruiat: secus verò tunc erit, si famulus indignus sit sacerdotio, quia apparet tunc principaliter fieri ratione obsequij à famulo præstadi, quâ probitatis & meriti, quod non habet, & idè tunc vitio irretiretur simoniæ, quæ realis efficeretur, seruitio inde absq; salario subsequuto post collationem beneficij, nec non & famulus huiusmodi in ead. culpa esset. Pro quibus facit d. l. 3. p. in vers. *Mas si aque.*

71 † Consulo tamen Prælati, vt se abstinant ab huiusmodi pactioibus, quauis enim cautè factæ, sint licitæ, vt prædiximus, maximam tamen habent proximitatem cum labe simoniæ, & difficillimum & satis scrupulosum est iudicare qualis fuerit principalis causa, & qualis impulsua, sepe enim cōfūdatur mēs in hoc præ inordinata auaritia. † Fugito igitur periculum, nam qui inquit, peribit in illo: si enim committitur simonia, si Cardinalis, vel alius propter donum, vel seruitium receptum, procuret beneficium alicui, ad hoc vt liberetur ab obligatione antydotali, qua ei tenebatur secund. Angelum in l. sed si lege §. consultit. de pet. hæred. quæ referunt & sequuntur Anan. & Greg. Lop. vbi supra, à fortiori committitur etiâ simonia, si ipse confert beneficium, ad hoc vt ab illa obligatione se liberet, secund. Anan. vbi supra cuius contrarium videntur velle DD. supra citati. Dictum tamē Ange. & sequentium potest & debet intelligi, quod principaliter ob id procuratur vel confertur beneficium, secus si principaliter id fiat ob aliam licitam causam & permissam, vt pote quia dignus est, & virtutibus pollet, licet secundario, & incidet ob donum, vel seruitium receptum, vel recipien-

- dum, vt constat ex præd. resolutione, & sic ei non cōtradicit dictū Angeli, & se quaciū, nec argumentū à fortiori prælibatū: nihilominus cautè procedendum est in prædictis, ob periculum quod in se habent, idè quod tutum est tenere debemus.
- 57 Ultimo sciendū est, quod renunciatio beneficij facta etiā in manibus inferioris ea intētiōe vt cōferatur alicui cognato renūtiantis vel alij, nulla, cōditiōe, modo vel pacto expressis valet, & renūtiāns nō admittit simoniā, etiā mētālē, iuxta glo. in c. ordinationes. l. q. i. verbo pretio, cōmunitè receptā, vt testat Nauar. in d. m. Lat. c. 23, n. 107. vers. ad decimū, ibi: Secūdo, quia renūtiatio, vbi ad hoc allegat expressā sentētiā grauissimi authoris D. Antonini Archiepiscopi Florent. 2. p. suæ sumæ, tit. 1. c. 5. §. 11. cōtra Abb. & alios, quos reprobat: si tamē vellet renūtiare principaliter ob cognationē, vel vt cōferatur indigno, peccaret quidē ratione iniustitię, vbi acceptiōnis personæ inordinate cōceptæ vel procuratę, nō tamē simoniā cōmitteret vt prædiximus. † Similiter nō erit simoniaca cōfidentia illa, qua quis cōfidit, q̄ collator cōferet beneficiū renūtiatū illi, cui renūtiās volet post renunciatiōne liberā, & sine vllō pacto & modo, aut quę patronus præsentauerit ad illud ita renūtiatū, quia nullus in eā re cōtractus nō gratuitus, nec volūtas illū faciēdi interuenit, nec vllō iurē naturali vel diuino talis fiducia prohibetur, si aliud non obstat. † Eadē rationē nō est etiā cōfidentia simoniaca cōferre beneficiū vel procurare, vt conferatur alicui ea intētiōe, & spe, q̄ ille aliquādo cederet in fauorem alterius à se nominādi, vel sibi ipsius conferētis vel procurātis, dū modò nullū pactū, modus ve, aut cōditiō adijciatur, quod certum esse solo iure antiquo attento, bene probat Nauar. vbi supra. n. 109. in prin. nec nō attētis extrauag. Pij III. & Pij V. super cōfidentia beneficiorū editis, vt habetur in per motus priores eiusdē Pij V. sub data illo Pij V. Calēd. Iunij, ann. incarnatio. Dñi. 1599.
- 78 p̄ quarū extrauag. intelligētis præsupponendū est, q̄ ipse nihil prohibent qđ prius non fuisset prohibitū, solū enim disponūt cōtra cōfidentia illicitā beneficiale, nēpe simoniacā: cōfidentia autē in beneficialibus quædā est licita, quædā verò illicita. licita est qua quis ordinate sperat quod collator conferet beneficiū fratri, ¶ vel alteri cōsanguineo suo digno, illicita vero per contrariū, id est, qua in ordinate cōfidit q̄ collator cōferet beneficiū mediāte pretio, pacto, modo, vel cōditiōe expressa vel tacita digno vel indigno: altera nō simoniaca, qualis est illa, qua cōfidit, q̄ collator cōferet beneficia ob cognationē vel amicitia indigno nullo pretio, pacto, modo vel cōditiōe tacite, vel expresse interueniente. Refert nouissime Menoch. lib. 5. præsumpt. 9. n. 2. cum seqq. vbi ponit cōiecturas probandi cōfidentiam in foro exteriori deductas, tam ex d. bullis. quā aliās: regula enim in contrariū est, q̄ in dubio cōfidentia non præsumatur, etiam si resignans, & resignatarius esset amici tempore resignationis, vt ibi probat. † Hoc sic præhabito, extrauagantes præd. non sunt editæ contra omnem cōfidentiam beneficalem, sed tantum contra cōfidentiam illicitam simoniacam, vt ex earum litera manifestè patet in pluribus partibus, vt cōsiderauit Nauar. d. n. 109. & sequitur Ludouic. Lopez in suo instructo. Conscientiæ. 2. part. cap. 9. de fructibus in confiden. & c. versiculo tertio dicimus, pagin. 716. ex hoc resolvens, quod illa cōfidentia, quæ aliās erat illicita, nunc erit illicita, & quæ antea non erat simoniaca, nec nunc erit huiusmodi licet iuste præsumi possit simoniaca in foro exteriori per modos de nouo ad id indictos à Pio V. in præd. extrauagan. non tamen intendit asserere, esse veram in foro interiori cōfidentiam illicitā simoniacā in casibus in quib⁹ statuit prout esse habendā, sed quod in exteriori est præsumenda talis. Quibus non obstant verba d. motus proprii, ibi: Sola dimittētis intētiōe: & iterum ibi: Conscientia

scientia tantum vnus partis, vbi videtur ad literam reprobata sola intentio, absque pacto renuntiandi beneficium vt detur alicui, & sic insinuat ibidem, quod conscientia vnus partis super hoc sufficiat hodie ad inducendam simonia, quoniam vt verissimè respondet idem Nauar. Summus Pontifex per hæc verba non intendit asserere, quod sola talis intentio constituat in foro interiori simonia, sed quod probatio eius faciat in exteriori præsumi illa, quia vterq; Pius, vt prædiximus, nihil noui prohibuerunt: & Quintus solùm addidit quatuor modos præsumendi simoniam in exteriori foro, vnde non inquit per hoc fieri confidentia, sed quod ea censeatur, hoc est præsumatur: itaq; intentio illa, etiam vnus partis, tantum debet in foro exteriori probari, vt patet ibi: Vt illa: & illud etiã in euentum regressus, & c. in versiculo itidè, & c. & in versiculo ad hæc, & c. & in versiculo postremo, & in versiculo ad præbendam, & in versiculo si recipient beneficium, & in versiculo, vel sola probatio, & in versiculo deniq; quod interfecerit, vbi ponuntur modi probandi præsumptiuè dictam confidentiam simoniacã: cum igitur in foro exteriori iudicandum sit in causa simonię per cõiecturas, & præsumptiones. c. sicut. de simonia, & ibi DD. Bernar. Diaz in pract. crim. c. 85. Iul. Clar. in pract. crim. tit. de simon. vers. si. Aymõ Crauet. cõsi. 122. n. 8. glo. in. c. veniens. el. 1. de testib. vers. illorum, & ibi Abb. n. 4. Dec. 7. idè Dec. cõsi. 20. nu. 9. glo. si. in. c. insinuatum, & ibi DD. de simon. † in foro autè conscientie per solam veritatem, & ea attenta, nihil mali in nostra specie intercedat sed sola intètio rectè ordinata à iure nõ reprobata, cõsequitur verum esse in eodè foro conscientie, quod prædiximus, in in versicul. vltimo sciendũ est: & ita iudicio Nauarri in hoc me subscribo, salua correctione sacrosanctæ matris Ecclesiæ, quicquid aliud velit Ant. à Cordub. in sua sũma de *casos de conciencia*, q. 32. ad fi. dicens, † attento d. motu proprio Pij V. resignantem beneficiũ in alterius fa-

uorè spe habendi fructus, eos nõ posse resignariũ dare, nec resignantè accipere sub pœna excommunicationis Papalis, & restitutionis: què sequitur Ludo. Lop. vbi supra: sed non callet mentè motus proprii, ac ipsius intètionè, nec rem. differit, sicut doctissimus Nauar. ex cuius dictis hæc opinio Cordubæ videtur cõfundi, & contrariũ in terminis, semoto omni pacto, non allegato d. motu proprio, nixus obligatione naturali, tenet Mag. Pala. lib. 2. de contract. & restit. c. 7. pag. 149. vers. non tamè crediderim. Nec me dimouet à præd. sctètia Nauar. quoad forũ conscientie, quod nouissime auctor quidã tractatus de cõfidètijs manuscripti. c. 27. què refert & sequi videtur Mascard. de probat. 3. tom. conclus. 1307. nu. 35. eã improbet: existimo enim ex supradictis opinionè præd. Nauar. nihilominus veriorè esse, cuius auctoritas magna est, & sustineri potest præd. eius opinio, licet quoad forũ exterius in reliquis quæ ipse præfatur d. c. 23. n. 109. & 111. in vers. ad decimũ quartũ, ibi: Vnde cimo, & c. & nos retulimus supra. n. 80. in princip. ei auscultandũ non esset, dũ arbitratur non comprehendi in ipsis extrauagantibus confidentias omnes præteritas, nec omnes futuras, quia non licitas nec illicitas omnes, sed solũ simoniacas fuisse cõplexas sentit: eius nãq; opinionè in hoc latè reijcit tractatº ille de confidentijs, à c. 13. vsq; ad 26. prout eũ refert, & sequitur Mascard. vbi supra; licet enim in hoc esset tenendũ cõtra Nauar. nihilominus quod prædixit Nauar. de foro interiori animæ, & nos sequuti sumus, rectè procedere videtur per supradicta, nempe in confidentia licita, secus in illicita, siue simoniaca, siue nõ. & nouissime idem in omnibus supradictis à n. 75. probauit late idè Nauar. in pluribus cõsilijs simul iunctis, præcipuè cõsi. 27. & cõsi. 30. & 33. & 36. de simon. qui cõsi. 34. eiusdem tituli de simonia, latè agit, an cõmittens simonia hodie in beneficio, fiat ipso iure inhabilis ad illud, & quodcũq; aliud adipiscendũ, & iam ad septũ: & resoluit q. per extrauag. Pij V.

incip. cum primùm, non habeat locum in beneficijs per simoniam adeptis, & sic videtur intelligēda quod nō habeat locum in foro conscientię ante sententiam: quod etiam probavit consli. 61. n. 8. de simon.

S V M M A R I V M.

- 1 **A**N liceat condemnato ad mortem se defendere, si possit? & numeris seqq.
- 3 Nullus ita condemnatur, quod ipse sibi inferat mortem.
- 4 Incarceratus condemnatus ad mortem vel ad membri abscissionem, etiam iuste licite potest in foro conscientię, si ei fuga patet, eā arripere, & hoc siue peccatum sit publicum, siue occultum, & siue condemnatus sit reus, siue non, vt in nu. 5.
- 6 Fugiens à carcere videns ostium apertum, non punitur vt effractor carceris, sed vt euāfor arbitrio iudicis mitius.
- 7 Ioan. M. uxor audiendus non est, dum existimauit non licere capto iuste fugere ad euadendam mortis poenam, vbi ex ea fuga custodi damnum sequeretur.
- 8 Incarcerato, & etiam iuste damnato an liceat fugere à carcere, rumpendo compedes, & infringendo seras, murumque perforando & ibi an teneatur ad satisfactionem damni illati ex effractione vinculorū serarū, aut muri perforatione, & videndum. 13 Versi illud autem.
- 9 Ratio differentię inter vim illatam rebus rationalibus, & irrationalibus.
- 10 Incarceratus fugiens non potest licite custodē carceris ligare, aut vs illi ne clamet obstruere, posset tamen eum, si se teneret, post se fugiens trahere.
- 11 Incarceratus potest nedum funē qua est ligatus dissoluere, imò & funēs scindere, & seras aperire cum clauē adulterina, etiam si sciat oclusos secum alios exituros, & nu. 14.
- 12 Is qui quaritur vt capiat iuste, aut iniuste potest licite fugere, cum voluntate tamen satisfaciendi tantum quantum conscientia vetat dicitur, dummodo nō inueniat violentia contra officiales.
- 13 Fugam alterius iuuare quando liceat.
- 15 Fugientem à carcere, qui erat iuste captus, & condemnatus, an liceat adiuuare dandum ei consilium, & auxilium? & numeris seqq. vbi an liceat etiam ei ministrare litrā, vel aliud instrumentum quo possit se absoluerē à vinculis, & carcere, & cōcurrere in effractione carceris eum simul effrangendo, cum condemnato.
- 17 Incarceratus, ad carceris poenam temporariā vel perpetuam condemnatus, non potest licite fugere à carcere, etiam si id agere possit sine effractione.
- 18 Iuste cōdēnat' à iudice pro crimine mortis poena digno, an teneatur in cōsciētia sub reatu peccati à carcere fugere, cū primū potuerit & nu. 19 an liceat ei ibi manere nu. 29.
- 19 Cōdēnatus iuste, vt fame pereat, peccat mortaliter, si oblatū sibi cibū nō assumat, & alij administrātes ei alimēta, si non sint eius custodes non peccant, & in nu. 21.
- 20 Actus quidam sunt directi, & immediate tendentes ad mortem ex propria natura: alij verò mediate, & ex accidenti ad mortem oportuni, & proximi, vt hic declaratur.
- 22 Vti abstinentia ciborū ad piū effectū, & gratiā deuotionis, regulariter licet, praterquam vt hic: nullis tamen e bis vti, inediaq; opprimi non licet vt in nu. 23.
- 24 Vti cibis delicatioribus, salubrioribus ve, ad effectum prolongandi vitam, non tenetur quis: sed tantū vti cibis ad vitam conseruationem naturaliter productis.
- 25 Occidere se ipsum non licet cuiquā, etiā ex causa religionis, & martyrij ratione, in fidei testimonium, seclusa diuina iussione.
- 26 Martyribus licitū fuit in carceribus tyrānorū manere, nec peccauerūt ob nō arreptam suam data ipsius opportunitate, etiā si mors eis imminens fuerit, & proxima.
- 27 Damnatus iuste, vel inique ad mortem, licite potest ascendere furcam absque peccato.
- 28 Martyres potuerunt licite colla percussoribus submittere.
- 29 Damnatus ad mortem iniuste, vel captus pro delicto ea poena digno, potest in carcere manere, etiam data fuga opportunitate.
- 30 Duces, militesue belli iusti, exponentes se maximo periculo belli, ex quo certior est mors quam eius euasio, an sint mortalis criminis statim damnandi.
- 31 Eleazarus vir fortissimus à peccato defendendus eius quod fecit, Machab. 1. c. 6.

Fugiens

- 32 *Fugians vt ab aliqua oppressione liberetur, si se ipsum in periculum mortis imminens commiserit, & tandem perierit, nō est peccati mortalis reus.*
- 33 *Captus iniuste potest absq; nullo peccato à carceri us fugere, data sibi fugiendi opportunitate, quinimò iniquè damnatus ad mortē, si aliter non possit eam euitare, quam effugiendo carcerem, vinculaque rumpendo, poterit id absque peccato facere, vt in numer. 34.*
- 35 *Resistere licet iniquis principalibus ac iudicibus, & iniquæ sententiæ.*
- 36 *Iniuste captus si aufugit i foro exteriori, non tenetur aliquis poena, imò capite punitur si cum sit iniuste captus, nō fugit, vt in nu. 37 vbi quod nec custos de fuga huius tenetur.*
- 38 *Iniuste captus, & damnatus ad mortē, qui aliter euadere non potest inquam poenam, an possit custodes carceris occidere, & numeris sequentibus.*
- 40 *Iniuste condemnatus ad mortem, an teneatur, cum possit, effugere à carcere.*
- 41 *Reus, qui verisimiliter timet iniuste esse damnandum, tenetur fugam arripere, si potest.*
- 42 *Reus qui in actu executionis sententiæ poenæ mortis continentis aliquo casu ceciderit in terram illaesus, an fugere possit, vel sit liberandus tanquam innocens, & nu. 44.*
- 43 *Clericos, siue monachus huiusmodi reus liberantes, defendentes atque eripientes, à manibus familiae, & in Ecclesia cum introducetes, grauitè peccare.*
- 45 *Clerici eripientes, condemnatum à manibus familiae, quando sint puniendi, & quando nō.*

CAPVT XXIIII.

An liceat condemnato ad mortem se defendere, si possit.

ET quidem pars affirmatiua probari videtur ex eo, quod illud ad quod natura inclinatur, semper est licitum, quasi de iure naturali existens: Deo enim authore naturalis inclinatio vniuersis rebus est indita, sed ipsa naturæ inclinatio est ad restituendum corruptentibus, non solum in homi-

nibus & animalibus, sed etiam in insensibilibus rebus, vt sese conseruent: ergo licet reo cōdemnato resistere, si potest, ne tradatur in mortem. Secundò, quia sicut aliquis sententiam mortis contra se latam subterfugit resistendo, ita etiā fugiendo: sed licitum esse videtur, quod aliquis se à morte per fugā liberet, iuxta illud Ecclesiæ. 9. Longè esto ab homine potestatem habente occidendi, & non viuificandi: ergo contra. Tertio, ex illo Prouerbio. 24. Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & eos qui trahuntur ad interitum, liberare ne cesses. ergo licita est defensio atque resistentia condemnato, ne occidatur, plus enim homo sibi ordine charitatis tenetur, quàm alteri.

2 Nihilominus tamen in nostra specie distinguendum erit, secundum S. Thom. receptum. 2. 2. q. 69. artic. 4. in conclusione & responsione, vt si quidem quis iuste sit damnatus ad mortem, non liceat ei se defendere: licitum enim est iudici tunc temporis eum resistentem impugnare: ergo ex parte rei est bellum iniustum, & sic indubitatè peccat: quia, vt inquit Apostolus ad Rom. c. 13. qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit, & ipse sibi damnationem acquirit: sed condemnatus se defendendo potestati resistit, quantum ad hoc in quo est diuinitus instituta ad vindictā malefactorum, ad laudem verò bonorum: ergo peccat se defendendo: si verò quis iniuste sit condemnatus ad mortem, liceat iudici resistere, nisi fortè propter scādalum vitandum, cum ex hoc aliqua grauis turbatio timeretur, simile enim est tale iudiciū, hoc est iniustum, violentiæ latronum, iuxta illud Ezechiel. 22. Principes eius in medio illius, quasi lupi rapientes prædam, ad effundendum sanguinē: ergo sicut licet resistere latronibus: ita etiam malo iudici, nisi casu prædicto & ultra Caiet. in proprio loco eand. doctrinam sequitur & probat Sot. lib. 5. de iust. & iur. q. 6. art. 4. in prin. & F. Alfós. à Castro lib. 1. de l. poen. c. 5. pag. 1562. cū sequenti. & D. Couar. lib. 1. variar. resol. c. 2. nu. 12. vbi plures in id citat.

lil 4 Non

Non obstat primum, quoniã idẽ ho-
mini data est ratio, vt ea ad quẽ natura
inclinat, non passim, sed secundũ rati-
onis ordinem exequatur, & idẽ non
quælibet defẽsio sui est licita, sed solũ
illa, quæ fit cum debito moderamine. l.
1. & ibi DD. C. vnde vi. l. vt vim. ff. de
iust. & iur. cum simil.

- 3 Non obstat secundum, quia respon-
deo, quod nullus ita condẽnatur, quod
sibi ipsi inferat mortem, sed quod mor-
tem patitur, & idẽ non tenetur face-
re id vnde mors sequatur, quod est ma-
nere in loco vnde ducatur ad mortem,
tenetur tamen non resistere agẽti, quin
patitur quod iustum est eum pati: sicut
etiam si condẽnatus vt fame moriatur,
non peccat, si cibum sibi occultẽ mini-
stratum sumat, quia non sumere, esset se
ipsum occidere.

Tertiũ etiam nõ obstat, quia per illud
dictũ Sapientis non inducitur aliquis
ad liberandum alium à morte contra or-
dinem iustitiæ, vnde nec se ipsum con-
tra iustitiam resistendo aliquis debet li-
berare à morte.

- 4 Ex supradicta doctrina S. Thomæ
sic declarata primò iam clarẽ deduci-
tur, licere in foro conscientie incarcerato,
quantuncunque iustẽ condẽnato ad mortem,
vel ad membri abscissio-
nem, cum ei fuga patet, eam arripere:
non enim vlla lege tenetur in carcere
manere, nec agere quicquam, ex quo si-
bi sequatur mors: sed tantũ à iudice
illatam mortem pati, & inferenti non
resistere: facit etiã, nam ignoscẽdum est
ei, qui sanguinẽ suũ qualiter qualiter re-
demptum voluerit, vt in. l. 1. versi. fin. ff.
de bonis eorum qui ante sententiam
mort. sibi consci. ex quo plura deducta
congerit D. Ant. Pad. in. l. transigere.
num. 4. cum sequenti. C. de transact. &
in terminis hanc opinionem & dedu-
ctionem ex d. l. 1. videtur probare Bart.
ibi, & colligitur ex Petro de Anchar.
& Imol. in Clemen. pastoralis. de re iud.
& ex Thom. & Caieta. d. quæst. 69. arti.
4. Archid. in cap. cum homo. 23. quæst.
5. & ex Ioan. Driedo de libert. Christia-

na pag. 226. eandem probauit Ioan. Ma-
ior in. 4. sententiarum d. 15. quæst. 22.
column. 1. Stephan. & Ant. in d. Clemen.
pastoralis. prout eos refert Imol. ibi: quẽ
sententia verior est & tenenda, quanuis
Bart. in. l. relegati. ff. de pœn. & Abb. in
cap. 1. de testib. cogend. & in cap. sicut.
el; de iure iur. contrarium expresse te-
neant, & quanuis Felin. in cap. 1. nu. 43.
de constitut. in re hac distinguat, dicẽs
priorem opinionem procedere, vbi cap-
tus iustẽ post fugam potest absque redi-
tu satisfacere ijs ad quorum petitionẽ
fuit captus, nempe pro furto, damno ve
illato, quod estimari possit pecunia, po-
steriorem verò, vbi fugiens aliter quàm
redeundo & se submitendo pœnæ, sa-
tisfacere non potest Reipublicæ, vt po-
te quia captus sit pro homicidio, alio ve
delicto publico, his enim non admisis,
indistinctẽ tenenda est prior opinio D.
Thom. & sequacium, qui etiam in se-
cundo distinctionis membro nuncupa-
tim loquuntur, vt optimẽ probat, re-
fert, defendit ac sequitur D. Couar. vbi
supra, lib. 1. variarum resol. cap. 2. nu. 10.
versi. quod si iustẽ, & Salon de iustit. &
iur. in. 2. 2. diui Thom. quæst. 69. arti. 4.
col. 1606, & ampliatur hoc infra num.
34. & 35. & ita est tenendum, quicquid
contrarium velit D. Azeued. in rubric.
titul. 1. de legib. numer. 27. lib. 2. nouæ
Coll. Reg.

- 5 Et procedit præcedens sententia ve-
rior & tenenda, siue peccatum sit publi-
cum, siue occultum, siue condẽnatus sit
reus, siue non, vt sentit. S. Thom. vbi su-
pra, & in terminis probarunt summa
Rosell. Alber. Rain. Petrus de Anchar.
& eos referens Siluest. in summa verb.
fugere, num. 1. & ibi Armilaur. num. 2.
& Nauar. in man. Lat. c. 17. n. 102. cõtra
diuum Ant. & sumam Angeli, quos re-
fert Siluest. vbi supra, imò & hanc fu-
gam, licet ex fuga delicti suspicio oria-
tur, quandoque maior, quandoque mi-
nor, ex occurrentibus qualitatibus,
Guillel. à Cugno, Butricar. Alber. Ang.
& Couar. vbi supra, cap. 2. num. 11. ex-
istimant non esse à iudice puniendam,
& Paris

6 & Paris de Puteo cum supra relatis addit, quod fugiens à carcere, videtur ostium apertum, non punitur ut effractor carceris, sed ut euasor, nempe arbitrio iudicis, & mitius. l. 1. ff. de effract. & sequitur plures referens Boerius decif. 215. nu. 13. 15. & 21. & D. Couarr. vbi supra d. num. 11. ad fin. & Mascardus de probat. conclus. 820. numer. 5. in 2. tom. Menoch. de arbitrar. iudic. casu. 301. numer. 8. fertur enim Alcibiadem dixisse, in capitali causa satius esse effugere, quam iudicis iudicium expectare, in quo neque matri ipse fideret, ut commemorat Plutarcius inter apophthegmata. † Audiendus igitur non est Ioann. Maior in 4. distin. 15. quæst. 22. colum. 2. dum tenet, non licere capto iuste, fugere ad euadendum mortis poenam, vbi ex ea fuga custodi damnum sequeretur, ex eo quod cum iudex puniet pro neglecta carceris custodia, ut censent respondendum D. Couarr. vbi supra, numer. 11. in versi. atque ita censeo, & merito quidem, ut patet ex supradictis, & præterea quia fugiens hic ostio aperto, suo iure vitur, & custos sibi imputet damnum sibi inde subsequutum, quando quidem ostium apertum reliquit, vel aliquid incaute fecit.

8 Dubitari tamen solet, an idem etiam sit dicendum, nempe ut liceat reo capto fugere à carcere, rumpendo compedes, & infringendo feræ, murumque perforando? Et in hac specie Henric. Gandauen. quodlibet. 9. arti. 25. id negat, arbitratus hoc perinde esse, atque resistere iudici, eius percutiendo ministros: quia licet licitum sit transire per alienum agnum, non tamen diruere sepem eiusdem ad transeundum: ergo ita dicendum est, ut condemnatus, licet domus fores patent, fugere valeat, non tamen vincula rumpere: cui opinioni applaudunt. II. ciuiles, quibus decreta sunt poenæ his, qui talia audent, nempe mortis, vel salutem capitalis, vt in. l. 1. ff. de effractor. & in. l. milites. & in. l. eius. ff. de re milit. l. in eos. ff. de custod. reorū. Si enim effractor licita esset, non posset ea punitio

ratione defendi, siquidem corporalis poena, maximè mortis, vel capitalis, sine culpa cuique inferri non potest: igitur si præd. punitio iusta est, crimen & culpam præmittit ipsa carceris effractione: quibus rationibus, & alijs hæc opinio nem Henrici sequitur atque probat Maior d. quæstion. 22. Siluest. Armil. aur. & Couarr. vbi supra, numer. 14. vbi quod non solum hac in specie effractor carceris tenebitur ad restitutionem damni quod in effractione carceris, & vinculorum dederit (quod concedit Caietani. tenens contra Henricum: in principali opinione, ut statim dicemus) sed etiam eadem ratione tenebitur ad restitutionem damni quod Reipublicæ vel priuatis illatum fuerit ex ea effractione, cum alij pro criminibus, & ære alieno capti à carcere fugerint.

Nihilominus his non obstantibus, contrarium est tenendum in articulo principali, in foro dumtaxat conscientiæ, imò quod quoad Deum licitum sit reo, etiam iuste condemnato ad mortem, ferrea vincula limare, murumque perforare ad fugiendum, tamen si non possit iudici vel custodi carceris resistere, manus in ipsos iniiciendo: vincula enim rumpere non est resistere, sed fugere, & idem non est peccatum iniustitiæ, quia totum reducitur ad hoc quod est fugere: neque quod custodibus ex hac fuga damnum inferatur, & quod ex eo secundum. II. contra ipsos agi potest, est in consideratione, quia hoc de per accidens est, quod idem fugiens minime tenetur cauere, ipsi si viderint custodes, quomodo munus suum expleant si enim negligentes fuerint, illis imputandum est, sicut iudici vel officialibus, quod tam debiliter ostia firmata, vel feræ fabricatæ sint, ut poterint à detento frangi: tenebitur nihilominus in conscientia effractor ad satisfactionem damni illati ex effractione vinculorum, ferarum aut muri perforatione. † Et est ratio differentie inter vim illam tam rebus rationalibus, & irrationalibus, quia inter iudicem & damnatum iuste ad mortem, est ex parte iudicis bellum

lum iustum, ac proinde damnatus non potest se defendere, nec resistere pugnando contra eum, vel suos officiales, vimque illis inferendo. At verò frangere vincula, & carceres, non est pugnare, sed absoluere se ipsum à continentia vinculorum & carceris, ad fugiendum, quod licet, quia per hoc non resistit, pugnant, aut defendit, sed non tenet se ipsum in carcere: illata enim vis rebus irrationalibus præcise non redundat in authorem eorum: imò propriè vis non inferitur rebus inanimatis, nec brutis animantibus, quæ nec dominium vllum, nec ius habent, sed solis hominibus: vnde neque, qui leonibus esset traditus, vim inferret iustitiæ, dum vt se defenderet, & fugeret, illos occideret: & ita per supradicta contra priorem opinionem Henrici hæc secundum optimè & latè probauit Caietan. super Thom. 2. 2. quæst. 69. art. 4. in responsione ad quæstionem. 3. & 4.

10 Domin. à Sor. vbi supra, addens, † quod qui custodem carceris ligaret, aut os illi, ne clamaret, obstrueret, vim faceret, ac proinde illicitum est, nõ tamen si eum, dum se teneret, post se fugiens traheret:

11 † insuper quod fune ligati possint nedum dissoluere, imò & funes scindere, & seras aperire cum claue adulterina, etiam si qui hæc & prædicta licita, vt prædiximus faciens, sciat oclusos secum alios exituros, nam ipse suo vtitur iure, cui cura non incumbit custodiendi alios. Eandem sententiam Caieta. contra Hæri. & Siluest. expresse probat Nauar. vbi supra d. cap. 17. num. 102. † vbi quod à fortiori fugere potest is, qui queritur vt capiatur, iuste aut iniuste, cum voluntate satisfaciendi tantum, quantum conscientia recta dicit: idem probant Angel. in summa verbo fugere, in fin. & Armil. statim in principio, dum modo non interueniat violentia contra officiales, qui vellent eum capere, quia ipsi habent contra eum iustum bellum. c. qui resistit. 11. quæst. 3. & ex parte fugientis est iniustum, idè mortaliter peccaret, & idem est de auxiliantibus:

13 † qua ratione, inquit ipse Nauar. d. nu.

102. potest quis alterius fugam sine peccato iuuare, vt antequam capiatur à iustitiæ ministris, liberetur, quando nec ex obligatione sui officij, nec ex mandato regis, nec alterius superioris, nec ex qualitate delicti, nec ex alia re particulari prohibetur, & credit quod suo iudicio sine carcere & pœna resipiscet à peccato. Eandè sententiã Caieta. & sequacium sequitur, & probat, alios allegans Salon vbi supra, conclus. 3. colum. 1607.

Illud autem de frangente sepem agri alieni ad transeundum, ad rem non facit, quia ibi agitur de damno, quod inferitur domino per sepis ruinam, ad quod etiam frangens carcerem tenetur, vt prædiximus: at verò in nostra specie de hoc non dubitatur, sed an iste actus effractionis carceris reducat ad fugam, vel ad pugnam, & vt probauimus, potius ad fugam reducitur, quàm ad pugnam. Non obstant etiam. 11. ciuiles maximam pœnam effractoribus carcerum imponentes, ex quo iuste præsupponunt grauem culpam in effractione, id enim procedit in foro exteriori, in quo re vera cum iuste captus, & condemnatus sit, nil mirum si acriter is effractor carceris puniatur: at verò nos agimus in foro tantum conscientiæ, in quo etsi iuste condemnatus ad mortem, vel membri abscissionem ad patiendum hanc pœnam in eod. foro interiori teneatur, minimè tamen ad faciendum id, vnde mors sequatur, quod est manere in loco vnde ducatur ad mortem, ac proinde poterit licite in conscientia fugere fractis carceribus, quibus vis propriè non inferitur, non tamen iudici, aut alijs ministris iustitiæ resistendo, illisue aliquam iniuriam inferendo: vnde meritò vt qui licite à fugit, non teneatur ad damnum custodis ob suam culpam & negligentiam, & sibi contingens. Imputandum igitur non est fugienti, quia dedit operam relicte, & idè quicquid ex hoc sequitur, non est ad eius culpam referendum, cum non ex intentione ipsius, sed ex accidenti id contingat, vt idem Couarr. vbi supra, num. 11. fatetur, & probat cum Caietan.

14 Caieta, vbi captus effugit à carcere, nulla effractione carceris, occisione, alia ve corporali iniuria præcedente, aliàs secus. † Sed tenendo hanc secundam partem Caietan. consequenter est etiam tenenda ampliatio Dominici à Soto, quã modò retulimus, vt procedat etiam si in nostra specie fractor carceris sciat alios secum oclusos exituros, cum ipse suo vtatur iure, nec eidem cura incumbat alios custodiendi: tamen si Couar. vbi supra d. numer. 14. qui contra Caietan. in principali puncto tenuit, contrarium etiã huic ampliatiõni profiteatur ac doceat: eius tamen sententia meo iudicio procedere recte posset eo casu, quo effractor hic carceris secum oclusos ad fugam inuitaret, moneret. aut induceret, vel saltem de sua effractione certioraret, ita vt ex hoc ipsi exirent: & multo magis si in ita conspiratione cù alijs carceratis, qui ius fugiendi non haberent, id faceret, tunc enim cum ex suo dolo aut propria culpa, & intentione principali, non verò per accidens id contingat, meritò vt ad damnum resarcendum ex confuga huiusmodi cæterorù læsis teneatur: nec in hac specie loquitur est Soto, sed vbi effractor tantù suo iure vtitur, ac proinde operam rei licitæ: at verò in præcedenti specie, in qua opinionem Couar. saluauimus ac defendimus, non suo iure vtitur effractor carceris, alios, quibus non competit idem ius fugiendi, inducendo ad fugam, sed imò delinquere videtur, & excedere à licito, vnde nil mirum si teneatur læsis damnum resarcire.

15 Dubium tamen opportunum est in proposito, an liceat alijs adiuuare huiusmodi iuste captum, & condemnatum effugientem, dando ei consilium & auxilium: videtur enim id licere, eo quod opem ferunt danti operam rei licitæ, & sicut digni sunt morte, secundum Apostolum, qui consentiunt male facientibus, ita per contrarium, qui consentiunt licita facientibus, non errant. Rufus, oppositum videtur, quia turpis est illa pars, quæ non consonat suo toti,

Publica autem potestas, quæ totum representat, vult illum detineri: ergo non potest absque publica offensa ab alijs opera dari ad fugam. Præterea si huiusmodi cooperantes fugæ inueniuntur, puniuntur: ergo non est licitum. Quid tenendum? In hoc puncto Caietan. super D. Thom. 2. 2. quæst. 69. art. 4. in respons. ad quæstionem quintam ita distinguit, vt liquidem custodibus & alijs ministris iustitiæ, quibus ratione publici officij est cura ac munus fouendi publicam potestatem, ac custodire damnatù, illicitum sit, consilium vel auxiliù fugæ præstare, quia eis incumbit damnatum vel damnandum detinere, & veluti proditores & consultores essent fauendo partes detenti: cæteri verò, quorum nõ interest publicam fouere potestatem, licite possunt cooperari ad fugam damnati, vt ibi latè probat, inquiens, quòd si opinio in præcedenti quæstione delicta effractione carceris à damnato est vera, consequens est, † vt his, qui licite cooperantur ad fugam, liceat cooperari ad frangendum vincula & carceres, eadè ratione subministrando damnato incluso limam, vel aliquod instrumentum, quo possit se absoluere à vinculis & carcere, non tamen quòd liceat alijs concurrere ad carcerem, & frangere illum, nam si non licet ire ad frangendum seras domus priuatæ, multo minus domus publicæ, tamen si ipsi incluso hoc liceat; & hanc opinionem Caietan. simpliciter sequitur Silæst. d. verb. fugere, num. 1. ibi, Et idem dico de suffragantibus, quia licet, modò id faciant bono fine, & sine violentia alicuius, & scandalo, maxime custodis, post Angel. de Clauas, eod. verbo, versiculo idem dico, & Armil. aur. ibi num. 2. & D. Couar. d. lib. 1. variarum. resol. cap. 2. nu. 14. vers. primum, asserens, quod vbi dixit licitè esse fugam, cooperantes fugienti, nulla culpam, nullum ve delictum committunt, ex natura actus, licet ex accidenti possint delinquere, vel quia statui vel officio, quod in Republica gerunt, hæc cooperatio repugnat, secundum

Caieta.

Caietan. vbi supra, cuius opinionem in omnibus supradictis sequitur, & probat Salon vbi supra, controuers. 3. colu. 1611. cum seqq. contra opinionem Soti statim referendam.

Dominicus verò à Sot. lib. 5. de iust. & iur. quæst. 6. arti. 4. in versi. verum tamen ex his, et si primum membrum distinctionis Caieta. vbi supra, circa custodes, aliosque ministros iustitiæ sequatur, ac probet, & etiã circa cõsiliũ cæterorum, vt licitè hi possint in foro conscientie carcerato consulere vt fugiat, quoties ipse licitè etiam in eodem foro fugere potest, non tamen ex his subsequi dicit quòd amici condemnati possent vincito, vel intrinsecus, vel extrinsecus nauare operas suas, vt vincula vel muros dirumpat, nam, ille tantum, cui fugere licet, viam sternere potest, cæteri verò maiorem iniuriam facerent diruendo carceres, quàm priuatam domũ, essetque in vtroque foro capitale crimen. Quapropter aduersus opinionem Caietan. arbitratur Soto nemini licere porrigere vincito, vel limã, vel aliud instrumentum, esset enim iam hoc cooperari, quia non est vera illa regula, quod si mihi licet aliquid operari, liceat alijs me iuuare, quoniã vincula & carceres rûpere solũ licet sternenti sibi viam: secus habet cõsulere alteri, quod ei licet: & quidè hæc opinio Soti aduersus Caietan. securior ac verior videtur: nam si ipse Caietan. fatetur non licere alijs cõcurrere ad carcerem, & frangere illũ, et si incluso hoc liceat, ead. ratione, & per consequens cogimur dicere, non licere alijs limam, vel aliud instrumentum subministrare incluso, quo se possit absoluere à vinculis & carcere, cum per hanc subministratiõnem ex prima, & principali intentione cooperetur in effractionem carceris. Paria enim sunt in substantia, cooperari in effractionem ipsam, & instrumentum ad id prestare, quo id efficiatur: si ergo illicitum esse illud ait Caieta. quare hoc permittit? per hoc enim ex necessaria consequentia, frangito carcere lima, vel alio instrumento

ad id præstito, ad idem peruenitur: ergo vtrumque est prohibitum alijs, tametsi soli incluso liceat, præcipuè cum non vsque quaque absolutum sit, licere ipsi damnato incluso effractis carceribus à vinculis effugere, cum, vt vidimus, grauissimi viri, ac summa doctrina præditi contrarium probauerint, tametsi quod nos defendimus, verius censeant: fit igitur, vt ad minus idem alijs quàm damnatis inclusis minimè concedamus: & iuxta hanc resolutionem intelligendi sunt ac distinguendi Siluest. & Couar. vbi supra, simpliciter idem in suffragantibus & cooperantibus, quod in principali damnato generaliter dicentes ac probantes.

17 Secundo, ex præcedentibus fit, capto iustè nequaquam licere à carceribus fugere, etiam si id agere possit absq; effractione; vbi iudex cum condemnauerit ad ipsius carceris pœnam temporariam vel perpetuam, hæc enim pœna conditionem habet, vt alterius quàm puniti exequutione minimè indigeat, & idè damnatus tunc temporis censetur ad eam propriam cooperationem subeundam, imò potest hoc casu reus (prout censetur) condemnari non solum ad patii, verum & agere: puta, vt pecuniam soluat, in exiliũ secedat, aut in clastro maneat, & in carcere, non solum ad tempus, verum & perpetuo, in his namque omnib⁹ obedire tenetur, & facere quod sibi iniunctum est, & sic pœnam huiusmodi sibi inflictam subire, etiam in animæ iudicio, secundum Caietan. vbi supra, in responsione ad 2. quæstiunculam; & Ioan. Driedo. de libert. Christiana, pagin. 226. & Dominic. à Sot. vbi supra, in versi. quapropter, & D. Couar. d. num. 14. versi. secundo animaduertendum est, dicentem id de pœna carceris procedere, vbi per sententiam pro aliquo crimine iustè inducitur: quod iure canonico regulariter licet, & iure Cæsareo quandoque, ex notatis in. c. quauis. de pœna in 6. & in. l. aut damna. §. solent. ff. de pœn. & in. l. r. de custod. rerum. Eandem sententiam in pœna carceris temporaria

ria tenet omnes secundum Salon ubi supra, col. 1609. conclus. 4. qui secus esse dicit in condemnato ad carcerem perpetuum, vel triremes, quia hic potest licite fugere secundum eum aduersus supradictos, exceptis duobus casibus. Verum in omnibus supradictis ego probo opinionem Caietan. & sequacium supra dictam contra Salon.

18 Reliquum est, ut videamus, an iuste captus à iudice pro crimine mortis poena digno, teneatur in conscientia sub reatu peccati à carcere fugere, cum primum potuerit. Et profecto ex verbis S. Thom. 2. 2. quæst. 69. arti. 4. ad 2. videtur hunc omnino teneri sub poena peccati mortalis à carcere fugere, dum dicit, damnatum iuste à iudice ad mortem, non teneri manere in carcere, & sic non fugere: tantum enim is tenetur pati poenam, non autem aliquid agere, ex quo mors ipsa sequatur: & subdit diuus Thom. sicut datus iuste, ut fame moriatur, poterit cibum sibi oblatum sumere, quia non sumere, esset se ipsum occidere: unde sicut damnatus ut fame pereat, se ipsum occidit, oblatum sibi cibum non assumens, ita etiam si iuste damnatus ad mortem, cum possit, non fugiat, se ipsum occidit. Ex vi igitur æquationis vtriusque casus à D. Thom. factæ videtur eius mentis fuisse, ut hic fugere teneatur in conscientia, cum possit, sicut ille cibum sibi oblatum sumere, ne vterque se ipsum occidat. Nihilominus tamen hoc S. Thom. non expressit, quia secundum Caieta. ibi, id solum D. Thom. probare intendit, damnatum scilicet ad mortem, tantum esse damnatum ad patiendum, non verò ad agendum aliquid, ex quo sequatur mors: non tamen per hoc asserit, damnatum ad mortem, sui esse homicidam, si à carcere non effugerit, cum potuerit: & quauis possit in damnato iuste ut fame pereat, dicat quod non sumere cibum sibi oblatum, esset se ipsum occidere; ac proinde posse eum sumere, non tamen inde coniiciendum est dicere voluisse, nec dixit, in priori casu, nempe de iuste dam-

nato ad mortem, non fugientem à carcere, cum possit, peccatum admitti, cum ex eo quod maneat in carcere, non sequatur actus directè & immediate ex propria natura tendens ad mortem, sicut in secundo casu: quasi clarius velit Caieta. diuum Thom. dum similia esse scribit præd. duo intelligere in hunc sanè sensum, ut sicut damnatus ut gladio pereat, non tenetur, nec damnatus censetur, ut actum aliquem ipse agat, ex quo mors sequatur, sed ut patiatur mortem, ita damnatus ut fame pereat, non est damnatus ut aliquid agat, ex quo sequatur mors, sed ut patiatur sibi ministrari alimenta: sed ex hoc non censet S. Doctor equalia esse, hunc damnatum non sumere cibum sibi oblatum, & à carcere non exire, cum hæc duo differant penitus, ut latius statim dicemus: Superest igitur in primis, D. Thomam, iuxta sensum ac mentem Caietani, quæ probamus, hanc partem affirmatiuam non tenere, nec eam vere voluisse, quauis adduci incuria possit pro ea: tenenda est igitur negatiua in nostra specie sententia, nempe quod iuste damnatus ad mortem, minimè in conscientia sub poena peccati mortalis teneatur oblatum sibi fugam à carcere arripere, & quauis condænatus iuste ut fame pereat, si oblatum sibi cibum non assumat, peccet mortaliter, quia se ipsum occidit, quod non licet: quod vltimè voluit S. Thom. ubi supra, & expresse tenuit Caieta. super eo in versiculo ad octauam, dicens, quod huiusmodi condænatus debet comedere, ut ius naturæ seruet, nec hoc est impedire executionem sententiæ: tunc quia non est datus ad hoc, scilicet ut se occidat non comedendo, sed ad hoc ut subtracta sint sibi alimenta, non à quibuscunque; sed à custodibus huiusmodi: unde alij ministrantes tali damnato alimenta, non peccant, ead. ratione quæ possunt adiuuare ad fugam, quauis nullus teneatur huiusmodi damnato ministrare alimenta, tanquam in extrema necessitate constituto, quia secundum iustitiæ ordinem in illa constituitur necessitate,

cohsitate. Primum autem, nempe quod iustè damnatus ad mortem non teneatur à carcere fugere, probat & tenet Soto d. lib. 5. de iust. & iur. quæst. 6. artic. 4. versu. restat tamen ambiguitas, & ante eum Angel. & Siluest. verb. fugere, circa fin. & Armil. aur. eod. verb. nu. 3. & vtrūque probat & tenet D. Couar. d. libr. 1. variar. resol. cap. 2. num. 8. versu. qua ratione, & num. 10.

20 Ratio autem differentie inter vtrūque casum est, quia sunt quidam actus directè, & immediate, ex propria natura tendentes ad mortem. Alij verò sunt actus indirectè, mediate, & ex accidenti ad mortem opportuni, & proximi. Primi quidem actus sunt se ipsum gladio, vel hauitu veneni, vel inedia, & fame occidere, & hi nulla ex causa liciti sunt, imò semper illiciti & reprobati sunt censendi, vt pote mortale crimen inducentes, ex text. in capit. si non licet 23. quæst. 5. & D. Aug. lib. 1. de ciuit. Dei. c. 20. & 21. D. Thom. 2. 2. quæst. 64. art. 5. cum enim actus hi directè in malū tendant ex propria eorum natura, nec vllū possint habere finem vtilem, sequitur eos nullo casu posse reddi licitos, sicut D. Thom. & alij frequentissime probant secundum Couar. vbi supra, qui eos refert, & sequitur, & Victoria in relect. de homicidio, num. 28. & Ioann. Driedo de libert. Christian. cap. 6. tametsi in hac specie Ang. de Clauas. in lūma verbo fugere, num. 1. in fin. & Ioan. Maior d. quæstion. 22. colum. 3. contrarium asserant, & defendere conentur Domini. à Sot. vbi supra, profitens non esse sibi prorsus improbabile quòd condemnato iustè, vt fame pereat liceat sibi non edere, quod ibi nititur probare, ac ad rationem D. Thomæ quod cibos oblatos non sumendo, videatur se ipsum occidere, respondere: cuius opinio est communis modò inter Thomistas, vt asserit Salon de iust. & iur. in 2. 2. D. Thom. quæst. 69. artic. 4. colum. 1619. vbi ipse nouiter cõcludit, huiusmodi iustè damnatum sententia, vt fame pereat, posse comedere oblatos sibi cibos, & e-

tiam non comedere, & fame perire. Secundi verò actus, cum immediate non vergant in crimen & delictum ex sui propria natura, possunt sanè ex aliquo bono fine, aut ex aliqua alia causa, esse liciti, sicuti non fugere à loco, vbi periculum mortis imminet, aut pergere eò, quo mortis corporalis periculū adest, & quidem maximis coniecturis verosimile, hi enim actus cum directè ac ex sui natura immediate ad mortem, & sui ipsius occisionem propriam non ordinentur, sed ex accidenti ad mixta aliorū opera, peccato, vitio, ac malitia, possunt aliqua ex causa ab agenti exerceri liciteque fieri.

21 Ex supradictis circa primos actus directè, & immediate ex sua natura tendentes ad mortem, primò fit, vt alij priuati ministrantes tali damnato alimentata, non peccet, ead. ratione qua possunt adiuuare ad fugam, vt prædiximus sequitur Salon vbi supra, colum. 1621. limitans in ministris iustitiæ.

22 Secundò fit, vt quanuis nullum peccatum sit, vti abstinentia ciborum ad pium effectū, & gratia deuotionis, veluti ieiunare, non animaduerso quòd inde sequatur diminutio vitæ corporalis, comperto verò hoc damno, sed præuia pietatis causa peccatum sit veniale, mortale verò si nullo pietatis respectu fiat, & hoc faciens animaduertat excessum, & ex hoc sibi vitam diminui, secūdum Caieta. super D. Thom. 2. 2. quæst.

23 146. artic. 1. † nullis tamen vti cibis in ediaque opprimi, ex si id pietatis gratia fiat, & mortale proculdubio peccatū erit, vt rectè deduxit Couar. vbi supra d. num. 10. vbi cum Abb. & alijs addit, † quod non tenetur quis vti cibis deliciaioribus, salubrioribus ve., ad effectum prolongandi vitam, licet teneatur vti cibis ad vitæ conseruationem naturaliter productis.

Tertio fit, non licere cuiquā, se clausa diuina iussione, etiā ex causa religionis, & martyrij ratione, in Fidei testimoniu se ipsum veneno occidere, aut aliū actum morti immediatum exercere, vt late

lare probat Soc. lib. 5. de iustitia. & iur. quæst. 1. art. 5. & post eum D. Couar. vbi supra, num. 9. vers. secundo inferitur.

Nunc autem deueniendum est ad illationes, quæ ex supradictis circa actus secundos, qui non immediate, sed indirectè vergunt in crimen, & delictum ex sua propria natura deducuntur.

26 Et primò ex illa doctrina inferitur, licitum fuisse martyribus, in carceribus tyrannorum manere, neque peccasse, ex eo quod non fugerint; data fugæ opportunitate, etiam si mors eis imminens fuerit, & proxima, cum et si hic actus proximus mortis sit, ex eo quod sequatur mors, vt fateretur D. Thom. mediatus tamen est, nec ex sui natura ad mortem ordinatus, ideòque ex bono fine, istaque ex causa martyrij, potuerunt martyres absque vlla peccati labe non fugere; quia non tenebantur à carceribus recedere, imò virtutis opus fuit in Fidei testimonium se morti offerre, vt patet ex his, quæ de martyrio scripta sunt, maxime à D. Thom. 2. 2. quæstion. 124. artic. 1. Sic Actorum. c. 16. scribitur, Paulum & Sillam, cum essent Philippis coniecti in iustè in carcerem, fugere noluisse, tamen si ostijs carceris diuina virtute id facere potuissent, oportebat enim ad Euangelicæ Fidei prædicationem eos nos fugere, sed constanter in carcere manere pro Fidei augmento; vt inquit D. Couar. lib. 1. variar. resol. c. 2. num. 9. & prætereà (vt existimat Alfonso à Castrolib. 1. de pot. l. pœn. c. 5. in primo documento, ante fin. in vers. nam propter hanc causam) ne inde occasionem alijs præberent putandi eos iustè fuisse in carcerem inclusos, & timore fugisse à carcere, proptereà quod falsa prædicassent, ideo libentius carcerem elegerunt, vt sic suam innocentiam probarent, & suæ doctrinæ veritatem confirmarent.

27 Secundò ex eisdem deducitur, iustè vel inique damnatum ad mortem posse absque peccato ascendere furcam, nam quauis ex hoc sequatur mors, non tamen sequitur immediate, & directè, & ideò non dicetur hic se ipsum occide-

re: poteritque hunc actum sponte facere, vt iudici pareat, & quia cogetur nihilominus facere, secundum Couar. vbi supra, numer. 10. vers. quinto, sicut & martyres potuerunt colla percussentibus submittere, vt inquit D. Hiero. in cap. non est nostrum. 23. quæst. 5. in hæc verba: † Non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab alijs libenter accipere: vnde & in persecutionibus non licet mihi propria perire manu absque eo vbi castitas periclitatur, sed percussenti colla submittere.

28 Tertiò apertissime ead. ratione conuincitur, iustè captum pro crimine pœna mortis digno, vel ad eam iustè condemnatum, posse, etiam data sibi fugiendi opportunitate, in carcere manere, quãdo quidem fugere non tenetur, vt prædiximus, & vt delicti fiat satisfactio Reipublicæ, eiusque punitio sit in aliorum exemplum, vt à similibus abstineant sceleribus, vt sentit Caietan. vbi supra, in interpretatione verborum diui Thø. & in specie notat Ioann. Maior d. quæst. 22. colum. 5. & D. Couar. vbi supra d. n. 10. vers. sexto.

30 Quartò ex superioribus deducitur, nõ statim mortalis criminis damnandos esse duces belli iusti, militesve, qui vt victoria potiantur, se maximo committunt prælij, & conflictus periculo, ex quo certior est mors, quàm eius euasio; hi namque non actum exercent ad propriam eorum decisionem ordinatum, sed ad directum, vt hostes vincant, quãuis omnino periculosum, cum mortali fat. certò imminenti se exponant.

31 Hinc Eleazarus vir fortissimus à peccato defendendus est, is namque cum suæ perimminentem cæteris elephantem lofica vestitum regia addereret, arbitratus quod in eo esset Rex, cursu concito in medium legionis proripuit, & abiecto clypeo, vtraque manu interficiebat bestiam, atque intrauit sub ea, & iuncto gladio interemit eam, itaque cadens bestia oppressit Eleazarum, & mortuus est, vt scribitur Machab. 1. cap. 6. & apud lib. antiquit. 12. capit. 14. & lib. de bello

bello Iuda. cap. 1. & refert D. Couarr. d. lib. 1. variarum resol. cap. 2. nu. 10. versi. non, &c. Vnde Eleazarum miris laudibus effert Ambros. lib. 1. de offic. c. 40.

32 † Quo fit, ut si quis, ut ab aliqua oppressione liberetur, fugiens se ipsum in periculo mortis imminente commiserit, & tandem perierit, non est peccati mortalis reus, quippe qui præter intentionem mortem obierit, potius cogitans de fuga ab stupro, alia ve oppressione tyrani, quam de propria morte, quæ ei ex actu ad eam propria vi, & natura minimè ordinato contigerit, ut probatur ex text. in. c. ex parte. 2. de sepult. & tenet D. Couarr. vbi supra.

33 Quintò ex omnibus præcedentibus fit perspicuum, iniuste captum posse absque ullo peccato à carceribus fugere, data sibi fugiendi opportunitate, ut notatur in. l. vis eius. C. de probat. & constat ex omnibus authoribus supracitatis, atque idè communiter receptum, ut affirmat Couarr. vbi supra, num. 10. versi. in secunda propositæ quæstionis specie, quem refert & sequitur Iul. Clar. in loco statim citando, ibi: Potest etiã.

34 Quinimò si iniquè damnatus ad mortem, aliter non valeat iniquam condemnationem euadere, quàm effrangendo carcerem, vinculaque rumpèdo, poterit absque peccato facere, si aliter exire non potest, nec ex hoc ei imputabitur, quicquid sequutum fuerit, quando quidem secundum Thom. vbi supra d.

35 quæst. 69. art. 4. † liceat iniquis principibus ac iudicibus, & iniquæ sententiæ resistere: quod etiam iure exteriori probatur in. l. prohibitum, & in. l. defensionis facultas. C. de iure fisci. lib. 10. & notat Archid. in. c. cum homo. 23. quæst. 5. Alex. in. l. 1. §. item si quis. ff. nequis eum qui in ius vocat. est, vi exim. & alij vbi que DD. hocque verum est, præterquam si graue ex hac re immemineret scandalum, aut magna turbatio, secundum D. Thom. & ceteros vbi supra, & vtrunque probat Alfons. à Castro vbi supra, in versiculo ad eum modum, & tenet etiam D. Couar. lib. 1. variar. resol.

cap. 2. num. 12. in princip. & in num. 13. Necnon Salon de iustit. & iur. in 2. 2. diui Thom. quæst. 69. arti. 4. controuers. 2. in princip. addens, quòd possit in hac specie vim inferre custodibus, & iudici ad se liberandum, citra scandalum tamen.

36 Et quod etiam in foro exteriori iniuste captus, si aufugiat, non teneatur aliqua poena, probat Alex. in. l. sed eximendi. §. item si quis. ff. nequis eum, &c. Tirraquel. & alij, quos refert & sequitur Auiles cap. 18. præc. in glos. carceres, nu. 41. & vltra eum idem tenuerunt Ias. in lectura. l. admonendi. nu. 91. & ibi Rip. nu. 171. Curt. Iun. num. 5. ff. de iure iur. dicit communem theoreticam Rol. à Valle consi. 7. num. 47. lib. 1. & Iul. Clar. in pract. crim. lib. 5. §. si. quæst. 21. versi. tertio autem modo, ibi: Sed quando fuit indebitè, vbi loquitur etiam, quando cum effractione carceris indebitè, & iuris ordine non seruato, carceratus aufugit. Addit Ripa, † quod custos non teneatur de fuga illius, qui erat iniuste incarceratus, imò capite punitur, qui captus iniuste non fugit, cum possit, si credimus Auilesio vbi supra, num. 42. alios ad idem referenti.

38 Imò secundum Lucam de Penna in d. l. prohibitum. col. 2. in fin. in iuste damnatus ad mortem, qui aliter euadere non potest iniquam poenam, potest custodes carceris occidere, quem sequuntur Paris de Puteo in tract. syndicat. cap. resistentia. fol. 9. num. 27. licet idem de hoc dubitauerit, in parte, si iudex proeessit ad capturam: sed eam sententiam sequitur Hippolyt. in. l. 1. in princip. ff. de quæstio. & Auiles vbi supra, num. 42. hæc tamen Lucæ de Pèna & sequacium sententia vera quidem non est, nec tenèda, vbi iudex iuxta iuris ordinem, & secundum allegata & probata ad mortem aliquem damnauerit, qui verè innocens sit, tunc enim minimè licet huic condemnato, ut mortem euadat, iudicè verè innocentem, custodes omnino in culpato occidere, ut bene probat Sor. lib. 4. de iust. & iur. quæst. 6. artic. 4. versic.

39 emergunt tamen, dicens, † quod si huiusmodi

huiusmodi innocēs posset citra graue scā
dalū & citra vulnerationē iudicis, eiusq;
ministorū se protegere, posset quidē,
vt pote non solūm fugiendo, verū & in
cludendo se in locū munitū, & fortē ar
matis irretiēdo ministros: attamē si nō
posset se defendere, nisi inflictis vulneri
b⁹, neutiquā credit id licere. Idē probat
D. Couar. vbi supra, nu. 13. existimās ve
ram forsan fore opinionē præfatā Lu
cæ de Pēna, & Hippolyti, vbi iudex ty
rānicē ex certa sciētia innocētē dāna
ue it: & opinio Soti est cōmunis sētētia
inter Thomistas, vt affirmat eā sequit⁹,
& late probat Salō de iust. & iur. in 2.2.
D. Tho. q. 69. art. 3. cōtrouel. 1. col. 1599.

40 Sextō, supradictis animaduersis opina
tur Couar. vbi supra, nu. 10. versū septi
mō, iniquē damnatum ad mortem debe
re omnino, si posset, fugere, alioqui si in
carcere manserit, peccabit profectō, ma
xima vsus temeritate, nullam quidem
ex causa iusta id agens, ex quo licet in
directe, & immediatē mors sequatur,
ista temeritas fortasse erit mortale cri
men: in quo maximē secundūm ipsum
est aduertendum: & sub dubio idē prius
probauit Sot. d. artic. 4. col. fin. versū
secus autem, vbi quōd innocens, qui
immeritus condemnatus esset, fortassis
teneretur de carcere fugere, præci
puē si vita sua utilis esset Reipublicæ,
nam aliās nescit, an vt tale patientiæ spe
cimen exemplo Christi præberet, lice
ret ei sententiam iniquā sponte sua fer
re, saltem non fugiendo: crediderim ta
men, quod si non hac humilitate & iu
sta causa ductus, sed ex timore, vel alia
negligentia, aut pusillanimitate fugam
omiserit, cum posset, eam arripiendo, vi
tam euadere, propter huiusmodi teme
ritatem ac (vt ita dicam) vitæ prodigali
tatem, peccaret mortaliter, secund. Co
uar. vbi supra, cui in hoc assētio. Reus
enim qui timet verisimiliter esse à iudi
ce iniuste damnandum, tenetur fugam
arripere, si potest, vt in specie probat Ma
ior in. 4. dist. 15. q. 22. col. 1. quē sequitur
& probat Couar. d. lib. 1. variar. resol. c.
2. nu. 7. versū. quamobrē, ibi: Nā captus

à iudice: est cōmunis secund. Petrū Pla
çam lib. 1. de delict. c. 23. n. 6. prout eum
refert & sequitur Iul. Clar. vbi supra.

42 Vltimō, ex doctrina Beati Tho. supra
in princip. huius. c. adducta. atq; postea
explicata, infertur ad decisionem illius
quæstionis, an si in actu exequutionis sē
tētiæ pœnā mortis cōtinentis cōtingat,
quod vel securis nō possit caput ampu
tare cōdēnato, vel laqueus rūpatur, vel
frangatur, ita vt reus cōdēnatus ceci
derit in terrā sanus & illæsus, nunquid
reus fugere possit, vel sit liberandus, tan
quā innocēs, nec ne? Quāuis enim huius
modi reus, etiā iuste cōdēnatus, fugere
possit, non tamē ei licet iudici, ex cuius
parte bellū est iustū, nec ministris iusti
tiæ resistere, vt est prædictū: vnde quāuis
iste fugere intēderet, nō posset à mani
b⁹ familiæ sine resistētia liberari: sed hæc
ei nō licet: ergo fugere inane est. Ex hac
igitur parte defēho nō est licita. Præter
eā si iniuste facit ad mortē dānatus, quā
uis tūc liceret ei, iudici, eiusq; ministris
resistere, nō tamē vbi ex hoc aliqua gra
uis turbatio, & scādalu certissime subse
queretur ex huiusmodi resistētia cōtra
iudicem eiusq; ministros, statim auxiliū
regale imploraturus: ergo nec in hoc ca
su licita erit defēho & resistantia.

43 Quōd fit, grauitur, meo iudicio, pecca
re eos, siue clericos, siue monachos, a
lios ve, qui huiusmodi condemnatum,
qui laqueo fracto cecidit viuus in ter
rā, iuuant, auxiliūmq; ei præstāt, & è ma
nibus familiæ iudicis eum eripiunt, at
quē liberant, introducentes eū in Eccle
siam, existimantes sibi id licere, cum la
queus contritus fuerit, quasi miraculo
id tribuendum sit: hi namque aberrant,
quā vt inquit Apostolus ad Roma. 13.
Qui potestati resistit, Dei ordinationi
resistit, & ipse sibi damnationē acqui
rit: vnde cum bellum ex parte iudicis
sit iustum, vt in dubio præsumendum
est pro ipsius sententia, nullus ei resiste
re licitē valet, nedum ipsemet cōdemna
tus, sed neque alius à fortiori, cui nō est
vis cōtraueniendi, & sic ex parte sua bel
lum est iniustum, præterquā quod his tu
KKK multis

multibus reum magis torquet, atq; forte non ita poenitentem sicut prius, faciunt mori: quandoquidem iudex iterum statim suspendere eum faciet, quousque naturaliter moriatur.

- 44 Superest ut videamus, an ex alio capite liberandus sit: & inuenio Lucam de Pena in l. 1. C. de desertor. lib. 12. col. 6. versi. sed pone quod danatus est aliquis, in fine, dicentem, huiusmodi damnatum ad mortem, si dum laqueo fuit suspensus, fracto laqueo, cecidit in terram, liberandum esse indubio, si protestatus fuit de innocentia, quia credendum est illud factum miraculose: que sequitur Paris de Puteo in tractatu syndica. in parte an si iudex, col. penul. & Philip. Decius in l. favorabiliores. n. 8. ff. de reg. iur. Alciat. regul. 3. præsumptio. 44. nu. 4. & Antonius Gomez in 3. tom. variar. resol. c. de tortur. reorum. nu. 37. ubi quod in hoc dubio iustius & rectius erit executionem suspendere, quam forte veritati & signo miraculi resistere: sequitur etiam Auiles in c. 1. præ. in glo. *mandamos*, nu. 28. fol. 48. & hoc non modo vulgus ignarus, sed etiam viri docti ita intelligunt, ut refert Iulius Clarus in practica crimin. §. fin. quæst. 98. versi. vltimo quarto, ubi citat Ioann. Arnon sosisloq. 5. & Bossium in sua practica crim. in titul. de favorib. de fen. n. 11. & Chassan. in consuet. Burg. fol. 55. post numer. 124. affirmantes sic in praxi obseruatum fuisse in casibus contingentibus, quos viderunt. Quinimò ipse Iulius Clarus de alio simili casu testatur, in quo senatus iussit, ut per dies aliquos supersederetur, intra quos condemnatus posset pacem & gratiam impetrare, & quod ita, ni fallitur, habita gratia a Principe, fuit dimissus. io. Maij. 1546. Fateretur tamen in principio quæstionis, quod fractio laquei parum prodesset de iure: nam omnino est exequenda condemnatio, iuxta formam sententiam, in qua communitur solent addi illa verba, Furcis suspensus datur, ita quod moriatur, secundum practica quam obseruat semper assessores, teste Iacobo de Bellouis. & alijs, quos ibi citat. Tandem refert Pap. lib. 24. tit. 17. arresto

14. dicente ita se vidisse in practica obseruari: ego vero non possum non mirari predictos viros, priorum partem tenentes sine lege & fundamento. Si enim hic reus iuste condemnatus est, & laqueo casu fragitur, prout facile sine ulla miraculo pluribus ex causis contingere potest & solet, cur impedienda est executio iustæ sententiæ, & delictum remanere impunitum? Si in praxi aliquando aliud fuit obseruatum, id potius de facto quam de iure factum fuit: quinimò & nos non semel vidimus contrarium seruatum, nempe ut non obstante quod laqueo contritus fuerit, nihilominus delictum quæ sit actualiter iterum suspensus, quousque; naturaliter moreretur: admitti forte posset prior opinio, si dubietas referret ad probationes, veluti si reus esset damnatus per præsumptiones, quod fieri non debet: secus si clarè constaret de delicto morte digno, quia quandoque per incertationes miracula fiunt, ut tradit Bald. in c. venerabili, de testib. ita declarat addit. Decij ubi supra, quæ declaratio mihi vera videtur, & tenenda.

- 45 Quando autem manifestè apparet, condemnatum, qui ducitur ad mortem, vel aliud corporale supplicium, iniquè esse danatum, si clerici eum à manibus familiarum eripiant nulla est eis imponenda poena, nisi graue scandalum fecerint, unde deteriora contingant: secus si eripiant iuste danatum, vel quando esset dubium, an iuste vel iniuste esset danatus, tunc enim puniendi sunt, ut cum alijs resoluit Bernard. Diaz de Lugo in sua practica crim. Canon. c. 102. Mexia in l. Regia Toleti, in 1. fundamento. 2. partis nu. 24. & Azeued. in l. 3. n. 30. tit. 2. lib. 1. nou. Coll. Regiæ: nihilominus in priori specie salte mitiori poena essent puniendi, ut dicimus super l. 1. tit. 8. lib. 8. nou. Coll. Reg. rationibus de quibus ibi.

S V M M A R I V M.

- 1 Ex. cum tale. §. Maij. ff. de condit. & demonstrat. & l. quoties, eodem titul. litera & vera lectura refertur.
- 2 Conditio inducens omnimodam viduitatem in re antiquorum spernebatur: secus si induceret

- ret viduitatem respectu cert. personæ, loci vel tēporis: & hodie iure nouo authentico rum quid in hoc dispositū sit. nu. 3.
- 4 Condicio illa, quæ à matrimonio spiritali deterreret, fortiori ratione reijcienda est: sed nō est idem obseruandum in conditione, si religionem non ingreditur, si monachus non fuerit, vt in nu. 5.
- 6 Fundator maioratus potest tempore fundationis conditiones apponere, vt ipse per monachationem & videri datur amittatur.
- 7 Legatum relictum alicui sub conditione si nō nupserit, an possit in foro conscientie veri, ac habitum securè retineri, si nuptias contraxerit, & in numeris sequentibus præcipue nu. 13. cum seqq.
- 8 Hæres, si probaliter in proposito de animo legatis dubitat, nō est per confessorium ad solutionem legati astringendus, antequam per iudicē condemnetur.
- 9 Quando ille aduersus quem est presumptio iuris & de iure, verè scit esse veritatē pro se, & in iudicio, vel agit, vel conuenitur, vt vè illam consequatur, vel restituat, iste condēnatus parere tenetur sententiæ, nec potest recusare restitutionē, vel à iudicio desistere sub prætextu quod veritas sit in contrariū.
- 10 Res acquisita ex contractu nullo ob defectum solennitatis, consensu contrahentium nō deficiente, & cessante dolo alterius partis, non est restituenda in anime iudicio, quia cōtractus tenet in eo foro, sicut el cōtlio beneficij, non seruata iuris canonici forma: & quid in contractu celebrato ab vxore sine licentia viri.
- 11 Testamentum minus solenne an debeat in foro cōscientie obseruari, latissimè agitur.
- 12 Dispositio tex. in auth. de sanctis. Epif. s. sed & hoc præfati, tullat. 9. & in auth. nisi rogati. C. ad Trebell. habet locum in conscientie foro, & nu. 17. quomodo intelligatur: ac non procederet, quando expressè constaret de voluntate cōtraria testatoris, vt in n. 16.
- 14 Forus cōscientiæ semper veritati inniitur, ac que ipsam comitatur aduersus præsumptionem legis.
- 15 Legatum relictum alicui, si non nupserit, quòd si nupserit, nihil legabat, nec aliquid cōsequatur legataria, non debetur etiam in foro exteriori, si legataria nupserit.

- 18 Legatarius vel donatarius certo sciens animū legantis fuisse non aliter legandi, vel donandi, nisi existent: & adimpleta conditione nō nubendi ab eo apposta, nō erit tutus per exceptionem rei iudicatæ, si pro eo fuerit iuris interpretatione aliud indicatum: secus si animus legatis fuit incertus, vt in nu. 19.
- 20 Ioannis à Methymna opinio in proposito ab argumentis Couar. eiusque sensu defenditur, ipsiusque verba expenduntur.

C A P V T XXV.

De conditione illa adiecta legato, si non nupserit, an sit reijcienda in foro anime, ita vt nuptijs sequitis, legatum peti, aut retineri securè possit.

MA Euiæ, si nō nupserit, fundū, cū morietur, lego: potest dici, et si nupserit, eam contestim ad legatum admitti. Ita Papinianus lib. 17. q. 71. refertur in l. cum tale. §. Menia. ff. de condit. & demonstrat. vbi nō idem probat, si certus dies, incertus vè alius legato fuerit ascriptus. Sed & Iulianus Iuriconsultus libr. 35. Digestorum idem dicit, vt habetur in l. quoties. ff. eo dē tit. de cōdit. & demonstr. hoc modo. Quoties sub cōditione mulieri legatur, si nō nupserit, & eiusdē fidei cōmissū sit, vt Titio restituat, si nubat, cōmodè statuitur, et si nupserit, legatū eā petere posse, & nō esse cogendā fidei cōmissū præstare illa enim cōditio, si nō nupserit, auertit à matrimonio carnali, ideò reijcienda vt in dictis iurib⁹, & in l. Titia. 99. ff. eo dē tit. vbi habetur: Titia si nō nupserit, ducēta, si nupserit. cētū legauit. Nupserit mulier, ducēta, nō etiā cētū residua petet: ridiculū est enim, eādē, & vt viduā, & vt nuptam admitti: & ita legitur ab Accursio, Bart. & alijs ibi, & in Padectis Pisanis olim, hodie Florentinis, secund. Ant. Augusti. lib. 1. em. dat. c. 2. & est verior lectura quā alia Decij in c. in præfatiā, nu. 59. de probat. nēpe: Titia si nupserit, ducenta: si nō nupserit, cētū legat.

uit: si nupserit mulier, ducēta, nō etiā cētum residua petet: ridiculū est enim, eādē, & vt viduā, & vt nuptā admittit: tamēti hanc vt propriam Iurisconsulti Gregor. Holoander agnoscat: verū est inconcina & futilis hęc interpretatio, secund. D. Couarr. lib. 1. var. resol. c. 19. num. 9. versū andicta.

- 2 Quinimō & iure antiquo Digestorū conditio, quę inducit viduitatē in omne tempus, respectu omnis personę, loci, vel temporis, spernebatur: secūs si inducat viduitatem respectu certę personę, loci, vel temporis, vt in l. sed si hoc. §. vltimo. ff. de condit. & demonstra. & ibi Bart. & communiter DD.
- 3 Hodie tamen iure nouo authenticorum licēt talis cōditio nō nubēdi tollatur, & reiiciatur in virgine, vel homine, qui nūquā nupserit, quādo est absoluta respectu omnis personę, vt nūquā possit cōtrahere matrimoniū: secus verō si sit posita respectu certę personę, vel certarū personarū, vt cū tali vel talibus nō cōtrahat, quia bene valeret: in vidua tamē, vel viduo cōditio apposita, nē nubat indistinctē, & etiā absolutē respectu omnis personę, valet & tenet, adeō vt si postea nubat, tenebitur restituere hereditatē vel legatū sibi relictū, & cū cautione Mutiana traditū, cū fructib⁹, tā perceptis, quā percipiēdis: vt in l. 2. & in auth. cui relictū. C. de indict. viduit. tollēd. & ibi glo. & cōmuniter DD. tex. etiā in authen. denupt. §. quę verō nūc sequitur colla. 4. & ibi DD. ita resoluit cū cōmuni Ant. Gom. in l. 14. cum seqq. Taur. num. 8. ampliās duobus modis: & D. Couarr. in. 4. 2. part. capit. 3. §. 9. nu. 11. & D. Molina lib. 2. de Hispan. primogen. c. 12. nu. 21. & 22. & hęc sententia recepta est frequētissimodoctorū calculo, secund. Matr. de cōiect. vlti. vol. lib. 11. tit. 19. n. 2. vbi plures citat, eaq; sequitur ibi, & in. 7. & 8. addens, huiusmodi conditionē ad certū, non longū, vel vsq; ad tale ætatē appositā, valere, † à fortiori reiiciēda est illa cōditio, quę à matrimonio spirituali deterret, secund. Areti. & Felii. in c. in præsentia, de probat. quos refert.

sequitur Paris. ibi. n. 137. & 143. & Rolā. à Valle confi. 55. nu. 20. & 25. lib. 3. quorū meminimus lib. superior. c. 32. n. 14.

- 5 Quibus addendum est, non esse ad obseruandū in conditione, si religionē nō ingrediatur, si monachus nō fuerit, hoc enim casu non est argumētum sumēdū à matrimonio carnali ad spirituale, vt per Couar. lib. 1. variat. resol. c. 19. nu. 10. in versū, & tamen hic adde.
- 6 Nihilominus tamē poterit testator prohibere in fundatione maioratus, vt ipse per monachationē, vel clericatū amittatur: quia eo casu nō tā videtur auertere à religione, quā suę familię prospicere: & quāuis à religione quodāmodo amouere videatur, ad matrimoniū tamen ac familię ppagationē allicit, nec legib⁹ prohibētū est, vt quis de bonis suis ita disponere possit, vt monasteriū in his nō succedat, imō id iure cōcedēdū est, præcipuē cū maioratūū successio, nec ipsa primogenia cōueniāt monachis, nec presbyteris: nec est præsumēdū, quęquā hac in specie ab ingressu religionis auerrendū esse tā futili & leui occasione vt latius deduxim⁹ in lib. 1. Canon. quæst. d. c. 32. n. 57. & in terminis ita tenet Alex. cōsi. 100. nu. 12. lib. 4. & Ias. in l. Gallus. §. & quid si tātū. n. 24. ff. de lib. & postum. & Pala. Rub. in repet. rub. de donat. inter virū & vxor. §. 19. n. 4. & 14. quos refert & sequitur Couar. d. c. 19. n. 11. sequitur etiā Frac. Marz. in suo epito. de fidei cōmiss. q. 31. idq; verū est, atq; frequēter in primogeniorū institutione obseruari solitum, vt affirmat D. Moli. lib. 2. de Hispan. primog. c. 12. n. 54. vbi. n. 55. hoc verū intelligit in maioratu ex regia facultate instituto: sec⁹ si parētes primogeniū ex tertio bonorū suorū, autoritate legū huius regni instituāt: hi nāq; tūc temporis nō poterūt filios clericos, religiosos, vel furiosos, mutos, aut surdos, seu etiā filias moniales excludere, cū necessario teneātur ordiē à l. 27. Tauri præstitū obseruare, eaq; lex id non permittat. Eādē sētētia Palatij Rubi sequenti sum⁹ cū supradictis, & cū Mier. d. c. 32. n. 30.
- 7 Modò intrat nostra Canonica quæstio,

fito, an relictu sub cōditione alicui, si nō nupserit, possit in foro cōsciētię peti, ac habitū securē retineri, si nuptias cōtraxerit: quā est in effectu quærere, an in foro cōsciētię standum sit præcitatū iuribus, tã ante sentētia iudicis super his latã, quã postea? Et sanè hanc quęstionē latè disserit Ioã. à Medin. in suo cod. de restitutio. q. 23. per totã: & tadē in vers. respōdeo, saluo meliori iudicio, & postea in vers. ex prædictis patet, ibi: In foro tamē cōsciētię, in ea est sentētia, vt in foro cōsciētię hoc casu stādū sit animo cōtrahētū, vel testatoris ita relinquēntis vel legātis, quādo is certus sit, nēpe si dicatur, si nō nupserit, & nō aliās tūc enim apparet expresse de mēte testatoris cōtraria, & proinde in foro cōsciētię huic volūtati expresse cōtrahētium, vel testatoris, stādū est: si verò incertus sit animus cōtrahētū, vel legātū, tutē poterit iuris interpretationi, seu præsumptioni stari, quæ habet, vt si simpliciter relinquatur legatū, si nō nupserit, reijciatur illa cōditio, quia est impeditiua matrimonij, ita vt nuptijs sequutis, etiã legatū debeatur, vt in dictis legibus. † Addit insuper, q̄ si hæres p̄babiliter de animo legātis dubitat, nō est per cōfessariū ad solutionē legati astringēdus, antequã per iudicē cōdemnetur, quia vbi dubiū est æquilibre, an legatū debetur legatario, necne, melior est cōditio possidētis: ex qua opinione cōsequitur, q̄ post cōdenationē iudicis legatū securē poterit habere legatarius, quãdoquidē hæres tunc temporis ad solutionē eius tenetur, & per confessarium ad eam est astringendus.

9 Quod cōpbat̄ ex latè traditis per Menoch. lib. 1. præsumpt. q. 88. nu. 7. vbi post Couar. Salon de Paz & alios resoluit, q̄ quādo ille, aduersus quē est præsumptio iuris: & de iure, verē scit esse veritatē professe, & in iudicio, vel agit, vel cōuenitur, vt rem illam consequatur, vel restituat, iste cōdenatus parere tenetur sentētię, nec potest recusare rei restitutionē, vel à iudicio desistere, sub pretextu q̄ veritas sit in contrariū, vt in exēplis ibi per

cum adductis: ex quo enim de causa agit in foro exteriori, seruari debet iudicatum, quia licet tunc hæres possit sponte dare vel restituere rem illā victori, si tamen cōdenatus sit, licet iniuste, & præcepto, executione q̄ iudicis cōpellitur dare, obedire tenetur, secund. Inocent. in. c. quia pleriq; .n. 3. de inmunit. eccles. & ibi Abb. nu. 5. cōprobat ex alijs. Idem Innocent. in. c. quod sicut. n. 8. circa. fin. de electione. sequitur Menoch. vbi supra, num 3.

10 Si tamen in iudicio nō cōdenetur res acquisita ex cōtractu nullo ob defectū iuris solennitatis, non deficiente cōsensu contrahētū cū vero pretio, & causa legitima subsistēte, cessanteq; dolo alterius partis, nō esset in animæ iudicio restituenda, quia cōtractus tenet eo foro, sicut electio beneficij, nō seruata iuris canonici forma. Innocent. in d. c. quod sicut. n. 8. de elect. sequitur Abb. in d. c. quia pleriq; .n. 31. de immunit. Eccles. post Ant. de Butr. quē refert idē Abb. in d. c. 1. ad si. de in integ. restit. Iaf. in. l. si nō forte, in prin. n. 4. ff. de cōdict. in deb. refert plures huius opinionis authores D. Couar. in reg. peccatū. 2. p. §. 3. nu. 9. de pact. in 6. quāuis ipse ibi eam nō probet, sed eã sequitur Siluest. in sūma, verb. alienatio. §. 12. 13. & 14. & verb. testamentū. §. 5. & Adria. quodlib. 6. art. 1. Medi. de restitutio. q. 23. colu. fi. estq; cōmunis opinio, secund. Domini. à Soto lib. 4. de iustit. & iur. q. 5. art. 3. col. 2. ibi: Hæc ergo est opinio cōmunis, & secund. Mēchac. lib. 1. cōtrouerf. vsufreq. c. 10. n. 18. & 19. & Salō de Paz in. l. 3. Taur. n. 1421. licet Rebuff. in cōpend. alienat. rerū Eccles. n. 42. aliud velit post Innocent. in d. c. quia pleriq; nu. 3. vers. sed quid dices, ibi: Si ante, necnon & Couarr. vbi supra, & alij, quorū opinionē pluribus sūdamētis cōprobat Domini. à Soto vbi supra: qui in hac specie mediã sententiam vtrinque temperatam tenet, quę mihi satis placet, nempe vt cōtractus, cui deest essentialis solennitas iuris, licet in cōscientia non sit ipso facto simpliciter nullus, veluti ille à pupillo illegitimæ

atatis celebratus; etenim tamen est nullus, ut bona conscientia possit quis in tali casu legis beneficio uti, ut in exemplis de quibus ibi per eum, qui loquitur, tam in contractibus nullis, quam in testamento minus solenni: & tandem credit, quod qui possidet rem aliquam per contractum minus solennem sibi quesitam, dum modo fraus omnis, vis, & dolus absit, non tenetur restituere nisi vocatus in iudicio, & condemnatus, quod, ut vidimus, sequitur Menoch. vbi supra, licet contradicat Couar. vbi supra, nec non & Ant. Gom. in l. 3. Taur. n. 124. in 4. illatio, nihilominus in specie Antonij de Butrio Abbatis & cæterorum præ narrata eorum opinio, & Soti est communis & tenenda, quam nouissimè alia ratione probat D. Francisc. Sarmien. de reddit. Eccles. l. 1. p. c. 2. nu. 6. nepe quod licet huiusmodi contractus iure non valeat, non tamen possessor tenetur restituere rem, nisi sibi reddatur pretium ab Ecclesia, vel minore, quatenus sint locupletiores effecti: unde si pecuniam perdiderunt, tenebitur emptor gratis rem restituere in utroque foro, secundum ipsum: quod si contractus validus sit, licet talis, ut minor vel Ecclesia possint aduersus eum restitui, securus est contrahens cum eis, quo usque restitutionem petierint, ut cum Innocentio, Butrio & Abb. probat D. Sarm. vbi supra, nu. 7.

Ex quibus idem videtur dicendum in contractu celebrato ab vxore constante matrimonio sine licentia viri, ut quauis iuxta ill. regias sit ipso iure nullus in foro exteriori, secundum Roder. X Suarez in l. 13. tit. de las deudas, lib. 3. fori, q. 1. Tiraquel. post. l. conubial. glo. 2. n. 21. Baec. deno melior. rat. dot. fil. c. 11. n. 79. cum seqq. & Matie. in l. 2. ti. 3. glo. 1. n. 11. nou. Coll. Reg. diximus latius in tracta. de iuram. confirmat. l. p. c. 1. n. 35. cum seqq. in animæ tamen iudicio validus sit ratione consensu utriusque partis interuenientis, qui in eo foro sufficit, iuxta doctrinam Ant. de Butr. Abb. & communem supra adductam, & præterea in terminis mulieris nuptæ tenet in simili statuto Ias. in d. l. si non forte, in prin. nu. 4. & Chassa. alios citans in consuetud. Bur

gund. in titulo deridoitz, & appargens Mariez, rub. 4. §. 1. in glo. ne peult faire. n. 5. fol. 127. ita tamen ut mulier ipsa in hac specie non teneatur contractui huiusmodi præcise stare in foro conscientie, sed poterit bona conscientia beneficio. l. uti, etiam si certa sit, nullam ei fraudem factam fuisse: & nihilominus, qui cum vxore absque viri licentia contraxit, poterit in foro interiori rem acquisitam ex contractu huiusmodi, iuste habere & retinere, nec tenebitur eam restituere, nisi vocatus in iudicio, & condemnatus, dummodo fraus, vis, & dolus aliis absit, ut deduci videtur ex opinione Domini. à Soto modo citati: & in terminis utriusque tenet Tiraquel. vbi supra d. n. 21. & quod contractus celebratus ab vxore sine licentia viri, valeat & teneat in foro conscientie, si ipsa mulier conscia sit se purum consensum præbuisse, & satis sufficienter intellexit quod agebat, ita quod si aliqua læsio interfuit, id non ignorabat, & maluit qualè qualè læsionem pati, quam contractum infectum esse, tenet Mencha. d. lib. 7. controuers. vsufreq. c. 10. n. 18. addes, quod si hæc mulier consensum rem vera non præbuit, vel si præbuit, læsionem tulit, quam non intelligebat tempore contractus, nec illi contractum in iura erat, si de tali læsione cogitasset, tunc non obligaretur in foro conscientie, quasi eo casu consensus eius cessaret: & quod huiusmodi contrahens, si dolus absit, & læsio, tutus sit in foro animæ; tenet plures secundum Mencha. vbi supra. n. 24. in fi. & quod mulier in hoc casu reddatur tuta in foro conscientie, non obstante contractu, cum Tiraquel. & alijs probat Lázelo. in consuetud. Alexã. verb. non possit. q. 14. n. 13. fol. 132. & Stepha. Lamberteng. de contractibus. glo. 16. in verb. non valeat. nu. 3. & 4.

Contrarium tamen in hac specie expresse tenet & probat D. Couar. in reg. peccatum. 2. part. §. 3. nu. 10. de reg. iur. in 6. existimans huiusmodi contractum esse etiam nullum in foro animæ, nec ex eo rem acquisitam posse alteram partem iuste obtinere, aut retinere in eodem etiam foro interiori: lex etenim iusta, nec à præsumptione fraudis præcipuam & ultimam ac fina-

ad v. i. n. u. de
la Barrios 96
lecho In 12

ac finalē rationē in vniuersū habēs, sicut in exteriori iudicio seruanda est, etiā si constet nullam subesse in actu contractus vel testamenti fraudem, ita etiā & in interiori animę iudicio, vt pbauit idem Couar. in cap. cum esses, num. 6. de testam. Mēchac. plures citans d. c. 10. n. 20. quod nos etiā saepe docuimus alibi: si ergo ipsi mulieri, quę contraxit absque licentia viri, permittitur secura cōscientia à contractu dissentire, vtiq; beneficio legis, eadem ratione ille, qui cū ea cōtraxit, tenebitur ad restitutionem rei acq̄sita ex contractu, qui nullum iustum titulum habet, saltem ex ea conuentione: & hanc sententiā Didaci aduersus Tiraquel. latissimē probat, & sequitur Menchac. d. lib. 1. cōtrouerf. vsu freq. c. 10. n. 24. vers. his tamen nō obstantibus, licet tandem in finalibus verbis huius numeri relinquat cogitādum, cum tamē in precedentibus à nu. 16. cōtrariam partē fundauerit: sed opinionē hanc Couarr. sequitur simpliciter Ant. Gom. in l. 3. Taur. n. 124. illatio. 3. & Menoch. lib. 1. de presūpt. q. 80. n. 37. nempe quod mulier huiusmodi, aut minor, nō teneatur in foro conscientię ad ipsius contractus obseruationem, aduersus Tiraquel. & ab eo relatos vbi supra. n. 20. & Boer. q. 1. nu. 13. & nobis etiā magis placuit in d. tractat. de iuram. cōfir. 1. p. e. 1. n. 42. & nunc quoq; placet, & sequimur eam, non solū ex præd. fundamēto, sed etiā eo potissimū, quod leges huius regni prohibentes vxorē contrahere sine licentia viri, non solum id præcipiūt ob imbecillitatē mulierū, sed etiā fauore maritorū, ne ipsi in scijs præiudiciū inferretur ab vxoribus, si earū cōtractus sine licētia virorū celebrati valerēt, vt resoluiamus d. c. 1. n. 49. quinimō principaliter hac ratione, ne scilicet viris præiudiciū inferatur, fundari videtur diuina leges, vt patet, quia aliās mulieres in nuptiis, maiores tamen ætate, possūt legitime perse cōtrahere, cōtractus igitur celebratus ab vxore sine licētia viri sui, nec in foro cōscientię valebit, nec retinēs rē ex eo acq̄sita securus erit in cō-

6917

sciētia, & idē tenebitur etiā nō petitus ad restitutionē, quoties ex eo cōtractu præiudiciū resultaret marito: in hac enim specie, id est cū præiudicio viri, non est dicendum quod cōtractus sit validus in neutro foro: deficit enim tūc cōsensus & licentia viri, vt respectu ipsius cōtractus valeat: cū tamen is necessarius sit (quandoquidem agitur de ipsius præiudicio) etiā cessantibus legibus regijs: ne, si aliud dicerem⁹, via aperiretur vxoribus nocēdi sep̄ numero viris suis in scijs, & inuitis. Eādē nostrā sententiā post hęc scripta nouissimē sequitur, & probat (licet nostri fundamēti nō meminerit) D. Azeued. in l. 2. tit. 3. lib. 5. nou. Coll. Reg. n. 35. cū seqq. Hinc est, quod secundū magis cōmunem & veriorē sententiā authorum cōtractus factus ab vxore sine licentia viri, non firmetur iuramento, etiā si eius religio magna sit, in præiudiciū viri: iuramentum enim non est seruandum, quoties vergit in alterius præiudiciū, vt in. c. cū contingat de iur. & in. c. quāuis pactū. cum simil. de pact. in. 6. ita resoluiamus d. c. 1. num. 34. estque verissimum, ibique hoc limitauimus, quoties cōtractus iuratus ab vxore sine licentia viri, non est in præiudiciū ipsius viri, vt quia altera pars nō erat potiturus bonis, nisi post mortē mariti, vel aliās soluto matrimonio, secund. Burg. de Paz consi. 2. nu. 97. quod ratione iuramenti sustineri videtur posse: secus deficiente iuramēto, secund. Lāzelot. in cōsuetud. Alexandrię, verb. vxori. quæst. 5. num. 25. Limitauimus etiā respectu ipsius vxoris, quæ non poterit agere aduersus cōtractum ab ea iuratum, secundū Ant. & Imol. nu. 18. & Aleiat. in. 4. notab. in d. c. cum cōtingat, quos refert & sequitur. D. Couar. in. 4. de sponsal. 2. par. c. 7. §. 1. nu. 3. vers. posset tamen, & Mexia in l. Regia Toleti, de los terminos, in. 7. fundamento 2. part. nu. 27.

At quod præ diximus nu. 10. videri obstare proximē dictis, in alia specie procedit, nepe in alienatione rei Ecclesię, & minoris, atque in electione ad bene-

KKK 4 ficium

ficium facta absque iuris forma, & solennitate, accedente tamen consensu claro & expresso contrahentium, quibus ex illo contractu vel promissione præiudicium inferri poterat, sine fraude, & dolo: sed in nostra specie deficit consensus alterius personæ necessario requisitus, nempe mariti, ad validitatem contractus, quia de ipsius mariti agitur præiudicio: idè merito ob hoc cèsendum erit diuersum, quam in præcedentibus casibus, de quibus in d. numero. 10. supra.

Fit tamen ex supradictis, quòd si ex utilitate conuentionis & contractus à muliere celebrati absque licentia viri, vel aliàs præsumi posset legitima ratihabitò eius, vel eo mortuo, vxoris, aut hæredum, validus esset huiusmodi contractus, vt dicit D. Couar. in d. reg. peccatum. 2. part. §. 3. num. 10. in fin. de reg. iur. in. 6. addens hoc esse cautè considerandum & obseruandum: & illud de utilitate, procedit etiam in foro exteriori, vt probauit Roder. Xuar. vbi supra, in. 4. limitatione, & plures allegas Ant. Gom. in. l. 55. Taur. num. 2. & vltra eum Iaf. cū alijs, quos citat. in. l. qui iurasse, in princip. nu. 2. ff. de iur. iur. & in. l. contra iuris, in princip. num. 7. ff. de pact. & ibi Ioan. Oros. num. 1. & optime probat plures citans Matienç. vbi supra d. glo. 1. num. 13. cum seqq.

Hinc sustineri potest opinio Menchac, d. libr. 1. controuer. v. sup. freq. c. 10. num. 25. in fine dicentis, quòd in foro animæ, si maritus, qui postea contractum celebratum sine eius licentia sciuit, non reclamauit, vxor tenebitur stare iuramento, intellige tamen dummodo ex hoc rectè præsumi possit ratihabitio: viri quod conscientia vxoris relinquendum erit. Vnde idem erit seruandum etiam non stante iuramento mulieris in eadem specie, quandoquidem in foro conscientia standum sit veritati, hoc est, consensui eiusdem, etiam absque iuramento: considerando tamen ré cautè, vt aduertit Couar. vbi supra, idemq; ipse censeo.

Fit etiam ex supradictis, quòd si ex contractu vxoris, celebrato sine licentia viri, nullum præiudicium eidem fiat, saltem in foro animæ, valebit per supra dicta, atque idè ipsa tenebitur ad obseruantiam contractus huiusmodi, sine tamen præiudicio viri: hæc tamen deductio tuta omnino non videtur, cum re vera mulier, quæ contrahit absque licentia viri aduersus prohibitionem legis, vel decepta est, & obligatio clanculum est celebrata, vel se ipsam decipit, & huiusmodi contractus improbandi à bonis viris sunt, aliàs enim facillimè fieret fraus legi aduersus omnem rationè, & præberetur occasio mille fraudibus: præsertim cū foeminae faciles pro natura sua, & leuis mentis plerunque sint, præiudiciumque marito plerumque fieret, si matrimonio soluto, vxor teneretur ad obseruantiam huiusmodi contractus nulli, & à iure improbat, quia vir priuaretur commoditate voluntatis vxoris, quam pro utilitate communium filiorum, vel suar, aut animarum vtriusque ad id, quod rectius & còducibilis esset adducere posset, nisi obligatam inueniret. Deniq; quia qui persuadet mulieri, vt aduersus legis decreta contrahat, bonus vir non est, & vel ipsam vult decipere, vel maritum iniuria afficere, qui vbi primum mulieri copulatur, omnia vxoris lege humana & diuina putat sua esse, præsertim si adsint communes liberi: nec minus dolebit vxorem in tempus soluti matrimonij deceptam, quam si statim contractus seruandus esset, & res auferenda in præiudicium posteritatis suæ, cui haud aliter quam sibi prospèctum veller: quibus rationibus sufficenter concluditur, non solum in foro exteriori contractum vxoris còstante matrimonio, in scio marito celebratum, etiam soluto matrimonio nõ valere, nec ipsam obligari ad obseruantiam huiusmodi contractus; vt in terminis probat Cisuentes in d. l. 55. Taur. in vers. quinto dubitatur, quem sequitur latissimè id probans aduersus Tiraquel. Baeræ de non melior. ratio. dot. fil. e. l. i. nu. 29. cum

cum seqq. incipiens à num. 68. & Matienç. in. l. 2. glos. 1. numer. 11. tit. 3. libr. 5. & nouissime D. Azeued. vbi supra, nu. 49. cum seqq. vbi alios citat; & vltra eum Ioann. Stephan. Lambertengus de contractibus, glos. 8. in verb. marit. nu. 114. quando statutum emanauit ob ipsius mulieris fragilitatem. Sed neque etiam in foro conscientię, cū nulla sufficiens differentię ratio hoc casu inter vtrumque forum assignari possit, aut valeat, vt patet ex supradictis: diuersa enim hęc sūt ab his, quę supra, n. 10. resol uimus, ex quibus hęc deriuamus, vt in versi. at quod prędiximus, aduertimus, sicque hic traditis non obstant: quibus fit, vt nouę opinioni Matiençi vbi supra, versi. sed si soluto, & c. non consentiamus, dum dixit se credere, quod si soluto matrimonio, bona lucrata eo constante superessent inter coniuges, mulierem ad obseruationem contractus astringi, vel eius hęredes soluto matrimonio, quia tunc nemini pręiudicium paratur, cū etsi filij supersint, iam legitimam susceperunt portionem: maritus autem mortuus est, cui nec eorum filijs sit aliquod pręiudicium, si vxor ex bonis sibi pertinentibus teneatur contractum adimplere: hęc namq; opinio euidenter destruitur ex supradictis: & ita merito ipsemet Matien. postea dicit, Cogitate, dubius de sua opinione, quam veram non esse censeo, nullaque ratione sustineri posse, præcipuè cum idem author teneat cōtrariū in articulo principali, vt vidimus, & nulla maior ratio concurrat in bonis lucratis, constante matrimonio, quę sunt ipsius vxoris, quā in cæteris eiusdem bonis.

Quod si mulier, quę contractum durante matrimonio: fecit sine licentia viri, consequuta fuerit prius, quod ab aduersario dandū erat, vel per eum non stetit quominus id consequeretur, ipsa soluto matrimonio tenebitur in foro animę contractum ex sua parte obseruare propter consensum semel præstitum, vt in terminis probauit idem Menchac. de succell. creat. §. 4. num. 50. & §.

30. num. 32. melius num. 56. in versic. denique, & in versic. infertur, vbi quod si per aduersam partem steterit, ipsa quoque in foro animę libera erit, & sic intelligendus est idem Menchac. d. libr. 1. c. 10. num. 16. cum seqq. dum nititur probare quod supra retulimus ante versic. nihilominus: non enim debet locupletari cum aliena iactura. Sed hęc opinio Menchac. d. §. 4. & §. 30. in numeris præcitatis intelligi debet iuxta supra dicta à nobis nu. 10. nempe deficiente fraude & dolo; & præterea vero pretio, & causa legitima subsistētibus, secus verò aliàs, vel si mulier notabiliter ex illo cōtractu læderetur.

Tandem ex superioribus deducitur, an vxor contrahens constante matrimonio sine licentia viri, peccet mortaliter, necne? nam meo iudicio si ex ipso contractu marito præiudicium fiat tale, in quo materia peccati mortalis cadere possit, peccabit proculdubio mortaliter, quia contra. II. iustas fecit, atque virum suum eo modo; quantum in se fuit, læsit, aliàs secus regulariter, & ita intelligendus est Menchac. d. cap. 10. num. 11. cum seqq. probans late simpliciter partem negatiuam: & etiam Tiraquel. in. l. 16. connubial. glos. 4. n. 18. quem refert & sequitur Azeued. vbi supra, nu. 40. dicens, quod huiusmodi mulier peccet, nempe vt intelligas vel de peccato veniali, vel distinguendo vt supra & idem videtur dicendum in cōtrahente cum ipsa muliere sine licentia viri.

Ultimò ex superioribus se nobis obuiam veluti prosiliens offert decidenda quæstio illa difficillima, atque inter nostrates admodum controuersa, dignissima tamen scitu, vtrum testamentum minus solenne debeat in foro conscientię obseruari, fidei que faciat, & sic, an relicta in minus solenni testamento, vel codicillis huiusmodi, debeantur scriptis in eis in foro cōscientię, necne, hoc est, an solennitates à iure nostro regio requisitę pro valore testamentorum, & codicillorum, in foro quoq; animę obtineant atque seruari debeant, ita vt si

KKK 5 ipsa

ipsa solennia deficiant, voluntas minus solennis in neutro foro obliget, nec sit probanda: vel an in hoc sit aliqua differentia inter vtrumque forum? In qua quæstione qui religiosè ac rectiùs procedunt, iudicio doctissimorum Theologorum se subijciunt, quod & nos lubentissimè facimus: & ideò sub eorum censura, quia res hæc hùc locum expostulat, & à nostris diffuse explicatur, imò & confuse, & nos in transitu & remissiùe loquuti fuimus de hoc in rep. l. nemo potest, num. 460. cum seqq. ff. de legat. 1. nunc summarie, quæ in eo scripta sunt, referam, & meum iudicium (si quod est) exponam.

Prima igitur opinio habet, quòd volùtas testatoris patens, sine dolo & frau de nuncupata, et si sit minus solennis, in foro conscientie sit custodienda atque obseruanda, ac proinde relicta in prædicto minus solenni dispositione, in eodè foro debentur, & qui ea hoc titulo possidet, sit tutus in conscientia, secureque retineat. Huius opinionis. 4. fundamenta fortissima congerit Franciscus Mantica, Palatii Apostolici Auditor, de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 14. nu. 10. cum seqq. & 17. fundamenta eiusdem partis prius cumulauit Marcus Salon de Paz in. l. 3. Taur. nu. 1407. cum seqq. qui fundamentis contrarie partis respondet latissimè. Hæc primam sententiam tenent ac sequuntur plurimi authores, quos referens eam intrepidè probat Mantica vbi supra, nu. 9. & 29. asserens ex testimonio aliorum, & ex se affirmas esse communem, & magis communem, & veriore, ab eaque in iudicando nõ esse recedendum, & quòd diuina sanctione suffulta in via salutis tutior videtur: & hæc opinio apparet magis communis, secundum Couar. in cap. cum esset. nu. 5. de testam. vbi plurimos refert, inter quos & Theologos aliquos eam sequentes, licet ipse Couar. eam nõ probet, est etiam magis communis secund. D. Ant. de Padilla. in. l. cum quis. nu. 8. C. de iuris & fact. ign. vbi plurimos huius authores sententia, & hoc dicentes

refert, non tamen eam sequitur: sed & alios plures congerit, & Theologos multos, Matienç. in. l. 1. glos. 10. nu. 13. tit. 4. hoc lib. 5. quanuis ipse hanc sententiam non probet, sed contrariam, vt infra videbimus. Sed & hanc primam opinionem probarunt alij plurimi Theologi, & Iuristæ, quos in vnum congerit Saio de Paz vbi supra, nu. 1457. & Menoch. lib. 1. de præsumpt. q. 8. nu. 13. vbi numeris sequentibus quinque fundamenta huius opinionis refert, eisque satisfacit, cū teneat contrariam statim sequentem, & nouissime eam late probat, & plures casus ponit, in quibus semper voluntatem testatoris, licet in minus solenni testamento, vel codicillis, sequendam esse in foro conscientie, profitetur Molin. de iustit. & iur. 2. tract. disputation. 81. col. 488. ad fin. cum seqq.

Secunda opinio est omnino contraria priori, quã quatuor rationibus comprobatur, & veriore esse arbitratur Couar. vbi supra, num. 6. cum seqq. vbi respondet fundamentis contrarijs, & refert Anchar. in. c. possessor. de reg. iur. in. 6. nu. 20. dicentem se consuluisse quatuor peritissimos in sacra Theologia Magistros, atque inter eos præstantissimum quendam Carmelitam, qui omnes huic opinioni consenserunt. Sed septem fundamentis eam suffulcit Mantica. vbi supra, nu. 1. cum seqq. & 21. Burg. de Paz vbi supra, num. 1427. cum pluribus sequentibus, & præterea idem facit latissimè Matienç. vbi supra, num. 14. cum sequentibus, qui eam sequitur, & alios plures huius opinionis authores refert, & communem esse ex alijs testatur: congerit etiam alios plures Mantica. vbi supra, num. 8. licet ipse, vt diximus, priorè probet, licet hanc etiam secundam sequitur probat, & dicit veriore opinionem Anton. Gomez in. l. 3. Taur. num. 123. necnon & Menchac. de success. creat. §. 2. num. 10. & hæc opinio receptor censeatur secundum Burg. de Paz vbi supra, num. 1455. qui neutram probauit, sed quod infra dicemus. Eandem ex alijs affirmat esse communem, eamque sequitur

atur, & probat D. Anton. de Padilla vbi supra. nu. 12. vbi refert, quòd fecundùm hanc opinionem fertur non femel rēpondiffē Francifcum à Victoria ex inftituto fancti Dominici, virum præftantiffimum, & quòd huius folius authoritas potuit rem hanc reddere cōpertiffimam, & quòd ipfius authoritate frangi omnes oportet, vt huic. consentiant opinioni: hanc etiam tenet, & late probat Menochius vbi supra. Quid tenendum?

Ego omnibus hinc inde penfatis, mediã quãdam tertiam ſententiam bimēbrem potius eligo, in hunc fanẽ modum, quòd hæres legitimus ab inftitato ſuccedens non teneatur in foro animæ præſtare, nec reſtituere hæreditatẽ, nec ſoluere legatã relicta in minus ſolenni voluntate hæredibus & legatarijs in ea ſcriptis, ſed ſecurẽ in conſcientia ea ſibi retinere poſſit.

Rurſus, hæres in teſtamento minus ſolenni ſcriptus, aut legatarius, cui in eo aliquid relictum eſt poſſint ſimiliter in foro conſcientiæ poſſidere. & retinere hæreditatem, & legatum, quouſque ab eis in iudicio euincatur, dummodò dolus & fraus abſit.

Hæc noſtra ſententia in ſuo primo membro reſpectu hæredis ab inftitato, & in ipſius fauorem eſt etiam cõmunis, vt patet ex authoribus ſupra pro ſecunda ſententia in articulo principali præcitatis, qui in hæc ſpecie loquuntur: & in terminis id fatetur plures citans Martienc. vbi ſupra, num. 47. & Lãnzelo. in conſuetud. Alexandriæ, verb. non poſſit, quæſt. 14. nu. 6. cum ſeqq. fol. 131. colum. 2. nec non & Burg. de Paz vbi ſupra, nu. 1458. qui in fine numeri præcedentis exiſtimat. eam eſſe magis communem, & tandem eam ſequitur & probat nu. 1460. & numeris ſeqq. reſpondet rationibus primæ. Hanc etiam ſequitur, & late probat Dominic. à Soto libr. 4. de iuſticia & iur. quæſt. 5. articulo 3. per totum: qui duo vltimi authores, & Menoch. de præſumpt. lib. 7. quæſt. 8. nu. 7. verſi. poteſt etiam, procedere dicunt;

etſi hæres ab inftitato certò ſciat & fateatur voluntatem contrariam teſtatoris, attamẽ minus ſolennem eſſe dicat, ac proinde ad reſtitutionem, non teneatur. Addit Salon de Paz. num. 1474. cum ſeqq. hæredem, legatarium ve in teſtamento illegitimo ſcriptos ad iudicẽ Eccleſiaſticum recurrere aduerſus hæredem ab inftitato minimẽ poſſe, vt denũtiatione Euangelica ad teſtamenti obſeruantiam conſtringatur: & præterea hæredem ab inftitato contra teſtamentum non ſolenne agentem non peccare mortaliter, ſecund. Fortun. Garſ. & Couarr. contra Abb. quos refert, imò nec venialiter, vt affirmat Couarr. vbi ſupra. num. 10. etiam ſi agens certò ſciat eſſe eam voluntatem teſtatoris: vtrunque probauit Menoch. vbi ſupra, num. 28. vnde tenebitur in conſcientia ad reſtitutionem eorũ quæ ex ſententia contra hæredes & legatarios ſcriptos fuerit cõſequutus, ſecundùm ſupradictos: tamẽſi Molina vbi ſupra, contrarium affirmet in ſupradictis: ſed nihilominus tenet præcedentem meam atque communem ſententiam cum ſequentibus declarationibus.

Hæc tamen, quam probamus ſententiam in hoc primo medio, procedit etiam reſpectu legatorum ad pias cauſas, ſi teſtamentum ipſum, quo relicta fuerunt, iure non fuerit ſolenne, etiam quoad legata ad pias cauſas, nempe quòd duos non habuerit teſtes, ſed vnum: ſecus aliàs: quia tunc in huiusmodi legatis ad pias cauſas limitanda erit noſtra & communis ſententia, ſecund. Salon de Paz vbi ſupra, nu. 1478. Similiter non procedit noſtra & communis ſententia, ſi hæres ab inftitato habuerit læſam conſcientiam in non adimplendo d. teſtamentum, ex tex. in. c. ſi. de præſcript. & in. c. per tuas. 2. de ſimon. cum ſimilita Alex. in. l. nemo poteſt. colum. penult. ff. de legat. idẽ probauit Soto vbi ſupra, nec non & Salon de Paz num. 1479.

Deniq; præd. noſtra ſententia in ſuo ſecũdo mēbro eſt etiã magis cõmunis, vt conſtat ex authoribus ſupra citatis in

in prima opinione principali huius articuli, qui in hoc casu loquitur, & affirmat Rip. in d.l. nemo potest, num. 99. dicit communem eam sequutus Domini. à Soto vbi supra, necnon & Burg. de Paz vbi supra, num. 1480. cum sequentibus, qui eam sequitur, & communem dicit, & plures eius authores citat, & tãdem nu. 1482. dicit eam probabiliorem & magis comunẽ: comunẽ etiã eam appellat Marienç. vbi supra, num. 41. licet erroneam eam dicat, secutus in hoc contrariam sententiam aliorum cù Couarr. vbi supra, nu. 10. & cum Ant. Gom. in d.l. 3. Taur. nu. 123. Hanc nostram dicit etiam communem Iulius Clarus lib. 3. recept. senten. quæst. 90. versic. sed quid si: licet contra eam teneat, inquit tamen, quòd post factum bene potest teneri hæc communis, vt excusetur ipse hæres à restitutione perceptorum, maxime si fuerit in bona fide: sed ego indistinctè hanc sententiam affirmatiuam sequi malo cum Soto & cæteris supracitatis in fauorem hæredum & legatariorum in minus solenni testamento scriptorum, dummodo fraus & dolus absit constetque de voluntate defuncti, tamen si contrariam, vt communem, cum Couarr. & alijs probet nouissime Menoch. vbi supra, nu. 31. & 32. Sed præd. nostram sententiam bimembrem, & communem sequitur, & probat nouissime Lud. Carbo. de restitutione quæst. 45. in 2. & 3. conclus. & fundamenta cõtraria huic nostræ sententiæ diluit bene Burg. de Paz vbi supra, nu. 1483. cum sequentibus, precipuè illud, quod magis vrgeri videbatur, nempe non esse possibile, eundem animæ forum pati hæredẽ ab intestato eandem hereditatem posse iuste petere atque retinere: similiterque & hæredem & legatarium in testamento minus solenni scriptos, eandem hereditatem, resque legatas possidere tuta conscientia posse, cum sint duo contraria & repugnantia, contra tex. in l. si vt certo. §. duobus. ff. commod. quia cum vnum est bonum, contrarium est malum. cap. hospitalium 32. dist. respondet nam

que, duo contraria diuersis respectibus procedere iure posse, vt ibi ex pluribus bene probat: & nu. 1495. cum sequentibus (quem sequitur Menoch. vbi supra, nu. 34.) late agit, an huiusmodi scripti in minus solenni testamento, possint res hereditarias, quas aliter consequi non valent, licite furari: & præterea num. 1494. contra Ripam tenet, eos non esse compellendos denuntiatione Evangelica ab hærede ab intestato ad bona hereditaria & legataria restituenda: quòd etiam probauit Menoch. vbi supra, num. 36.

Primò hæc nostra & communis sententia in suo secundo membro declaratur, vt procedat, quousque hæres & legatarius scripti in minus solenni testamento sint condemnati, & sententia in rem iudicatam fuerit transacta, vt supra insinuauimus, & prius nuncupatim Dominic. à Soto vbi supra, quod ita cù eo declarat. Salon de Paz vbi supra, num. 1493. licet Menoch. vbi supra, nu. 3. sufficere dicat quòd hæres vel legatarius huiusmodi sit conuentus, ad hoc vt ad restitutionem in foro animæ teneatur, quod verum credo, si nullam iustam litigandi causam habeat, quia per litis contestationem constituitur in mala fide, ac proinde peccaret mortaliter, & ad restitutionem cum expensis teneretur defendendo causam iniustã, & vexando aduersarium, & opinionem Menchac. simpliciter tenuit Lud. Carb. vbi supra, conclus. 2.

Secundò limitatur, nisi hæres & legatarius scripti in testamento minus solenni, fuerint in contraria opinione, læsamque conscientiam habuerint, tunc enim, aut eam deponere debet, aut sequi secundum Alex. in d.l. nemo potest, colum. penul. Soto & Paz vbi supra, num. 1499.

Tertiò limitada est præd. nostra sententia, & communis in suo præd. secundo membro, si testator extraneum hæredem in minus solenni testamento instituisset, consanguineis indigentibus omisis, quibus in conscientia lubueni-

re te-

re tenebatur, vt late probat Burgos. de Paz vbi supra, num. 1500. cum seqq.

Quartò limitatur, nisi aliqua fraudis suspicio fuerit aduersus cõtenta intestamento minus solemniter: ita Angel. de Clauas. in summa verb. testamentum. r. §. 5. Sed hoc verum intelligit Salon vbi supra, num. 1511. quòd non quilibet ad hoc sufficeret suspicio fraudis, sed illa quidem res, qua de ipsa fraude, aut dolo, hæredi, legatario vè constet, seu qua ipsi læsam conscientiam habere æstimauerint.

Quòd si hæres in testamento minus solenni scriptus, nec legitimus ab intestato succedens hæreditatem adierit, nec eius possessionem coeperit, sed vterque ea sit probitate, vt nolit possessionem capere, nisi sibi ius faueat, tunc abque dubio nuncupatus hæres debet cedere, & legitimus ab intestato succedens hæreditate potiri, secund. Soto vbi supra, quem sequitur Burg. de Paz in d. l. 3. Faur. nu. 1499.

Vtèrius an hæres testamento nõ solenni scriptus teneatur in foro conscientie legatarijs in eodem testamento nuncupatis res legatas tradere, vel eas retinere possit, vt hæredi ab intestato, cum eas ab illo petierit, tradat, in vtramque partem differit Burg. de Paz in d. l. 3. Faur. nu. 1512. cum seqq. & tandem in ea persistit vera sententia, meo iudicio, late eam probans de congruo nu. 1514. quòd huiusmodi hæres in minus solenni testamento scriptus possidens hæreditatem, tradat legatarijs in eodem testamento nuncupatis in foro conscientie res sibi legatas, si legatarij idoneos fideiussores præstet, illum ab hæredibus ab intestato ab omni damno deinceps contingenti immunem & liberum futurum, & quòd sic caueatur publico instrumento.

His tamen omnibus non obstantibus, in nostra Canonica questione principali, quam proposuimus supra nu. 7. & ab ea aliquatulum digressi sumus, vt priorè partem cõprobaremus, † D. Couar. lib. 1. variar. resolut. cap. 19. num. 101

cõtradiūm indiffinète tenet ac probat aduersus Ioan. à Medina vbi supra, què citat existimans, vt etiam in anime iudicio, & conscientie foro, legatum in præmissa specie legatario debeatur quantum refragante conditione legato a scripta nuptias contraxerit, atque itidem legatarius iste iuste legatum percipiet, namque frequenter adducitur, conditione illam, si non nupserit, non scriptam censeri, aut sequutis nuptijs seruata fuisse, id à veteribus Iuriconsultis factum est in publice utilitatis commodum, nã odium celibatus, & fauorem proli suscipiendæ, vt omnes maiori conatu, & studio procreandis liberis operam darent, vt ex ipsis Iuriconsultis constat, & late probat idem Couar. in 4. 2. parte. §. in princip. & Mant. post alios vbi supra, nu. 1. cum seqq. Lex igitur hoc voluit & sancit, sancireque potuit contra apertissimū testantis iudicium, atque certissimam testatoris voluntatem, vt censet Couarr. priori loco præcitatus: cuius sententia comprobatur ex traditis à nobis supra d. lib. 1. quæst. 32. nu. 41 cum sequentibus, † vbi resoluimus contra Aloiat. dispositionem text. in auth. de sanctiss. Episcopis. §. sed & hoc præfati, collation. 9. & auth. nisi rogati. C. ad Trebel. quibus habetur, vt relictum sub conditione nuptiarum, verificetur, si hæres vel legatarius monasterium ingrediatur, ac proinde monasterium succedat: idem si ipse grauetur, vel eidem substituat, si sine liberis decesserit, nam eo religionem ingrediente, euanescit conditio substitutionis, & monasterium bonorum capax hæreditatem vel legatum consequetur, & illa conditio tunc temporis pro inualida, & non scripta habetur, habere locum in conscientie foro, nisi quodammodo lex lata videatur contra voluntatem defuncti: quod nouissime post nos contra Alciat. resp. 502. nu. 5. & responsi. 633. secund. primam impressionem probauit Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 88. nu. 5. & latius lib. 4. præsumpt. §. 8. Sed & hanc opinionem Couar. licet cum non referat, probat

bat & sequitur cum Riminald. Ianior.
in cons. 172. in fin. & 173. Mantica ubi su-
pra, num. 4.

Quid tenendum? Ego profectò erubescō, ac summi cōtremisco in re ad eò
difficili, ad intē hos vltros grauissimos,
quorum discipulus esse vix mereor; iu-
diciū meū interponere. Nihilomi-
nus tamen, cū mei munus sit, quid
sentiam in difficultatibus insinuare,
id ita libenter, sicut reuerenter faciam.
Ad rem igitur, d. distinctio supradicta
Ioan. à Medina verior mihi videtur, ac
proinde tenenda in animæ iudicio, quæ
est bi membris.

Primū membrū ipsius est, quando cō-
stat certissimè de animo legātis, nolētis
omnino legare, si legatarius contra ex-
pressam conditionē in adiectam, legatō
nupserit, scilicet quando post verba cō-
ditionis, Si non nupserit, vltērius pro-
cesserit, addendo, & non aliās, vel si nu-
pserit, nihil ei relinquo, aut lego: hac e-
nim in specio opinionem Mediæ veris-
simam esse censeo; quoniam apertissi-
mè constat tunc de duplici voluntate
testatoris expressa, & specialiter decla-
rata. Prima volētis legatarium non nu-
bere, & hoc casu legat. Secūda, quòd si
nupserit, legatum minimè cōsequatur.
Quis igitur in hac facti euidētissimi spe-
cie audebit censere legatum deberi in
conscientia contra voluntatem testato-
ris negatiuam, & prohibitiuam, ad eò ex-
pressam & claram? An fortè quod ip-
sius voluntas manifesta in actibus volū-
tarijs ac procedentibus à mera volunta-
te ipsius, non sit seruanda? Minimè, re-
clamantibus iuribus voluntatem testa-
toris esse omnino seruandam, ac in con-
ditionibus primū locum obtinere. An
verò quod in re propria quilibet nō sit
moderator & arbiter, vel etiam quòd
qui potuit non legare, adimere non va-
luerit? Non profectò, cū hoc esset cō-
tra manifestas iuris regulas. Non igitur
secus erit in hoc casu, ac si quis cum Ti-
tia si non nuberet, centum promississet,
quod si nuberet, nihil. Sed nōne in hac
specie Titia nubens aliquid ex hac pro-

missione petere, aut consequi poterit?
Nihil profectò, vt pote agens ex pro-
missione qualificata & conditionali, ac
proinde aut prout fecit & concepta
fuit, eam acceptare tenetur, aut repudia-
re: non igitur potest in parte eam acce-
ptare, & in partem reijcere: argumentò
in simili doctrinæ Bart. communiter ap-
probati in l. Aurelius. §. idem quæ sit. n.
1. & 2. ff. de liberat. leg. & in terminis pro-
missionis huiusmodi per viam contra-
ctus; hoc expressè probat Medina ubi
supra, in vers. respond. saluo meliori iu-
dicio: id quòd necessarium est fatēri: il-
le enim qui sub illa conditione promi-
sit, potuit, prout fecit, conditione non
adimpleta promissionem auferre, sius
penitus non fuisse factam in continen-
ti declarare, hoc est eam delere. Idem igitur
dicendum est in vltimis voluntati-
bus, quando quidem valet argumentum
de contractibus ad vltimas voluntates,
& è cōtra, vbi diuersa ratio nō militat,
vt latè per Euerard. in centum legalic.
17. † Accedit præterea, quod forus con-
scientiæ semper nititur veritati, atque
ipsa comitatur aduersus præsumptio-
nem legis, in qua lex ipsa ciuili fundat-
tur, secundum Ioan. Andream in cap. is-
qui fidem. de sponsal. latè Alciat. consi.
53. num. 8. lib. 9. & in l. quinque pedum.
nu. 20. in fine. C. finium regund. latissi-
mè Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst.
88. in princip. & per totam: id quod do-
ctores Theologi communiter passim
fatentur ac docent: vbi enim lex positi-
ua aliquid disponit, fundando se in præ-
sumptione, & non super veritate, ea nō
est seruanda in foro conscientiæ, si veri-
tas sit cōtra præsumptionem: ita per
pulchras rationes probat Federicus de
Senis consi. 21. nunquid, sequitur Abb.
in cap. 1. nu. 10. de consit. sequitur De-
cius consi. 49. nu. 3. lib. 1. sed veritas cer-
tissima ac indubia in proposito. ea est,
testatorem nihil legasse Titie, si ipsa nu-
beret: contractis agitur ab ea nuptijs, ni-
hil consequitur in conscientia. † Quin-
imo, & in foro iudiciali atque exteri-
ori in casu huius primi membri distin-
ctio

14

15

11

tionis Ioan. à Medina idem probandū cenſeo, non obſtantibus iuribus ſupra in princip. huius cap. in contrarium adductis: ea enim expreſſe loquuntur & procedunt in legato ſub cōditione ſimplici, ſi non nupſerit, relicto, non declarato ulterius per teſtatorē; quid faciendum ſit, ſi nupſerit, quo caſu nil mirum ſi interpretatione iuris adhuc legatum debeat, non ſolum in foro exteriori, ſed etiam in conſcientia; ut in ſecundo membro doct. Ioan. à Medina. de quo ſtatim agemus. At verò quando teſtator in præd. legato conditionali ultra proceſſit, exprimendo ſuam voluntatem, ut ſi nuberet, nihil legabat, nec aliquid conſequeretur legataria, nō declarant leges prædictæ quid faciendum ſit, nec in hac ſpecie idem decidūt, quod in ſimplici conditione non nubendi decidit, & ſic tanquam caſus omiſſus, remanet ſub diſpoſitione iuris cōmunis: argumento. l. commodiſſimé. ff. de lib. & poſt. cum ſimil. Sed apertū eſt in iure, voluntatem expreſſam teſtatoris inducere formam, ac omnino obſervandam eſſe: ergo huiusmodi legataria nubendo contra expreſſam prouiſionem, & prohibitionem teſtatoris, legatum minimè conſequetur.

16 Hoc idem fortiſſimè aſtruitur fundamento: nam in caſu d. auth. de ſanctiſſ. Epif. §. ſed & hoc præſenti. & in d. auth. niſi rogati. C. ad Freb. etſi quodammodo contra defuncti voluntatem ac ſonitum verborum ipſius ius interpretetur, ut hereditas vel legatum ſub prædictis conditionibus relicta pertineant ad monaſterium, habita pro inualida, vel non ſcripta conditione nuptiarum, vel illa, ſi ſine liberis deceſſerit, in fauorem religionis (ſicut in propoſito pro non ſcripta habetur conditio non nubendi, propter fauorem proliſ ſuſcipiendæ, & in publicæ utilitatis commodum, ut prædiximus) nihilominus tamen in caſu d. §. ſed & hoc præſenti. cum ſimilibus, ſi expreſſe & clarè conſtaret de voluntate contraria teſtatoris volentis excludere monaſterium, ſubſtitutumque ei-

dem monaſterio præferre, non præcederet diſpoſitio prædictorum iurium, ut cum communi plurimorum doctorū, quos citauimus, ſententia reſoluimus d. lib. 1. Canon. queſt. c. 32. nu. 26. affirmantes proculdubio tanquam veriſſimam & receptiſſimam eſſe tenendam hanc opinionem in iudicando & conſulendo: cum enim diſpoſitio. d. §. ſed & hoc præſenti. & ſimilium iurium procedat & loquatur per interpretationem, præſumptionem atque fictionē, ut paſſim omnes fatentur, legis interpretatio tunc locum habebit, quando de mente teſtatoris conſtat voluiſſe ſuam voluntatem ſubijcere iuris interpretationi, prout contingit in prædictis duabus ſimplicibus conditionibus nuptiarum, & ſi ſine liberis deceſſerit; de quibus in d. §. ſed & hoc præſenti. cum ſimilib. Vbi verò verba teſtatoris clara ſunt, eiſque mentem eructantia, ex quibus voluit diſpoſitionem ſuam naturaliter, non verò ciuilitè intelligi, tunc locū habere non debet diſpoſitio d. §. ſed & hoc præſenti, cum ſimilibus, in iuſtitia, nec in conſcientia, ut dicemus infra num. 17. Si igitur hoc ita eſt contra fauorem religionis, tametſi religioſorum ſtatus perfectior ſit, quàm eorum qui coniugio operam dant, ut in. c. nuptiæ. 32. queſt. 1. in Clementina exiui. in princip. de verb. ſign. c. commiſſum. de ſponſ. idem conuincitur dicendum in noſtra ſpecie legati per teſtatorē relicti, ſi non nupſerit, addito, Et non alias, vel quòd ſi nupſerit, nihil ei legat, vel relinquit, propter expreſſam & formalem voluntatem teſtatoris, qui ulterius proceſſit, non legando, ſi nuberet legataria: fauor enim, qui Iuriſconſultos veteres in publicæ utilitatis commodum, & in odium celibatus, & fauorem proliſ ſuſcipiendæ mouit ad cenſendum, conditionem illam, ſi non nupſerit, pro non ſcripta haberi, ac proinde ſufferendam eſſe, ut prædiximus, cōſiderandus eſt eo in caſu quo ipſi loquuntur, & illud diſponunt, nempe in ſimplici conditione & voluntate nō nubendi, interpretantibus tunc tempo-

ris ipsius, verba prædicta conditionalia eo modo quo infra dicemus in secundo membro, idque quando nõ habetur expressa de animo disponentis certitudo in contrarium, ea nõq; habita, opus non est disponētium verba aliter interpretari, cum alias ipsimet Iurisperiti deditissimi fuerint obseruationi voluntatis expressæ defunctorum, vt passim in iure videmus, imò in exequutione testamenti, & vltimę voluntatis defuncti versatur fauor publicus, vt in. l. vel negare, cum similib. ff. quemadmod. testa. aperiant. non verò idem fauor præsumptus considerari debet, etiam vbi expressè testator disposuit contrariũ, hoc vel illo casu particulari, vel cũ hac, vel illa persona, ex quo non derogatur, nec derogari potest in vniuersum bono matrimonij prolis suscipiendæ: remanēt enim in republica, ac in vniuerso orbe, quam plurimi, qui matrimonia contrahere valeant, nec ex illa conditione in particulari impeditur in vniuersum facultas matrimonium contrahendi; prolisque suscipiendæ. Quòd si adhuc in persona huiusmodi legatarie impediri dicas bonum suscipiendæ prolis, id contra voluntatem expressam legantis, legatumque adimentis, si secus fiat, cum potuerit simpliciter non legare, & in re sua sit moderator & arbiter, considerandum non videtur, cum hæc legataria si nubere velit, non impediatur id facere, legatum amittendo, cum posset etiam non nubere, etiam si legatum huiusmodi sibi relictum non fuisset: non igitur reuocatur à matrimonio præcisè, sed causatiuè, & quanuis inuiteretur ad non nubendum spe lucri, id tamen lucrũ auferri sibi potuit ab eodem testatore nubendo, cum posset vsque ad mortẽ seorsum, & ex interuallo voluntatem suam ac testamentum proprium in totum & in partem mutare ac reuocare, vt in. c. cum Martha. de celebrat. Missarum. cũ similib. Potuit ergo in continenti contraria conditione legatum expressè adimere, vt in rub. & per totum. ff. de adim. leg. Si enim Iurisperiti illi veteres in

terpretantes in fauorẽ matrimonij conditionem illam simplicem legati, si non nupserit, interrogati fuissent, quid si testator vltra processerit, adimendo expresse legatum, si legataria nuberet, credendum est ex supradictis omnibus contrarium in hac nostra specie responsuros: ergo hoc idem pro expresso haberi debet, quandoquidem contrarium ipsi non dixerunt: argumento glossæ communiter approbatę in. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. In summa Iurisperiti illa vtuntur interpretatione voluntatis defuncti in simplici conditione nõ nubendi, quando vltius testator nõ processit, si contra factum fuisset, vt ex ipsis patet, non verò aliàs: ergo eorum interpretatio extendi non debet ad casus contrariæ volũtatis expressę per testatorem, quia in claris non est locus coniecturis, vt in. l. continuus. §. cum ita, cũ similib. ff. de verb. oblig. Vnde meritò Methymna vbi supra, in d. versũ. respond. per totum, hoc idem voluit in foro exteriori, sicut & in interiori animæ, propter expressam voluntatem contrariã testatoris, tametsi apertius id probet loquens in foro conscientię.

17 Non obstat modò quod pro Didaco Couar. contra hoc primum membrum supra adduximus, nempe dispositionem d. §. sed & hoc præsentì, procedere etiã in foro conscientię, sicut in exteriori, etsi quodammodo contra voluntatem testatoris ibi interpretatio fiat in fauorem religionis: hoc namque dupliciter soluitur. Primò, vt procedat, prout loquitur, in casu simplici, de quo in dictis iuribus, quando testator vltius non processit annullãdo, vel adimendo legatum, si secus fieret, prout in nostra specie fecit, tunc enim per interpretationẽ iuris habetur pro non scripta præd. conditio in fauorem religionis, etsi cõtra verba & voluntatem testatoris id videatur esse, quanuis ipse contrarium expresse non cauerit, quia vltius non processerit. At verò si in casu illorum iurium expresse disponderet contrarium testator, monasterium minime ad legatum

tum vel hereditatem huiusmodi sic relictam admitteretur in foro exteriori, ut cum verissima & receptissima sententia resoluimus: nec etiam in conscientia, quando quidem nec iustitia id permittit, fundata in expressa voluntate & dispositione testatoris, sicut contingit in nostra specie. Secundo resp. quod dispositio Iustiniani in d. §. sed & hoc presenti, cum simil. est recepta in iure Canon. in c. in presentia. de probat. unde nil mirum si in conscientia etiam locum habeat, cum ius canonicum magis sequatur legem Dei, quam seculi, ut late deduximus d. c. 32. n. 5. cum sequ. At vero dispositionem Iuriscultorum veterum, de quibus in prin. huius. c. loquendum in terminis nostrae questionis praesentis, non inuenio iure Canon. approbatam: ergo nil mirum, si ipsa in conscientia non procedere dicamus contra expressam dispositionem & ordinationem testatoris: & hoc de primo membro distinctionis Ioan. à Medina.

18 Circa quod observandum erit ex Medi. ubi sup. in vers. ex eisdem, quod quando ipse donatarius vel legatarius certus est, quod animus donati fuerit non aliter donare, nisi existente, seu adimpleta conditione per eum apposita, siue id donator, vel testator tempore donationis vel legati, siue aliam animus suum donatario vel legatario explicuerit, non erit tutus donatarius, vel legatarius per exceptionem rei iudicatae, si re ad iudicium delata, fuerit pro eo iuris interpretatione iudicatum: quod ex superioribus satis deducitur: secus vero erit, si animo non explicato verbis, nec aliam, voluit ipse donator, vel testator stare iuris interpretationi, prout indubio praesumendum est: nam tunc, ut infra dicemus in 2. membro, etiam in foro conscientiae standum erit praedictae iuris interpretationi.

19 Secundum membrum distinctionis Methymne est, quando animus legatis sub conditione, si non nupserit, est incertus, ut tunc temporis tunc possit iuris interpretationi, seu praesumptioni stare, nempe quando testator simpliciter alicui legavit sub conditione simplici, si non nupserit, nec ulterius processit declarando, & non aliam,

vel si nupserit, non lego: quia cum in hac specie ipse legans non sufficienter expresserit, quod fieri oportet, si conditio deficeret, quavis regulariter in alijs conditionibus, matrimonio, nec religioni contrarijs, satis ex mente testatoris à contrario sensu collecta, iuncta iuris dispositione, constet legatum, seu aliam dispositionem conditionalem conditione deficiente corrumpi: attamen in conditione praefata, si non nupserit, quia ea videtur in gravamen Titiae legatariae cedere, cum legans videatur eam quodammodo ad perpetuam continentiam (hoc est cautivae, licet non praecise) obligare, ac proinde videatur conditio impeditiva matrimonij, tunc ius ipsum verba legantis sub conditione, si non nupserit, in fauorem matrimonij, & religionis interpretatur, non in eum sensum quem contrahentes de facto habent, nec quem verba ipsa sonant, sed in sensum in quo fieri rationabiliter possunt ac debent: credendum est enim talem fuisse testatoris voluntatem, sicut lex ipsa constituit, & interpretatur, tamen si verbis refragari quandoque videatur, argumento. l. nam hoc iure, cum simil. ff. de vulgari, & pupill. idemque in casu d. l. Titiae, dicendum venit, ubi multiplex est legatum, nempe si non nupserit, ducenta, si nupserit, centum, quia forte voluit lex illa legata seorsum interpretari, ac si vnumquodque eorum seorsum factum fuisset, idque in fauorem coniugij, ut siue nubat, siue non nubat, habeat semper ducenta, quia per conditionem illam, si nupserit, ac simul dispositionem, lego ei centum, videtur eam ad nubendum obligare, ac proinde à maiori bono, scilicet à perpetua continentia impedire, & ideo cum non addiderit expresse, & non aliam, talis conditio similiter repellitur: merito igitur, ut in huiusmodi casibus, nempe in simplici conditione non nubendi, vel nubendi, ubi testator expresse ulterius non processit, addendo & non aliam, vel si nupserit, ei nihil lego, secure in foro conscientiae stare possit praed. iuris

interpretationi, vel præsumptioni, que habet, vt reiecta cõditione, nõ nubedi, legataria nubẽs integrũ legatũ cõsequatur, quia in his casibus nõ repugnat expressa, & specialis prohibitio testatoris, aliàs secus, vt in primo præcedenti membro distinctionis: & in hoc secũdo concordant Methymna & Couar, vbi supra.

20 Imò et si D. Couar. improbet Methymnã in supradictis, attamẽ, si ad eius rationes ac etiam verba attendamus tãtũ ipsa cõcludunt in casu huius. 2. membri, in quo Methymna non cõtrarium, sed idẽ probat, quod Couar. quãuis ipse Couar. existimet indistincte legẽ, reiecta cõditione non nubedi, legatario etiã nubenti aduersus certissimã testatoris voluntatem legatum deferre, non in pœnã legantis, sed in fauorẽ Reipublicæ, & pro his suscipiendẽ, ne legatarius retrahatur à suscipiendis liberis: quo fit, inquit ipse (& nunc ad rem) vt etiã in animæ iudicio, & conscientie foro, legatum legatario debeat, quãuis is refragante conditione legato adscripta nuptias contraxerit, atq; itidem legatarius iuste legatũ istud percipiet, hoc enim lex voluit, & sanciuit, sancireq; potuit cõtra apertissimum testatoris iudicium, quicquid in contrarium senserit Ioan. à Medi. in lib. de restit. q. 23. col. 8. Hæc Couar.

Ex quibus verbis duo colligo. Primò, loqui ipsum in casu prædictarũ legum disponentium, vt conditio illa adiecta legato, si non nupserit, non scripta censetur, ac proinde reijciatur, & sic in cõditione simplici, si non nupserit, in qua loquũtur prædictę leges, & sic quando testator vterius non processit addẽdo, & non aliàs, vel si nupserit, non ei lego, vel nihil ei lego, quo casu cũ ius ipsum interpretetur verba legantis in fauorem matrimonij, nuptijs sequentis, quia testator verbis expressis contrarium non præcepit, vel matrimonium non prohibuit, & Methymna, & Couar. idẽ probant, nempe in foro conscientie tũtẽ standum prædictę interpretationi.

Non verò loquuntur prædictę leges antiquę, vt supra docuimus, nec Couar.

cũ secundũ cotam, quã allegat, intelligendus sit iuxta doctrinam Bart. communiter approbatam in l. non solum. §. si liberationis verba, nu. 7. ff. de lib. leg. sequitur Becius conli. 52. nu. 97 & Petrus Surdus cõsi. 9. nu. 50. vbi plures citat in casu prioris membri, nõpe quãdo vltra conditionẽ expressam nõ nubedi, vterius adiecit testator, & nõ aliàs, vel si nupserit, nihil ei lego. hunc enim casum, in quo Methymna dixit, in foro cõscientie standum esse animo legãtis certissimo, & sic verbis expressis, Couar. ipse non cõsiderauit nec distinxit, licet quædam verba interferat, quibus eo casu prima facie loqui videatur, nempe dum dicit: Lex igitur, reiecta conditione legatario etiã nubenti aduersus certissimã testatoris voluntatem legatum defert, & c. quo fit, vt etiã in animæ iudicio, & conscientie foro legatum legatario debeat: attamen cum expresse loquatur in lege deferente legatũ legatario, reiecta conditione non nubendi, manifeste apparet id procedere in secundo membro distinctionis Methymnæ, nõpe in simplici cõditione non nubendi, alio nõ adiecto per testatorẽ, quo casu ipsa lex loquitur: non verò in primo membro, quando addita est clausula annullationis, vel ademptionis legati, si legataria nupserit, vt supra deduximus. Similiter idẽ ex alijs verbis Couar. patet statim seqq. ibi: Quãuis is refragante conditione legato adscripta, nuptias contraxerit: nã cõditio legato adscripta, de qua leges, & Couar. loquũtur, est tantũ illa simplex non nubendi, nihil amplius adiecto, vt prædiximus: igitur in secundo membro distinctionis supra positę loquitur Couar. in quo Methymna idem tenuerat, nõ verò in primo, quãdo vltra simplicẽ conditionẽ nõ nubendi testator adiecit cetera verba. Nõ obstant etiam aliã verba eiusdem Couar. quę huic discursioni obstare videbantur, nempe, Hoc enim, lex voluit, & sanciuit, & sancire potuit contra apertissimum testatoris iudicium: nam eodem modo respondemus his verbis, quo superioribus similibus

similibus satisfecimus, loqui nempe in casu legis veteris simplicis conditionis non nubendi, & tunc apertissimū contrarium iudicium testatoris appellat Couar. id, quod ex simplici conditione nō nubendi resultat, vt regulariter in cæteris conditionibus videmus ipsis deficientibus, nihilominus hoc ius interpretatur in nostra specie in fauorem matrimonij, quia testator vltterius non processit sufficienter declarando, quid tunc fieri oporteret: cui interpretatio standum est in conscientia secundū ipsum Methymnam, & Couar.

Secundò colligo ex Couarr. vbi supra, ipsum reprobasse Methymnam in d. i. membro, dum inquit Couarr. quicquid contrarium scripserit Ioannes à Medina, tanquam aliud sentientem in supradictis, cum tamē reuera Methymna in hoc improbari non debuerit, quia dum tenet in primo distinctionis membro supra posito, legatum huiusmodi in foro conscientie non posse habere legatum, cum animus legantis certus & expressus sit nolentis legare, si legatarius nupserit, recte loquitur, vt prædiximus, & verba nec rationes Couarr. in hoc casu loquantur, sed in casu secundi membri distinctionis supradictæ, nempe quoties testator vltra non processit, sed stetit in simplici conditione, si non nupserit, qua in specie vterque in idem conueniunt.

S V M M A R I V M.

- 1 **A**n hæres, non petente legatario legatum, possit illud præscribere, & numeris sequentibus.
- 2 Hæres grauatus etiam post multum temporis differens restitutionem fideicommissi, lucratur fructus perceptos negligentia fideicommissarij non petentis.
- 3 Res per fideicommissum relicta, & per testatorem alienari prohibita, quanuis præscribi non possit, maxime antequam existat conlitiio fideicommissi, tamen post purificationem fideicommissum præscribitur

sine titulo tempore triginta vel 40. annorum.

- 4 Vbi per acceptationem vel agnitionem alicui est actio competitura, antequam is agnouerit, alter contra quem actio datur, non potest dici mala fidei possessor.
- 5 Quando is qui possidet, aut debet, non tenetur offerre nec ire ad domum creditoris, nec aliquid facere nisi petatur ab eo, tunc etiam de iure Canonico illo non petente præscribetur.
- 6 Actio pignoratitia an præscribi possit triginta annis, à cessatione oblationis debitorum.
- 7 Iuri petendi legatum, vel fideicommissum, præscribitur, triginta annis.
- 8 Hypothecaria à tertio possessore contra creditorem quo tempore præscribitur.
- 9 Legatum ante acceptationem acquiritur legatario, quandoque à morte testatoris, quandoque ab adita hereditate: quod procedit nedum in rebus corporalibus, sed etiam in incorporalibus, nempe in seruitute legata, vt in num. 10. etiam si res incorporalis legatur, vel relinquatur per fideicommissum, vt in num. 11.
- 12 Dominium rei legata transit in legatarium à die mortis defuncti, vel adite hereditatis, reuocabiliter, nempe vt legatarius possit illud agnoscere, vel repudiare, secus irrevocabiliter, vt hic latius declaratur.
- 13 Legatum ita dominium rei legatarij facit, vt hereditas hæredis res singulas.
- 14 Iuri adeundi præscribitur triginta annorum spatium.
- 15 Ius supplementi legitima præscribitur, si non petatur.
- 16 Legatum relictum legatario, si volet, vel sub alia conditione merè voluntaria, vel onere, absque dubio præscribitur spatium 30. annorum legatario illud non petente, vel voluntate suam non declarante, onus vel grauamen non adimplente. & in nu. 17.
- 17 Hæres tenetur certiorare legatarium legati sibi relicti, alias erit possessor mala fidei, & præscribere illud minime poterit: & competet tunc temporis legatario contra prescriptionem 30. annorum restitutio in integrum ex capite ignorantie ex clausula generali pratoris, si qua mihi iusta causa, &c. vt in nu. 19.

Lll 2 Ignoran-

- 20 Ignorantia probabilis est æquis, & iusta causa concedendi restitutionem in integrum bis, qui lapsi sunt lapsu temporis. quod procedit etiam aduersus prescriptionem. 30. annorum, ut in nu. 21. ubi quod ignorantia hoc casu præsumitur, & potest tunc temporis peti, in integrum restitutio intra quadriennium à die scientiæ ex capite ignorantia. quia est vitale ab initio, quânis in prosecutione sit continuu, ut in nu. 22. & si per centum annos ignoraret, & non pereret quis prædictam restitutionem, nunquam ei curreret præd. tēp. quadriennij, ut in. n. 23.
- 24 In dubia interpretatio est facienda, ut restitutio aduersus prescriptionem concedatur.

CAPVT XXVI.

Hæres antequam legatarius agnouerit legatum, an id præscribere possit.

- 1 **S**olet apud veriusq; iuris interpretes de illa controuerti quæstione, quæ huic operi cõueniens est, an hæres, non petente legatario re, vel quantitate sibi legatam, possit illam præscribere? Et sanè in re hac ab omnibus allegatur Petrus Anchar. sũmus Canonista in regu. sine possessione, in. 11. opposition. col. 18. vers. ite intellige, de regu. iur. in. 6. ad hoc quod hæres nõ potest dici malè fidei possessor, antequam legatarius quantitatis, vel certæ speciei agnouerit legatũ, etiã si hæres ipse sciat illam rem vel quantitatem Titio legatam esse, idèq; eam posse præscribere, etiã iure Canonico attèto, & hoc dicit consuluisse Bald. & sequitur Soci. consi. 43. in causa vertete, col. 3. vers. præterea hæc partè, lib. 1. & consi. 2. in causa testamentaria, in fin. lib. 3. Dec. cõsi. 554. n. 2. Rip. in. l. fin. q. 69. C. de reuocand. donat. & Francisc. Balbus in tractatu de præscriptionibus. 2. p. 3. partis princip. q. 13. n. 9. vol. 8. tractatuũ diuersorũ doct. fol. 29. in antiquis, dicens, esse perpetuò notandum. Paul. Parisius consi. 92. n. 34. lib. 3. Ant. Rub. cõsi. 3. dicitur, in fine. Maria. Soci. Iun. consi. 74. n. 31. cũ seqq. & cõsi.

145. n. 71. lib. 1. Ant. de Fanõ de pignor. 6. p. 2. membro. n. 22. Tiraquel. in. l. si vnã quã, verbo reuertatur. n. m. hi. 391. C. de reuoc. donat. & de vtroq; retractu. titu. 1. de retract. linag. §. 56. glo. 2. n. 4. fol. m. hi. 254. Eãdem sententiã plures allegans sequitur & probat D. Couar. libr. 1. var. resol. c. 9. n. 5. & ista est verior & cõmunior sententiã, & sic in iudicãdo & cõsulendo tenenda, ut plures authores allegans eam sequentes affirmat Petrus Rebuff. in repet. l. vnũ. in. 1. notab. n. 54. C. de sèrēt. quæ pro eo quod interest proferunt: & est verissima, & cõmunis, ut plures alios allegans profitetur eam sequutus Becius consi. 48. n. 4. lib. 1. idè testatur plures citas Petrus Surd. consi. 60. nu. 16. & eam sequitur etiã plures allegans Simõ de Pretis de interpretatio. vlti. volunè. lib. 3. interpretatio. vlti. dubio vlt. solut. 2 vlti. n. 27. fol. 280. vbi nu. 28. hinc esse dicit, qd hæres grauatus etiã post multũ tēporis differentiã restitutionem fideicommissi, lucratur fructus perceptos: negligentia fideicommissarij nõ petētis, ut in. l. mulier. §. si hæres. ff. ad Treb. & nu. 26. præcedenti refert plures authores tenentes, qd quod quauis res per fideicommissum relicta, & per testatorem alienari prohibita præscribi nequeat, ut in. l. 2. C. pro empto. maxime antequã existat conditio fideicommissi. Bald. consi. 351. ite ad illud lib. 3. tamen post purificatũ fideicommissum præscribitur sine titulo tēpore 30. vel. 40. ann. huius cõmunis sententiæ eam assignat omnes rationes, quod vbi per acceptationem, agnitionem ve alicui est actio cõpetitura, antequam is agnouerit, alter cõtra quem actio datur, nõ potest dici malè fidei possessor, sũt enim quædã iura & actiones, quæ ipso iure nobis competunt, nõ expectata alia declaratione, & in his mala fides impedit præscriptionem, ut in. c. si cũ materia, de præscriptionibus, qd in hoc casu loquitur, & intelligendũ est: quædã verò sũt iura, quæ cõpetunt nobis facta declaratione, ut in casu. l. 2. C. de iur. emphit. nepe enphiteote cadētis à iure suo, & in legatis, ut in. l. cum pater. §. surdo, & ibi Bart.

Bart. ff. de leg. 2. & in his ante factam de claratione, cum iuste debitor ignorare possit, an creditor agnoscere, vel acceptare velit, & non teneatur ante factam de claratione, interim non dicitur male fidei possessor, ac proinde prescribere poterit.

5 Quæ sententia communis comprobatur ex alia certissima, quæ habet, quod quædo is qui possidet, aut debet, non tenetur offerre nec ire ad domum creditoris, nec aliquid facere, nisi petatur ab eo, cui actio competit, tunc etiam de iure Canonico illo non petente prescribitur, quia nihil est, quod ei imputari possit, siue quod eum constituat in mala fide: ita, in terminis voluit Abb. in c. Ecclesia S. Mariæ, col. 15. vers. sed pro concordia, nu. 36. de constit. & in c. quod clericis, col. penul. vers. idem dicit, de foro comp. sequitur Decid. cõs. 54. nu. 4. & Tiraquel. plures aucthores referens in d. l. si vnquam, verb. reuertatur. n. 390. vbi hoc cum Raph. Cum. cõs. 67. statuto ciuitatis Vincentiæ, & cõs. 191. visa copia, col. 2. & cõs. 147. domina Contesia, intelligit, nisi debitor sciret creditorem ignorare, de quo agemus, infra nu. 18. cum seqq.

6 Secundo eadem communis sententia Petri Ancharr. astruitur ex communi interpretatione glo. in l. cum notissimi. §. eodem iure, verbo opponere. C. de prescrip. 30. vel 40. ann. quæ habet, vt licet creditor re debitoris sibi pignori tradita obtinens nequeat illam prescribere ob scientiam rei alienæ, actionem tamen pignoratitiam, si debitor, 30. annorum spatio debitum non obtulit, optime prescribere potest, cum ea actio, donec debiti oblatio fiat, minime oriatur: interim ergo dum oblatio non fit, non oritur pignoratitia. l. si rem alienam. §. omnis. ff. de pignorat. actio. §. vlti. inst. quibus mod. re contrah. oblig. eoq; tempore bona fide habet creditor respectu iuris offerendi debitori competetis: quæ ob ratione huic iuri offerendi prescribitur principaliter, & ex consequenti pignoratitiæ actioni, quæ ex ea oblatione foret competitura. Debitor enim congruo tempore offerendo debitum, vel soluendo, potuit facere, vt sibi actio pignoratitiæ nascere

tur: argu. l. qui potest facere. ff. de regu. iur. quod cum non fecerit, tanquam valenti agere & non agenti cucurrit prescriptio, vt in l. 1. §. si a contrario sensu. C. de annali except. vt in specie explicat Ant. de lano vbi sup. n. 16. post alios, qui glo. opinionem in d. §. eodem iure, sequuntur: & hæc est communis interpretatio secundum Couar. d. nu. 5. vers. ad hæc facit: tametsi super opinione d. glo. DD. communiter maxime contendant, vt patet ex Ant. Gom. 1. tom. c. 9. nu. 27. paulo post prin. & ex eod. Couar. vbi supra, & Roland. à Valle cõs. 11. vol. 2. & Portio in suis regulis, & communibus conclusionibus. lib. 3. c. 32. & 33. & Didac. Perez in l. 2. tit. 13. lib. 3. ordin. vet. col. 1227. in vers. hic queri potest, & decisio Pedemot. 115. per totam, & Azemed. in l. 4. nu. 4. cum seqq. tit. 15. lib. 4. noua Coll. Reg. apud quos late an iuri offerendi prescribi possit, de quo nunc non differo, sed tantum adduco præd. communem interpretationem (ne à proposito digrediar) quæ præfecto facit pro communi doctrina Ancharr. quæ prædiximus. Non tamen ipse Petrus Ancharr. designat locum Baldi, vbi iuxta suam opinionem consuluerit, nec aperit quo tempore hoc casu legatum legitime prescribatur, sed ni fallor, consiliu Baldi est. 137. incipiens, quædam vidua, in fine. n. 7. lib. 3. §. vbi consuluit, prescribi iuri petendi legatum & fideicommissu triginta annis, & iterum cõs. 168. proponitur quoddam quidam. n. 1. & 2. lib. 5. per. l. licet. C. de prescrip. 30. ann. voluit allegare l. si cut in re, eod. tit. quæ ceteri plerique sequacium non exprimunt, præter Tiraquel. in d. l. si vnquam, verb. reuertatur. n. 391. & Couar. vbi supra, vers. & prætereà: est tamen verum, præcipue cum pro legatis competant tres actiones, personalis nempe, realis, atque hypothecaria, vt in l. 1. vers. relictus. C. communia de legat. late per DD. in l. 1. ff. de legat. 1. Atqui actio personalis & in re triginta annorum spatio prescribitur, nisi minori tempore fuerint limitata, vt in d. l. sicut, & in l. omnes eod. tit.

8 §. Hypothecaria autem à tertio possessore contra creditorem prescribitur, attet iure ciuili, cum mala fide, vel sine ti-

tulo triginta annis: à principali autè de bitore, vel eius herede cõtra creditore 40. annis, vt in. l. cù notissimi, in prin. & in. §. 1. & in. §. 2. C. de præscriptio. 30. vel 40. ann. & ibi glos. verb. patris, & DD. expressa. l. 27. tit. 29. par. 3. & ibi Grego. Lop quanuis hodie de iure Canonico nullo tẽpore cù mala fide præscribatur, vt in. c. si. de præscrip. & in reg. possessor. de regulis iuris in. 6.

- 9 Nihilominus tamẽ cõtra supradictam cõmunẽ sententiã Bald. Anchar. & sequa ciũ, imò q̃ hæres nullo modo nec tẽpore possit præscribere legatũ, facit vrgẽs difficultas, quia legatũ ante acceptiõnẽ acquiritur legatario, etiã ignorãti, quo ad actionẽ realem, & personalem statim, quandoq; à morte testatoris, quandoque ab adita hæreditate, & hoc est, quod voluit, & expressè probat d. l. cù pater. §. surdo. ff. de leg. 2. supra allegat. & d. l. 1. C. cõmunia de legat. & l. à Titio in fine principij, cù similibus. ff. de furti. ibi, Quia ea quẽ legatur, recta via ab ep̃ qui legauit, ad eũ cui legata sũt, trãseũt. l. 35. tit. 9. p. 6. nẽpe fictè à morte testatoris, verè ab adita hæreditate: ita Barr. cõmuniter approbat? in. l. si tibi homo. §. cù seruus. ff. de leg. 1. secund. Alex. ibi n. 4. Iaf. 3. D. Couar. in. c. Raynald? §. 1. n. 1. de testam. & licet à diẽ mortis testatoris dominiũ fictè trãseat in legatariũ, id verum est, quoad ipsum actum translationis dominiij, vt scribunt Iaf. in. l. si mihi & tibi, in princip. nu. 5. ff. de leg. 1. Gomec. in. §. sic itaque, nu. 24. de actio. Tiraquel. in tracta. le mort sayssi, & c. 6. part. in princip. in. 2. declarat. nu. 6. attãmen ius ipsius legati, quod habet ipse legatarius in legato est ius verum, & propriũ, secund. iuris cõmunis dispositionem, quẽ permittit cuique de re sua ad libitũ testari. l. 1. C. de sacrosãctis Eccles. Menoch. libr. 3. præsup̃t. præsumpt. 117. n. 6. † & nõ solũ in rebus corporalibus; hoc verũ est, vt habet dicta cõmunis sõtẽtia probata in d. l. regia. sed etiã in incorporalibus, nẽpe in seruitute legata, quia eius dominiũ trãsit recta via in legatariũ adita hæreditate, vt in. l. si par-

tẽ, ibi, Quia tua esse cõperat. ff. quemadmod. seruit. amit. per quem tex. hoc notat glos. magna in. l. corruptionẽ. C. de usufructu, & ibi omnes, Bart. Alber. Fulgos. & Paul. de Castro in d. l. si partẽ. idẽ Bart. in. l. si usufructus mihi. n. 2. ff. de usufru. leg. & Corral. in. l. seruitutem. la. 3. ff. de seruit. Iaf. in. l. 4. §. Cato. nu. 51. ff. de verb. oblig. Alciat. in. l. 2. §. & harũ. n. 4. ff. eodem Ant. Gom. alios allegãs in tit. de seruit. nu. 23. in fine. Quod extendit Barr. in. l. 1. nu. 6. ff. de legat. 1. † vt procedat, etiã si res incorporalis legetur vel relinquatur per fideicõmissũ, etiã si illud ius incorporale cõsistat in seruitute prædiali, vt in d. l. si partem. siue in seruitute personali, prout est usufructus, qui in omnibus supradictis cõmuniter approbatũ, secund. Iaf. ibi nu. 62.

Etgo licet legatarius possit licite legatum repudiare, cùm interim dũ nõ repudiat, ad eum pertineat legatum, quia recta via in eum transit, & statim mortuo testatore videatur competere legatario; mala fides hæredis impedire debet ipsius legati præscriptionẽ: ex quo fundamento cõtra Anchar. videtur tenere Dec. in. c. Ecclesia S. Mariæ. n. 26. de constit. dicẽs opinionem Anchar. videri ex hoc periculosã, & contra eã tenere Raphael. Cuma. d. cõsi. 147. Sed hoc nõ obstãte, tenẽda est supradicta cõmunis sententiã tanquã verior, imò q̃ hæres ante quã legatarius agnouerit legatũ quãtitatis vel certẽ speciei, nõ possit dici male fidei possessor, ac per cõsequẽs possit illud triginta annorũ spatio præscribere.

- 12 Nõ obstat quòd dominiũ rei legatẽ recta via trãseat in legatariũ à morte testatoris, vel post aditã hæreditatem, id namq; licet ita verũ sit, attãmẽ procedit reuocabiliter, nẽpe vt legatarius possit illud agnoscere, vel repudiare: secus irreuocabiliter: si enim legatarius repudauerit, nõquã videtur fuisse suum: si verò acceptauerit, à tempore mortis dicitur esse suum, secundũ fictionẽ d. l. à Titio. ita Barr. cõmuniter approbatus in d. §. cum seruus. Agnitio igitur legatarij requiritur ad hoc vt reuocabiliter legatum

tum eidem acquiratur: interim ergo dum ipse legatum non agnoscit, tamen si ad eum transierit, hæres incumbens possessioni eiusdem legati, non potest dici proprie nec verè esse in mala fide ad id præscribendum, donec legatarius agnoscat, siue petat legatum illud, potest enim iuste existimare se illud non agnoscere, cum sciat sibi legatum, & non petit. Si igitur triginta annis steterit hoc modo, & sciens huiusmodi legatum non petat, rectè ac bono animo siue conscientia poterit illud hæres præscribere, etiã attrito iure Canonico, iuxta præd. comunè sèntentiã.

13 Quod similiter cõprobat ex l. legatum ita. 82. ff. de leg. 2. ubi inquit, lex: Legatum ita dominium rei legatarij facit, ut hæditas hæredis res singulas: quæ eo pertinet, ut si purè res relicta sit, & legatarius non repudauerit defuncti voluntatè, rectè viadominium, quod hereditatis fuit, ad legatarium transeat, nunquam factum hæredis, sed tunc demum dominium hereditatis in hæredem transit, cum adita hæreditas fuerit, ut in l. cum hæredes. in prin. ff. de acquir. poss. ibi: Adita hæreditate, & c. ergo & legato agnito, requiritur ergo agnitiõ legati. Interim igitur quod legatum non agnoscitur, nec legatarius, suã voluntatè declarat, hæres non potest dici malæ fidei possessor, non soluendo legatum, ac si nesciat an legatarius illud agnoscere vel petere velit. Poterit igitur illud bona fide triginta annis præscribere, hoc est ius agnoscendi, ac simul petendi, illud.

14 Sicut etiã iuri adeudi præscribitur triginta annorum, patet, secud. Bald. Ang. & alios, præter Salic. in l. licet. C. de iur. edic. lib. est. comunis ut plures allegas refert. Tiraquellus in d. l. si vnquam, verb. reuertatur, nu. 392. ubi loquitur etiam secundum ius Canonicum.

15 Sic etiã licet supplementum legitime ipsi iure debeatur, ut in l. scim. C. de inoff. test. quia tamè hoc intelligit, si petatur secund. glof. & alios omnes ibi, & Tiraquel. late ubi supra d. glo. reuertatur. n. 14. ipsu. tamè præscribitur si non petatur, ex sententia omnium in l. si quis filiu. C. de inoff. test. Bald. Salic. & aliorum in l. omnimodo. C. eodè titu. Tiraquel. de

utroque retractu, tit. 1. §. 31. glo. 2. nu. 37.

16 Sed opinio Petri Ancharr. & sequacium supradicta absq. dubio præcederet, si legatum esset relictum legatario, si volet, quia tunc legatum est conditionale, iuxta l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de leg. 1. nec eo casu transiret statim dominium rectè via in legatum, sed postquam ipse voluntatè suã declarauerit, ut in d. l. legatum. ff. de leg. 2. à cõtrario sensu, ibi: Ut si pure rē, & c. & in terminis ita tenet & declarat Phil. Dec. in d. c. Ecclesia S. Marię. n. 26. de cõstit. & loquens in legato conditionali, si in domo testatoris stare & habitare voluerit, idè probat idè Dec. d. cõsi. 554. n. 4. quia cum legatarius hac in specie nunquam voluntatè suã declarauerit, putabatur, ut in d. §. illi si volet, ex longitudine temporis decursi potuit probabiliter hæres credere, legatum noluisse adimplere conditionè legati, & hoc modo hæres videtur habuisse bonam fidem.

17 Idè dicendum erit in quocumq. alio legato conditionali, vel cum onere aliquo relicto, dum enim conditio, onus vel grauamè non adimpletur, vel agnoscitur, iustam causam habet hæres intelligendi, legatum nolle acceptare onus vel grauamen.

18 Limitanda tamen erit comunis supradicta sententia Bald. & Ancharr. quotiescunq. legatarius ignorauerit legatum sibi relictum, tenetur si quidem eum hæres certiore legati facere, aliàs erit malæ fidei possessor, ac proinde illud præscribere villo vnquam tempore non poterit, ut in terminis tenet Cuman. d. cõsi. 147. qui hoc casu loquitur dicens quod hæres sciens esse debitorem, non soluendo legatarijs, nec notificas, est malæ fidei: imò sciens creditorem ignorare, excusari non potest, quia cõtra voluntatè creditoris à iure præsumptam debitum retinet: præsumitur enim, quod si creditor sciuisset, interpellasset: argu. l. qui vas. §. vetare. ff. de furt. & sic hoc casu non præscribet, quia cõstat peccare, & cõtra cõscientiã agere, qui ignoratè creditore debitum occultat. Idem probat ipsemet Cuman. consil. 67. & 91. & cum referens Tiraquellus in d. l. si vnquam, verb. reuertatur, nu. 390. sic intelligens & limitans doctrinã Abb. in

- d. cap. Ecclesia sanctæ Mariæ**, nu. 36. & aliorum, quam supradiximus pro comprobatione sententiæ Petri de Anchar. de qua supra sequitur etiam D. Couarr. d. lib. 1. var. resol. c. 9. nu. 5. versi. quin & Cumã. & quod hæres teneatur ad notificandum legatum legatario ignoranti, aliàs sit in dolo, si id non fecerit, sed occultauerit, tenet Bald. consil. 235. libr. 1.
- 19 † & in terminis quod legatario ignoranti quantitate sibi legatam, contra quæ præscriptio 30. annorum decurrit, competat remedium restitutionis in integrum ex capite ignorantie, ex clausula generali Prætoris, Si qua mihi iusta causa esse videbitur, de qua in l. 1. in fine. & in l. sed & si per prætorē. §. item inquit. ff. ex quibus causis maior. optimè probat Becius consil. 50. per totum, † quia ignorantia probabilis est æqua & iusta causa concedendæ restitutionis in integrum his, qui læsi sunt lapsu temporis, iuxta glossam in l. 1. §. si quis autem propter. ff. de itin. actuque priuat. quam sequitur ibi plures alios allegans nu. 2. & num. 3. addit, † hoc etiam procedere aduersus præscriptionem triginta annorum, secund. magis communem sententiam authorum, quos ad hoc ibi citat nuncupatim, & tandem inquit, quod ignorantia in hoc casu præsumitur, per l. verius. ff. de probat. & quod iusta & probabilis videtur ignorantia in legatario, cum agatur de facto alieno, ut in l. plurimum. ff. de iur. & facti. ignor. & in l. fin. ff. pro suo. Eandem testatur magis communem sententiam Simon de Prætoris de interpretat. vltim. volunt. lib. 3. interpret. vltim. dubio vltim. solutio.
- 22 vltim. nu. 26. † Imò intra quadriennium à die sciētiae potest in prædicto casu peti restitutio prædicta ex capite ignorantie, quia est vtile ab initio, quauis in progressu sit continuum, ut in l. fin. C. de temp. in integ. rest. pet. & ibi glos. Bart. & Bald. † & ideò si cum aliquis probabiliter lesionē causatam ignoraret, & ceterum anni antè laberentur, quàm is restitutionem postularet, nunquam ei interim curreret tempus dicti quadriennij,
- 23

secundum Bald. in l. 3. C. si ex falsis instrument. & plurimos referentē Becium vbi supra d. consil. 50. num. 4. vbi etiam, † quod in dubio interpretatio faciēda est, ut restitutio aduersus præscriptionē concedatur, secundum Aymon. consil. 201. præsupponitur, nu. 37.

S V M M A R I V M.

- 1 Scindentes atque asportantes ligna ex alienis fuis suis vsibus necessariis, vel pastua suis pecoribus opportuna ex partis alienis priuatis, si peccent, & ad restitutionem teneantur. & numeris sequentibus cum suis limitationibus.
- 2 Scindentes arbores siluestres, iure communi attentio, etiam si ex eis ligna asportent, furtum non committunt, nec infamia latronum aut furum notantur, vt in nu. 3.
- 4 Ligna furari possent subditi forte sine mortali culpa, quæ quotidianis vsibus saltem loci essent sibi necessaria, vbi domini eorum acerba admauerfione eos à nemoribus arcerent, ita quod prægrauem paterentur in opiam: Fallit, vbi ex hoc magna strages fieret. Item si causa lucri, hoc est vendendi ligna, id faceret, vt in l. n. 5. & in l. 27. quomodo primo dictum intelligatur, & an sit verum.
- 7 Dominus siluæ habet verum lignorum in illa nascentia dominium, & dominus præstantis agri, dominus herbarum nascentis, & in l. 8.
- 9 Dominia rerum iure gentium sunt distincta, & vnicuique rei sue competit dominium, priuatim ab alijs, & ideò nemini licet alterius rem, possessibiles aut fructus inuito domino subripere.
- 10 Poena merito per statuta leges, principes, & consuetudines atque ordinationes oppidorum statuitur contra seintētes, & asportatores ligna ex fudis priuatis, & publicis, necnon ex vltima depascētes præta, nemoraque aliena.
- 11 Leges humane Imperatorum, & Regum obligant, etiam in conscientia, quando fundantur super certo, & non super præsumptione.
- 12 Lex poenalis non tollit obligationem ad culpam, quæ per priorem legem moralem fuerat imposta.

obliga-

- 13 *Obligatio legis Diuine tolli non potuit per legem poenalem sequentem.*
- 15 *Lex poenalis contra scindentes, & asportantes ligna, vel pastum furantes ex alienis fundis, quibus in causis excuset à peccato & à restitutione, & nu. 16. cum seqq.*
- 18 *Furantes ligna vel pastum, aut venantes & piscantes in alieno, in extrema necessitate excusantur.*
- 19 *Scindentes & asportantes ligna, vel pastum, ex silu communi ciuitatis, vel villa, vel ex pascuis communibus eiusdem, quod non teneantur, nisi stragem magnam fecerint, aut si capiuntur, limitatur num. 20. nisi sola exactiōe poenae communitas de consuetudine se satisfactam redderet. Ampliatur in oppidis propinquis memora communia habentibus, vbi in num. 22. vbi limitatur.*
- 21 *Exteri à populo prædicta furantes, proculdubio in distincte ad restitutionem damni, præter peccatum mortale quod committunt, teneantur.*
- 23 *Lex poenalis obligat ad prædatum.*
- 24 *Probari non potest, ab initio ea lege vel hominum conuentione, domini à rerum ita fuisse diuisa, atque distincta & unicuique distributa, vt liceret cuique ligna vel pascua de fundis aliorum pro suis vsibus necessarijs, & pecoribus proprijs opportuna capere.*
- 25 *Principes potest fundos, montes, seu prata communis alicuius oblitatis, vendere priuatis, faciendâ proprietate ipsorum, & de eis priuilegia concedere, quò facto nullus in conscientia nec in iustitia præter ipsos aut de eorum licentia possit de illis ligna, aut pascua sumere.*
- 26 *Inconueniēs maximum daretur, si pauperibus pro suis vsibus necessarijs, aut proprijs pecoribus ligna, aut pascua aliena sumere liceret, de quò hinc.*
- 28 *Differentia magna est inter arbores, & feras agrorum, respectu capientium eas.*

CAPUT XXVII.

De ijs, qui in alienis fundis scindunt, & capiunt ligna, aut in alieno prato oues suas, alia ve pecora pascunt.

Frequentissimè cōtingit in actu practico dubitari, an scindentes ligna, eaque capientes, vel pascua ex alienis fundis suis vsibus atque pecoribus necessaria, siue opportuna, peccent, atque ad restitutionem damni illati domino faciendam teneantur, præcipuè cum in ciuitatibus & oppidis, vbi id accidit, sint leges atque ordinationes poenales contra similia facientes statuta? Et quauis questio hæc satis trivialis sit, attamen quia necessaria scitu, & auctorores in ea varia sentiunt, eam solito stylo exponam, in sinu as breuiter, quid tenendum sit: & primò de furantibus ligna aut pascua in alienis fundis particularibus, deinde de communibus alicuius Reipublice differam.

Et quo ad primum, sunt qui existiment, vt siue lex, vel ordinatio populi sit poenalis, id puniens, siue non, scindentes atque capientes ligna ex alienis fundis suis vsibus necessaria, vel pascua suis pecoribus opportuna, ex prætis alienis particularium dominorū, minimè peccent, nec ad restitutionem damni teneantur. Primò, quia per hoc quòd periculo peccent per legem statutam quis se exponit, dicunt esse à culpa liberatum, nec amplius illum obligari, quam ad hoc vt paratus sit poenam subire, quæ sibi iuxta legem, vel ordinationem erit inflicta, si in fragranti crimine deprehendatur, vel repertus fuerit à dominis, vel eorum eustodibus: quòd si non fuerit captus, ad nihilum teneatur, sicque fuga liberetur.

Secundò, quia furtum non committitur in talium rerum captura, quia huiusmodi arbores siluestres, atque nemorum & pratorum pascua, sponte, natura absq; vlla hominum industria nascuntur, vt patet, & à principio, quando res inter homines diuidi cœperūt, hæc lege siluæ & prata alicui particulari homini venerunt in sortem, vt quauis aliquis inde aliquid subriperet, nõ peccaret, sed solū teneretur eam subire poenam, quæ illi fuisset per legem aut per iudicem inflicta. Addent forsan huius opinionij sequaces, quod cum paupe-

res Reipublicæ homines non habeant unde alias vitam ducere possint, & sua pecora sustentent, nisi his lignis & pascuis captis, non esse eis statim in peccatum imputandum, quod hæc capiant, cum aliter sibi providere non possint, ne natura, atque Reipublicæ corporalis mundana politia eis deficere videatur, in hac enim specie diuisionum terminorum eis nocere non debet, cum omnes sint incolæ, ciues atque filij propè illius territorij: dominiq; particulares præfundorum & prætorum rationabiliter tenentur hoc casu id pati: quod si aliud velint, cum agant contra rationem, non sunt etiam in foro conscientie audiendi. Cum igitur hæc ita se habeant, & poena (iuxta verissimam, veriore, atq; omnino tenendam sententiam) in conscientia non debeat ante condemnationem, consequitur, huiusmodi homines prædicta facientes, minimè peccare, nec ad restitutionem teneri.

2. **Quod** autem sciens arbores siluestres, iure communi attentio, etiam si ligna ex eis asportet, furtum non committat, sed tantum lege Aquilia teneatur, colligitur ex Ioan. Fabro in §. liberum nu. 1. inst. de leg. Aquilia, in hoc casu huiusmodi sciens & asportans æstimatione damni condemnabitur, ex tex. in l. si feruus feruum. §. si oliuam, vers. idem & in silua cædua. ff. ad l. Aquil. vt refert Auenda. lib. 1. c. 4. prætor. nu. 28. vers. si verò.
3. **Quo** circa qui ligna cædunt, nusquam gentium infamia latronum aut furum notantur: satis ergo est moderatas exigere poenas, secundum Dominic. à Soto lib. 4. de iustit. & iur. quæst. 6. artic. 4. vers. nonnulla, ibi: Quo circa, pagin. mibi 343. col. 2. vbi subdit, † quod re vera, vbi domini tam acerba animaduersione miseros subditos à nemoribus arcerent, vt prægrauem paterentur inopiam, forte sine mortali culpa possent illa suffurari ligna, quæ quotidianis vtilibus, saltem foci, essent sibi necessaria, quia vt in vers. præcedente incipienti, secundò notandum est, idem author dixit: Domini, quibus Rex oppida cum ne

moribus elargitur, non possunt alia ratione illa custodire, quam Rex fecisset, non enim aliud ius eis concedit, quam habet, & idè si nemora hoc ferunt, non sunt oppidanis vetanda ad necessarios vsus: imò verò etiam si nemora propria sint domini, non sunt eo rigore vetanda, vt corporalis infligatur poena, neque grauis pecuniaria: arbores enim & ligna, quæ absque cultura terra progeniunt, iure gentium communia esse debent: vita namque humana nequit sine quotidiano lignorum vsu transigi, ob idque eorum furtum non est ea lance æstimandum, ac si quis ab arca tua, aut de domo tua numos, aut suppellectilem, alienos furaretur. Hæc Domini. à Soto qui profectò his verbis præfatam profiteri sententiam videtur, quam etiã alij quàm plures viri graues huc vsque vulgò amplexi sunt, atque nunc sectantur, iuxta eam consulentes, & nouissime Salon de iustit. & iur. in 2. 2. D. Thoma. quæst. 62. artic. 3. conclus. 4. & 5. colum. 748. cum seqq. loquens in silua vel prato non vallatis muro vel septo, & Molina simpliciter de iustitia & iur. tracta. 2. disputatio. 58. vers. cæterum, colum. 380. & frater Angles in suis florib. Theologic. quæst. in quæstione de cædentibus ligna, &c. conclus. 1. pag. 240. vbi tenet, quod nemo potest præscribere, quod ante condemnationem ad aliquam restitutionem ligna sciendes teneantur, nam vt aues & pisces sunt communes, ita nemora, motesque lege naturali communia sunt, & vt non potest quis præscribere dominiũ ferarum, ita vt illas capiens in conscientia ad restitutionem teneatur, perinde de nemoribus & montibus censendũ est: quod nouius probare videtur Nauas, in commentarijs cap. fraternitas. 12. quæst. 2. num. 33. cum seqq. vbi distinguens inter arbores & ligna, quas plantant & fodiunt homines, & herbas satas, vt frumentum & simil. & inter herbas antiquas, & herbas sponte natas, inquit, quod in paucis terris est consuetudo, qua liceat soluta poena primi generis arbores cædere, & herbas

herbas depascere, in multis aurem, & ferè ubique est consuetudo, qua liceat id facere in arboribus, & herbis secundi generis, & quoddam hoc potuit consuetudo inducere, & inducta consensu publico, vel lege publica, efficit ne illa cælio, vel depastus sit illicitus.

5 Fateri tamen eos ad minus necessario oportet, ut credo fatebuntur, superiora minime procedere, ubi quis magnum vel notabile damnum in alienis fundis atque pratis daret, vel si forte causa negotiationis, hoc est, ad vendendum, præd. ligna scinderet & asportaret. Item etiam si arbores industria hominum factæ atque in esse deductæ, non solum natura, scinderentur atque asportarentur, & arbores fructiferæ, ut sunt vites, oliuæ, & pomarij, de quibus in l. vitem. ff. arbores furtim cæf. & in l. vitem. ff. quod vi aut clam. & in d. l. si seruus seruum. §. si oliuam. ff. ad l. Aquil. harum enim putator punietur ut latro, ut in l. 28. titu. 7. part. 7. & in l. 2. ff. arborum furtim cæf. tradit late. Auend. ubi supra d. num. 28. in vers. in. 2. quæst. in his etenim speciebus planum est furtum committi, & idem peccati, & ad restitutionem damni dati peccatorem teneri.

6 His tamen omnibus non obstantibus, contraria sententia in priori dicto tenenda est omnino, nempe quod scindentes ligna, etiam ex arboribus siluestribus, sponte natura natis, absque industria hominum ex alienis fundis, & depascentes cum suis animalibus aliena pascua ex pratis priuatis dominorum, illis inuitis, non solum teneantur ad poenam, lege, sanctione principis, vel ordinationibus populorum contra similia facientes impostam, si capiuntur in fragranti crimine, & condemnentur, sed etiam ad resarcendum damnum, illiusque restitutionem veris dominis faciendam, licet in fragranti crimine non reperiuntur, etiam in foro conscientie ante condemnationem, eum

7 limitatione de qua infra. † Nam dominus siluæ habet verum lignorum in illa nascentium dominium, & dominus prati aut agri cuiuslibet habet etiam plenum

& perfectum dominium herbarum in illo nascentis, quoniam potest utrumque illorum ad libitum donare, vendere, locare, aut permutare, ut sit quotidie, quorsum neutrum facere posset, si verum & perfectum non haberet in illis dominium: ergo qui aliquid illorum contra domini voluntatem capit, alienum inuito domino capit, & per consequens furtum committit, ut probatur in l. sciendum, & in l. furtim, iuncta glossa. ff. arborum furtim cæf. ac proinde quia legem Dei transgreditur, peccat, non obstante quacumque poena per legem humanam contra huiusmodi fures decreta, prout etiam peccaret in quocumque alio furto, quantumuis lex humana poenam quamlibet acerbam contra illud statuisset. Peccatum igitur supradictum non poterit per solam poenam temporalis passionem deberi, sed necessaria quoque est contritio cum confessione sacramentali, ac damni illati restitutio.

8 Facta enim distinctione & diuisione terminorum, arbores & herbarum, quæ nascuntur in alienis omnino fundis, & nemoribus, & pratis priuatorum dominorum, earumque fructus eisdem acquiruntur, & sunt in proprio dominio ipsorum, ac proinde eis nullus alius vti aut frui potest, qui non habeat dominium, vel scientiam veri ac proprii domini, & hoc iustis & legitimis titulis, tempore immemoriali, vel priuilegio principis, priuatiue sufficienter acquisitis. Nullus ergo contra domini voluntatem poterit eisdem vti, aliàs absque dubio peccabit, & ad restitutionem damni tenebitur, ac si aliud quidpiam alienum subriperet, siue fructus illi nascantur industria hominum, siue sponte natura: utcumque enim sit, cum iam sint alieni, inuito domino sibi auferri non possunt, & comprobatur ex pluribus adductis per D. Couar. in pract. qq. c. 37. nu. 3.

9 Vt etiam eadem sententia comprobatur, quia cum dominia rerum iure gentium sint distincta, & unicuique rei sue competat dominium priuatiue ab alijs, ut in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur. & ibi

ibi per DD. nemini iure licebit, alterius res, possessiones aut fructus inuito domino surripere, vt eleganter probat Cõradus in lib. de contractibus, quæst. 10. cum seqq. quem refert & sequitur D. Couar. in regula peccatum. 2. part. §. 8. nu. 1. ibi: Iure liquidem naturali, de reg. iuris in. 6. † Vnde merito per legem & principem, & consuetudinem antiquã, quinimò, & per statuta & ordinationes ciuitatum, & oppidorum, & non unquã conuentione dominorum, & colonorũ certa statuitur pœna contra sciendentes arbores, lignaque ex eis asportantes ex fundis priuatis, & publicis: necnon & contra depalcantes prata, nemoraque aliena, prout quotidie fit: habet enim hæc prohibitio pœnalis originem, & fundamentum ab iplo iure gentium dominia distinguente, vt melius obseruetur, quod ab eo introductum est: † leges autem humane Imperatorum, & Regum obligant etiam in cõscientia transgressores ad peccatum, quando lex fundatur super certo, & non super presumptione, vt colligitur ex diuo Thom. 1. 2. quæst. 96. arti. 4. & 2. 2. quæst. 60. arti. 5. ad primum. Florentin. in sua summa. 1. par. tit. 18. c. vnic. §. 2. Siluester verb. lex quæst. 8. Ioan. à Medina de restitutione quæst. 36. versic. quo præmisso, optime Alfonso à Castro lib. 1. de potestate. l. pœnal. cap. 4. per totum, & cap. 1. quomodo cognosci possit, legem aliquam humanam obligare ad culpam mortalem; l. 16. tit. 1. par. 6. vbi eam expendit Greg. Lopp. glos. 5. est communis, vt cum alijs testatur D. Anto. de Padilla in. l. per agrum. n. 9. C. de seruit. & aqua. tenet eã Didac. Perez in. 10. quæst. proœmial; vbi hoc verum intelligit intentione legislatoris non cessante, & dumodo lex sit iusta, & legislator habuerit potestatem eam condendi. † Denique lex pure pœnalis non tollit obligationem ad culpam, quæ per priorem legem moralem fuerat imposita, vt ad oculũ probat Castro vbi supra, cap. 10. per totum, & nouissime cum eo Nauar. in cap. fraternitas. 12. quæst. 2. nu. 28. cum sequentibus:

Cum ergo prædicta facientes, furtum committant, consequitur illos peccare, quanuis lex humana contra eos, qui huiusmodi furta committunt, pœnam statuerit transgrediuntur enim legem diuinam prohibentem furtum fieri: obligatio nam iue legis diuine non potuit tolli per legem pœnalem sequentem, alias enim in nullo alio fureto peccatum committeretur, propterea quod lex humana contra omne furtum pœnam aliquam statuerit.

Quibus fit, vt hæc secunda opinio nostræ quæstionis Canonicæ aperuissima sit, nempe committi furtum in supradictis, & restitutioni obnoxios esse qui prædicta faciunt damni illati, et si pœnam legis passi sint, vt optime comprobant, & in proprijs terminis late fundant Ioan. à Medina de restit. quæst. 12. versic. est tamen dubitatio, in fine, & Alfonso à Castro d. lib. 1. de potestate. l. pœnal. cap. 10. versic. primo ex hac probata conclusione, quæ refert & sequitur Auenda. d. lib. 1. cap. 4. prætor. num. 28. in princip & in versic. sed mihi aliter idem Auenda. eod. lib. 1. c. p. 13. nu. 11. eamdem sententiam probat, & aperte sequitur Domin. à Soto vbi supra d. l. b. 4. de iustit. & iur. quæst. 6. art. 4. versic. dubium autem, ibi aliter vero, pag. 342. col. 2. Didac. Perez quæst. 10. proœmial. in versic. ex quo etiam infero, & in versic. dato igitur. nouissime & optime Anto. à Cordub. in sua summa de casis de concientiã, quæst. 71. per totum vbi post Auenda. vbi supra, loquitur nuncupatim in lignis & pascuis, quæ ipsa natura absq; facto, & industria hominum nascuntur, propter distinctionem dominiorum antiquitus factam, & est communis secundum Molin. de iustit. & iur. tracta. 2. disputacione 58. conclusio. 5. & in pascuis idem probat disputatio. 59.

14 Hæc tamen vera & recepta sententia intelligenda primum est, dummodo furtum lignorum, & pascuis, sit in quantitate materiæ sufficientis ad peccatum mortale incurrendum, & ad restitutionem inducendam in persona, quæ habeat

beat bona è quibus restituere possit: alias enim, si furtum huiusmodi esset leue, & sic non esset materia grauis, vel delinquens non haberet unde restituere, & soluere damnum posset, hoc est, pretium, vel iustam æstimationem lignorum, & pastas furtim subtracti, per pœnitentiam sacramentalem, cum proposito, & animo restituendi cum potuerit peccatum delebitur, & pœnitens absoluedus erit à confessario.

- 15 Secundo præfata sententia limitatur, quando contrarium esset per legem validam, vel statutum populi constitutum, aut nisi antiqua consuetudine, quæ pro lege habenda est, contrariū liquidò semper fuisset obseruatum, nempe vt domini siluarum aut pratorū non petant damni reparationem, sed tantū pœnam legis contra huiusmodi personas statutam, tunc enim colligi videtur intentio legislatoris vel consuetudinis huiusmodi per interpretationem populi, vt per passionem pœnæ huiusmodi peccatores liberentur à restitutione dāni, quod intulerunt, vt tenet Castro vbi supra, in versi. quod ergo: & Cordub. q. quæst. 71. in. 2. dicto versi. *y todo esto, vbi sentit id procedere, etiamsi delinquens non capiatur, nec condemnetur in præd. pœna, dum inquit per disfunctionem, O el señor se contenta cō la pena, si le romã y le condenã en ella: sed loquitur quādo constat ex lege vel consuetudine, que el señor se contenta con ello: quod prius tenuit Methymna vbi supra, addens idē esse si ex statuto id constat, quod si constaret, indubium videtur, vt ex eisdem authoribus ibidem constat, & iterum ex Cordub. in. 3. dicto, in versi. *verdad es: tamen si difficiliter id ex consuetudine, & perrardò constabit. Nemo igitur se seducat, quando consuetudo non est clara, & euidentis atque certissima, cupiens se**
- 16 à restitutione damni à se dati liberari. † Idem est si ex partium conuentione id constasset, vt existimat Soto vbi supra, versi. secus si fortè: dicens se nunquam audiuisse contingisse, & Didac. Perez d. quæst. proœmial. 10. circa finem. versic.

Hoc tamen limitari, id intelligens, dum modo qui rapit, in vsu suos rem raptā habeat, secus si ad vendendum subriperet, vt dicit se sæpius consuluisse rogatū. † At verò quando hoc expresse nõ constaret ex intentione legis, vel statuti, vel partium conuentione, sed tantū ex consuetudine haberetur, vt petatur pœna, quando capitur delinquēs, & cōdemnatur in ea, & non damni illati restitutio, quanuis hoc forsā sufficiens videatur ad excusationē restitutionis, nihilominus non est certum nec securū, vt innuit Cordub. vbi supra d. versi. *verdades*, instantia enim in hoc dari potest, præcipuè quando pœna non petitur, nec fit condemnatio ipsius: vel si petita fuit, ex defectu probationis nõ fuit sequuta condemnatio, tunc enim cum reuera damnū datum sit, nec soluta pœna, quæ eidem æquiualeat, nõ video cur non sit restitutio damni verè illati in foro conscientię inducenda, cum teneamur ad damni illati restitutionem, vt in regula peccatum non dimittitur, & c. de reg. iur. in. 6. cum similibus adductis per Castrum vbi supra d. cap. 10. colu. 1635. in versi. eādem sententiam, vbi etiā probat, per passionem pœnæ minime liberari ab obligatione restitutionis damni illati. Eandem secundā limitationē nouissime probat & bene declarat Moli: vbi supra, & tandem inquit, quòd in dubio vel venia est obtinēda, vel restitutio faciēda: & declarat aliquos casus, quibus cessat dubium, ac proinde restitutio.

- 18 Tertio limitari debet præd. sententia in furante ligna vel pascua, vel venante aut piscante in alieno in casu extreme necessitatis, vel quasi, ita vt vix possit aliter vitam suam & suorum conseruare, tunc enim dominus ipse deberet rationabiliter in ipsa suarum rerum captura consentire, vt probatur argumento. c. si quis propter famem, de furt. & in terminis ita tenet Methymna d. quæstion. 12. versi. alia hinc oritur, ibi, Excepto nisi extrema,

19 Quoad secundum de cædente ligna in silua communi ciuitatis vel villæ, vel pascente

pascendo pecora sua in pascuis communibus ipsius Reipublicæ, in qua ipse degit, idem videtur dicendum, vt quantumvis capiat, & condemnetur in poena legis vel ordinationis illius communitatis, atque ipsam soluerit, nihilominus teneatur ad damni illati restitutionem præter peccatum: vsus enim silvæ, & pascuorum communis est ipsius, Reipublicæ, ergo damnum in eis datum, Reipublicæ restituendum est eisdem rationibus quibus hoc probauimus supra in fundis, & prætijs priuatorum, & in terminis ita tenent plerique doctorum ex supra citatis, præcipue Castro, Auenda. & Didac. Perez vbi supra.

Sed in hoc verius mihi videtur dicendum, quod quando silua cædua, aut pratum eiusdem vrbs, aut castri communis est, & ciues, aut in colæ eiusdem ligna cædunt in ea atque asportant, vel pecora sua pascunt, nisi insignem, aut notabilem stragem faciant, ad nullam teneantur restitutionem, neque poenæ, neque pretij, nisi capiatur: oppidum enim videtur suis oppidanis illa lege ligna, vel pascua distribuere, vt qui capiatur, poenam luat, qui verò euaserit, gratis sibi prædam acquirat, quare non tenetur ad restitutionem, nisi insignem aliquam deprædationem, vt dicebam, faciat, sed si capiatur, tenentur subire poenam: ita tenet Domin. à Soto vbi supra, in versu. aut enim, pagin. 342. col. 2. sequitur bene probans Cordub. d. quæst. 71. in. 2. dicto, vbi idem declarat respectu peccati, nempe vt quando non sit notabilis strages, seu damnum montium, nec etiam valor lignorum notabilis, non videatur peccatum mortale: secus si sit notabilis valor lignorum, & in notabile damnum montium, modò id fiat ad vendendum, modò non, quia tunc erit peccatum mortale, & ad restitutionem tenebitur ultra poenam legalem, in qua iudex eos condemnauerit propter iniuriam populo vel domino lignorum exinde irrogatam contra legem id vetantem, sequitur etiam frater Angles vbi supra, pagina. 241. & Molin. vbi supra, conclus. 2. & 3. vbi

bene declarat quantum sit restituendum. Eandem sententiam probat Salon de iustit. & iur. in 2.2. D. Thom. quæst. 62. articul. 3. controuersi. 2. conclusi. 1. column. 746.

20 Illud de notabili damno, aut magna strage in montibus & pascuis communibus, limitandum est, vt per supradictos, nisi lege vel consuetudine antiqua modo quo prædiximus constaret, quod restitutio publica sola poenæ exactio se satisfactam redderet, tunc enim sufficeret poenæ exactio, si delinquens capiatur, & in ea condemnetur, absque alia satisfactione, alias secus, vt diximus in præcedenti puncto, potest enim populus, qui communes silvas, & communia præta habet, hanc legem statuere, vt quantumvis nullus de re illa communi aliquid sibi absque Reipublicæ licentia capere possit, si tamen ceperit aliquid, non idem peccet, sed solum subiiciatur poenæ ab eadem republica constitutæ, quo casu indubium est contra facientes non peccare, vt bene probat Alfons. à Castro vbi supra d. c. 102 col. 1637. in versu. potuisset.

21 Quod si exteri à populo, & vniuersitate hæc ligna vel pascua furentur, tenebuntur proculdubio ad restitutionem damni illati, eiusque valoris, præter reatum peccati mortalis, siue insignis strages sit, siue non, dummodo ad sit materia non leuis, sed sufficiens ad inducendum peccatum mortale, & restitutionem, hi namque cum non habeant communitatem, nec partem aliquam in prædictis lignis, & pascuis, quia exteri sunt, ea auferendo committunt furtum: vicinus autem loci sciendo ligna, & conuertendo illam rem communem in propriam ipsius vtilitatem, propter communionem quam in illa re habet, excusatur à crimine furti, vt bene probat Auenda. d. cap. 4. nu. 28. versu. quod est intelligendum: igitur & à peccato mortali, & restitutione, si damnum datum notabile non sit, & insignis strages non fiat, per supradicta, nisi in casu speciali, de quo per Molinam vbi supra in. 5. conclus. versu. aduerte, quem non refero, quia dubio

bito de eius contingentia ; & verificatione:

22 Idem est dicendum, si vtrumque duorum oppidorum, quæ propinqua sunt, nemora communia habeat, tunc enim videntur etiam & sibi mutuo illa lege ligna condonare, quare non tenetur ad restitutionem, nisi insignem aliquam depradationem faciant, quod si capiuntur, tenentur subire pœnam secundum Soto vbi supra, pagin. 342. colu. 2. versi. idque censuerim, quem sequuntur Angles, & ad literam Cordub. vbi supra, in 3. dicto, in principio, vbi limitant, nisi alterum oppidorum haberet montes, alterum verò non, vel ita distantes, vt eis illud vti non possit, vel minus vti possit, quia cum tunc compensatio equa locum habere non possit, subripientes ligna proxima ex montibus alterius oppidi, peccabunt mortaliter, & ad restitutionem tenebuntur, nisi hoc oppidum, vel dominus ipsius se contentum redderet cum pœna apprehensorum in furto, idem probat Molina vbi supra, in 4. conclus.

Supereft modò, vt respondeamus ad fundamenta tenentium contrarium in primo dicto principali, quæ etiam militat contra secundum, de quo modò egimus: & non quidem obstat primum, nempe quod vbi lex pœnam adhibet, non obligat ad peccatum, hæc namque 23 regula deceptorum est, & imò: propterea lex pœnam imponit, quod culpa subest, pœna enim nisi pro culpa imponi non potest; vt meminit Soto vbi supra, in versi. sunt enim, qui illam se amplius explicuisse refert, nempe libr. 1. de iustit. & iur. quæst. 6. art. 5. ad secundum.

Ad secundum respondeo, quod talium rerum captura non esset dicenda furtiua, si à prima rerum diuisione talis condita fuisset lex, vt liceret inde cuique ligna, vel pascua pro suis vsibus necessaria, & pecoribus proprijs opportuna capere, etiam inuitis dominis: sed an sic fuerit inter homines de hac re conuentum, probari, aut constare non potest, & 24 cum nullum extet de hac re apud proba-

tos auctores testimonium, quare potius commentum quam veritas est. Quærit, vt cum dominia rerum iure antiquissimo gentium distincta sint, atque vnicuique priuato certæ possessiones dabantur, vt propriæ distributæ, & inde in successores effluerint omnia in eis nata, siue sponte natura, siue per industriam hominum, eorumque fructus indistinctè sint propria eorundem dominorum priuatiuè ab alijs, sicut domus, pecunia, & ceteræ res mobiles atque se mouentes: hinc est, vt prædictis omnibus domini libere fruantur, & de eis ad libitum disponant, alienando, locando, donando, permutando, & quicquid volunt faciendo, prout faciunt quotidie in motibus, fontibus, herba, & ceteris commoditatibus vsq; ad extremum interius terræ.

25 Quinimò si rex aut Respublica fundos, montes, seu prata communia alicuius vniuersitatis de nouo concederet, aut venderet alicui priuato, faciendo ea propria ipsius, eique sufficiens priuilegium concedens, prout potest, secund. Couar. in regul. peccatum. 2. part. §. 8. nu. 1. de reg. iur. in. 6. post Caieta. quem refert, idem esset dicendum, & nemo alius præter nouum huiusmodi dominum, vel alium de eiusdem licentia, posset inde ligna aut pascua sumere contra voluntatem domini, tamen si silua illa, vel prædium solerent esse communia: ergo idem à fortiori dicendum est in illis rebus, quarum non extat memoria fuisse communis, nec constat ea lege fuisse datæ priuatis, vt liceret pro suis vsibus eis frui; quinimò cõtrarium potius esse semper obseruatum. Quod si ea adhuc aliquis proteruæ mentis contenderet fuisse à principio concessa ea conditione, ac proinde non posse dominos rationabiliter aliud velle (quod negamus) respondimus, id quidem iam fuisse abolitum, ac legitimè præscriptum, quandoquidem in vsu non extat nec apparet, sed potius contrarium, & de non entibus & non apparëtibus idem est iudicium. Homines igitur pauperes Reipublicæ aliunde sibi prouideant quàm defundis & pratis,

de pratis alienis, nempe de cõmunibus Reipublice, vel pecunia comparantes ligna & pascua: quod si numis carerent, electi mosynas à fidelibus exposcant, quibus vitam degant, tã aliàs enim daretur maximum inconueniens, nempe vt hi vel alij forsan diuites sub hoc clypeo causa que alienos fundos & prata, atq; nemo ra particularium dominorum prædicte & permissione de die in diem deustarent, nemoque priuatus libere ac secure suis bonis fruere tur, dominiaque rerum essent in incerto: tandem nõ essent plenè domini, & totius Reipublice quies perturbaretur. Demum, si permitteremus huiusmodi captiones lignorum, & pascuorum pro necessitate, & vsibus vicinorum, cum hæc necessitas quotidie instet, & indies vere aut simulate magis instabit, & omnes etiam diuites, præ decentia status sui, & conditionis prætenderent, sibi tanquam pauperibus iuxta suam qualitatem id licere, fieret inde, vt in maximam fundorũ, motium, & pratorum atque nemorum priuatorum stragem, aut damnum notabile facillè vergeret: quod minime est concedendum: absurdum est igitur aliud dicere, & contra vtramque legem, diuinam nempe & humanam, meo saltem iudicio.

Nec obstat quod similes delinquentes, nõ vt fures puniuntur, neque eã infamia notantur, cum non sit materia furti: quia contrarium probat rectè Corduba vbi supra, vbi assignat rationem, qua releuius quàm fures puniantur.

27 Quod autem ex Dominic. à Soto prioriori parte adduximus, nempe quod reuera, vbi domini tam acerba animaduersione, &c. loquitur & procedit, & in nemoribus communibus oppidorũ dominis eorum simul cum oppidis à rege concessis, vt ex litera Dominic. à Soto vbi supra, aperte constat, in quibus idem nos supra probauimus, vbi magna strages non fieret: at dum Dominicus præfatus postea de nemoribus proprijs dominorum loquitur, aded libere non permittit vassallis vsum lignorum vel pas-

cuorum in eisdem, sed imò ea vitanda esse decernit, licet non eo rigore, vt corporalis infligatur poena, vel pecuniaria grauis: & quãuis insuper addat, quod arbores & ligna, quæ absque cultura terra progenuit, iure gentium communia esse deberent, ob idque eorum furtum non esse ea lance estimandum, ac si quis de arca tua, aut de domo tua numos, aut supellectilè furaretur: non tamen idè concedit præd. ligna cõmunia esse, sed debere esse, nec eis vti cuique licitum esse, sed potius id denegat, dum inquit, eorum furtum non esse ea lance estimandum, sicut cæterarum rerum mobilium vult igitur impropriè esse ac dici furtum præd. lignorum, non tamen concedit licitè ea furto subtrahi posse, sed imò, vt prædiximus, negat: fit igitur, vt rectè perpensus Soto cõtrarium receptæ sententiæ non teneat, præcipuè cum ipse paulò ante superius eam toto ore, & ex professo probauerit, vt vidimus: tamen si in posteriori parte non ea lance furtum præd. lignorum estimandum esse censet, sicut cæterarum rerum mobilium. Nihilominus tamen, vt probauimus, in vtriusque furtum committit, subiacens peccato, & restitutioni, modo & forma prædictis.

28 Non etiam obest æquiparatio fratris Angles arborum & ferarum, illa si quidem falsa est, atque contra mentem omnium, magna quippe est differentia inter hæc, vt infra. c. sequenti latius agemus: quin imò nec hæc opinio præd. fratris aliquid ad tenendum priorè sententiam mouere debet, quando quidem idem Angles inferius in finali conditione hanc secundam nostram opinionem expresse probat, dicens, quod si nemus peculiaris domini fuerit, ex illo ligna scindentes peccant, furtumque committunt, & ad restitutionem tenentur, propterea quod alienum inuito domino accipiunt, cum arbores non cõmunes, sed particulares sint: aut igitur hic author contrarius sibi est, eiusque vltima opinio tenenda, quæ cum nostra concurrat, aut si mauius primam conclusionem tenere

tenere, vbi videtur docere contrarium, eū intelligas ibi loqui in nemoribus publicis, & communibus, quod no bis in proposito non aduersatur. Sed in hoc distinguendum est, vt supra in versū. quoad secundum, Nauarr. autem vbi supra loquitur attentata consuetudine, quæ si in dubia sit, & legitimè præscripta, proderit: at verò difficilis est probatio eo modo vt requiritur ad hoc vt sufficiens sit, vt prædiximus, & in quam plurimis partibus Hispaniæ, quod scia, non est talis consuetudo.

S V M M A R I V M.

1. **P**rinceps supremus potest ex iusta causa venationem prohibere suis subditis, non tamen est eadem ratio in magnatibus ad custodiendum sui gratia, vetandamque venationem, vt in nu. 2.
3. Domini temporales inferiores à principe possunt in suis proprijs & priuaris fundis venationem prohibere sicut alij priuati item & in publicis & communibus suorum populorū ex iusta causa, ad tēpus. nō vero perpetuo nec per legem, sed per edictum: idem erit ex consensu libero populi, vel ex consuetudine immemoriali legitimè præscripta, vt in nu. 4. & quæ sit iusta causa in proposito declaratur, nu. 5. & 6.
7. Rustici non debent venari apros ac ceruos, & id genus bestias, sed reseruantur ingenuis, ex causis de quibus hic.
8. Venari in tribus mensibus à lege regia prohibitis ex causa publicæ utilitatis, an sit peccatum mortale, vel veniale? & numeris sequentibus.
12. Lex civilis iusta an semper obliget. ad peccatum mortale? & nu. 13. quid quando cessat pars causæ legis.
15. Venatione prohibita à dominis temporalibus, restituere tenentur damna illata à feris in alienis fundis.
16. Clericis prohibita est iure humano venatio saluosa, quæ fit in siluis per saltus, non quietā sed clamosa cum strepitu canum, & accipitrum, & falconum.
17. Monachis à fortiori prohibita est venatio personalis, nam per alios venari possunt, & canes extra monasterium ad id habere
- si in terris proprijs venationem habeant, aut ius in terris alienis venandi.
18. Capta per venationem vetitam, aut à dominis prohibitam, an sint in foro iudiciali, & conscientia ante condemnationem dominis restituenda, & numeris sequentibus distinguuntur tres casus, numer. 22. & sequentibus, & numer. 19. quid si à iudice prohibita sit venatio.
25. Columbas occidens intra vel extra leuca spatium à columbario, an teneatur ad restitutionem, & numeris seqq. & nu. 56.
28. Differentia magna constituitur inter ferā vel auem captam, quæ postea manus capientis effugit, & illam quæ vallum egressa est, & habet consuetudinem regrediendi ad eundem locum, vt hic demonstratur.
32. Lex. 17. titul. 28. part. 3. intellectus, & numeris seqq.
36. Venator an capta post prohibitionem domini, vel eius qui ab eo ius venationis in suo agro conduxerit, teneatur eidem restituere in foro conscientia ante condemnationem iudicis?
37. Lex item si fundi. §. aucupiorum. ff. de vsu fructu, intellectus.
38. Venator arte sua etiam vetita faciens in locū publicum exire feras de loco priuato, vt eas venetur, non tenetur ad restitutionem earum, sed tantum de damno, sicut teneretur is, qui venatorē impedit ne in locis publicis venetur, & ipse impediēs in eisdē venetur locis, quauis ex dicta fraude posset secundū statuta, & consuetudinem puniri, ac si in loco publico venaretur.
39. Venator iam quod capta post prohibitionem domini, aut eius conductoris non teneatur eidem restituere ante condemnationem, vt nu. 22 cum seqq. late est disertum: an saltem teneatur eidem ad id, quod verisimiliter ipse dominus, vel conductor ibidem cepisset ex animalibus captis à præd. venatore? & n. 43 ponitur quadam declaratio in hoc.
40. Venator tenetur omnino ad dānū quod agri domino intulerit in fructibus, & segetibus, etiam si expressa prohibitio non fuerit præmissa.
41. Lex quemadmodum. §. planc. ff. ad l. Aquiliā intellectus.
42. Impeditus piscari, aut venari ab eo, qui iure impedire non potuit, agere valet, non

Mmm tantum

- tantum ad retia rupta, eorumque æstimatio-
nẽ, sed etiã ad æstimationem piscaturæ quæ
iuxta tẽpus & locum certa imminebat.
- 45 Ius piscandi, aut venandi in aliquo flumine
publico, vel in aliqua parte fundi publici
privatiue ab alijs potest acquiri præscrip-
tione immemoriali, & privilegio princi-
pis, & an ibi capta post prohibitionem sint
in animæ iudicio restituenda?
- 47 Clerici illicite venantes non tenentur ad cap-
torum restitutionem in foro cõscientiæ, nec
quod capit laicus tempore quo sibi est pro-
hibita venatio, nempe die festo, ne impedia-
tur ab officijs divinis.
- 48 Capta tempore niuium, vel cum instrumentis
aptis ad ferarũ depopulationem, & in simi-
libus casibus contra prohibitionem legum,
non sunt restituenda in animæ iudicio, licet
sic capiens puniri possit.
- 49 Fera ab uno vulnerata, & ab altero capta,
cuius sit? & numer. 50. quid de fera per ve-
tia, & instrumenta venatoris illaqueata?
& numeris seqq.
- 53 Deducens columbas ab alterius columbario,
& ad proprium attrahens ad quid teneatur,
& nu. 54.
- 55 Columbae quæ in priuatis columbarijs nutriun-
tur, occidi non possunt ab alijs.
- 57 Columbarium an & quando liceat habere.
- 58 De auibus, & earum venatione.
- 59 Custos montium, & similium iuratus an possit
cũ aliquibus dissimulare precib⁹, amicitia,
vel pretio corruptus, & sic dissimulans ad
quid teneatur? & numeris seqq. & quid si
dissimulet cum consanguineis, vel valde
amicis domini, ita quod crederet eum per-
missurum, num. 61. & quid si cum venato-
ribus, & alijs damnificantiibus dissimulet,
se abscondendo, ut eos in fragranci delicto
comprehendat, num. 62.
- 63 Custodes & præfecti in censibus regnorũ in
portandis, & exportandis mercibus, eas
veritas permittentes exportari, vel impor-
tari, peccant mortaliter, & sunt periuri,
& ad emendam veltigalium alijs soluen-
dorum tenentur, non tamen ad restitutionẽ
poenarum, quas soluisent transgressores, si
denuntiati fuissent, neque bonorum, quibus
ob id priuarentur.
- 64 Testis periurus, ob quod reus absoluitur à poe.

na publicationis bonorum fisco applican-
dorum, quam incurrerat, nõ tenetur ad ressi-
tutionem eorum, ad damnum verò, quod in-
tulit ex suo falso dicto cum iuramento,
vel sine eo, tenetur laeso restituenda, vl-
tra peccatum mortale, ut in nu. 65.

CAPVT XXVIII.

De venatione & piscatione, an
possit iustè prohiberi à Princi-
pe, alijsque dominis temporali-
bus inferioribus? & an capta per
venationem vetitam ac prohi-
bitã, sint in foro exteriori, vel
conscientiæ restituenda
ante condemnationẽ?

PRincipem supremum prohibe-
re posse ex iusta causa venatio-
nem suis subditis, deduci vide-
tur ex textu in capit. 1. §. nemo retia, de
pace tenenda, & eius violat, in vñb. feud.
vbi ne pax violetur, prohibita est venatio,
quæ non fit ad vrsos & apros capiẽ-
dos, vbi id notant atq; profitentur Mar-
tin. Lãdens. & Præposit. exteriq; DD.
estque magis communis sententiã docto-
rum, ut plures referens testatur, eã bene
lateq; probans D. Couar. in reg. peccatũ,
2. p. §. 8. nu. 1. de reg. iur. in. 6. & ex Theo-
logis alijsq; Iuristis eam probat Care. in
opuscul. 17. respons. 12. Angel. de Cla-
ual. & Armil. aurea in summa, verbo
venatio. Silvester eodem verb. & in ver-
bo restitutio. 2. §. 16. & §. 17. & restituti-
o. 3. quæstione. 3. in fin. & quæstion. 4.
& restitut. 7. quæst. 2. & restitutio. 8. q.
2. Gabriel in. 4. dist. 15. q. 5. speculũ con-
ficientiæ lib. 1. c. 68. Ioan. à Medi. de restit.
q. 12. in prin. Nauar. in man. Latin. c. 17.
nu. 120. Dominic. à Soto lib. 4. de iustit.
& iur. q. 6. art. 4. pag. 343. versi. pari fer-
mè col. 1. & 2. Ant. à Cordub. in sua sum-
ma de casus de concientiã, quæst. 119. in. 2. di-
cto, & nouissime plures referens Petrus
à Nauar. lib. 3. de restitutio. c. 1. nu. 278.
subdic

2 subdit Sot. vbi supr. versi. hoc auté, tñō esse eandē rationē in magⁿatibus ad custodiendam sui gratia, vetandamq; venationem, quātam in principe, etiam si cum suis iuribus ea fuerit ipsis largita, quod ante ipsum fatetur Methymna vbi supra, versi. sed quid de dominis temporalibus, & Tiraquel. de nobilit. c. 37.

3 nu. 150. † Nihilominus tamen secundū præfatos authores prædicti domini temporales inferiores à principe possunt in suis proprijs & priuatis fundis venationem prohibere, sicut alij priuati: itē & in publicis & cōmunibus suorum populorum ex causa iusta ad tēpus, non verò perpetuò, nec per legem quam condere non possunt, sed per edictum. † Idē erit ex consensu vel contractu libero absq; metu totius populi, vel si id sibi cōpetat ex consuetudine in memoriali legitime præscripta, quæ præscriptio caute est recipienda, & seruanda in iudicio exteriori, & in foro consciētiae, præsertim si ea initium à tyrāide habuerit, & prædicta post hæc scripta, probat bene declarans Ludo. Carb. de restit. q. 34. per totū & Salon de iust. & iur. in 2. 2. D. Tho. q. 62. art. 3. in 3. controuerf. pertoram, pag. 150. cum seqq.

5 Iusta autē causa in proposito prohibēdi venationem erit, ne venatio totaliter confirmatur, vel notabiliter minuat, prout heret, si tēpore generationis animalū exēderet, quod legibus regijs prohibetur, quia, vt inquit Medin. d. q. 12. in prin. & alij supra citati, certis tēporibus prohiberi potest venatio ob publicam vtilitatem, quando scilicet animalia sunt secundata, aut quando terra niuibis est cōpēta, vñ etia quod homines à certis instrumentis, aut modis venandi abstinēat, vt legibus regijs etiam cadēt. Item hominibus pulsū venari permittetur, & instrumentis, quibus vellent ad venandam vti, breui tēpore animalia terre, & volatilia pennates, quæ Deus in cibos hominū creauit, deficerent: idem omnino probauit D. Nauar. d. cit. 7. n. 124. & R. Angles in suis Floribus Theolog. quæstio. in quæstio.

deresti. propter venationē cōclus. vlti.

6 Similiter iusta causa prohibēdi venationem erit, vt vitentur rixæ, & contentiones, quæ contingere solent nisi venatio prohibeatur, & præterea ne etiā homines agriculturam dimittant, aliaque necessaria, & honesta negotia: apud enim ac ceruos, & id genus bestias non concedit à plebeis venatu impeti, sed vt reseruetur ingenius, qui prætorum simulacra aduersus ea meditentur vnde plures regie constitutiones prohibētes varijs ex causis in locis publicis venationem, iure, & rectitudine iustit. cōfendi possunt, secund. Couar. vbi supra,

8 Quinimò existimat D. Ant. de Padilla in l. per agrum. n. 8. C. de seruit. & aqua. quod si lex aliqua ex causa publica vtilitatis venationis vsū inhibuisset, veluti tribus illis mensibus, Martio, Aprili, ac Maio, in quibus regia pragmatica Madriti, facta ann. 1552. venandi vsus esset prohibitus, mortaliter peccare, qui hanc legem transgressus sit, quæ iusta est ac in cōmunem edita vtilitatem, vt volatilia omnia, atque reptilia in cōmunes vsus multiplicentur, quia lex iusta & communis obligat, etiam in consciētia, vt supra. c. proximo docuimus, & quod præd. ll. quibus venatio prohibetur, si sint iustæ, obligent sub peccato etiā graui, Ludo. Carb. vbi supra. in. 8. conclus.

9 Quod absque dubio verum esset, atque procederet in his hominibus, qui ex officio vel consuetudine venarentur illis temporibus, ita quod notabiliter Reipublicæ ex hoc damnum inferretur. † At vero in illis, qui semel aut iterum gratia principaliter recreationis illis mensibus venatū irēt, licet interdum aliquas aues, cuniculos, vel feras occiderent, in parua tamen quantitate, ex qua leue damnū Reipublicæ immineret, & sic essentiali motiuo legū illis temporibus venationē prohibētū nō obuiaretur, existimare, saluo iudicio rectius sentientium, minime procedere præfatā cōclusionē Menesij, sicque ob id non peccare mortaliter, ab intētionē rationabili principis legislatoris cess. n

te. lex enim id generaliter, & omnino vetans, moraliter est intelligēda, epiche ya admista.

- Conducit sententia Ioann. à Medin. vbi supra, in fine principij, resoluentis
- 11 in proposito illius quæstionis, † an sit peccatum mortale contra prohibitionem venari, quod si ad alterius dominium id quod venatione capitur pertineat, erit peccatū mortale, cum sit fur tum, quod de se peccatum mortale est, quanuis id, quod taliter capitur, possit tam parui valoris esse, vt mortale non sit: si verò res sic capta ad nullius dominium pertineat, mortale erit, si sub tali pœna prohibeatur, quæ mortalem culpam prærequirat, vt de se satis constat, etiam si lex illa solū ciuilis sit. Hæc Medina. † Ergo cum lex ciuilis, licet iusta, non semper obliget ad peccatum mortale, sed tunc demum, cum de re graui aliquid statuit, hoc est, circa materiam talem, quæ possit sufficientem causam præbere ad iniungendam talem obligationem, sicque grauis semper oporteat quod sit res, & vehemens, aut noxia, aut offēsiua, circa quam peccatum possit mortale committi: secus si modicam & leuem proximi offensionem contineat, vt docet late Castr. lib. 1. de potest. leg. pœnal. cap. 5. in secundo documento, quanuis suprascripta lex regia prohibens venari, & piscari præd. mensibus generationis animalium, & piscium generaliter sumpta obliget transgressorem in conscientia ad peccatum mortale, quia super re graui, & ad publicam vtilitatem statuta est propter conseruationem venationis, & piscium: attamen in nostro casu particulari, cum cessare videatur illa causa ac intentio legislatoris, cessare quoque videtur in eo obligatio ad culpam mortalem, licet enim non cesset tota causa motiua legis, sed
- 13 pars ipsius, † ac proinde videretur obligationem legis non cessare, attamen cum particularis causa talis est, quod solum ab illa obligatio legis aut præcepti pendere videatur, ita vt omni alia seclusa, illa per se sufficeret inducere obliga-

tionem, & sine illa, nulla alia hoc facere posset, tunc sufficit ipsam cessare, iuxta doctrinam eiusdem Castr. vbi supra, in 3. documento. Sic igitur in proposito videtur dicendum, quod cum prohibitio prædicta in dictis mensibus sit fundata omnino, ne si tempore generationis animalium liceret venari, aut piscari, facile venatio, & piscatio consumeretur, aut notabiliter læderetur in notabile dānū Reipublicæ, meritò vt hac causa cessante, prout cessare videtur in nostra specie cesset saltem in foro conscientiæ obligatio ad culpam mortalem.

- 14 Facit etiam quod Domini. à Soto infra in quæstione sequenti in tertio casu citatus inquit, fortè aliquam culpā esse facere contra d. l. prohibētē venari in loco publico vel cōmuni certo tempore ob causam vtilitatis, quibus verbis inquit nō esse mortale: quod sic simpliciter dictum verū non videtur, sed cum distinctione prædicta & ita intelligo hanc materiā, & nouissime post hæc scripta, ita voluit Ludo. Carb. vbi sup. in d. 8. cōclus. dicēs tūc obligare præd. ll. sub peccato graui, scilicet cū est materia grauis
- 15 Cum autem domini temporales venationem prohibēt atq; vetant, siue id iuste fiat ex causis prædictis, vel similibus, siue iniuste, cauere omnino debent, vt damna illata ab illis feris alienis prædijs & segetibus reuera, plene, integreque; restituant, ad quod tenētur in foro conscientiæ, etiam ante condemnationem, cum non sit pœna, sed damnum & interesse, vt omnes profitentur: qualiter autem & quomodo restitutio hæc sit faciēda, latissime prosequitur Cordub. vbi supra, in 4. puncto, qui est videndus, quoties casus contigerit.

- 16 Clericis tamen, vt omnes fatentur interdita est venatio iure humano, vt in c. quorundam. 74. distin. c. qui venatoribus. 86. distin. Clemen. 1. §. porro, de statu monachorū. l. 47. tit. 6. p. 1. c. 1. & per totū, de cleri. vena. & ibi DD. Innoc. & Abb. in c. dudum. 2. de elect. Felin. in c. auditis. col. penul. de præscrip. Couar. vbi sup. nu. 3. Ioan. à Medin. etiā vbi sup. in

in princip. & ceteri omnes, præcipue Petrus à Nauar. vbi supra, num. 288. cum sequentibus, vbi quod secundum omnes hoc intelligitur de venatione quæ dicitur saltuosa, quæ fit in siluis per saltus, non quæta, sed clamosa, cum strepitu canum, & accipitrum, & falconum: quæta autem venatio, & quæ fit absque strepitu & scandalo causa necessitatis, aut recreationis, licita est secundum supradictos. † Monachis autem à fortiori vetita est venatio, saltem personalis, id est per seipso facta, nam per alios venari possunt, & canes ad venandum extra monasterium habere, si saltus, viuaria, aut garenas proprias habeant, aut ius in terris alienis venandi, vt in d. Clementia. 1. §. porro, de statu monach.

18 Offert se nunc nobis in proposito nostra principalis quæstio Canonica examinanda, an capta per venationem vetitam, aut à domino prohibitam, sint in animæ iudicio restituenda dominis ante condemnationem, necne? & prius videre oportet, quid hoc casu iure statutum sit in foro exteriori, deinde an in interiori animæ idem seruandum sit?

Et glossa in. l. Diuus Pius. ff. de seruit. rustic. præd. affirmat capta per venationem in agro alieno, prohibente domino eius ingressum, capientis fieri, nec teneri eum fundi domino restituere, quam ibi sequitur Dynus, & omnes secundum Bart. ibi, qui eam sequitur, Paul. ibi, num. 4. & esse communem testatur Florianus, glossa etiam in. l. 3. ff. de acquir. rerum domin. verb. prohiberi, & in. §. apum. versi. præuideri. de rerum diuis. testatur communem Angel. & Cantiuacula in. §. feræ, inst. de rerum diuis. Cæpol. de seruit. rust. præd. capit. 21. & Franciscus March. decis. 530. num. 14. Couar. vbi supra, num. 5. & Menes. in. d. l. per agrum, num. 6. communis secundum Sebast. Medic. num. 15. in loco statim citando, vbi bene eam probat: est communior secundum Ludou. Carbo. de restitutio. omni. rerum, quæstion. 35. dicit communem eam sequutus bene

probans Molina de iustitia & iure. 2. tractat. disputatio. 51. quia, et si lege humana ob iniuriam domini vetitum sit nequis eius agrum eo inuito ingrediat: non tamen ex hoc acquisitio ferarum, quæ intra eum agrum in nullius bonis sunt, est impedita, nec per hanc prohibitionem feræ ipsius agri domino applicantur, nec eius propriæ efficiuntur, imò adhuc liberæ manent iure naturali, vt occupantis fiant. Præterea si aliud diceremus, aut illud esset per applicationem legis, aut per occupationem: neutrum autem hic datur: ergo adhuc ea animalia communia manent, vt occupantis fiant Venator ergo etiam post prohibitionem ingressus ad restitutionem non tenetur.

19 Hinc fit, vt idem sit dicendum, si iudex ingressum prohibeat in aliquem agrum, & post prohibitionem aliquis eum ingrediat; & venetur, quia sic capta per venationem capientis efficiuntur eisdem rationibus aduersus Ioann. Fabrum, & Claudium Cantiuacul. in. d. §. feræ. Chassan. in consuetud. Burgund. rubric. 13. §. 7. & Iacob. in tra. stat. de feud. in. §. & cum venationibus, & Greg. Lopez in. l. 17. titul. 28. partiti. 3. glossa final. aliud existimantes, quos improbant Couarru. numer. 4. & Menes. 7. vbi supra, resoluentes, saltem in foro interiori animæ huiusmodi prohibitum à iudice fundum ingredi ad venandum, minime teneri ad restitutionem; etiam si grauiter peccauerit contemnendo iudicis præceptum, & in iudicio cõuentus reddere capta cogetur. Idem sequitur Sebast. Medic. de venat. & piscat. 1. parti. quæstion. 7. numero. 14.

20 In priori tamen specie, nempe quando dominus prohibet venatori ingressum sui fundi, hodie contraria opinio glossæ in d. §. feræ. probata est. l. regia 17. titul. 28. partita. 3. vbi expresse deciditur, quod capta post prohibitionem non sunt capiētis, sed domini, & ibi notat expresse Greg. Lop. glo. fi. in prin. cuius. l. verba ita se habent *Bestias sal-*
Mim 3. uages

uages, e las aues, e los pescados de la mar, e de los rios, quien quier que los prenda, son suyos luego que los ha presos, quier prenda alguna de estas cosas en la su heredad, o en la agena. Empero si quando algunome quisie se entrar a cazar en heredad agena, estouiesse hi el señor de ella, e le dixesse que no entrasse hi a cazar, si despues contra su defendimiento prisiessse hi alguna cosa, enronce non deve ser del cazador, sino del señor de la heredad, ca ninguo om: non deve entrar en heredad agena para cazar en ella, nin en otra manera contra defendimiento de su señor. E esto mismo seria si el señor lo fallasse que anduuiessse ya cazando en su heredad, e antes que hi prisiessse ninguna cosa, le defendiessse que no cazasse hi, ca todo quanto hi caxare, despues que si lo defendiessse, todo deve ser del señor de la heredad, e non del cazador. Mas si ante que se lo defendiessse, ouiesse algo caxado todo quanto prisiessse, deve ser del cazador; e no ha que ver en ello el señor de la heredad, & sic in foro exteriori res iam est clara, aperteque decisa, per d. l. regiam, & secundum eam iudicandum est, & consulendum.

21 At verò quoad forum animæ dubitari contingit, an idem sit dicendum, quod in foro exteriori decisum reperitur? Quod videtur indubium, nam cum lex illa regia iusta sit, & communis, videtur in foro animæ obligare transgressorem eius, ex supradictis. Secundò, quia illa animalia in illo loco genita, & nutrita, sunt velut fructus illius loci, ergo ad dominum fundi pertinent. Tertiò, quia huiusmodi domini passim vendunt ius venandi in eisdem fundis, & agris, & inde suos redditus annuos habent, nec ab aliquo compelluntur eos restituere, sicut compellerentur, si non sua, sed aliena essent, aut cõmunia, quæ sic vendunt, ergo sunt propria ipsius.

22 His tamen non obstantibus, in proposito distinguendi sunt tres casus principales. Primus est, quando contra prohibitionem domini venator ingressus, cuniculos, ceruos, apros, vel alias feras capit in loco, muro, vel sepe circumcluso industria hominum, ita vt anima

lia intus existentia suam libertatem eundi quò velint, non habeant: & idem est in apibus, quæ in albeo continentur, & in alijs animalibus inclusis viuarijs, temporarijs, piscinis, aut stagnis, & in columbis, quæ in columbario concluduntur: & tunc venator capta post prohibitionem restituere tenetur domino, eiusve conductori in foro conscientia, cum isthæc animalia non habeant libertatem omnino exeundi loca septa, vel saltem possit dominus exitum impedire facillime occlusis viuarijs, & columbario: videntur enim iam huiusmodi animalia ad dominum, cuius est locus sic circumclusus, pertinere, non solum quandiu sunt intra locum huiusmodi, sed etiam inde cum animo redeundi egrediantur, veluti cum consuetudinem redeundi in eundem locum non amiserunt, vt probatur in l. 3. §. sed feras. ff. de acquiren. possessio. & in d. §. feræ, cum sequentibus, & in l. 22. titul. 28. partit. 3. ita in terminis tenet ac probat Ioann. à Medina de restitutione, quæst. 12. versicul. quibus præmissis, per totum, Dominic. à Soto libr. 4. de iustitia & iur. quæstion. 6. articu. 4. pagin. 344. colum. r. ibi, Quando verò, Nauarr. in man. Latin. capit. 23 17. numer. 128. dicens, † tunc dici consuetudinem redeundi in eundem locum prædict. animalia amisisse, cum ad horas & dies consuetas bis redire desinunt, postque accepta capientium sunt. Hoc autem de amissione consuetudinis redeundi, prudentis arbitrio relinquendum esse nouissime censet, bene declarans Molina de iustitia & iur. tractat. 2. disputation. 51. vers. Nauarr. Eandem sententiam principalem sequitur, & bene probat D. Couarru. vbi supra d. §. 8. numero. 15. versic. primum hinc infertur, amplius in versic. secundò, etiam si venator nulla arte nec industria vsus fuerit ad deducenda illa animalia extra septa, & loca, quibus includuntur, in locum sanè publicum, quanuis ad nihilum

hilum teneretur venator, qui hoc casu
feras & animalia extra locum vetitum
absque villa eius fraude digressa cape-
ret. Eandem etiam sententiam Methym-
næ sequitur Anton. à Cordub. d. quæst.
11. in. 6. puncto, in versu. *¶ lo segundo*, se-
quitur etiam frater Angles in suis flo-
ribus Theolog. quæst. in quæstione de
restitutione propter venationem, con-
clusio. 1. & Sebast. Medic. de poss. venat.
& piscat. 1. par. quæst. 7. nu. 19. cum seq.
& Lud. Carb. necnon & Salon vbi su-
pra, conclus. 3. & ita est absque dubio te-
nendum, quicquid contrarium incurio
se probet Petrus à Nauarr. lib. 3. de resti-
tutione. cap. 1. num. 292. cum sequenti-
bus aduersus fratrem Angles vbi supra,
existimans, præcedentem sententiam es-
se tantum ipsius Angles, cum tamé fue-
rit Methymnæ, & cæterorum modò ci-
tatorum, quos idem Nauarra ad alia in
eisdem locis sepe citauerat, non tamen
aduertit eos omnes eandem sententiam
tenere, eosque sequi fratrem Angles,
sed existimans esse singularem eiusdem
Angles, eam improbat, falsamque im-
merito reputat, cum sit verissima, recte-
que iure ac simul concludente ratione
probata.

24 Similiter non me latet, quendã gra-
uissimum virum docuisse contra prædi-
ctos, nempe venantes feras egressas fū-
dum, vel locum vallo septum, non tene-
ri ad vllam restitutionem faciendam, e-
tiam si ipsæ non amiserint vsum eundi,
& redeundi, quasi tunc maneant commu-
nes iuræ naturæ, quia possint libere va-
gari, nec tenentur inclusa: ergo sunt ca-
pientis, veluti fera, vel auis capta, quæ
postea effugerit manus capientis, ita vt
non facile posset illam consequi, sic
namque: reuera alterius capientis: er-
go multo magis quæ vallum egressa
est: fera enim manu capta, magis effici-
tur capientis, quàm fera vallo inclusa,
& rursus non est facile capere illam,
quando semel vallum exierit. Vterius
quia columbæ quæ per vnus leucæ
spatium distant à columbario, citra du-
bium fiunt capientis, vt in. l. regia de

hoc agenti, quanuis habeant vsum euo-
landi ad columbarium: ergo ita in pro-
posito est dicendum.

Hæc tamen sententia in feris egrediē-
tibus à fundis septo vallatis, & habenti-
bus consuetudinem, & vsum redeundi,
vera quidem non est, præterquam quod
est contra communem, omnia enim præ-
dicta argumenta cessant in nostra spe-
cie, nempe quando fera egressa fundum
aut locum vallo septum, habet cōsuetu-
dinem eundi, & redeundi, illamque non
amisit, tunc enim quanuis possit habe-
re, & in habitu habeat illam libertatem
non redeundi, in actu tamen eam nō ha-
bet, quādoquidem reuertitur ad locum
septum ab ea inhabitari consuetum dif-
ferenti modo quàm in exemplis in cōtra-
rium adductis.

25 Prætereà illud de columbis distantibus
per vnus leucæ spatium à suo columba-
rio ad idem reuerti solitis, non etiam no-
cet communi sententiæ, quia iam per le-
gem regiam hoc spatium declaratum
est, intra quod columbæ ipsæ capi, aut
occidi à non dominis non possint, ex-
traverò possint: in alijs verò feris & ani-
malibus, quibus nullum spatium vagandi
libere assignatum est, remanet ius com-
mune: & nostra præd. communis senten-
tia illæsa, quinimò per locū ab speciali,
& ratione casus omisi ea ibidem maxi-
mum robur accipere videtur: si enim co-
lumbis egressis à columbario datur spa-
tium leucæ, intra quod degentes capi,
aut prehēdi vel occidi nō possint, quasi
lex censuerit ac iustè præsumperit, il-
lic degentes consuetudinem reuertē-
di ad columbarium non amisisse, in
cæteris feris, quibus à lege declaratum
nec arbitratum est simile, vel aliud spa-
tium, veritati standū erit circa hoc, præ-
cipuè in foro conscientiæ, nempe vt
quandiu consuetudinem redeundi ad
locum septo vallatum non amiserint
modo quo prædiximus, si capiantur ibi
post prohibitionem domini, eidem sint
restituendæ, quod habet nostra & cōmu-
nis sētētia. † Quinimò secūd. Cordu. q.
121. versu. *lo segundo*, iuxta probabiliorem
Mmm 4 opinio-

opinionem, & certiore, & iuri comu-
ni conformem; occidentes columbas
in notabili quantitate, vltra leuam spa-
tium, si ipsæ consuetudinem reuertendi
non amiserant, tenentur ad restitutio-
nem, & præd. l. regia eos ab hoc nõ ex-
cusat, sed tantum vt in iudicio pro hoc
conueniri minime possint, nec puniri,
quando quidem lex illa tantum est permis-
sua. Cui opinioni patrocinatur, quia
illa regia fundata videtur in præsum-
ptione, vt diximus, forus autem animæ
in veritate: si ergo in re veritate constat,
columbas, vltra leuam spatium degentes
consuetudinem redeundi ad proprium
columbarium non amisisse, idem iudi-
candum videtur tunc temporis, ac si in-
tra leuam spatium existerent. Nihilomi-
nus cum hoc difficile sit iudicare ac dis-
cerni, & l. regia iusta sit, & certum ter-
ræ spatium prospiciendis controuersijs
statuerit, obseruandam esse existimo in
vtroque foro, nec amplius scrupulan-
dum.

27 Nisi instrumentis vetitis, insuper &
arte aliqua columbas a leuca deduce-
rent, vt eas vltra leuam occiderent, tunc
enim, & peccaret mortaliter, & ad resti-
tutionem pretij columbarum, vel dam-
ni notabilis domino faciendam teneret-
ur, vt tenuit idem Cordub. d. quæst. 121.
vers. *Lo primero*.

28 Similiter non obest aliud argumen-
tum de fera vel aui capta, quæ postea ef-
fugerit manus capientis, ita vt non fa-
cile possit illam consequi, nam sit alte-
rius: ergo multo magis illa, quæ vallum
egressa est, quæ a fera manu capta magis
efficitur capientis, quàm fera vallo in-
clusa, & c. Nam respondemus, feram vel
aui captam effugientem postea manus
capientis, fugere, vt non reuertatur, sed
vt omnino liberetur, sicq; ad suam na-
turalem libertatem reuertitur, idem me-
rito vt alterius postea eam capientis fiat.
At fera, vel aui loco septo vallato in-
clusa egrediens eum causa vagandi, ci-
bosque querendi, solita ad eundem lo-
cum regredi, dum hanc consuetudinem
reuertendi non amittit, quia ad horas

& dies consuetas ad illum reuertitur,
non dicetur libere remeasse, sed potius
quodammodo sub eadem inclusione
retineri, quoutque libere se alibi confe-
rat, & non semel, sed pluries definit redi-
re ad horas & dies consuetas ad eundem
locum septo vallatum. Fit igitur ex præ-
dictis, vt nõ magis efficiatur fera vel a-
uis manu capta capientis, si postea eius
manus euaserit, sed potius minusquàm il-
la, quæ vallum egressa ad eum locum redi-
re solita est, sicque cessat fundamentum
præd. contrarium. Hæc autem recepta
sententia vera est, & procedit, vt prædi-
ximus, quando præd. viuaria, leporaria,
piscinæ, & stagna facta fuerint priuata
hominum opera, ita quod naturalis liber-
tas animalium ex hoc impedita sit.

29 Secus si ab ipsis animalibus naturali-
ter facta fuerint absque industria priua-
torum: ita Couar. vbi supra d. §. 8. num.
14. vers. primum, in fine. vel quoties sal-
tus, vel stagna, natura loci, arborum de-
sitate, aut rupibus circumsepta sint, vel
etiam industria hominum, si pisces, &
feræ, nihilominus relictae sunt in natu-
rali libertate, iuxta text. in d. l. 3. §. tem fe-
ras. ff. de acquir. poss. quem tex. ne oblit
superioribus, ita intelligit Couar. vbi su-
pra num. 15. ad finem, & sequitur Cor-
duba vbi supra, in dicto sexto puncto,
ibi: *Y lo que dix e la ley tercera, &c.* Dicun-
tur autem viuaria, vt per Couar. vbi su-
pra, nu. 15. vers. viuaria quidem.

30 Obseruandum autem erit, quod in
hoc primo casu, etiam si quis poenam solu-
uat, nõ idem liberatur à restitutione, vel
satisfactione damni ferarum captarum;
nisi dominus poena contentus sit, vt su-
pra probauimus, & in terminis cum Me-
dina vbi supra, tenet & probat Cordu-
ba d. quæst. 121. in. 6. puncto in princi-
pio.

31 Secundus casus principalis est, quan-
do venatio fit in fundo & agro priuato
non circumcluso, sed aperto & patente,
prohibente domino ipsius, & tunc quia
in illo loco liberum est feris illic existen-
tibus egredi, & ire, quo velint, sicque
nullius sunt, sed communia, ac proinde
● occupan

occupantis sunt, nō tenetur huiusmodi venator eas domino fundi, vel eius conductori restituere in cōscientia ante sententiam iudicis: secus post condemnationem contra eum de reddendo factam, licet enim dominus fundi id iuris habeat illic venandi, vt alios inde arcesse valeat, non tamen inde fit consequens dominium habere ferarum, quæ illic nutriuntur, perinde atque arborum, aut terræ nascentium: terra enim feras non fert, vt ceteros fructus, sed ipsæ se animantes progignunt: tum etiam quod eadē animantia vagantia sunt, & ad quacumque diuagandum libera: ergo si dominus fundi non habet eorum dominium, fit, vt qui illa occiderit, non sit restitutioni obnoxius: cui maxime consonat d. l. 17. regia, dum statuit, vt qui à domino fundi non præmonitus quidpiam fuerit in fundo alieno venatus, sibi quod accepit acquirit: quod profectò iniustum esset, si id sub dominio fuisset domini: At prohibitio ipsius domini nullibi legitur aut habetur quod dominium eidem acquirat animalium siluestrium illic existentium, sed tantum illorū occupatio, vel legis applicatio: Neutrū horum datur in presenti specie, vt prædiximus: ergo domino fundi non queruntur capta post prohibitionem, quod profitentur atque affirmant omnes modò citati authores, & etiam Petrus à Nauar. vbi supra, nu. 290. cum sequentibus, est que indubium.

32 Huic receptæ omnium sententiæ nō obstat d. l. 17. tit. 28. part. 3. supra recitata, quia secundum Methymnam vbi supra, in vers. quibus præmissis, ibi, ad secundum, lex illa pœnalis est, quæ in recompensam iniuriæ, quam venator domino fundi facit, illic eo inuito venando, vult rem taliter captam post prohibitionem ad dominum fundi pertinere: quod videtur satis insinuare ratio legis in illis verbis, *Ca ningun ome non deue entrar en heredad agena para cazar en ella, ni en otra manera contra defendimiento de su señor.* In pœnam igitur huius interdicti ingressus, & ob iniuriam domino in eo fa-

-ctam. Inquit, animalia inibi capta post prohibitionem, esse domini fundi. Pœna autem ante condemnationem iudicis non debetur in conscientia, iuxta veram & receptam sententiam: ergo, &c. Hunc intellectum, & responsionem ad illam l. probarunt atque sequuntur Dominic. à Soto vbi supra, pagin. 344. col. 1. ibi, Qui autem, &c. & Meneses in d. l. per agrum, nu. 7. estque verissima expositio, secundum Petrum à Nauar. vbi supra, nu. 294. & mihi satis placet, præsertim considerando quod prædiximus ex eadem l. regia, nempe ante prohibitionē domini, venatori acquiri quod per venationem ceperit, ergo non est sub dominio domini fundi. Per prohibitionem autem eiusdem dominium non acquiritur: ergo in pœnam & iniuriam sibi illatam illi debentur, non verò ratione proprietatis, aut vllius domini, quod in eis habuerit: eundem intellectum ad d. l. regiam sequitur nouissime Molina vbi supra d. disputatio. 51. col. fin.

33 Hunc tamen intellectum, & responsionem ad d. l. regiam congruam aut sufficientem non esse existimat Couar. vbi supra, nu. 6. si admittamus, per l. regiam impeditam esse in hoc casu ferarum acquisitionem, dum dicit, *Non deue ser del cazador, sino del señor de la heredad,* si quidē manifesti iuris est, posse legem humanā ex causa impedire rerū, quæ in nullius bonis sunt, acquisitionem, easque alteri applicare, vel communia ipsi communitati dimittere, ac tunc res istas cōtra legem occupans nequaquam sibi acquirat: vnde ad restitutionem obligatur: sequeretur enim alioqui, quod possit quis iustè retinere quæ scit ad ipsum nō pertinere, vel quod humana lex ex iusta causa non possit prohibere quarundam rerum acquisitionem: vtrumque autem falsum est, & ipsi naturali rationi contrarium: ergo lex illa regia maxime aduersatur supradictis. At verò quod eadem lex pœnalis sit, ac proinde in animæ iudicio non seruanda ante condemnationem, nihil interest, cum id accipiendum sit, quoties lex pœnalis bonis iam

privatis acquisitis ob crimen commissum, & in eius pœnam priuat.

34 Delinquens enim non tenetur propria bona, quibus priuatur à lege propter crimen commissum, dimittere in animæ iudicio, & fisco reddere, donec per iudicem eadem bona, aut per executores auferantur: ea verò lex quæ in pœnam, vel ob aliã causam impedit alicuius rei primam acquisitionem, eiusdem que dominij translationem, in eo, qui antea nullum ius priuatim ad eam habuit, profecto in animæ iudicio seruanda est, etiam ante condemnationem, quia nullam requirit hominis executionem quoad pœnam istam, vt late pluribus ibi comprobatur Couarr. præsertim, & latissime illo exemplo à se adducto de acquirente beneficium Ecclesiasticum per simoniam ab alio eo ignorante admisam, nam tenetur postmodum cum sciuerit, illud beneficium dimittere, fructusque non consumptos bona fide reddere adhuc in conscientie foro, de quo latius loquuti sumus supra cap. de simonia. Quare cum lex regia Partitæ pœnalis sit huiusmodi, etiam in foro conscientie seruanda erit prædicta.

35 Verum ipse Couarr. respondet huic difficultati, ne d. lex regia obsit superiori receptæ negatiue sententiæ, quam ipse quoque probauit, nempe quod lex illa, nõ ex eo quòd statuerit, feras captas in fundo alieno à venatore, qui per dominum ingredi prohibitus fuerit, ad fundi dominum pertinere, impedit primam illarum ferarum acquisitionem, sed tantum sanxit, eas feras domino fundi restituendas in pœnam vetiti ingressus, vn, de donec iudex secundum eandem legem per sententiam condemnauerit venatorem ad restitutionem, legemque ipsam exequatur, minimè in conscientie foro venator tenebitur ad ferarum restitutionem: sicque in effectu Couarr. sequitur ac probare videtur responsionem Methymne, aut eam saltim videtur defendere à præd. difficultate: quæ responsio rectè intellecta verissima est, & tenenda, & sic cessat primum fundamentum

in contrarium adductum.

36 Ex quibus omnibus primò deducitur, communem superiorem sententiam, quaprobauius, venatorem non teneri in animæ iudicio ante condemnationem restituere domino fundi capta in eo per venationem post ipsius domini prohibitionem, eisdem rationibus procedere, etiam si agri dominus ius venandi intra eum alicui locauerit, aut in vniuersum venationem in eo fundo prohibuerit ea ratione quòd ipse capere veit feras intra proprium agrum enutritas, & pecunia vendere: quod cum Methymna d. quæst. 12. versu. quibus præmissis, ibi, ad tertium, &c. probauit bene Couarr. vbi supra, num. 9. versu. quinto, aduersus Florianum in d. l. Diuus, & Iacobin. de feud. capit. & cum venationibus, Chassanzus d. §. 7. rubric. 13. Felin. in. c. omnes leges, vltim. col. distin. 1. Claud. Clantiunc. in d. §. feræ, existimantes, feras à venatoribus captas in eo agro, cuius fructus consistunt & percipiuntur ex venatione, minime capientium effici, nec ad eos pertinere, sed esse domino fundi restituendas per l. item si fundi. §. aucupiorum. ff. de usufr. vbi probatur, redditus venationis ad usufructuarium fundi pertinere: quod etiam probauit Sebast. Medicis vbi supra, nu. 11. versu. tertio limitatur. Hæc tamè posterior sententia secundum Nauar. vbi supra, item & Padill. in d. l. per agrum, nu. 6. & Petrum à Nauar. qui supra num. 297. & 300. & Lud. Carb. vbi supra, quæst. 35. in. 5. conclus. & Salon vbi supra, conclus. 2. dubia est, & iure Cæsareo, etiã in exteriori iudicio: sed etsi certa esset apud iudicem exteriorem, in foro tamen conscientie non ita obtineret secundum eosdem: quod enim fundi fructus in venationem ferarum referatur, parum interest, aut profecto non plus quam ipsius domini prohibitio. † Nec obstat d. §. aucupiorum, ex illo enim text. colligitur, primò usufructuarium posse venari in eo fundo, in quo usufructum habet, nec posse à proprietario prohiberi ne venatur ipse usufructuarius: quod etiam probat

batur in. l. usufructuarii. ff. de usufructu. Secundò colligitur, ad ipsū usufructuarium pertinere, quòd is permittat seu licentiam concedat venandi in fundo, cuius usufructum habet, eademque ratione ipse poterit prohibere ne quis fūdum ad venandum ingrediatur. Tertiò inde deducitur, pecuniam pacto promissam pro licentia venandi in fundo, cuius usum habet, alicui cōcessa, ad usufructuarium pertinere, quia cum ipse possit, & ius habeat prohibendi ne quis fundum ingrediatur, poterit iustè vendere facultatem, & licentiam ingrediendi ad venandum, vel ad alium licitum usum: nō tamen inde sequitur, feras in tra fundum enutritas esse fundi proprium fructum; vel eas pertinere ad usufructuariū iure domini, cū ipse in ijs, quæ nullius sūt, & iure naturali communia censentur, non plus iuris habeat, quàm quiuis alius, neque dominus, nemo enim plus iuris in alium trāsferre potest quàm ipse habet, vt in regula iuris: sed dominus hoc ius non habet, nec ei restitutio facienda est ante condemnationem, vt resoluimus: ergo nec usufructuarius: ex quibus cessat tertium fundamentum supra in cōtrarium adductum. † Infertur & secundò ex superioribus, quod si venator prædictas feras arte sua, etiam venata, faciat in locum publicum exire, & ibi eas venentur, non tenebitur eadem per viam restitutionis reddere, sed tantum de damno, sicut teneretur is, qui venatorem impedit, ne in locis publicis venentur, & ipse impediens in eisdem venentur locis, quanuis ex d. fraude posset secundum statuta, & consuetudinem puniri, ac si in loco prohibito venaretur secundum Medinā vbi supra, in versu. quibus præmissis, corolariè sequitur, si venator: sequitur Couar. d. §. 8. nu. 14. versu. secundo, ibi: At in casu.

38 Verum communis supra dicta sententia ita videtur sale condienda, vt quanuis venator contra prohibitionem domini fundi feras in eo capiens, non teneatur ad restitutionem earum ante iudicis condemnationem, ex supradictis:

attamen quia ius alienum ad venandum sibi illicite usurpauit, & venatione cepit, quæ dominus forsitan suo iure vtendo cepisset, ideoque videtur dominum loci in hac parte dānificasse à lucro iusto, cum illicite impediendo: quare si verisimile sit, quòd dominus loci ea cepisset, quæ hic venator accepit, tenebitur in conscientia tantundem domino reddere: tunc si nō est verisimile, quòd dominus suo iure vtendo eadem cepisset: idemque erit respectu conducto: ū, quia si alij furtiue in eodem loco venantur, tenebuntur eisdem in conscientia reddere, quantū hi qui à lucro iusto impediuntur, verisimiliter cepissent, maximeque interest inter communem opinionem principalem præd. & hanc moderationem; vt bene ostendit vtrumque probans Methymna vbi supra. d. quæst. 12. in versu. quibus præmissis, ibi: Vnum tamen videtur: sequitur etiam Couarr. vbi supra, nu. 11. versu. præterea, addens, si venator è etiam omnino teneri ad dānum, quod agri domino intulerit in fructibus, & segetibus, etiā si expressa prohibitio non fuerit præmissa, cum sufficiat tacita quo ad ipsum dānum. Eandem limitationē probauit Petrus à Nasar. vbi supra, nu. 297. & ante eum Cordub. d. quæst. 11. in. 6. puncto, versu. *Empiro quando*, & nouissimè Molina vbi supra d. disputatio. 51.

41 Nec obstat tex. in. l. quemadmodum, §. plane. ff. ad. l. Aquil. vbi pbatur quòd vbi damni iniuria agitur ob retia, non piscium fit æstimatio, qui capti nō sunt, cū incertum fuerit an caperentur: idè que in venatoribus & aucupibus probandum: ille enim locus ita accipiendus est, vt obtineat in littoribus, & fluminibus, vbi piscatio certa non est, sed admodum rara, & incerta, siquidem piscatores hac ratione sæpius eluduntur quàm capiant. At vbi piscatio & venatio vberissima & optima est ac certissima, quæ fallere non solet, profectò tunc amissio captus piscium, vel aucupij, probabile & propinquum est interesse, vnde æstimari debet, vt in. l. ait lex, in fine, cum sequenti.

12 quenti. ff. ad l. Aquil. ita explicat ex Ca-
rol. Molin. Couar. vbi supra: ¶ quo fit se-
cū dūm ipsum, vt impeditus piscari, aut
venerari ab eo, qui iure impedire non
potuit, agere, valeat, nō tantum ad re-
tia rupta, eorumque æstimationem, sed
& ad æstimationem piscaturæ, quæ iux-
ta tempus & locum certa imminet.

43 Hæc tamen sublimitatio intelligenda
venit, nisi venator absque arte ali-
qua, feris ad loca publica egressis, eas
in prædictis locis publicis ceperit ac
venetur, tunc enim suæ efficiuntur, &
minime quidem tenebitur, nec per viam
damni reparandi, nec per viam restitu-
tionis feras captas domino loci redde-
re, ex quo in locis publicis ius habuit
huiusmodi venator venandi eas, quæ
ab alio non fuerint prius occupatæ: ita
Medin. qui supra, ibi, tamen, & Couar.
nu. 4. versi. secundo in fine, ibi ad nibi-
lum autem tenetur, quinimò contra su-
pra d. limitationē de qua supra nu. 39. in
distincte tenet Lud. Carb. quæst. 35. con-
clus. 6. & fortè verius meo iudicio ex su-
prædictis, & ne scrupula incerta iniicia-
mus: & cum his habemus expeditum se-
cundum casum principalē, cui non ob-
stant tria argumenta prius contra eum
opposita: primum namque & vltimum
iam sunt sublata, vt vidimus. Mediū au-
tem etiam cessat, quoniam verum non
est feras illius loci fructū esse, quia non
generatur ex terra illa, aut appositā ho-
minum cultura, sed per maris, & foemine
coniunctionem fiunt, neque ex illo
loco aliquid habent, nisi quod herbas,
aut ramusculos aliquando come-
dunt, & forte etiam alibi genita sunt,
& nutrita, & illa conueniunt, vbi com-
modiorem reperiunt defensionem, seu
pastum, aut mansionem.

44 Tertius casus principalis est, quando
quis venatur in loco publico siue com-
muni, tempore tamen ob causam publi-
cæ vtilitatis prohibito, & tunc quod
ibi captum fuerit antequam per iudicis
sententiam fuerit alicui applicatum, ip-
sius capientis efficitur, nec venit de ne-
cessitate restituendum, sed tantum post

condemnationem iudicis, tametsi forte
aliqua culpa sit facere contra leges, vt
deducitur, & comprobatur ex supradic-
tis, & in terminis ita tenet Methymna
vbi supra, versi. quib' præmissis, ibi, est
tertius locus, & Domin. à Soto d. art. 4.
col. 343. in fine, & Nauar. d. cap. 17. num.
240. & frater Angles vbi supra, conclu-
sione vltima, & Sebast. Medic. vbi su-
pra, nu. 11. cum seqq. late ampliatis.

45 Quinimò venationes prohibetæ in
locis publicis per inferiorem à princi-
pe absque iusta causa, qui tamen præscri-
ptione immemoriali, aut priuilegio, aut
consensu cōmunitatis ius prohibēdi
acquisiuit, si quis contra hanc prohibi-
tionē venetur, sibi acquirit feras quas
ceperit, nec tenetur in conscientie foro
eas restituere, vt patet ex supradictis
secundum Couar. d. §. 8. num. 10. versi.
septimo, vbi fortassis idem in hac specie
censet suadendum esse in foro iudicia-
li: & si vera foret sententia glossæ in d.
§. feræ. quæ lege regia partitæ compro-
bata est nam ipse eam conclusionem ser-
uandam esse censet, cum quis habet ius
prohibendi venatio em ea ratione quia
fundus priuatus sit, non communis, vel
quia sibi soli ius venationis competit,
& nō alteri eo inuito, alioqui vbi vena-
tio in vniuersum prohiberetur quo ad
loca publica alijs ex causis, satis erit
quod iudex condemnet in pœnam le-
gis, statuti, aut edicti prohibētis, nec de-
bet necessario ad restitutionem anima-
lium condemnare.

46 Similiter etiam si alicui competat ex
vsucapione ius piscandi, aut venandi in
aliquo fluminis publici diuerticulo, vel
in aliqua publici agri parte, ita quidem
vt possit prohibere alijs piscationem, &
venationem, vt in. l. si quisquam. ff. de
diuers. l. & temp. præscript. & in. l. sane si
maris. ff. de iniurijs. requiritur tamē ad
hoc præscriptio tanti temporis, cuius
initium memoriam hominis excedat,
vel consuetudo legitimo consensu po-
puli introducta, vt late declarant Bart.
in rubric. ff. de rerum diuis. colu. 1. Bald.
in tit. de præscrip. 5. part. princip. 4. par-
quæst. 7.

quæst. 6. optime Aymo. Crauet. de anti quit. temp. 4. part. c. materia ista, nu. 8. Couar. d. nu. 10. in princip. vbi etiã post alios quos citat, q̄ princeps potest pri uilegium priuato concedere, vt ipse so lus in aliqua parte maris publici, vel a gri piscari, & venari possit, aliosque ne id faciant prohibere, & in his casibus si quis contra prohibitionẽ venetur, aut piscetur, non tenebitur in animæ iudi cio ad restitutionem pisciũ aut ferarũ, quas habuerit, quanuis in foro iudiciali ad eam cogendus sit propter decisio nẽ l. partitæ, & opinionem glossæ in d. §. fe ræ. secund. Couar. vbi supra.

47 Sed quia supra diximus, venationem esse clericis interdictam, obseruandum erit, quod quicquid captum fuerit à cle ricis illicite venantibus, proprium ca pientium sit, nec in iudicio animæ erit restituendum: nec quod capit laicus tẽ pore quo ei est interdicta venatio, nepe die festo, ne impediatur, & retrahatur studio venandi ab officijs diuinis, iuxta glossam, & DD. in cap. Esau. & in capit. quia venatoribus. 86. dist. Etenim licet eo tempore venationem quis exerceat, male quidem agit, sed non tenebitur ad restitutionem eorum, quæ per venatio nem habuerit, ita Couar. vbi supra, nu. 3. vbi idem tenet in casibus variarum re giarum constitutionum, quæ venatio nem certis ex causis prohibent adhuc in locis publicis, & communibus, nempe tempore niuium, † vel cum instru mentis aptis ad ferarum depopulationem, vel hominum periculum, vt in his & similibus casibus, quibus est prohibi ta venatio, licet puniri valeat per iudi cem transgressor, non tamen ipse tene bitur ad restitutionem auium & ferarũ, quas accipio, vel venatione acquisie rit: quod in specie adnotat Methymna d. quæst. 12. & sequitur etiam Petrus à Nauar. vbi supra, nu. 291.

49 Illud denique in proposito aduerte re libuit, feram ab aliquo venatore (etiã letali secundum Theoph.) vulnerẽ per cussã, non aliter effici vulnerãtis, quam si ab eo capta fuerit, & idẽ si ea vulne

rata fugiens per alium capta sit, sit ca pientis, vt in. §. illud quæsitum, inst. de re rum diuis. & ibi DD. & in. l. naturalem. §. illud. ff. de acquir. rerum dom. Medice vbi supra, num. 6. & iterum. 2. part. 50 quæst. 18. † Idem erit in fera per retia, & instrumenta venatoris illaqueata, nam si per alium quam apponẽtem retia fue rit capta ex ipsis laqueis, eius efficitur, non illius, qui rete posuit, vt expresse de ciditur de iure in. l. 21. tit. 28 par. 6. *Como quier que en algunos lugares vsen el cõtrario,* vt ibi inquit lex, quod etiam lex fori 16. tit. 4. lib. 3. expressit dicens, *Si algunos caualeros, o otros montros, puerco, o otro ve nado leuantaren, ninguno ot ro, quier sea monte ro, quier no, le tome, mientra que aquellos q̄ le leuantaren, fueren tras el, &c.* & glossa in d. l. naturalem. §. illud, & Azo in summa instituta de rerum diuis. num. 22. qui di cit consuetudinem generalẽ esse in con trarium, & hæc opinio, quã dicit Azo probari de consuetudine, fuit Mart. in l. laqueum. ff. de acquir. rerum dom. quã diu fera luctando se non poterat expẽ dire, vt refert Gregor. Lopez in d. l. par titæ in glos. fin. vbi inquit, † hoc proce dere vbi ponens laqueum non esset in cõspectu feræ captæ: nam si esset in eius conspectu, nullum dubium est, quin sit eius, & alius capere eam non possit, quia per visum oculorũ, & aspectum acquirit sibi possessionem: si tamen fera luctã do se poterat expedire, tunc efficitur ca pientis: † & illa lex fori de consuetudi ne seruatur, secundum Greg. Lopez in d. l. 21. glos. 1. vbi pro consuetudinẽ alle gat. l. 15. tit. 26. par. 2. vbi idem Gregor. in glos. vlti. inquit: Facit ad bestiam vul neratam, quam vulnerans fessus labore insequi non potuit, & alius eam cepit: & tandem inquit, Vide tamen. l. 21. titu. 28. par. 3. & meritò quia d. l. 15. in alia di uersa materia loquitur, nempe in partis in bello, superuenientibus postea inimi cis, qui ab alijs vincuntur. Tandem res in vtroque foro ad consuetudinem legiti me præscriptam deferenda erit, ea verò deficiente, ad ius supradictum, vt existi mat Couar. d. §. 8. num. 13. & Cordub. d. quæst.

quæst. 119. in. 6. puncto, in vetli. *7 si se pre-
guntare*, vbi in idem citat speculum con-
scientiæ, lib. 1. cap. 70. quod verius, & se-
curius est: tamen nō mihi displiceat di-
stinctio in præd. quæstionibus nouiter
facta per Molinam de iustit. & iur. 2. tra-
ctat. disputatio. 42. si in praxi verificari
commode possit.

- 53 Qui autem arte & fraude columbas
deducit ab alterius columbario, & ad
proprium attrahit, veluti si in eo ad id
certa femina spargat, erit peccatū, cum
obligatione restituendi, si paruitas eum
nō excusat, vt cum Medina probat Na-
uar. in man. Latin. cap. 17. nu. 128. & plu-
res referens Medic. vbi supra, nu. 21. &
Nauar. hoc limitans, vt procedat tantū
in eo, † cuius principalis finis est alie-
nas inescare: non autem in eo qui prin-
cipaliter intendit suas pascere & retine-
re, ne aliō euocentur: supra dictam con-
clusionem probat etiam, & sequitur D.
Conar. vbi supra d. §. 8. nu. 14. versu. ter-
tio, addens, hunc esse in foro iudiciali
puniendum, secundū ea, quæ hac de re
a Iacobus Cæpolla de seruit. rust. præd.
c. de columbario, & cap. de venatione,
& in versu. quarto, refert esse prohibitū
ballistis, † similibus ve instrumentis vti
ad occidendas columbas, quæ in priua-
tis columbarijs nutriuntur, secundū
Cæpoll. in d. c. de columbario, & Guid.
Pap. quæst. 218. præterquam si ultra v-
nius leucæ spatium occidantur, iuxta
decretum regij senatus, & legibus super
hoc latis est standum absque dubio se-
cundū Domini. à Soto lib. 4. de iust. &
iur. quæst. 6. art. 4. pagi. 344. col. 2. versu.
sed aliæ sunt mediæ, † vbi quod si infra
spatium lege præscriptum capiuntur,
fortè non sunt captores à restitutione
immunes, quandoquidem vsque ad li-
mitem illum factæ sunt columbæ dome-
sticæ, tamen nec sunt rigore sumo vr-
gendi, ac si de ipso columbario illas fura-
rètur, sequitur Cordub. in summa de ca-
sos de conciencia, quæst. 121. versu. *lo prime-
ro*. & in versu. *lo tercero*, Angles vbi sup.
in 1. difficult. an capientes colūbas, &c.

Non desunt tamen ex recentioribus

docentibus tenentes contrarium, quan-
uis in publicum sua scripta non edide-
rint, nempe, vt quanuis peccent, vt po-
te quia contra legem iustam faciat, qui
intra vnus leucæ spatium à lege disti-
nitum columbas cepit, & non quidem
mortaliter, sed venialiter, nisi admodū
frequēter, & cū maximo detrimento do-
mini id faciat, nō tamē teneatur ad vllā
restitutionem, nisi magnam columba-
rū stragem fecerit: legi enim regiæ satis
fit, dicendo peccare eos, qui contra il-
lam fecerint, non tamen idē est dicen-
dum quōd teneantur ad restitutionem,
quia lex illa nō applicat dominium co-
lubarum domino columbarij toto
illo termino, aut certe si applicat, tantū
applicat ijs legibus, & conditionibus,
quibus pisces fluuij applicantur fluuij
domino, aut feræ fūdi domino nō circū
septi applicantur ipsi, sed qui capit fe-
ras fundi non circumsepti, non tene-
tur ad restitutionem earum, vt docui-
mus: ergo, &c. Nihilominus Soti opinio
securior, & communi quam supra pro-
bauimus magis accedit, præterquā quod
non admodum rigida est, quandoquidē
inquit quōd huiusmodi captores colū-
barū intra leucæ spatium nō sunt sum-
mo rigore vrgendi ad restitutionem ea-
rum, ac si de ipso columbario illas fura-
rètur, quinimō, & sub dictione fortè, suā
opinionem probat, capientes autem eas
extra leucæ spatium, non tenentur ad re-
stitutionem, vt aduersus Cordub. & al-
ios recte probat Molina de iustit. & iur.
in. 2. tracta. disputatio. 50. † & an & quā-
do liceat habere columbarium, videndus
est Nauar. vbi supra, num. 126. & Fran-
gles etiam vbi supra, conclusionem. 3. & se-
quentibus, & Molin. de iust. & iur. 2. tra-
ctat. disputatio. 48.

- 58 De auibus autem, & earum venatio-
ne, vltra supradicta, videndus est Domi-
nic. à Soto vbi supra, qui eas dicit esse
in triplici differentia, & denique. l. 23.
tit. 28. part. 3. vbi Greg. Lop. plures alias
iuris communis leges, quibus illa re-
gia consonat, refert, quam & in foro cō-
scientiæ, non solum exteriori habere lo-
cum

cum existimo ex rationibus prædictis in hoc cap. & ex his quæ tradit Couar. vbi supra, in principio quæ in proposito conducunt.

- 59 Illa tandem in calce huius cap. quæstio examinada proponit, de qua sæpissime cõtingit dubitari, & à viris eruditis cõsiliũ exposci, an custos mótium, siluarum, cæduarum, pastus, venatus, aut piscatus prohibiti, vt ceruorum, cuniculorum, auium, &c. constitutus ab his, quorum sunt illa iura cum iuramento, vel sola fide adstrictus fideliter ea seruare, possit cum quibusdam dissimulare; præbuis, amicitia, vel pretio corruptus, & sic dissimulans an teneatur aliquid
- 60 domino loci, seu monis restituere? Et in hac quæstione, excluso illo custode constituto ab eo, qui iniuste, aut tyrannice prohibet, aut possidet, de quo nõ est dubium: nec nos agimus, quia ad nihilũ tenetur, licet iurauerit se capturum; aut denuntiatum quos inuenerit, argumento text. in cap. in malis promissis rescin. de fidei. 22. quæst. 4. & cap. non est obligatorium, de regul. iur. in 6. vt in terminis tenet & bene probat Ioan. à Medin. de restitutio. d. quæst. 12. vers. alia hinc oritur, ibi: Si tyrannice, &c. quem sequitur Nauar. vbi supra, num. 124. & Cordub. in sua summa quæst. 66. in 4. dicto, vbi præd. & Siluestrum citat & sequitur de custode iniuste prohibente, & possidente constituto dissimulate ex prædictis causis, vt in locis vetis ligna scindantur, vel venentur, tenendum est, huiusmodi custodem sic dissimulantem teneri in conscientia damnum sic illatum domino restituere, si certum est ipsum venatorem, aut lignorum scissorem ad idem teneri, etiam si principales captores iuxta statuta, & consuetudinem patriæ in conscientia ante condemnationem nõ teneantur, vt recte probat Medina vbi supra, in vers. si verò præfati custodes, resoluens in præsentis specie teneri huiusmodi custodem domino iuxta quantitatem illati damni, aut iuxta quantitatem poenæ, que de iure erat domino applicanda, si ipse non dissimulasset, &

optio erit apud dominũ: quem sequitur loquens in obligatione restituendæ damnũ, non verò in poena, Nauar. vbi supra, nu. 123. addens, præd. custodem non teneri restituere, quod ob id accepit: idem Nauar. iterum ibi, nu. 136. & cap. 25. nu. 34. & Cordub. vbi supra, in 3. dicto: & illud de poena, quod asserit Methymna, verum non existimo, cum poena ante condemnationem non debeatur in conscientia, iuxta communẽ omnium prope resolutionem verissimam, & tenendam: ergo sicut ad poenam non tenetur in conscientia principalis, quia non fuit cõdemnatus, nec etiam custos dissimulans: faciunt etiam contra Medin. quæ statim dicemus.

- 61 Limitant tamen supra dicti authores præfatam suam sententiam, quando custos dissimularet, ac permetteret, eos prædicta facere, quos sciret esse sanguineos, aut adeò domini sui amicos, vt probabiliter credat illi placitum eorum captum, non tamen sufficere inuentos esse tales, qui si facultatem à domino peterent, obtinerent; sed eam petere nolunt: & prætereà si dissimularent cõ alijs, quibusdam concurrentibus, nempe quod hi qui aliter aliena de locis vetis capiunt, tanta sint necessitate constituti, quæ eos à crimine seu culpa excusaret: veluti si sit extrema necessitas, vel quasi, ita vt vix possint vitam suam & suorum conseruare. Secundo, quod eorum necessitas seu indigentia sit nota ipsi custodi. Tertio, quod non nisi quantum necessitas exigit, capiant.

- 62 At verò si custodes cum venatoribus, & alijs damnificis dissimulēt abscondentes se, vt alij libere vetita capiant, vt ipsi postmodum eos apprehendant, & puniri faciant, peccabunt huiusmodi custodes. Primo, contra præceptum de corrigendo fratrem. Secundo, contra fidelitatem domino loci debitam; tenebantur enim dānum sine propria iactura euitare ac præcauere. Tertio, contra charitatem proximo habendam, ac proinde non sunt à culpa immunes, et si poena contra venatores appo-

sita

fit sit personalis, aut talis, quæ in commoditatem domini loci spoliati nõ cedat, tenebuntur domino de damno sua dissimulatione illato, aliàs secus, secund. Medi. vbi supra, ibi, si denique, vbi quod venatoribus non tenebuntur de damno, ex quo ipsi poenam quam luent, sua culpa meruerunt: præfata tamen opinio quòd in præfenti specie huiusmodi custodes peccent, dura videtur Nauarr. d. cap. 17. num. 124. saltem quoad eos, qui permittunt ingredi, quo semel deprehensi, iterum ingredi caueant, nec sinunt eos inferre damnum notabile in locis eius modi prohibitis: tum, per ea quæ dixit in. c. inter verba. 11. quæst. 3. nu. 629. tum quia oppositum omnes fere custodes faciunt, idque ab omnibus scitur, & ita nemo se deceptum dicere potest, argumẽto regul. scienti, de regu. iur. in. 6. sequitur Cordub. vbi supra, in. 2. dicto in versicul. *Mas el daño*, & in versu. *Y segun algunos Doctores.*

Hæc tamen nõ conuincunt, quin opinio Medinæ præcedens verior, & tenenda sit, nisi in specie, qua moderatur eam Nauarr. nempe quando dissimulatio præd. in eum finem tantum fiat, quo semel deprehensi, iterum ingredi caueant, nec sinunt eos inferre damnum notabile, & præterea sic capti non puniuntur, quo casu mihi placet sententia Nauarr. aliàs secus, quia illa ratio, quòd oppositum omnes fere custodes faciunt, & c. non est efficax nec solida, quia non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse: & præterea nam sciens custodem sibi insidiari, in alienum fundum nociturus intraret, suntque fundamenta Nauarr. minime concludunt.

§3 Ex supra dictis deducitur, custodes, & præfectos importandis, & exportandis mercibus in confinibus regnorum, prouinciarum, & ciuitatum, qui permittunt exportari, vel importari vitas, peccare mortaliter, & esse periuros, nec absolui posse sine firmo proposito nunquam id amplius permittendi, sed minime teneri ad restituendas poenas, quas soluissent transgressores, si denunciati

fuisent, neque bona quibus ob id priuarentur, quanuis teneantur ad restitutionem vectigalium quæ importatore, vel exportatores deberent, quia hoc nõ est poena, sed interesse: ita in terminis tenet Nauarr. in man. Lat. c. 25. nu. 34. & 51. vbi quod nullus (vt arbitratur) hactenus contrarium dixit, adducens pro sua opinione doctrinam S. Bernardi, quem citauit Siluester in sua summa verb. restitutio. 3. quæst. 5. versu. septimo, quòd præfectus custodiæ vrbis iurans se accusaturum, quos post sonum campanæ inuenerit, non accusans peccat mortaliter, quia frangit iuramentum iustum, quãuis sine obligatione restituendi; poenas, quas accusati incurrissent: vnde existimat, etiam idem Nauarr. quòd testis, qui in iudicio legitime interrogatus super crimine ob quod bona publicantur, negat veritatem, propter quod reus absoluitur, non tenetur ad restituendum fisco, id quod ad eum perueniret, si damnaretur, quia poena in foro animæ non debetur ante condemnationem, & alijs rationib⁹, quas ibi refert. Supradicta tamen sententia Nauarr. eam patitur difficultatẽ, quoniam regula generalis est, impediẽtem alterum à consecutione alicuius boni, in quo habeat ius quæsitum, vel ius ad rem, eodem ad restitutionem teneri, vt late probat idem Nauarr. in man. Lat. c. 17. n. 69. & seqq. & sequitur omnes secundum Petrum à Nauarr. qui plures citat lib. 3. de restit. cap. 5. nu. 2. cum seqq. apud quos quando dicatur habere quis ius perfectum in re, & quando imperfectum ad rem, sed isti custodes ratione officij, & iuramenti à se præstiti tenentur præcise deferre ad iudicẽ huiusmodi delinquentes cum mercibus vitis captis, vt puniantur secund. 11. & merces præd. fisco regio applicentur. Ergo si contra faciant, dissimulando, & permittendo pretio, vel præcibus corrupti, aut aliàs, tanquam impediẽtes fisco à consecutione illarum quæ iam necessario erant fisco applicandæ, prout indubie applicarentur, nisi hoc illi directè atque scienter impediẽrent in fraudem, & damnum

damnum notabile fisci, tenetur ad restitutionem earum fisco faciendam, quod enim parum distat, nihil distare videtur, secundum Philosophum Aristot. 2. Physicorum: quare potius in proposito distinguendum videbatur, hoc nempe modo, ut si promissio, fraus, collusio, & huiusmodi sordes, actiones que illicitae sunt, & interueniant, antequam merces vitata importetur, vel exportetur, tunc quidem vera sit opinio Nauarrum quia nodum incurta erat poena, & ideo incertum, an cessantibus illis actionibus, incurreretur: tum etiam, quia licet adhuc merces illic importaretur, vel exportaretur, id occulte & caute fieret timore poenae, ne deprehenderentur, sicque nec fiscus haberet ius quaesitum in illis, nec certum quaerendum ad eas. At verum si huiusmodi corruptio, fraus, & sordes fierent in ipso actu, & itinere importationis, & exportationis dum quis apprehenditur in ipso fragranti crimine, & sic tempore quo iam poena est incurta, ius quoque fisco Regio acquiritur in re, vel saltem quaerendum ad rem, tunc praedicti custodes in specie praemissa teneantur etiam ad restitutionem fisco faciendam illarum mercium vitatarum, tanquam interesse fisco debitum, quandoquidem certum erat fisco iure esse deferendas, nisi illi facto suo illicite id impedirent: ceteras autem poenas corporales, quas passuri erant principales delinquentes, hi custodes in conscientia luere non debeant, cum in hoc fisco regio nihil intersit, nisi post condemnationem: & in terminis ita nouissime probat immemor Nauarrum. F. Salon de iust. & iur. in 2. 2. S. Thom. q. 62. art. 7. controuers. 5. conclus. 3. 4. & 5. col. 904. cum sequitur, qui postea aliquibus modis eam temperat, & in custode motum dissimulante idem cum Medin. probauit Ludo. Carb. de restit. quaest. 36. conclus. 3. tam respectu damni, quam poenae, alternativae optione domino data.

Nihilominus cum rem hanc mecum tacite saepe ac saepius considerarem, & cum alijs conferre, supradictis non obstantibus, libenter opinionem negatiuam Nauarrum, indistincte sequor, & approbo, tanquam veriore, imo quod huiusmodi custodes indistincte non teneantur in conscientia ante condemnationem ad soluendas, vel restituendas fisco villas

poenas in praedicta specie, quam soluisset transgressores, si denunciari fuissent, nec bono, quibus ob id priuaretur, & necessario fisco esset applicanda, sed tantum ad restitutionem vectigalium, quando hoc deberet, quia non erat merces omnino vitata (praeter peccatum mortale & periurium) alias secus, & hoc. 1. illo solido fundamento, quia poena non debetur in foro conscientiae ante condemnationem: & quemadmodum principales ad eam non tenentur ante sententiam, ita nec hi impediunt, cum idem sit iudicium de vtriusque. Nec obstat fundamentum supra in contrarium oppositum de impediente alterum a consecutione alicuius boni, &c. quia illa est alia differens materia, locum habens in re debita, ut propria, vel communi, & in distributione rei non debita, sed mero beneficio, dono vel gratia conferenda, quod casu impediens tenetur, ut praediximus: at verum in nostra quaestione loquimur de poena debita ex delicto, quae quidem nullo modo, directe vel indirecte, debetur in conscientia ante sententiam.

Secundo moueor, quia licet praefectus custodiae urbis, qui ex officio tenetur vigilare, ac per urbem & oppidum ambulare ad obuiandum furtis, alijsque criminibus, id omittens, vel crimina permittens committi teneatur ad restitutionem danorum sua culpa proueniunt, ut late & bene probat Mercad. de tratos y contratos. c. 18. De como han de restituir las causas terceras del daño, vers. Los postreros, non tamen inquit eum teneri ad restitutionem poenae pecuniarum, quam incurrerent, & soluere tenerentur ipsi principales delinquentes, si caperentur, & punirentur: haec enim cum sit poena, non debetur in foro conscientiae ante condemnationem: & praeterea in terminis tenet, post D. Bernardum quem citat, Siluester in summa verb. restitutio. 3. q. 5. vers. septimum, dicens, quod custodes & vigiles ciuitatum non accusantes quos inueniunt euntes post sonum campanae, licet peccent mortaliter, & sint periuri, si accusare iurauerunt, non tamen tenentur soluere poenam, quam soluisset illi, si fuisset accusati: tenentur tamen, si quod munus acceperunt, pauperibus erogare, & si vidissent tales alii-

Nnn cui

cui damnum inferre, & non reuelassèt, tenentur restituere dānificatis, & idē à comunitate sunt salariati, sicut custodes vinearū & possessionū: sequitur idē Nauar. d. c. 25. n. 51. tit. 3. Opinio principalis Nauarr. cōprobat ex traditis per eūdem Siluest. vbi sup. q. 12. vers. se primum, quem refert & sequitur Petr. à Nauar. lib. 3. de restit. c. 5. n. 13. vers. vlti. vbi tenet, quòd occultantes & faciētes fugere officiales tēpore syndicatus, tenentur ad restitutionē dāni, scilicet quod ipsi debebāt, si fuissent syndicati, secund. Bar. in l. si post. C. de auel. & secūd. Bald. ad quadrupulū, sed quod in foro cōsciētiæ est, hoc verū solū post cōdēnationē: hoc autē dictū Siluestri de dāno, intelligo, etiā ante cōdēnationē, quia est interesse partiū, q̄ iniuste abstulerunt & impediunt occultantes, & faciētes fugere officiales, tamē si minus rectē Nauar. vbi sup. in vtroq; requirat cōdēnationē, ad hoc vt debeat, sed meo iudicio, dānū statim debetur in foro cōsciētiæ ante cōdēnationē, quia est interesse: sec⁹ in quadruplo, quia est pœna, per prædicta, & ad quadruplū tātū debent referri verba illa Siluestri, nepe q̄ in foro cōsciētiæ est verum solū post cōdēnationē, tanquā ad proximū, nō verò ad restitutionē damni, quod est remotius, & quia in damno alia ratio est quā in pœna, vt ipsemet Siluester eod. verb. restitutio 3. q. 5. vers. se primum, declarauerat, & nos quoque prædiximus.

Vt iudicium pro opinione Nauar. facit, q̄ licet isti custodes ob suum dolū, & fraudē, atq; iniustum impedimētum in foro exteriori cōdēnari possint, valeant ac debeant, vltra interesse, in eisdem pœnis pecuniarijs, & alijs, quibus principales condemnandi essent fisco applicādis, argumēto eorū quæ latæ differit Auil. c. 3. præ. in glo. Iurisdiciō, nu. 13. attamē cū hæc etiā sint pœnæ, ante cōdēnationē nō debentur in cōsciētiā, per supra dicta. Fit igitur ex supradictis, opinionē Nauar. esse verā, non solū in principali casu custodum, sed etiam in teste, qui in iudicio falsum deposuit, propter quod

re⁹ absoluitur à pœna publicationis bonorum fisco applicandorum, quam incurrerat, vt non teneatur ad restitutionem eius, quod ad fiscum perueniret, si ille reus damnaretur, quia est pœna, quæ in foro cōsciētiæ nō debetur ante tēntiā: q̄ ad damnū autē quod intulit ex suo falso dicto cum iuramento, vel iureo, tenetur lēso restituendū, vltra peccatū mortale, iuxta mētē Thomæ recepti 2. 2. q. 70. ar. 4. vt per eūdem Nauar. d. c. 25. nu. 40. Eandem resolutionē in omnibus supra dictis citās Nauar. vbi supra sequitur & probat Cordub. in sua summa de casus de consciētia, q. 66. in. 2. dicto Post hæc scripta in lucem prodijt instructio-rium negotiat. fratris Ludouic. Lopez, qui lib. 2. cap. 38. vers. accedit huc, late per plures columnas examinat. prædict. quæstionem de custodibus, & in omnibus sequitur & probat quod cum Nauar. vbi supra, prædiximus atque probauimus: addens secus esse in fiscali promotore & in ipso iudice cum reo colludentibus, hi namque, vltra peccatum, ad restitutionem pœnæ quam iure debebant delinquenti facere imponere, & exequi, & tamen omiserunt dolo, tenebuntur, ex optima ratione differentiæ quam inter hos & custodes prædictes ibi considerat in custodibus cōfinium regnorū. Idem quod Nauar. vbi supra, & nos respectu pœnarum, tenet nouissime Ludouic. Veia in respons. ad casus consciētia casu. 58. vers. tunc demum, & in vers. præcedent. in vers. opposita tamen, idem quod supradiximus de testibus, probat.

S V M M A R I V M.

- 1 **I**udex an teneatur iuxta allegata, & probata sententiam dicere, tam in civilibus, quā in criminalibus an verò possit secundū cōsciētiā priuatā eā proferre, & numeris seqq. vbi tres opiniones principales in hoc referuntur. Resoluitur cū cōmuni secundū allegata & probata id facere debere.
- 5 **H**omo in his quæ ad propriam consciētiā pertinent ad publicam potestatem, debet

- bet informare conscientiam secundum ea, quæ in publico iudicio sciri possunt.
- 6 Iudex non potest sententiam dicere contra propriam conscientiam atque priuatam, sibi stimulantem, existimans, aut dubitans se non posse ferre sententiam ex probationibus contra propriam ipsius scientiam: opinari tamen potest iustissime, ex probationibus se posse ferre sententiam, & ita de posita conscientia priuata, poterit secundum allegata & probata proferre sententiam absque ulla culpa, ut in num. 7. Idem est in iudice habente arbitrium in causa, ut in num. 8. Debet tamen prius diligentius examinare testes, eos instantius interrogando, districtius que scrutando horam, locum, & formam delicti, ut inueniat occasionem liberandi innoxium, ut fecit Daniel ad Susannæ innocentiam patefaciendam: quod si hoc non sufficiat, debet remittere cum superiori iudicandum, ut in nu. 9. cum sequentibus, ubi late differitur & declaratur, & num. 14. quod causam remissionis populo cum iuramento declarat.
- 11 Iudex in præd. specie sciens remissionem à se faciendam ad superiorem profuturam, proculdubio peccabit mortaliter, si reum damnauerit negando ei appellationem, vel ante sententiam non remittendo causam superiori, de illius innocentia testificando, & prætereà renebitur omne damnum illatum restituere.
- 12 Iudex huiusmodi an teneatur tunc temporis magistratui cedere, & sic deponere officium, potius quam condemnare talem hunc reum?
- 13 Iudex in præd. specie an debeat dissimulatio, & sine scandalo dimittere carceres apertos ad fugam.
- 15 Minister iudicis condemnantis innocentem an exequendo sententiam eius, peccet mortaliter?
- 16 Princeps potest sententiam dicere iuxta propriam & particularem conscientiam aduersus allegata & probata, imò equissime sic faciet, ut in nu. 17. sed hoc publice populo manifestet, ut in nu. 19.
- 18 Advocatus licite potest defendere, quem noxium scit, si innoxium constat esse ex processu.
- 20 Episcopi iure communi ut debent iudicando secundum allegata & probata, non verò secundum priuatam conscientiam suam.

21 Senatores supremi an teneantur iudicare secundum allegata & probata, vel possint ex propria, & priuata conscientia contra publicam sententiam dicere.

CAPUT XXIX.

An iudici liceat iudicare secundum allegata & probata, contra veritatem, quam priuata conscientia nouit, necne?

Antiqua est illa cōtrouersia, atque ingens rixa inter authores Theologos, & vtriusque iuris interpretes, an iudex debeat & teneatur ex allegatis & probatis, quæ sibi in iudicio nota sunt, non verò ex his quæ priuatum ex particulari scientia perceperit, sententiam dicere? verbi gratia, Probatur quis legitime in processu nocens, quæ ipse iudex ex certa scientia, priuata tamen, scit esse innocentem, an possit tunc, & teneatur secunda conscientia illum iuxta allegata & probata condemnare aduersus propriam conscientiam priuatam, vel potius illum absolueret, quid ve in hac questione facere debeat Christianus ac relictus iudex, ne erret? Hanc questionem profecto offuscant, atque obscurant DD. scribentes præcipue post D. Thom. plura indigesta pro & contra adducunt, ac variè de ea sentientes, sibi parum inter se consentientes, atque diuersas sententias in ea proferentes: quinimò & plurima ultra quam oporteret loquentes, cum tamen prius ipse diuus Thomas omnium post eum magister & antesignanus breuiter, dilucide, ordinate, ac mirò ingenio (ut reliqua) eam expedierit: ipse autem minimus omnium, nubilam posteriorem dispergens, doctrinam Angelici Doctoris sequutus, qua poterò breuitate & claritate præsentem questionem differam.

In primis admonemus, nos eam fingere in ea facti specie, in qua tota versatur difficultas, nempe quando iudex cogitur præcise ferre sententiam diffinitiuam cō-

demnatoriam, vel absolutoria, ita quod omnibus recte p̄satis, ac prudenter circūspectis & prouisis, iudex aliter se non potest ab hoc onere iudicandi exuere, sed necessariò ac precise debet causam definire (quanuis, vt ex infra dicēdis apparet vix possit extrema necessitas in gruerē innoxij hominis in mortē adigēdi) hoc sic præhabito in præd. facti specie inuenio tres opiniones principales.

2 Prima est existimantiū quod in nullo casu, nec in causa ciuili, nec in criminali, liceat iudici condemnare eum, quē euidenter scit esse innocentem, quantū uis legitime probetur re^o. Huius opinionis originarius refertur author Hugo in l. prætor. ff. de iurisd. omnium iud. & Martin^o iuris ciuili glossator antiquus in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præsid. & glo. in l. bonerū. C. qui admitti, verb. sciens, quā sequitur Calder. & Panor. in c. pastoralis. §. quia verò, de offic. deleg. & Ang. de Clauas. in sūma verb. iudicare, q. 7. Roselā verb. iudex. 1. §. 18. & Nicol. de Lyra Exod. 23. Adrian. in quodlib. 2. ad. fi. & quodlib. 6. art. 3. & latius eam defendit frater Barnabas de Rosalibus in tractat. de variet. opin. fol. 95. Ioan. Arbore^o lib. 9. Theosoph. c. 20. alios auctores huius opinionis, & 8. fundamenta cōgerit D. Couar. lib. 1. var. resol. c. 1. nu. 1. cum seqq. vsq; ad numer. 4. exclusiue, quanuis ipse eam non sequatur, & latissime idem facit Salon de iustit. & iur. in 2. 2. D. Thom. q. 67. art. 2. col. 1388. cum seqq. & respectu causæ criminalis eam 16. fundamentis prolixè satis cōprobat Ant. à Cordub. lib. 1. sui quæstionarij. q. 37. in. 3. opinione, versu. 2. pars. pagi. 299. colu. 2. Nihilominus eam non probat, nec in ciuilibus nec in criminalibus, eius namque fundamentis optime satisficit per D. Thom. & Couarr. vbi supra, cæterosque sequaces S. Thomæ.

3 Secunda fuit opinio asserentium, quod in ciuilibus, etiam vbi de magna quantitate ageretur, possit iudex condemnare innocentem, nocentem tamen in iudicio probatum: in criminalibus verò secus, siue causa capitalis sit, si-

ue vllius mutilationis. Hæc sententiā refertur ab Angelo vbi supra, tenuisse Rodolphum: eamq; probarūt Imol. & alij in. l. à diuo Pio, in princip. nu. 8. in versu. extra glossam, ibi. Credo quod salua conscientia. ff. de re iud. & sūma Rosel. vbi supra, & Adria. etiam vbi supra, dicens, esse Theologorum opinionem, & eam latissime fundat Ant. à Cordub. vbi supra, quauis minime probet, sed ipsam sequitur & probat nouissime Petrus à Nauart. Theologus Toletanus, lib. 2. de restit. c. 3. nu. 160. cum sequentibus, existimans adeò procedere, vt nec etiam in casu scandali totius populi occidi possit. Hæc tamen secunda opinio minus inter omnes habet probabilitatis, vt affirmat Domin. à Soto libr. 5. de iustit. & iur. quæst. 4. art. 2. in. 2. opinione, miratus Adrianum quod eam asserat esse Theologorum opinionem, cum tamen ex antiquis nemo sit, qui non in dubie teneat cum S. Thom. vt infra in tertia & ipsius sententia communi videbimus: & fundamentis huius secundæ sententiæ satisfaciunt iidem, qui prioris responderunt: quoniam ego in hoc maxime quod vllus alicuius nominis Theologus hanc opinionem prebarit aduersus Mag. strū cōmunē summū veridicū D. Tho. cuius est opinio infra sequēs. Hæc secundam opinionem nec verā esse, nec communem, late probat Salon vbi supra, col. 343. cum seqq.

4 Tertia verissima & receptissima sententia communis atque tenenda est, vt iudex in vltimas cōclusus angustias, debeat in omni causa, tã criminali, quã ciuili, contra veritatem sibi vt priuato notam secundum allegata & probata sententiā pronuntiare: hæc tamen cum pluribus probetur per infra citandos auctores vrgentibus fundamentis, sequenti tamen magis astruitur, nempe ex textu in capit. iudicet. 3. quæstion. 7. ex diuo Ambrosio super Psalmo. 118. in sermone super illud: Miserationes tuæ multæ nimis, Domine, &c. Inquit ibi diuus Ambrosius: Bonus enim iudex nihil ex arbitrio

arbitrio suo facit, & domesticæ propo-
 to volūtatis: sed iuxta leges & iura pro-
 nuntiat: statutis iuris obtēperat: nō in-
 dulget propriæ volūtati. Nihil paratū
 & mediatum domo defert, sed sicut au-
 duit, ita iudicat. Nihil igitur aliud his
 verbis Ambrosi⁹ significare voluit, quā
 quod iudex ex seipso nihil iudicet, sed
 secundū allegata & probata in iudicio,
 vt aperte ibi adnotauit glos. arguit re-
 soluēs, quod aliud facit aliquis in eo q̄
 iudex est, aliud verò in eo quod homo
 est, nā, vt inquit D. Thom. 2.2. q. 67. art.
 2. ad. 4. homo in his, quæ ad propriā con-
 5 scientiā † pertinent, ad publicā potesta-
 tem, debet informare conscientiā suā se-
 cū dum ea, quæ in publico iudicio sciri
 possunt: ex qua verissima ratione, atq;
 aurea doctrina cessant omnia argumēta
 contra hanc. 3. sentētiā per cōtrarię par-
 tis sectatores adducta, tam ex diuinis li-
 teris, quā aliunde, dum eisdem probare
 contendunt iudicem secundū ipsam
 veritatem ac propriam conscientiā debe-
 re iudicare: id namq; verum intelligen-
 dū est, quod iudicare debet iudex veri-
 10 tate secundū ea, quæ fuerunt sibi propo-
 sita, & sic secundū conscientiā publicam,
 quæ sibi cōstat atq; est nota ex actis cau-
 sæ, vt iudici, quā sequi omnino tenetur
 ob publicā potestatem, quā gerit: sec⁹ verò
 de priuata cōscientia, quia licet secundū
 eam reus innocēs sit, secundū tamē publi-
 cam conscientiā, quā sequi tenetur, no-
 cens est, si enim aliud esset, facile peruer-
 teretur ordo iudiciarius, atq; tota Rei-
 publicæ Christianæ quies perturbaret,
 maximaq; scādala orirētur, & nonūquā
 imò sæpissime forsā iudex muneribus
 corruptus sibi priuatim cōstare de inno-
 centia rei falso affirmaret, vt verè nocē-
 tem secundū vtramq; veritatem absolue-
 ret, & sic delicta impunita remanerēt, q̄
 enim vilius nasci scādalu permittitur,
 quā q̄ veritas relinquatur, vt regula iuris
 affirmat, intelligēdū est, quādo aliud pu-
 blicè in iudicio probatū nō haberetur.
 Nō etiā obest præceptū de nō occidēdo
 innocētē, hic enim secundū cōscientiam
 publicam nocens est, & sic de similibus

obiectis dicēdū est, nam supradicta faci-
 6 li negotio refelluntur. † Verū est quod
 iudex minime potest sententiam dicere
 contra conscientiam propriam atq; pri-
 uatam sibi stimulantem, nempe si existi-
 met, aut dubitet se non posse ferre sentē-
 tiam ex probationibus cōtra priuatam
 ipsius conscientiā, tunc enim peccabit
 mortaliter palā agens cōtra propriæ cō-
 sciētia dictamē, vt fatentur omnes prio-
 ris opinionis authores, præcipuē Hostiē-
 sis, Ioan. Imol. in d. c. pastoralis. §. quia ve-
 rō, nu. 7. Adria. quodlib. 2. ad f. Siluester
 statim citandus, & Nauar. in. c. si quis au-
 tē, de pœnitentia dist. 7. n. 128. & D. Co-
 7 uar. vbi sup. n. 6. † Nihilominus tamen
 iudex, qui vt priuatus scientiam habet
 eius, qđ in iudicio controuertitur, & sa-
 ne contrariū his quæ probata sunt, iustif-
 sime opinari potest ex probationibus se
 ipsum posse sententiā ferre, & hac opi-
 nione præmissa absq; vlla culpa, eandē
 sententiā secundū allegata & probata
 ferre potest, vt habet hæc cōmunis sētē-
 tia, & in terminis eam probauit S. Tho.
 2.2. q. 64. art. 6. ad. 3. & latius q. 67. art. 2.
 vbi eā facit conclusionē: Cū iudiciū ad
 iudices spectet, non secundū priuatā, sed
 publicā potestatem oportet eos iudicare,
 non quā ipsi nouerūt veritatē, sed quod
 secundū leges, allegata & probata per
 testes sibi publice innotuit: & ibi Caiet.
 post longā ad vtrāq; partem quæstionis
 discussionē inquit, q̄ quia hæc via solidū
 habet fūdamentū, & nihilominus tene-
 tur à tot DD. scilicet S. Thom. Alex. de
 Hales, Ricardo, Petro de Paluda, & Pe-
 tro de Tarāntasia, & multis alijs, vt refe-
 runt, & ortum habuit ab Ambrosio su-
 per, Beati immaculati in via, vt in d. c.
 iudicet, idē amplectendū est: sequitur
 etiā Ioā. Maior in. 3. sententia. dist. 33. q.
 4. & Siluest. in summa verbū iudex. 2. q. 5.
 per totā, post Floren. 3. p. tit. 9. c. 2. §. 6. v-
 bi expresse testatur hanc opinionem à
 Theologis frequentiori calculo proba-
 tā esse, & eam sequitur ac probat referēs
 esse opinionē antiquorū omniū Theo-
 logorum, iurisq; vtriusq; interpretum,
 Domini. à Sot. lib. 5. de iustit. & iur. q. 4.

art. 2. versi. tertia ergo opinio. eandem sententiam fatetur esse magis comúnē, & tenendam consulit, quanuis dicat sui arbitrij non esse definire, quæ supradictarum verior sit, Ant. à Cordub. libr. 1. quæst. q. 37. circa. fi. in versi. quæ igitur, pag. 315. col. 1. in. sine. Hanc etiam latissime probat, & magis. comúnē, & multo veriorē ac probabiliorem appellat Salon vbi supra, colu. 1387. & 1394. cum seqq. & ex Iuristis eandem opinionem tenuit etiam glos. in. c. 1. de offic. ordin. & in d. c. pastoralis. §. qui verò, de offic. deleg. & ibi Cardin. glos. etiam in. l. 2. de ferijs. glo. Alberic. & Bart. in d. §. veritas, Cynus, Bart. & alij in. l. 1. C. vt quæ defunt aduocat. Couarr. alios plures referens, & ex eisdem constare, esse magis comunem opinionem, affirmat lib. 1. variar. resolu. cap. 1. num. 6. quia nu. 4. eam sex fundamentis comprobat, & numeris inferioribus respondet fundamentis contrarijs: Eandem fatetur esse comunem Ioan. Oroscius in d. §. veritas, num. 9. dicens nempe, non dubium esse quin opinio hæc à Doctoribus vtriusq; iuris, & à Theologis quoq; approbata sit: & eam sequitur plures allegans Iacobus Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 8. & q. 24. nu. 3. † addit, idem esse in iudice habente arbitrium in causa. Eandem sequitur, & dicit comúnem Iul. Clar. in practi. crim. §. fi. q. 66. versi. scias autē. Vnde infertur, nullam congruam rationē differentię assignari posse inter causas ciuiles, & criminales, prout distinguebat secunda opinio, quinimò in vtriusq; in distincte comunis sententia seruanda est, vt nuncupatim post alios rectē tenuit Couar. vbi sup. nu. 7. versi. 2. quicquid immeritò eum in hoc carpat Petrus à Nauar. vbi supra, nu. 176.

Locuti sumus, quando iudex in vltimas conclusus est angustias, ita quòd nihil sibi supersit faciendum quā absolue re, vel condēnare, tunc enim, vt prædiximus, secūdum allegata & probata, de posita scientia priuata, debet ac tenetur sententiam proferre.

9 Debet tamen prius in præmissa specie

diligentiùs examinare testes, eos instantius interrogādo, districtiusque scrutādo horam, locum, & formam, vt inueniat occasionem liberandi innoxium, illa nimirum prudētia vsus, qua Daniel præbyterorum iniquitatem deprehendit, vt Susannæ innocētiam patefaceret: si autem hoc non potest, debet eum superiori remittere iudicandum, si tamen hoc non potest, non peccat, vt prædiximus, secundum allegata & probata sententiam ferens, quia ipse nō occidit innocentem, sed illi, qui eum asseruerūt esse nocentem: ita S. Thomas d. q. 64. art. 6. ad. 3. Et quidē quoad primū, vt iudex prius teneatur diligētius examinare testes, planū est, atq; apud omnes absq; cōtrouersia in cōfessio, iureq; verissimū, quia iudex ex officio tenetur veritatē omnibus vijs indagare, atq; innocentiam rei etiā absentis perquirere, vt inueniat occasionē liberandi innoxium, vt in quā plurib⁹ iuris partib⁹ probatur, & l. regia del orden del proceder cōtra los absentes in causis criminalib⁹ cauetur. † Quo ad. 2. autē, nēpe vt quando per diligētē examinationē testium de innocētia rei non constiterit, debeat iudex eum superiori remittere iudicandū: etsi hoc remediū licitum sit, contendit tamē non esse necessarium Domin. à Sot. vbi supra. versi. sunt autem, qui ex his, tū quia inferior iudex legitimā habet authoritatē terminādi causā secūdū allegata & probata: tū etiā, quia cū superior, rei nesciat innocētiam: nō posset ob testimoniū inferioris eū absolue re, sed deberet aliorum testiū iureiurādo stare: tenuissimū, imò innane esset remissionis remediū, & perinde esse superiori eū remittere, ac supplicio offerre: quare si non licet eū occidere, nec eum deberet tradere superiori, sed ipsū liberare. Nihilominus tamē sententia S. Thomæ in hoc etiā comúnis est & vera, nempe vt remediū remissionis hoc casu ad superiorē sit necessarium, vt constat ex Siluestro vbi supra, & plerisque supra citatis, eamque probat Alex. Hales in. 3. p. q. 40. in. 6. art. 2. ad. vltimum argu. & q. 34. in. 1. art. 4. & Ca-

icta-

seta. super Thomã, 2. 2. q. 67. art. 2. ad. 4. Innoc. & alij quos refert Abb. in d. c. pastoralis. §. quia verò, de offic. deleg. Iul. Clar. vbi sup. vbi dicit cõmunem, & bene Ant. à Cordub. d. lib. 1. sui quæst. q. 37 in. 2. opinio. in versu. ex hac opinione sequitur, & c. Angles in suis Florib. Theolog. quæst. q. de restit. iniustitiã in iudicio cõmissã, in. 1. conclusio. pag. 143. & nouissime Petrus à Nauar. d. lib. 2. de restit. c. 3. nu. 154. cũ seqq. dicēs, hoc procedere secund. ipsos, quãdo id fieri possit sine scandalõ: & iudicã hoc remediũ esse necessario adhibendũ, vt patet ex littera beati Thomã in verb. debet, quod importat necessitatẽ, eodẽ enim verb. debet, vtitur D. Thomas in vtroq; casu, nempe in primo diligẽtius examinãdi testes, in quò idẽmet Soto, & ceteri omnes esse hoc remediũ necessariũ fatẽtur, & in. 2. remedio remittẽdi ad superiorẽ: ergo sicut primũ est necessariũ remediũ, nempe inquirendi veritatem strictius à testibus, ita & 2. nempe remittendi reũ ad superiorẽ, quãdo per primũ de innocentia rei constare non potest. quod & voluit prius Soto in versu. quin etiã, dicēs: Addiderim ego verò tertiũ, quã debet tunc, si profuturum cerneret, in tempus exiure personã iudicis, & corã superiore personam agere testis. Præter eã idem conuincitur necessario à sufficienti partiũ enumeratione: aut enim probabile est per factam remissionẽ ad superiorem innocentem quomodocũque à morte liberãdum esse, aut verò id non constat, sed potius contrarium: in primo casu patet esse remediũ necessariũ, imò est de mente Soti, quia per id innocens iuridice liberatur à morte, quãdo quidẽ superior id facere potest, iuxta eã, quã infra dicemus, nec tũc iudex inferior habet legitimã authoritatẽ in conscientia terminandi causam hãc secundũ allegata & probata, dum facillẽ patet via ad liberandum cognitũ innocentẽ: in secundo autẽ casu idem est dicendũ, vt iudex inferior hac via euadat iniustitiã contra propriã consciẽtiam, seq; immunẽ ab iniusta nece conseruet,

& superior viderit, quid faciat, nec hoc est reum morti tradere, dum non mortem eius, sed ipsum immunẽ ab eius occasione reddere intendit, cum spe simul liberandi eum, & pro illo saluando pro viribus, sicque quantum in se, est directè tendit in eius liberationem, ad eumque finem id facit potius quam ad occisionẽ, vt idẽm Cordub. & Nauarra probant, vbi quòd si putat remissionẽ profuturam, proculdubio iudex peccabit mortaliter, si semel damnauit, negãdo

11 appellacionem, & vel ante sententiam non remittendo causam superiori, de illius innocentia testificando, & præter eã tenebitur omne damnum illatum restituere, quia potuit illum liberare, causã alteri, hoc est, superiori, prout debuit, remittẽdo, & tamẽ noluit: ita frater Angles vbi supra, in altera cõclusio. incip. iudex dãnans, & c. pag. 243. ex quo deducitur, id procedere, quãdo per remissionem huiusmodi innocens veniebat liberandus: quòd si nihilominus occidẽdus erat, saltem iudex hic inferior non remittens, peccasse videtur, cum teneretur adhuc remittere, & se in testẽ offerre, & sic reã se abdicare, & in manibus superioris suo periculo inijcere, vt prædicebamus. Præd. sequitur Salõ vbi supra, præterquam si id profuturũ non sit, quia tũc poti⁹ esset illum citius morti offerre, & nocere, vt obseruant Caiet. Sot. & Couar. secund. ipsum Salon.

12 Addunt nonnulli tertiũ subterfugiũ, nempe quòd iudex tunc debeat magistratuui cedere, & sic deponere officiũ, ne cõtra propriam conscientiã iudicet: quod voluit Siluest. vbi supra, dum inquit, iudicem in hac specie teneri occidere innocentem, quãdo nec ipsum potuerit superiori remittere, nec suum officium dimittere, idẽmque alij probarunt, vt constat ex Couarru. vbi supra, numer. 3. circa finem, ibi, alij denique, & nouissime tenet Petrus à Nauar. vbi sup. n. 156. & 161. cũ seqq. & ante eum Ant. à Cordub. vbi sup. circa fi. in versu. & per hęc, concludens, quòd quãdo iudex vidit, quòd nisi per remissionẽ ad superiorẽ, vel

per celsionem officij potest innocentem à morte liberare, utique tenetur: quin alij aiunt, teneri citius omnium bonorum suorum dispendium facere, quam illum occidere: imò & Petrus à Nauarra vbi supra, num. 167. cum seqq. existimat non licere illum condemnare, etiam si ex eo timeat iudex damnum personale, scilicet quod ipse occidatur à superiore, vel à populo, nisi sententiam ferat, vel publicum scandalum totius populi.

Hoc tamen remedium non est profecto necessarium, nec obligatorium, atq; ideo merito id improbat Dominus à Soto vbi supra, vers. alterum subter fugitum quod inutile est, tum etiam quia nemo tenetur tam ingenti suo incommodo damnum quod ipse non dedit, infra tre cauere, & officium suum nemini debet esse damnosum: præcipue cum sanctus Thomas, qui de alijs remedijs prouidit, huius non meminerit, quicquid Siluester retulerit. Denique si aliud dicemus, nullius momenti esset profectò sententia sancti Thomæ principalis & communis, quandoquidem quicumque posset officium suum dimittere, & sic semper esset in promptu hoc remedium, præcipue si cum iactura bonorum, & vitæ propriæ, atque cum scandalo publico, iudex teneretur hac in specie omittere condemnationem huiusmodi rei, quem priuatim scit esse innocentem, quanuis publice probatus sit nocens, deponendo officium, vel aliàs: præterquam quod rigidissimum esset obligare iudicem ad vitam suam, vel omnia bona propria amittenda potius quàm ad officium suum exercendum, imò iniquum atque durum, non enim hac in specie occidit innocentem ad propriam vitam saluandam, quod non liceret, sed cum conscientia publica, secundum eandem potestatem, quam exercet, scit esse nocentem: deponere igitur conscientiam priuatam potius debet, & sic sequi publicam, quàm officio cedere nisi fortè hoc malit de consilio, & sine scandalo, vel dispendio propriæ vitæ: si enim etiam cum scandalo ad id teneretur, vt voluit præfatus modernus Na-

uarra, nunquam fuisset locus opinionum D. Thomæ, & communis, vt rectè perpendit Soto, quicquid eam leuiter improbet Nauarra, quod profecto non debuisse facere, nec à doctrina D. Thomæ, & communis omnium prope Theologorum, præcipue antiquorum priuatis quibusdam rationibus, istuc minus solidis facile discedere, profectus esse verum homicidam, & ad restitutionem teneri iudicem talem hominem condemnantem, cum sanctus Thomas & communis, atq; receptissima sententia Theologorum, & Iuristarum contrariū omnino teneat: quid enim leuit scrupulum iniicere, vbi non est? quandoquidem nemo ambigit securum & innoxium esse euni iudicem, & à peccato & restitutione liberum, qui secutus doctrinam sancti Thomæ, & communis, depolita conscientia priuata, suum officium atq; potestatem publicam sibi datam exequutus fuerit, licet nonnulli alij contrariū in proposito tuerint: & quod iudex in hac specie non debeat abstinere à munere iudicandi, testatur communem contra Abb. & Imol. Iulius Clarus vbi supra. Poterit ergo, si credat profuturum ad tempus personam iudicis exuere, vt causa illa transeat in manus successoris, & coram illo agat deinde personam testis: secus si credat non profuturum secundum Salon vbi supra, non tamen ad id tenetur per supradicta.

13 Quartum remedium ab liberandum huiusmodi innocentem inuenit Alex. de Hales, vt refert, & sequitur Anton. à Cordub. vbi supra, in princip. quæstionis, in vers. quin etiam quarto, vt si citra scandalum, optimaque dissimulatione id fieri possit, liceret iudici carceres dimittere apertos ad fugam: quod etiam sequitur Dominic. à Soto vbi supra, in vers. quin etiam. Addit Cordub. quod id iudex facere deberet, vbi refugium aliud non pateret, neque via ad innocentem à morte, aut mutilatione liberandum, nec ex hoc iudici, vel alij aliquod dispendium immineret, nec scandalum, vt ibi probat, & sequitur Nauarra vbi supra,

supra, nu. 152. cum sequentibus, & Salsi ubi supra, vers. quarto, col. 1395. & mihi placet, quavis difficillimum in executione id iudicem, rarissime existit sine nota & scandalo, atque dispendio custodis, id effici poterit.

14 Addit Caieta, ubi supra d. quæst. 67. art. 2. circa finem, ubi ad eam autem, quod si casus disputatus acciderit inferiori iudici, deberet coram populo iurare, quod sibi constet oppositum, & propterea non iudicat, & indicare modum, quo constat sibi, nempe quia vidi in tali loco, & c. & hoc ipsum deberet significare superiori, ut vel hic habendo ipsum inferiorem iudicem, pro vno teste, innocens adiuvetur coram superiori iudicio: quod & ceteri referunt atque sequuntur, & addit Soto; quod ex hoc nulla testibus iniuria irrogatur, imò cum ipsi sint iniuri, eorum iniuria repellitur, & quantumvis fortasse id bona fide facerent, nulla eis fit iniuria, & omnino in innocentia protegatur. Illud autem de iuramento coram populo per iudicem faciendo, quantumvis sit decus, mihi necessarium omnino de se solo non videtur, nisi tantum illud de remissione ad superiorem in prædictum finem faciendam, ut tenet diuus Thomas, & nos quoque supra probauimus. Populus enim ex delicto in processu contra reum probato, offensus minime placabitur ex prædicto iudicis inferioris iuramento, quin imò plerique id vitio tribuunt iudici, existimantes reo partialem atque fauorabilem se exhibere, potiusquam veridicum. Consanguinei præterea, affines & amici iniuriose occisi maxime conquerentur de prædicto iudice sic iurante contra acta processus, ac forsan ei imponant corruptionem: quare cum sine nota & vitio infamie & scandali id effici non valeat, nec prædicta protestatio siue iuramentum sola aliquid præstet, quin potius nocere possit, opportunius iudicio in casu præfato, uti remissione causæ ad superiorem modum & forma, quibus cum diuo Thoma & sequacibus prædiximus: quod si hoc fieri non possit, quia aditus facilis non sit ad superiorem,

vel ratione scandali; vel quia longissime ab sit, & negotium urgeat, vel ratione alterius causæ, aut magni damni, tunc tertia est sequenda sententia magis communis D. Thomæ, quam supra tenuimus, & nunc quoque hic probamus, nempe ut deposita priuata conscientia iudex iuxta allegata & probata sententiam proferat, prout potest sine peccato.

15 Minister autem iudicis condemnantis innocentem, si sententia intolerabilem errorem continet, non debet obedire, alias excusarentur carnifices qui martyres occiderunt. Si verò sententia non contineat manifestam iniustitiam, non peccat præceptum exequendo, quia ipse non habet discutere superioris sententiam, nec ipse occidit innocentem, sed iudex, cui ministerium exhibet, secundum D. Thomam d. quæst. 64. art. 6. ad tertium, in fine: quod si certò aliàs sciat illum condemnatum esse innocentem, si commode potest se excusare ab executione illius sententiæ, abstinere quidem ab ea tenetur: quod si id commodè non possit, tunc formata bona conscientia, nempe quod id licite faciat, potest & debet ad iudicis præceptum eam exequi, & obedire, nec tenetur suo officio cedere, sicut nec iudex, nisi manifestè, & notoriè de tali iniusta sententia constaret, ut docet Caiet. d. quæst. 67. super artic. 2. ad fin. & Cordub. ubi supra, in 2. opinione, in 3. corolario dicens, quod DD. de hac opinione concordant.

16 Supra dicta tertia, & communis sententia sancti Thomæ & sequacium limitatur in principe, qui potestatem habet leges condendi, & conditis derogandi, is enim poterit sententiam dicere iuxta propriam, & particularem scientiam aduersus allegata & probata in iudicio, ex eo namque quod priuatum certo scit alterum ex litigatoribus, vel innocentem, vel nocentem esse, etiam refragantibus actorum prohibitionibus, poterit iustissime, imò & debet discedere ab ea lege, quæ dicitur, iudicem secundum allegata & probata debere sententiam proferre; ita volunt atque tenent Cynus, Bart. &

per celsionem officij potest innocentē à morte liberare, vtiq̄ tenetur: quin alij aiunt, teneri citius omnium bonorum suorum dispendium facere, quàm illum occidere: imò & Petrus à Nauarra vbi supra, num. 167. cum seqq. existimat non licere illum condemnare, etiam si ex eo timeat iudex damnum personale, scilicet quod ipse occideretur à superiore, vel à populo, nisi sententiā ferat, vel publicum scandalum totius populi.

Hoc tamen remedium non est profecto necessarium, nec obligatorium, atq; ideo merito id improbat Dominus à Soto vbi supra, vers. alterum subter fugiū: tum quod inutile est, tum etiam quia nemo tenetur tam ingenti suo, incommodo damnum quod ipse non dedit, in fra tre cauere, & officium suum nemini debet esse damnolū: præcipuè cum sancti Thomæ, qui de alijs remedijs prouidit, huius non meminerit, quidquid Siluester retulerit. Denique si aliud dicemus, nullius momenti esset profectò sententia sancti Thomæ principalis & communis, quandoquidem quicumque posset officium suum dimittere, & sic semper esset in promptu hoc remediū, præcipuè si cum iactura bonorum, & vitæ propriæ, atq; cum scandalo publico, iudex teneretur hac in specie omittere condemnationem huiusmodi rei, quem priuatim scit esse innocentem, quanuis publice probatus sit nocens, deponēdo officium, vel aliàs: præterquam quod rigidissimum esset obligare iudicē ad vitā suam, vel omnia bona propria amittēda potius quā ad officium suum exercendum, imò iniquum atque durū, non enim hac in specie occidit innocentem ad propriam vitam saluandam, quod nō liceret, sed cum conscientia publica, secundum eādem potestatem, quam exercet, scit esse nocentem: deponere igitur conscientiam priuatam potius debet, & sic sequi publicam, quàm officio cedere nisi fortè hoc malit de consilio, & sine scandalo, vel dispendio propriæ vitæ: si enim etiam cum scandalo ad id teneretur, vt voluit præfatus modernus Na-

uarra, nunquam fuisset locus opinioni D. Thomæ, & communis, vt rectè perpendit Soto, quiequid eam leuiter improbet Nauarra, quod profecto nō debuisse facere, nec à doctrina D. Thomæ, & communis omnium prope Theologorum, præcipuè antiquorum priuatis quibusdam rationibus, isque minus solidis facile discedere, profectus esse verum homicidam, & ad restitutionem teneri iudicem talem hominem condemnantem, cum sanctus Thomas & communis, atq; receptissima sententiā Theologorum, & Iuristarum contrariū omnino teneat: quid enim leuiter scrupulū iniicere, vbi non est? quandoquidem nemo ambigit securum & innoxium esse euni iudicem, & à peccato & restitutione liberum, qui secutus doctrinam sancti Thomæ, & communis, deposita conscientia priuata, suum officium atq; potestatem publicā sibi datam exequutus fuerit, licet nonnulli alij contrariū in proposito tenuerint: & quod iudex in hac specie non debeat abstinere à mune re iudicandi, testatur communem contra Abb. & Imol. Iulius Clarus vbi supra. Poterit ergo, si credat profuturum ad tempus personam iudicis exuere, vt causa illa transeat in manus successoris, & coram illo agat deinde personam testis: secus si credat non profuturum secundum Salon vbi supra, non tamen ad id tenetur per supradicta.

13 Quartum remedium ab liberandū huiusmodi innocentem inuenit Alex. de Hales, vt refert, & sequitur Anton. à Cordub. vbi supra, in princip. quæstionis, in vers. quin etiam quarto, vt si citra scandalum, optimaque dissimulatione id fieri possit, liceret iudici carceres dimittere apertos ad fugam: quod etiā sequitur Dominic. à Soto vbi supra, in vers. quin etiam. Addit Cordub. quod id iudex facere deberet, vbi refugium aliud non pateret, neque via ad innocentem à morte, aut mutilatione liberandum, nec ex hoc iudici, vel alij aliquod dispendium immineret, nec scandalum, vt ibi probat, & sequitur Nauarra vbi supra,

supra, nu. 152. cum sequentibus, & Salo-
vbi supra, vbi quarto, col. 1395. & mihi
placet, quavis difficillimum in executione
ne id iudicem, rarissime enim sine nota
& scandalo, atque dispendio custodis,
id effici poterit.

14 Addit Caieta, vbi supra d. quæst. 67.
art. 2. circa finem, vbi ad ea autem, quod
si casus disputatus acciderit inferiori iu-
dici, deberet coram populo iurare, quod
sibi constat oppositum, & propterea non
iudicat, & indicare modum, quo constat
sibi, nempe quia vidi in tali loco, &c. &
hoc ipsum deberet significare superio-
ri, ut vel hic habendo ipsum inferiorem
iudicem, pro vno teste, innocens adiuue-
tur coram superiori iudicio: quod & ce-
teri referunt atque sequuntur, & addit So-
ro; quod ex hoc nulla testibus iniuria ir-
rogatur, imò cum ipsi sint iniuri, eorū
iniuria repellitur, & quanuis fortasse id
bona fide facerent, nulla eis fit iniuria,
dum miseri innocentia protegitur. Illud
autem de iuramento coram populo per
iudicem faciendo, quanuis sit decus, mi-
hi necessarium omnino de se solum
non videtur, nisi tantum illud de remis-
sione ad superiorem in prædictum finem
facienda, ut tenet diuus Thomas, & nos
quodque supra probauimus. Populus e-
nim ex delicto in processu contra reū
probato. offensus minime placabitur
ex prædicto iudicis inferioris iuramen-
to, quinimò plerique id vitio tribuēt iu-
dici, existimantes reo partialem atq; fa-
uorabilem se exhibere, potiusquā veri-
dicum. Consanguinei præterea, affines
& amici iniuriōse occisi maxime con-
querentur de prædicto iudice sic iurante
contra acta processus, ac forsan ei im-
ponere corruptionem: quare cum sine
nota & vitio infamie & scandali id ef-
fici non valeat, nec prædicta protesta-
tio siue iuramentū sola aliquid præstet,
quia potius nocere possit, opportunius
iudicio in casu præfato vti remissione
causæ ad superiorem modo & forma, qui-
bus cū diuo Thoma & sequacibus præ-
diximus: quod si hoc fieri non possit,
quia aditus facilis non sit ad superiorem,

vel ratione scandali, vel quia longissi-
me ablit, & negotium urgeat, vel ratio-
ne alterius causæ, aut magni damni, tūc
tertia est sequenda sententia magis com-
munis D. Thomæ, quam supra tenui-
mus, & nunc quoque hic probamus, hæc
pe vt deposita priuata conscientia iu-
dex iuxta allegata & probata sententia
proferat, prout potest sine peccato.

15 Minuter autem iudicis condemnan-
tis innocentem, si sententia intolerabi-
lem errorem continet, non debet obe-
dire, aliās excusarentur carnifices qui
martyres occiderunt. Si verò sententia
non contineat manifestam iniustitiam,
non peccat præceptum exequendo, quia
ipse non habet discutere superioris sen-
tentiam, nec ipse occidit innocentem, sed
iudex, cui ministerium exhibet, secund.
D. Thomam d. quæst. 64. art. 6. ad tertium,
in fine: quod si certò aliàs sciat illū con-
demnatum esse innocentem, si commo-
de potest se excusare ab executione il-
lius sententiæ, abstinere quidem ab ea
tenetur: quod si id commodè non pos-
sit, tunc formata bona conscientia, nem-
pe quod id licite faciat, potest & debet
ad iudicis præceptum eam exequi, & o-
bedire, nec tenetur suo officio cedere,
sicut nec iudex, nisi manifestè, & noto-
riè de tali iniusta sententia constaret, vt
docet Caiet. d. quæst. 67. super artic. 2.
ad fin. & Cordub. vbi supra, in. 2. opinio-
ne, in. 3. corolario dicens, quod DD. de
hac opinione concordant.

16 Supra dicta tertia, & communis sen-
tentia sancti Thomæ & sequacium li-
mitatur in principe, qui potestatem habet
leges condendi, & conditis derogandi,
is enim poterit sententiam dicere iux-
ta propriam, & particularem scientiam
aduersus allegata & probata in iudicio,
ex eo namque quod priuatim certo scit alte-
rum ex litigatoribus, vel innocentem,
vel nocentem esse, etiam refragantibus
actorum prohibitionibus, poterit iustif-
sime, imò & debet discedere ab ea lege,
quæ dicitur, iudicem secundum allegata
& probata debere sententiam proferre:
ita volunt atque tenent Cynus, Bart. &

- alij in. l. i. c. vt quæ desunt aduoc. Alberic. in d. §. veritas. Felinus in d. §. quia, verò, & Couar. d. lib. i. variar. resol. cap. i. numer. 7. versic. principes tamen, & Orosc. d. §. veritas, num. 13. dicens. quòd Theologi hoc tenent, & quòd si id non faciat, peccabit: sequitur etiã plures referens, Menoch. de arbitrar. iud. libr. i. quæstion. 8. numer. 21. & quæstion. 24. numer. 4. Rolandà Valle consi. 70. numer. 20. cum sequentibus, lib. i. Cordub. vbi supra, colum. fin. versic. quo non obstante.
- 17 Quinimò secundùm Couarr. vbi supra princeps æquissime faciet, si reum ex probationibus nocentem, vere tamè ab eo crimine liberum ex propria scientia absoluerit, reum autem ex processu innocentem, etiam à poena immunem iudicauerit, tamen princeps sciat priuatim eum verè deliquisse, nisi delictum ita atrox ac perniciosum esset, vt maxime conueniret Reipublicæ eius auctorè probatum publice puniri: quod etiã probauit Anto. à Cordub. d. quæst. 37. colum. fin. lib. i. sui quæstionarij: & primum quod prædiximus probatur in. c. Deus omnipotens. §. quando autem. 2. quæstion. i. per quem text. alios auctores allegans, idem tenet Orosc. in d. §. veritas, numer. 10. & late post alios Petrus à Nauar. vbi supra, numer. 178. cum sequentibus.
- 18 Sic etiam aduocatus licite potest defendere, quem noxium scit, si tamen in noxiũ constat esse ex processu, vt tenet Burg. de Paz in proemio leg. Taur. numer. 26. cum sequentibus. fol. 39 & numer. 270. & 271. † Consulit tamen Caietan. d. articul. 2. ad finem, vt princeps palam testetur, & publice propriam ac priuatam conscientiam manifestet, quo populo satisfaciat, & partem quietet, scilicet, quando quia scit priuatũ què esse innocetẽ, tametsi in iudicio aliud probatum sit, eũ absolueri debeat: quod cæteris prout consilium est placet, non tamen est obligatorium.
- 20 Episcopi autem iure cõmuni vti debent, iudicando secundùm allegata & probata, non verò secundùm priuatam conscientiam suam, vt probatur post Ioan. Andream Bald. in. c. Sacramentum, ad fin. de consues. rect. feud. & Iaf. in. l. 2. ad fin. ff. de in litem iurando, quos refert & sequitur Oroscius in. d. §. veritas, numer. 16.
- 21 Secus autem quibusdam videtur dicendum de supremis senatoribus, iudicibusque, qui prætorijs regijs assistent, nempe vt hi possint litigantibus ius dicere, atque sententiam ferre contra allegata & probata, ex propria & priuata conscientia, vt tenet Guido Pape quæst. 29. & Rolandà Valle consi. 20. in. l. 7. & 18. lib. i. & Thomas Gramatic. post Bertrandũ quem refert, decis. 19. nu. 14. & alios allegans Becius consi. 52. num. 89. lib. i. modò hæc priuata scientia omnium iudicum simul sit, nempe, vt collegiũ corpusq; quoddam sunt, nõ vt singuli, vt Alciat. intellexit in cap. i. num. 89. de officio ordin. & probauit Iustus Orosc. in d. §. veritas, num. 17. Hoc tamen mihi verum non videtur existimãti eos teneri litem definire ex his, que ex processu constãt, quando quidem debet ac tenentur visis actibus, & processibus iudicare: ergo ex illis publicis documentis, non ex particulari scientiã tenentur sententiam dicere, vt probauit Couar. lib. i. var. resol. cap. i. numer. 7. versic. tertium: & sequitur decisio. i. Pedemõtan. nu. 43. cum sequentibus, reprobãtes expresse Guid. Pap. vbi supra, & sequaces tanquam falsum, & erroneum tenentes, quia hi iudices nullam habent à principe potestatẽ derogandi legibus quæ hætenus semper statuerunt in maximum Reipublicæ commodum, iudicem secundùm allegata & probata in iudicio debere sententiam proferre

S V M M A R I V M.

- 1 **A** N iuste quis puniatur pro peccato alterius? & numeris seqq. per totum caput.
- 2 Exodi. c. 20. intellectus, latius nu. 18.
- 3 Regum 2. c. 12. declaratur.
- 4 Genesis. c. 19. & nu. 17.

Dens

- 5 Deus filios pro uicta aetatis pro parentum peccatis affligit, ut ipsorum parentes puniat, non uero filios.
- 6 Iura Pontificia puniunt hereticos priuando filios eorum orthodoxos bonis & successione parentum dānatorum.
- 7 Similiter, & in casu. c. in quibus, de poenis, puniuntur heredes delinquentium, usque ad quartam generationem.
- 8 Plerumque ob culpam unius tota prouincia, uel ciuitas submittitur ecclesiastico interdicto.
Excommunicatio lata in collegium, uel uniuersitatē, quanuis inire possit ferri, non ligat postea in id, uel eam ingredientes.
- 9 Ciuibus interdictis, & hi interdicti cōsebuntur, qui in locum aliorum ciuū post sententiam successerunt, in eam ciuitatem domiciliū transferentes.
- 10 Ciuis interdictus, si se ipsum, alibi causa uitandi, domicilium transtulerit, immunis erit ab eo interdicto.
- 11 Ciuitas quae proprium Episcopum occiderit, licet omnes ciues nec peccati nec crimines rei sint, priuatur honore & dignitate spiritali.
- 12 Nemo pro peccato alterius est puniendus, Ezechiel. c. 18.
- 13 Non prius Deus est uictor, quam aliquis sit peccator, secundum diuū Augustinum.
- 14 Deuter. c. 24. Non occidentur parentes pro filijs, nec filij pro parentibus, sed unusquisque pro peccato aeterno morietur.
- 15 Peccata suos debent tenere authores.
- 16 Statutum quo cauetur, illos de domo teneri pro conforte, est contra ius diuinum, & humanum.
- 18 Poena aeterna, aut temporali spiritali, nūquā diuino iudicio puniti fuerunt nec punientur innocentes ob alterius culpam, nec poterūt humana lege puniri, poena autem temporali, & corporali, quandoque Deus punit filios in hac uita pro peccato parentum ex causis iudicio humano occultis: ratio autē eius ponitur n. 19. quia scilicet talis filij poena, & patri nocet, & filio ad salutem suā animā prodest.
- 20 Deus saepe ob parentum merita non solū mercedes plurimas filijs confert, sed mortem, & alias plurimas, quas merebantur poenas remittit.
- 21 Excommunicatio est spiritalis poena, non autem quaecumque alia poena ecclesiastica canonica uel, prout est ecclesiastici interdicti, aut irregularitas, quae non est spiritalis poena.
- 22 Lex humana minime poterit immutare diuinum iudicium, quo pro alterius culpis & criminibus innocentes corporis poena afficiuntur: non licet igitur quempiam propter crimen alterius occidere, nec excommunicare, nec fustibus cadere, nec alia corporali poena punire.
- 23 Lex quisquis. C. ad l. Iuliam de ui, non rectè dicit, ex imperatoria lenitate uitam condonari filijs eorum, qui regiam laeserint Maiestatem, quia hoc secluso, imperatores iustè minime poterant filios pro peccatis parentum interficere.
- 24 Nulli humano iudici licet nunquam unum hominem pro peccato alterius occidere, nec alia poena corporali eum afficere.
- 25 Lex humana, cum iusta subest causa, & propter Reipublica utilitatem, quo promptius & cautius à delictis, & criminibus homines abstineant, filios & nepotes poena bonorum, alia uel simili sancte & iustè potest afficere, ut passim legibus & canonibus definitum est, nunquam tamen absque iusta causa potest iudex praedictas poenas imponere.
- 26 Quandoque ex causa, etiam absque culpa diuino, & humano iudicio poena pecuniaria inferitur.
- 27 Stante iusta causa ualebunt statuta, uel consuetudines, ut alij in poenis pecuniarijs pro commissis aliorum teneantur, & puniantur, etiam si nihil uere uel praesumptiue commiserint, dummodo non corporaliter plectantur, & n. 29.
- 28 Statuta & consuetudines, quibus disponitur, municipia teneri resarcire damna data in eorum finibus, non debent intelligi, quando scitur à quo fuit illatum damnum, & est soluendo, quia tunc non debet quis grauari odio alterius, sed quando ignoratur à quo damnum fuit illatum, uel scitur, & nō est soluendo qui damnum dedit.
- 30 Filij & nepotes eorum qui diuinam, uel humanam laeserint Maiestatem, infamia uocantur, & in

- Et indigni censentur ad obtinenda officia publica, & beneficia ecclesiastica.*
- 31 *Filij hereticorum ante crimen commissū nati, an sint infames, & in prædict. prohibitione, cæterisque poenis canonicis comprehendantur? & numeris sequentibus: resoluitur affirmatiue, nu. 37.*
- 32 *Filij eius qui humanam læsit Maiestatem, nati ante crimen, non puniuntur.*
- 33 *Lex. 2. tit. 2. part. 7. intellectus.*
- 34 *Filius natus ante dignitatem patris, non consequitur prærogatiuas, & honores eius, & multo minus debet ei nocere crimen patris post eius natiuitatem commissum, in numero. 35.*
- 36 *Filij nati ante priuilegiū nobilitatis à principe datum alicui, an censeantur nobiles.*
- 38 *Filij hereticorum, & receptatorum an priuentur beneficijs ob:ctis tempore commissi criminis ipso iure, vel per sententiam.*
- 39 *Filij eorum, qui in articulo mortis hæresim commiserunt, poenas canonicas patiuntur.*
- 40 *Filij hereticorum, qui tales esse, vel decessisse probatur, non sunt adquirendi ad beneficiū ecclesiasticum, nec publicum officium.*
- 41 *Tex. in cap. statutum el. 2 de heret. in. 6. intellectus contra Simanc.*
- 42 *Ratio differentie inter filios ante & post hæresim natos a signata à Calderino diluitur? & nu. 43.*
- 44 *Hæresis etsi à carnalibus vitijs aliquando oriatur, præcipua tandem illius causa est superbia, quoniam hæc est omnium hæresum parens, à qua potissimum omnes hæreses generantur.*
- 45 *Vitia corporalia, & spiritalia, animique mores, & infirmitas patris an in filios trahant.*
- 46 *Cap. non imputantur. 1. quæst. on. 4. intellectus.*
- 47 *Concilium Toleranū: XII I. c. 1. refertur, & prius nu. 36. in versi. quinto, & ultimo.*

CAPVT XXX.

An iustè quis ob alterius culpā puniatur?

Trigesimam quæstionem Canonicam super eo articulo constituimus, an iustè quis puniatur pro peccato alterius.

- 1 Et pro parte affirmatiua primò adduco illud Exodi. c. 20. Ego sum dominus Deus tuus, fortis, zelotes, visitans iniquitates patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum, qui oderunt me. † Visitans tibi exponitur pro eo quod est puniens, verberans, aut castigans, nā cum dominus aliquid horum erga nos in hac vita existentes facit, tunc nostras dicitur visitare iniquitates iuxta illud, Dauid. Psalmo. 88. Si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Filij enim, res quædā sunt ad parentes spectantes, & quæ inter omnes res externas magis parentes cōtingunt, & propiūs ad ipsos accedunt, sūt namque sanguis parentum, vt in. l. 4. ff. de inoffic. testam. & ita morbos filiorū parentes egreferunt perinde ac suos, de illorū aduersitate dolent, vt de sua, atque de ipsorum morte vehementius cōtristantur quam de amissione cuiuslibet supellectilis: sunt præterea sub dominio, & potestate parentum cōstituti, vt in toto titulo de his qui sunt sui, vel alieni iuris, cum similibus, sicque sunt quasi quædam parentum possessio. Vnde quemadmodum infirmitas, & mors serui cedit in damnū domini, cuius est seruus, ita etiam afflictio filij in damnū cedit ipsius patris. Consequitur igitur, vt filio aut mortuo, aut ægrotante damnus patiatur pater, & sic in morte, aut ægitudine filij pater puniatur: iuxta hūc igitur modum visitare se dicit. Dominus iniquitatem patrum in filios, in tertiam, & quartam generationē, quia pro iniquitate parentum Deus punit filios, vsque ad tertiam, & quartam generationem. Punitur ergo filius innocens pro peccato patris ob eam solam causā, quia filius est res quædam patris, & possessio, in cuius afflictione punitur pater tanquam in re sua, vt pote afflictionem filij

filij grauitèr ferens, nò dixit vltra quartam generationem, quia vita parètum rarò ideò protenditur, vt post quartam alià ex se illi videant generationè, per cuius afflictionem pòssint ipsi puniri: & cum afflictio filiorum pro peccatis parentum inferatur à Deo, ad ipsorù parentum punitionem, congruum est, & necessarium, vt in solis illis filijs, siue generationibus fiat, quas videre potest ipse peccans.

3 Secundo ad idem cito Regum. 2. cap. 12. vbi punitus est Dauid morte filij ex adulterio nati, vt in illo dolorem & poenam sentiret, quem ex illicito & damnato coitu genuerat: puer enim nò est punitus, sed potius Domino miserante ante vsum rationis raptus est, ne malitia mutaret animà illius: mors ergo pueri respectu ipsius non punitio fuit, sed opus misericordiae: quantum ad ipsum Dauid parentem spectat, opus fuit punitionis & vindictae, per quã in eo quod peccauerat punitus est.

4 Tertio sic etiam legimus 19. Genes. paruulos Sodomę sine villo peccato proprio simul cum parentibus suis igne còsumptos fuisse: & Numer. 17. paruulos cum Dathã, & Abiron sine proprio peccato, viuos à terra deglutitos, quos Dominus non punit, sed potius illorum misertus est, cum illos ex hac vita innocentes migrare voluit, ne si diutius perstitissent, paternarum iniquitatum fuissent imitatores effecti, & sic grauiores postea poenas sustinerent. Similiter etiã in diluuiò vniversalì paruuli qui videbantur innocentes, perierunt.

5 Aliquando etiam & quarto Deus filios prouectæ ætatis pro parentum peccatis affligit, vt ipsos parentes puniat, non verò filios, his siquidem huiusmodi afflictio cedit in bonum, quia per illam cautiore sunt ad futura peccata præcauenda, eorumque virtus & meritum per illam, si patienter ferant, crescit: quò fit, vt licet talis afflictio sit illis grauis & acerba, non tamè respectu eorum poena dicetur, neque punitio, secùdum quod poena, vel punitio dicit ordi-

nem & respectum ad culpam, qua illi in peccato parentum omnino caruerunt: parentibus tamen comparata talis filiorum afflictio poena dicetur, quoniã pro ipsorum peccato est filijs inflicta, in quibus simul etiam parentes affliguntur: Hinc est, quòd peccante Cham peccato irreuerentiæ in partem, filio eius Chanaan maledixit Noe, sic dicens: Maledictus Chanaã, seruus seruorum erit fratribus suis, Genesi. 9. vt per illam maledictionem grauius affligeret & puniret Cham, cum ille videret nò solum se sed etiam filium suum à patre maledicti.

Quinto idem constat Iosue. 6. & 7. vbi filij, & filie Achan, qui furatus fuerat de anathemate ciuitatis Hierico còtra præceptum Domini, simul cum ipso Achan eorum patre ex mandato Iosue interfecti sunt, quo facto placatus est Dominus, qui de peccato Achan iratus fuerat.

Sexto idem patet. 4. Reg. 5. vbi filij Glezzi pueri Helisai Prophetæ percussifunt lepra propter peccatum patris, qui còtra voluntatem Helisei à Naaman leproso ob collatam illi satietatem munera accepit: & alibi sæpe Deus visitauit peccata patrum in filios, vsque ad tertiam & quartam generationem: quia & Euripides atque Plutarchus in lib. de sera numin. vindict. non ignorarunt, & Iustinus Philosophus quæst. 138. & Cælius lib. 6. lection. antiq. c. 14.

6 Sed & iura Pontificia puniunt hæreticos, ptiuando filios eorum orthodoxos bonis & successione parentum damnatorum, confiscantur enim eorum bona in terris Ecclesiæ, fisco Ecclesiæ, in terris verò Regis, vel Imperatoris, fisco Regio, vel Imperiali, respectiue, vt in. c. vergentis, de hæretic. Nec enim (vt inquit ibi Summus Pontifex) huiusmodi seueritatis censuram orthodoxorù ex hæredatio filiorum, quasi cuiusdam miserationis prætextu debet vllatenus impeditur: cum in multis casibus (etiam secundum diuinum iudicium) filij pro parentibus temporaliter puniatur, & iuxta Canonicas sanctiones, quandoque feratur

feratur ultio non solum in authores scelerum, sed etiam in progeniem damnatorum, vbi glossa finalis illas Canonicas sanctiones citat.

- 7 Sic etiam in c. in quibus, de pœnis, decisum extat, quod patroni, aduocati, aut feudatarij, vel vice domini, occidentes, vel mutilantes Prælatum, vel clericum Ecclesie, per se, vel per alios, amittunt quod habent ab Ecclesia, & non solum nihil peruenire debet ad hæredes, sed etiam vsque ad quartam generationem posteritates talium in clericorum collegium nullatenus admittuntur, nec in domibus regularibus alicuius prælationis assequi debet honorem, nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum: & ibi. glos. Ad hæredes, notat esse speciale ibi, quod filius puniatur pro delicto patris, sicut in crimine læsæ Maiestatis
- 8 Similiter licet pœna ecclesiastici interdicti grauis sit, plerumque tamen ob culpam vnus, qui ciuitatis, aut prouintie dominus est, vel in ea habet secularè vel Ecclesiasticam iurisdictionem, tota prouintia, vel ciuitas submittitur interdicto, vt in cap. non est vobis, de spõsal. c. sane, el. 2. vbi Decius, de offic. delegat. c. si sententia, de sententia excommunicat. lib. 6. in. 2. part. Hæc tamen pœna spiritualis non est, quia non afficit animam, nõ enim priuat communionem suffragiorum Ecclesie, sed tantum suspendit interdictos auditione & celebratione diuinorum officiorum: quæ profectò priuatio directò animam non afficit, & sic distat ab excommunicationis censura.
- Quo fit, vt quanuis iure posset excommunicatio ferri in vniuersitatē minimè ligantur hi, qui post ipsam censuræ pronuntiationem collegium, aut vniuersitatem ingressi fuerint, vt cum communi probat Alfons. Hoxeda de incompatibil. benef. c. 23. nu. III. ad fin.
- 9 Quo fit primò, vt ciuibus interdictis & hi interdicti, censentur, qui in locum aliorum ciuium post sententiam successerunt, in eam ciuitatem domicilium transferentes, iuxta glossam communiter receptam in d. c. si sententia, verb.
- non competant, quam esse ordinariam ex Iafone, & communiter approbatam testatur D. Couar. lib. 2. var. resol. c. 9. n. 10. & Hoxed. de incompatib. benef. c. 23. nu. 112.
- 10 Secundò deducitur, quod è contrario ciuis interdictus si se ipsum alibi causa mutandi domicilium transtulerit, immunis erit ab eo interdicto, vt notant DD. in d. c. si sententia, & Couarr. vbi supra, & Hoxeda vbi supra.
- 11 Vltimo accedat, quod ciuitas, quæ proprium Episcopum occiderit, licet omnes ciues, nec peccati, nec criminis rei sint, priuatur honore & dignitate Episcopali: text. est in. c. ita nos. 25. quæst. 2. quod est intelligendum, quando ipse Episcopus erat iam consecratus, secundum Bald. in l. si nondum. C. de furt. & Ias. in l. 2. col. 2. C. de inoffi. testam. quos refert & sequitur Couar. vbi supra, in fin. Hoxed. vbi supra, nu. 113.
- 12 Sed & pro parte negatiua nõ defunt sacri eloquij authoritates, quibus eadè astruitur, nempe neminem pro peccato alterius esse puniendum, & 1. Ezechiel 18. vbi Dominus Ezechiel Prophetam loquutus est sic dicens: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris: & pater nõ portabit iniquitatem filij: iustitia iusti super eum erit, & impietas impij super eum.
- 13 Secundo eadem pars confirmari potest testimonio Augustini dicentis, Nõ prius Deus est ultor, quã aliquis sit peccator.
- 14 Tertiò idem probatur Deuteron. c. 24. Non occidentur parentes pro filijs, nec filij pro parentibus, sed vnusquisq; pro peccato æterno morietur: & Exod. 23. In fontem & iustum non occides: & Psalm. 68. Quæ non rapui tunc exoluebam.
- 15 Sed & iure positiuo idem probatur in titulis. C. ne filius pro patre, & ne vxor pro marito. & præterea peccata suos debent tenere authores, vt in l. sancimus, cum similibus. C. de pœnis, & in l. 9. tit. 31. par. 7. Quod aded procedit, vt

Jurisconsul.

Iurisconsultus satius esse existimauerit, in dubio potius nocentem impunitum relinqui, quàm innocentem condemnari, vt in l. absentem, vers. satius. ff. de pœnis, & in d. l. 9. tit. 3. part. 7. facit tex. in auth. vt nulli iudicum. §. quoniam verò, collatio. 9. in illis verbis, Aut damna eorum inferre vicis, vbi expresse prohibetur damna ab alijs illata vicis inferri: vn de glossa in verb. vicis, ex illo text. inuehit in magistratus punientes vniuersitatē pro aliquo delinquente: & idēd Bal. in d. l. sancimus, dicit, † statutum quo cauetur, illos de domo teneri pro cōsorte, esse contra ius diuinum & humanū, & in c. agnoscentes, colu. 1. circa mediū de cōtitu. asserit, huiusmodi statuta plerumque esse iniqua, quem refert & sequitur Chassançus consi. 1. nu. 4. Barba. consi. 66. nu. 1. & 2. inter consilia Calcanes, Lucas de Penna in l. iure prouisum. C. de fabricens. libr. 11. prout eos refert Octavianus decis. Pedemont. 88. num. 2. & late comprobat Gigas de crim. læse Maiestatis, in titulo de pœnis quas filij incurrunt, & c. c. 14. nu. 12. & seqq.

Quo igitur modo intelligenda sunt prædicta ex diuinis literis testimonia adducta pro vtraque parte? videntur enim prima quidem facie, inter se pugnare: similiter & ea, quæ ex iure positivo retulimus.

17 Quidam autem (vt diuus Hieronymus super Ezechiel in d. cap. 18. refert) dixerunt, verba illa Exodi, quibus Dominus ait, visitare se iniquitatem patrū in filios in tertiam & quartam generationem, non esse iuxta literam, sed per parabolam intelligenda: hæc autem nō placet ipsi, & meritò: ex eo enim solo quòd tunc Dominus legem ferebat, & transgredienti eam pœnam comminabatur, per quam illos ad legis obseruantiam perurgeret, constat non esse parabolam, quia in ferendis legibus nullus debet esse parabolis locus, quia nuda & aperta debent esse leges, vt possint ab omnibus intelligi.

Quare ipse Hieronymus, dubius maxime de vero sensu eorum testimonio.

rum ex sacro eloquio præcatorum, & inuēs difficilem esse huius perplexæ quæstionis ac nodi dissolutionem, quã doquidem tā acriter eum torfit, inquit: Et quamquam non auderemus quidpiã dicere, nec vas fictile loqui contra figulum, Quare me ita, vel ita me fecisti? tamen scandalum patiebamur occultū, quòd iniustitia videretur Dei, aliū peccare, & alium luere peccata: si enim reddit peccata patris super filios in tertiam & quartam generationem, iniustum videtur, vt alius peccet, & alius puniatur: sed ex eo quod sequitur, His qui oderunt me, comminationis, siue præcepti, scandalum soluitur, non enim idēd puniuntur in tertia & quarta generatione, quia deliquerunt patres eorum, cum patres potius, qui fuerūt peccatores, puniri debuerint, sed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum, hæreditario malo & impietate in ramos quoque de radice crescente: tandem D. Hieronymus de hoc sensu non satis securus inquit, Si quis autem, vel meliorē, vel alterum sensum potuerit reperire, qui contrariorum inter se testimoniorum scandalum tollat, illius magis sententiæ acquiescendum est.

Hæc tamē expositio Hieronymi, siue sensus, ex pluribus constare non videtur quæ eleganter cumulat Alfons. à Castro lib. 2. de iusta hæret. c. 11. Tam aperta, inquit, sunt in sacris literis testimonia, quæ filios pro peccatis parentum fuisse à Deo punitos asserunt, vt nulla possint tergiuersatione celari: videtur ergo ex eisdē procedere nō posse quod Beatus Hieronymus ait, numquã filios puniri à Deo in tertiam & quartam generationem, quia deliquerunt patres eorum, sed quia patrum fuerunt imitatores: quod etiam probauit Nicolaus de Lyra super Exodum, de hac re agens, dicens: Alio modo intelligitur de pœna æterna, quæ infligitur filio pro iniquitate patris, in quantum est imitator paterni sceleris: idēd subditur, Vsq̄ ad tertiam & quartam generationem, quia sicut dictū est, aliquãdo mali homines vident

vident filios suos, vsque ad tot generationes, & sic informant eos malis exemplis, vel illi imitantur, quod viderunt in patribus: quod & voluit D. Thom. 2. 2. quæst. 108. arti. 4. ad primum, & 1. 2. q. 87. arti. vlti. ad. 1. & nouissime Hector Pinto super Ezechiel d. c. 18 pag. 249. & Salon de iustit. & iur. in 2. 2. D. Tho. art. 2. liceat ne aliquādo occidere innocentem, versi. nunc ad argumenta, pagina. 1155.

Filius siquidem paternæ iniquitatis imitator, si pro hac imitatione punitur à Deo, non pro peccato patris punitur, sed pro suo, quia talis imitatio peccatū proprium est filij: non conuenit ergo præd. expositio literæ Exodi supra citatæ, quæ ait, Visitās iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem: ergo nō de peccato filij per imitationem, sed de peccato patris proprio loquitur: si enim de peccato filiorū per imitationem commisso ageret text. ille, non solum vsque ad tertiam & quartam generationem deberent puniri, sed in mille illud peccatum imitantes, vt his & alijs rationibus expositionem præfatam Nicolai de Lyra improbavit Alfonso à Castro lib. 2. de iusta hæret. pun. c. 10. versi. Nicolaus Lyranus super Exodum, & c. & D. Couar. lib. 2. var. resol. c. 8. nu. 1. versi. primū, ibi, quodd verò Hieronymus. Neque obstat illa verba Exodi, His qui oderunt me, quæ Hieronymus dicit esse referenda ad filios, ita vt filij sint, qui oderūt, & ob hoc à Deo puniuntur: quod & probat Hector Pinto vbi supra, quanuis fateatur posse etiam & ad patres ipsos referri, & ante eum Simanc. de institut. Cathol. c. 29. nu. 4. quia potius secundum rectum ordinem, ac sensum literæ Exodi, ad parentes sunt referenda, quam ad filios: inquit enim, Ego sum Dominus Deus tuus zelotes visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me, constat enim, illud relatiuū, Qui, debere referri ad patres, & non ad filios, sicut & genitiuus Eorum, cuius fit relatio per relati-

uum, Qui, sed genitiuus Eorum, nullo modo ad aliud, quàm ad parentes referri potest, vt constat, quia tertia & quarta generatio, quam propter peccata parentum visitat Deus, sunt qui oderunt Deum, non filij. Eodem modo sunt intelligenda verba, quæ D. Hieronymus ex. 3. Deuteron. citat, His qui oderunt me, & c. vtrobique enim Deus eandem, licet diuersis verbis, protulit sententiā: ita latius profequitur Castro vbi supra. Nihilominus tamen expositionem D. Hieronymi præfatam, de qua supra in versi. quare ipse Hieronymus sequitur & probat Innocen. II. in c. nisi cū pridē. §. personę, ibi: Ego sū, inquit, Deus, & c. de renuntiat.

18 Vera igitur resolutio atque concordia, solidaque doctrina, vt Ezechiel ab Exodo non discrepet, est, quod pœna æterna, aut temporali spiritali (cuius modi est priuatio gratiæ Dei, amissio iuris ad gloriam suscipiendam, eorum ve, quæ ad animæ salutem maxime necessaria sunt, priuatio) nunquam diuino iudicio puniti fuerunt, nec puniuntur innocentes ob alterius culpā, nec poterunt humana lege puniri & ita intelliguntur verba præcitata Ezechiel Prophetæ, Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur, & filius non portabit iniquitatem patris, quoniā neminem nisi pro peccato proprio Deus æternaliter damnat: non enim dixit, Anima, quæ peccauerit, ipsa punietur, sed ipsa morietur, ex quibus patet, non de qualibet pœna, sed de sola morte Deum fuisse loquutū mors autem, quæ ex lege pro omni peccato mortali datur, æterna est, nō verò temporalis. Pœna autem corporali & temporali quandoq; Deus punit in hac vita filios pro peccato parentū ex causis iudicio humano occultis & latentibus, & ita intelligitur quod ait Dominus in Exodo, se visitare iniquitatē parentum in filios, in tertiam & quartam generationem, nempe pœna corporali & temporali: secus verò æterna, vel temporali spiritali: Eodem modo intelligendæ sunt authoritates reliquæ, supra in idem

idem citatæ, vt placuit diuo Augustino quæstion. 8. super Iosue, & in epistola. 75. ad Auxiliu[m] Episcop. cap. non imputantur, vbi supra, & in s[um]ma. 1. quæst. 4. & in. c. vndecumque, & ibi Cardina. à Turrecremat. 56. dist. Alex. Hales in 3. part. quæst. 41. membro. 4. arti. 3. sanctus Thom. 2. 2. quæstion. 108. artic. 4. ad primum, & in. 1. 2. quæst. 87. articul. vltim. Ioann. Arboreus in sua Theosophia. lib. 6. capit. 9. Alfonso à Castro d. lib. 2. de iusta hæret. punit. capit. 1. & frater Pinto d. capit. 18. Ezechiel, pagi. 249. versu. decimus igitur, colu. 2. & D. Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 8. num. 1. versu. secundum, & in versu. quinta, vbi quod hæc est receptissima omniu[m] opinio: late Iacobus Septimacens. lib. de Catholic. instit. c. 29. nu. 1. cum sequentibus: est communis secundum Salon vbi supra, in versu. denique, & est communis sententia, vt plures referens affirmat Alfonso. Hoxed. de incompatibil. benefic. cap. 23. nu. 104.

- 19 Ratio autem quare Deus in hac vita corporaliter filios innocentes pro peccatis parentum puniat, ea est secundum supradictos authores, & supra quoque tetigimus, quia talis filij pœna, & patri nocet, & filio ad salutem suæ animæ prodest: nã propter eius animæ salutem augendam sæpe iustos absque illorum culpa Deus in hac vita corporaliter affligit: non igitur mirum est, si iustos filios maiorum parentum Deus corporalibus pœnis & transitorijs cruciet, cum per illas simul, & parentum peccata puniat, & salutem filiorum spirituales procurat. Pœnis autem spiritualibus, quanuis temporales sint, nũquam Deus pro peccatis parentum punit, quod præter supradictos probat cum Augustino Simanc. d. cap. 29. numer. 3. & 5. Sic etiam Deus, qui dicit se visitare iniquitatẽ parentum in filios, in tertiam, & quartam generationem, ipsemet ait, propter parentum merita se misericordis facturum in mille, his qui diligunt eum: & ita ipsemet Deus sæpe ob parentum merita nõ solum mercedis plurimas filijs confert,
- 20

sed mortem & alias plurimas, quas merebantur, pœnas remittit, vt docet Castro lib. 2. de iusta hæret. pun. cap. vltim. versu. nam Deus, & quod ea ratione puniatur in his casibus filius ob scelus paternum, quia magis terrentur patres in persona filiorum, quam in propria, autoritate Ciceronis, & aliorum probat Menoch. consil. 99. numer. 220. & in. 2. tom. præsumpt. lib. 5. præsumpt. 33. nu. 8. & 21.

Præterea, idem filij innocentes puniuntur propter parentum scelera in corpore, non autem in anima, quia filij, vt latius prædiximus, sunt res parentum quoad corpora, quæ genuerunt, non autem quoad animas, quas Deus creauit: anima enim non est ex radice, nec à patre generatur, sed à Deo creatur & infunditur, idem ait per Ezechiel 18. Deus: Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: & dixerat paulò ante, Omnes animæ meæ sunt: & idem fatendum omnino est, nihil aliud Deus agere, quàm quod fas admodumque decens sit: eius enim voluntas summa iustitia est, & opera eius omnia sanctissima, & perfectissima, ipsa enim facit nos, eiusque est vita & mors: ipse occidit, & ipse videre facit, solus ipse vitæ & mortis habet potestatem, iuste nobis dat vitam, iuste cum vult, occidit: hæc summa ratio iustitiæ est, nec amplius à nobis de iudicijs Dei scrutari licet.

- 21 Spiritualis autem pœna est, quam prædiximus: verbi gratia, excommunicatio, quæ nisi pro culpa, & peccato mortali excommunicati ferri non potest, vt late deduximus supra lib. 1. capit. 7. numer. 23. non autem quæcumque alia pœna ecclesiastica, canonica ve, prout est ecclesiastici interdicti, vt supra hoc capite prædiximus, aut irregularitas, hæc namque non est spiritualis pœna, vt probat Couarruias vbi supra d. numer. 5. versicul. quinta, aduersus glossam in summa. 1. quæstion. 4. & opinionem Couar. sequitur Hoxeda vbi supra, numero 104.

Potest etiam dici, quod paruuli igne
Ooo Sodoma

Sodomæ cum parentibus fuerunt consumpti, & in generali diluuiio perierunt ex peccatis proprijs, quibus eam pœnâ meruerint, non tamen actualibus, propter defectum vsus rationis, sed peccato originali, ex quo omnes illi, tam parentes, quàm filij paruuli iuste occasionaliter similia passi sunt atque patiuntur: ita Magister Villegasin. 2. parte Flor. Sanct. capit. 3. *De la vida de Nuestra Señora*, pagin. 5. & ita inquit Scriptura diuina capit. 18. & 19. Geneseos, quòd solus in ciuitate Loth iustus inuentus est, quia licet filij paruuli non fuerint complices in peccatis parentum, in eorum tamen peccatis fuerunt concepti, & macula patrum natiuitatem præcesserat, vt inquit Ioann. Igneus in. l. final. numero. 37. ff. ad Sillan. propter quod omnes igne consumpti sunt: idem contingit in diluuiio generali, vt constat ex capit. 6. Genes. iuxta quod dicitur in Ecclesi. capit. 41. filiorum peccatorum pariet hæreditas: & postmodum, & cum semine illorum, alsiduitas opprobrij: quod etiam demonstratur ex trãductione peccati originalis simul cum damno inde sequuto generi humano concepto post amissam gratiam nostrorum primorum parentum, iuxta communem doctrinam omnium sanctorum.

Hæc quanuis ita se rectè habeant, ac procedant, ad solam tamen diuinam potentiam pertinent, qui solus potest peccata patrum visitare in filios, in tertiam & quartam generationem.

22 Vnde humana lex minime poterit imitari iudicium diuinum, quo pro alterius culpis & criminibus innocentes corporis pœna afficiuntur, tunc enim licet hominibus diuina iudicia imitari, quando ea ex manifestis causis procedunt. At vbi ex occultis nobis latentibus iudicium instruitur, secus est, cum homines ignorèt prorsus quid expediat: non igitur humana lege iuste quacumque ex causa puniri poterunt innocentes pœna corporali ob alio-

rum crimina, vt habetur Deuteroni. capit. 24. præcitato, & Exodi. 23. quod ex diuo Augustino, & cæteris supra allegatis patet, & pluribus ornat ac probat Simanc. vbi supra, nu. 6. resoluens nullo pacto licere quem piam propter crimen alterius occidere, nec excommunicare, nec fustibus cadere, nec alia corporali pœna punire, sicut inter Theologos & Iuristas satis constat, inibique ad hoc citat Augustin. libro. 1. de Ciuitate Dei, capit. 21. & Deuteronomij. capit. 24. & libr. 4. Regum capit. 14. & illic Abulen. quæstion. 5. Herodot. libro. 4. Plato. libr. 9. de legib. Herodian. libro. 1. capit. si habes. 24. quæstion. 3. Ioann. Bohem. libro. 2. de moribus omnium gentium. capit. 9. Brunum libro. 6. de seditio. capit. 6. Alexand. Halens. sanctum Thomam & Castrum vbi supra.

23 Quare non immeritò Castro vbi supra d. capit. 11. miratur, quo pacto Imperatores Honorius & Archadius, in. l. quisquis. C. ad. l. Iul. de vi, non sint veriti dicere, se ex imperatoria lenitate vitam concedere filijs eorum, qui regiam læserunt Maiestatem, tanquam si hæc imperatoria lenitate, seclusa, iustè potuissent filios pro peccatis parentum interficere: lege siquidem diuina, quam citauimus, erat illis interdictum, ne patres pro filijs, aut filios pro patribus interficerent. Idem cum Castro censet in hæc Couarruuias vbi supra, versiculo. tertia. dicens, satis iniquo id a Cæsaribus dictum fuisse. Quod autem summus Pontifex in d. capit. vergentis, de hæretic. dicit, filijs eorum, qui læsæ Maiestatis sunt: rei, vitam ex sola misericordia esse conseruatam, non dixit definiendo, aut probando illud, sed solum retulit, quid Imperatorum leges de reis læsæ Maiestatis decreuerint, & inde, tanquam de minori ad maius, arguit de bonorum confiscatione simile esse circa hæreticos.

24 Firmissima igitur est hæc, certissima & in

& in fallibilis sententia, vt nulli humano iudici liceat vnquam vnum hominē pro peccato alterius occidere, nec alia pœna corporali eum afficere, vt tenet Sanct. Thom. 2. 2. quæstion. 108 articu. 3. Alex. Hales in. 3. part. quæstion. 41. membro. 4. articul. 1. & Castro vbi supra, sic intelligens Augustin. prout ex ipso colligi potest, cum dixit, non licere iudici humano, alterum pro alterius peccato punire, nempe de pœna quæ mortem, & alios corporis cruciatus comprehendit, quam prædicti vocant pœnam flagelli.

- 25 Nihilominus tamen cum iusta subest causa, & propter Reipublicæ utilitatem, quo promptius & cautius à delictis & criminibus homines abstineant, humana lex filios & nepotes pœna bonorum, alia ve simili, sanete & iuste potest afficere, vt passim legibus & canonibus definitum est, numquam tamen absque iusta causa licite potest iudex prædict. pœnas imponere, vt probant præfati authores, est que communis, aut saltem omnium frequentior sententia, secundum Couarruias vbi supra, numer. 1. versiculi quarta, & hoc modo defendi possunt humane leges, de quibus supra, atque iudicia huiusmodi, quibus innocentes ob aliorum crimina & peccata pœnis temporalibus afficiuntur, vt notat glossa in summa. 1. quæst. 4. & ibi Doctores glossa, & Cardinal à Turrecremata in d. capit. vndecimque,
- 26 Imò etiam quandoque ex causa, etiam absque culpa, diuino & humano iudicio pœna pecuniaria infertur, vt ex pluribus in specie probat Couarruias vbi supra, numer. 1. in principio. & decisio Pedemont. 88. numer. 24. cum sequentibus, alios allegans, & Alfonso Hoxeda vbi supra. d. capit. 23. numer. 105. Et addit Doctor Couarruias vbi supra, iniustam causam esse, vt magis à delictis abstineatur, reprimaturque hominum audacia, ne ve depraedationes, & depopulationes fiant, quæ omnia publicam respiciunt utilitatem, secundum Iason. & alios quos refert.

- 27 Vnde in hunc sensum, id est, stante iusta causa, valebunt statuta & consuetudines, vt alij in pœnis pecuniarijs pro commissis aliorum teneantur, & puniantur, etiam si nihil verè, vel præsumptiue commiserint, dummodo non corporaliter plectantur, vt sentit. l. final. C. de primipil. libr. 12. & probatur autoritate glossæ in rubric. C. de decret. decurio. libr. 10. Bart. in. l. iure prouisum, & ibi Alexand. in additionibus. C. de fabricens. libr. 11. Bart. Bald. & Angel. in. l. sancimus. C. de pœnis. idem Bart. in. l. ne quid. ff. de incendio, ruin. & naufrag. est communis secundum Iason. in authenti. nouissima, column. 3. numer. 8. C. de in officio. testam. & Felinum in capit. 2. nume. 2. de constit. vbi quod hæc est magis communis opinio, & est communis & verissima sententia, secundum Couarruias libr. 2. variar. capit. 8. numer. 7. vbi plures allegat, cū quo idem affirmat Alfons. Hoxeda de incompatibil. benefic. capit. 23. numer. 107. & plurimos citans idem fatetur & probat decisio Pedemont. vbi supra, numer. 18. qui in princip. alius decisionis loquitur in decreto ducali præcipiente damna in prædijs urbanis, siue rusticis data, censeri & illata ab vniuersitate Constanzanensium propinqua, ipsique imputanda, & nihilominus d. numer. 18. resoluit cum communi valere huiusmodi decreta statuta vel consuetudines, vt prædiximus, & numer. 32. refert ex Angel. in d. authent. vt nulli iudicū. §. quoniam verò, & Barbar. consil. 66. numer. 6. inter consil. Calcaneci, ¶ quòd statuta & consuetudines, quibus disponitur, municipia teneri refarcire damna data in eorum finibus, nõ debent intelligi, quãdo scitur à quo fuit illatum damnum, & est soluendo, quia tunc non debet quis grauari odio alterius, sed quando ignoratur à quo damnum fuerit illatum, vel scitur, & is, qui damnum intulit, nõ est soluendo: quod in his regnis approbatur in. l. 4. versiculi. ¶ si los robadores, titul. 7. partita. 5. & in intellectu legis, vel statuti, quo quis
- Ooo 2 punitur

punitur pro alterius crimine, legendi sunt Hoxeda vbi supra, numer. 108. & ab eo ibidem citati: quæ conducere possunt pro defensione statutorum atque ordinationum ciuitatum, & oppidorum, quibus ex iustis causis cauetur, & alterum pro damno dato in re ad ipsam reipublicam vel communitatem spectante, teneri ad pœnam pecuniariam ab ipsis statutis impositam per soluendam ratione propinquitatis, atque vicinitatis, nisi authorem damni offenderit, dummodò à rege sint confirmata, vel consuetudine legitima approbata.

- 30 Ex superioribus iam clarè deducitur, quòd iure Pontificio, & Cæsareo statutum est, nempe vt filij & nepotes eorum, qui diuinam, vel humanam Maiestatem læserunt, infamia notentur, & indigni censeantur ad obtinenda officia publica, & beneficia Ecclesiastica, aliaque Reipublicæ munerata: hoc enim sancitum est ob criminum grauitatem, ex qua innocentes filij ob scelera parentum, pœna temporalibonorum & simili puniuntur, vt in d. l. quisquis. C. ad. l. Iuliam Maiest. §. filij. capit. vergentis. de hæreti. capit. 2. §. hæretici. capit. statutum, in secundo, eodem. titul. in. 6. l. 3. titul. 3. libr. 8. nouæ Collectionis Regiæ, vt nonnulli ex supradictis interpretibus indicant, & Simancas vbi supra, numer. 13. cum sequentibus, & duodecim casus, in quibus pro parentum sceleribus filij puniuntur, congerit Matth. de Afflict. in constitutio. Neapoli. titul. 2. numer. 33. qui est etiam videndus numer. 24. Quare autem liceat in prædict. casibus punire filios pro patribus, videndus est latè Simancas vbi supra, numer. 7. cum sequentibus, & plura circa earundem cõstitutionum interpretationem satis in præxi, vt ilia tradit ac discutit Couarruias vbi supra, numer. 2. cum sequentibus, & Simancas etiam vbi supra, numer. 16. cum sequentibus, & Menochius d. præsumptio. 33. per totam: ex quibus vnũ tantum, quia dif-

ficillimum, prætereundum silentio non duximus,

- 31 Nempe an filij hæreticorum ante crimen commissum nati, efficiantur infames, & denique cæteris pœnis canonicis prædictarum constitutionum puniantur extra corporalem, necne? Hæc quæstio ingens est, & quæ magnam in vtramque partem probabilitatem habet.

In primis enim Calderinus consil. 3. in titul. de hæretic. post multa hinc inde allegata, in ea residet sententia, Catholicos filios hæreticorum, qui antequam pater laberetur in hæresim, nati sunt, non esse puniendos illis pœnis, quæ à iure Canonico contra filios hæreticorum statuta sunt: cuius sententia primò vrgenter probari videtur ex Gratiani miscellaneis in capit. non imputantur. 1. quæst. 4. cuius verba ita se habent: Non imputantur filijs peccata parentum, quæ post eorum natiuitatem à parentibus committuntur, nec pro peccatis parentum spirituali pœna filij sunt plectendi: officio autem, vel beneficio Ecclesiæ priuari, spiritualis pœna est, non igitur hanc ex peccato patris promeretur filius. Hactenus Gratianus ex Augustino ad Auxetium Episcopum epistola 75. Ex quo illud primò deducitur, filios natos ante hæresim à parentibus commissam, minimè pœnis eius criminis affici. Secundò, filios hæretici nõ esse priuandos beneficijs ecclesiasticis, quæ iam tempore commissi criminis obtinebant: vtrumque autem, præcipuè primum sententiæ Calderini fauet.

Secundò pro eadem parte facit, quia nulla est lex, quæ talem filium nominatim exprimat, nec eadem est ratio huius & aliorum filiorum.

Tertiò, quia d. l. quisquis. C. ad. l. Iul. Maiest. loquens in crimine læsæ Maiestatis humanæ, solum punit filios post crimen commissum, non ante crimen natos, vt ibidem Cynus, Petrus & Angel. adnotarunt est, communis secundum Alciat. consil. 467. nu. 7. & hæc tanquam

tamquam mitior & benignior placet. Iulio Claro in sua practi. crimin. in. §. lase Maieſtatis, verſicul. fuit etiam, & Ioan. Oroſin. l. emancipatum, num. 1. cum ſeqq. ff. de ſenator. vbi etiam refert eam eſſe communem, & D. Molin. alios allegans de Hiſpan. primoge. libr. 4. c. 11. nu. 55. & Velazquez in. l. 4. Tau. gloſ. 7. nu. 13. Apto. Gom. in. l. 11. Taur. nu. 51. Ciſuentan. l. 4. Taur. col. 3. verſi. 2. modo limitatur. Iulius Scarlati. conſi. 113. num. 8. tom. 1. conſi. crimi. & refert eſſe magis communem; ex Alciat. vbi ſupra, Hoxeda in. d. tractat. de incompatibil. benefic. 4. part. capit. 23. numero. 98. & quantum contrarium ob eandem iuris rationem in vtroque probauerint in d. l. quiſquis, Albericus & Salicet. & nonnulli alij, quam eſſe communem teſtatur Claudius in. l. ſi quis id quod, numer. 14. ff. de iurisdiction. omnium iud. vt refert Clarus & Oroſc. vbi ſupra: opinio tamen Cyni, & Petri hodie iure regio expreſſe probata eſt in. l. 6. titul. 27. part. 2. & in. l. vltim. titul. 31. partit. 7. & in. l. 3. titul. 9. lib. 4. ordinam. vet. hodie eſt. tit. 3. in verſicul. *Pero de ximos*, ibi, *Ni ſu hiyo que ouo deſpues*, titul. 8. libr. 8. nouæ Collectionis Regiæ: id quod Antonius Gomez. 3. tom. capit. 2. num. 16. ad finem, & omnes penè Cohiſpani noſtri, hac de re agentes, expreſſe notant atque pro conſtitutiſſimo, vt pote legibus regijs deciſo, habent, excepto vno Gregorio Lopez in. l. 2. titul. 2. partit. 7. in gloſſa *ſus hijos*, qui propter verba nimis generalia illius legis, ibi, *Todos los hijos*, exiſtimat contrariam partem eſſe pro tunc veriore, quamuis tandem relinquat cogitandum: ſed non obſtat d. l. 2. nam ſecundum Oroſcium vbi ſupra, numer. 3. ¶ illa verba vniuerſalia ſunt interpretanda & declaranda ex verbis d. l. 6. titul. 27. partit. 2. & reſtingenda ad eos filios, in quibus poteſt cadere infamia de iure, ſcilicet in natis poſt crimen: vel intelligenda ſunt de omnibus, tam legitimis, quam naturalibus, & ſpu-

rijs, emancipatis, ſeu filijs familiæ, de quibus contentio fuit inter ſcribentes, vtrum ſub illius. l. diſpoſitione comprehenderentur omnes: tamen non aliter quam ſi poſt delictum nati fuerint poenam infamiæ, & in capacitatis, incurrent quod etiam latius explicat D. Molina vbi ſupra, numer. 56. vbi quòd lex illa. 6. admittere non poteſt intellectum, quem etiam Gregor. ibidem aſſignat, dicens, quòd intelligenda ſit de poena expulſionis patriæ, non autem de poena infamiæ, & incapacitatis ſucceſſionis, quia nulla ratio aſſignari poteſt, quare magis id in poena expulſionis à patria, quam in poenis infamiæ, & incapacitatis ſeruari debeat, cum poena infamiæ, & in capacitatis, poena exilij longè maior ſit: & hoc declaratur ex ratione ab eadem lege aſſignata, ibi: *En todas las cosas alli do pueron pena a los hijos*: hæc namque ratio generalis eſt, & omnes poenas filijs appoſitas comprehendit, nec prædictam reſtrictionem admittit.

Cum igitur hæc ita ſe habeant, cur diuerſum cenſendum erit in crimine hæreſis, cum id expreſſe deciſum iure canonico non inueniatur.

Quartò, quia ſicut filius natus ante dignitatem patris, non conſequitur prærogatiuas & honores eius, multo minus illi nocere debeat crimen à patre poſt eius natiuitatem commiſſum: odia enim reſtringi, & fauores conuenit ampliari. capit. odia. de regul. iur. in 6. l. ſi quis in ſuo. §. 1. C. de inoffi. teſtam. l. diuo Marco. C. de queſtion. l. ſi quis decurio. *la tercera*. l. neque Dorotheum cum alijs pluribus eiſdem titul. C. de decurion. lib. 10. & inquit gloſſa in d. l. diuo Marco verb. *aſpergit*, in verſic. ſed ſi filius, ¶ maculam patris filijs ante natis minime præiudicare, quin vtantur priuilegijs, quibus vti poterant ex paterna dignitate ante crimen commiſſum: quæ gloſſa eſt communiter recepta ſecundum Couarruias libro. 2. variar. reſolutio: cap. 8. num. 5. verſic.

Ooo 3 4. ſolet,

4. folet. & Menoch. d. c. præsumpt. 33. nu. 39. sic etiam glos. in. c. iam itaq; verbo reatum. i. quæst. 4. dicit, Reatum patris transire in filium postea natum, nõ in eum qui prius natus fuerat. Similiter etiam, quanuis sint qui existiment, priuilegium nobilitatis à principe datum alicui, prodesse filijs ante priuilegij concessionem natis, † & ided eos nobiles etiam censeri, vt tenet Guilliel. de Eugno in. l. senatoris filium, per tex. ibi. ff. de senat. Ioã. de Platea in. l. si senator. C. de dignit. lib. 12. & apud Gallos hæc opinio recepta est secundum Tiraquel. de nobilit. c. 15. nu. 8. contraria tamen opinio iure verior est, & probatur l. ult. C. de decurio. lib. 10. eamque sequitur alios allegans Couar. vbi supra, d. nu. 5. versu. 3. ibi, quibus accedit, dicens, hanc sententiã se vidisse sæpissimè in illo regio Granatensi Prætorio admisam fuisse, & est expressa. l. 1. in fin. titu. 1. lib. 6. nou. Collect. Reg. quam esse iuri communi consonam asseruat Otalor. de nobil. 4. par. prin. c. 2. Greg. Lop. in. l. 2. verb. *Las honras*, tit. 13. part. 2. Igitur si in fauorabilibus filij ante nati non fruuntur priuilegio nobilitatis patri postea concessio, à fortiori eis non nocebit infamia patris ei postea superueniens: quo argumeto vtitur in proposito Calder. vbi supra, & Platea in. l. ult. nu. 3. versu. & facile iste text. C. de decur. libr. 10. Petrus Costal. in. l. & seruorù. §. ingenui. ff. de statu homin.

Quintò & vltimò pro præd. opinio ne Calder. adducit Simancas. c. 1. Concilij Toletani. XIII. ex quo maxima coniectura sumitur, filios natos ante crimen hæresis à parente commissum, iuris pœnis non affici, dum ibi quidam restituuntur in pristinam dignitatem, qui tunc in infidelitatem inciderat, & mox subiugitur, Quod etiã de filijs eorù decernimus obseruandum, qui post admisum parètum præmemorate profanationis scelus nati esse prodùtur. Ecce ergo quòd illi tantù filij egebãt restitutione, qui nati erant post parentum infidelitatem. Alij verò nati ante crimen, quia in

regri status permanferant, non egebant restitutione.

Quibus fit, vt hanc opinionem Calde. teneant etiam Petrus, & Cynus, & Angelus in d. l. quisquis. C. ad. l. Iuliam Mariest. Præpositus in. c. quo iure. 8. dist. col. penul. Dominic. & Francus in. c. 2. §. hæretici, de hæret. lib. 6. Anania in. d. c. vergentis, col. 4. nu. 18. vbi quòd hæc pars videtur equior, & magis fauorabilis. Angel. in. l. adoptionum, §. patronù. nu. 3. ff. de in ius voc. Paul. Paris. consil. 2. num. 183. Vbertinus Locatus in iudicial. inquisit. casu 12. fol. 108. Tiraquel. de primogenitur. q. 31. n. 4. Hanc sequitur & late probat Iacob. Septimacens. de Catholic. institut. c. 29. n. 23. & seqq. dicens, eam esse benigniorem, & magis placet Iulio Claro in sua pract. crim. §. hæresis, versu. quæro nunc, vbi quòd est æquior & benignior, & D. Molina vbi supra, nu. 55. & in hanc inclinatur Burlata consil. 189. nu. 8. Oros. in. l. emancipatù. §. nec enim, nu. 3. & 4. ff. de senat. Quæmad. in tractat. de confisc. q. 24. in. ff. Anton. Gom. 3. tom. c. 2. nu. 16. in fin. versu. sed certè, vbi licet in terminis iuris communis teneat contrariam, de iure regio hanc probat, dicens, quòd est tenenda & seruanda, & ab ea non esse recedendum iniudicando, & consulendo: adde Mieres de maior. 2. par. illatio. 2. num. 5. cum sequentibus.

37 Nihilominus tamen contraria sententia, imò quòd filij nati ante parentis lapsum in hæresim, canonicis pœnis afficiantur, verior est, magis communis, & vsu recepta, ac proinde tenenda: quæ in primis probatur ex altera magis communi sententia, quã refert plurimis eius authoribus citatis, Couar. lib. 2. varian. resol. c. 8. nu. 4. versu. cæterum. † quæ habet, filios hæreticorum & receptatorù priuari beneficijs obtentis tempore commissi criminis, ipso iure, & est magis communis opinio, vt ex Palac. Rub. de regi. Nauarr. 5. part. q. 8. refert Alfons. Hoxed. de incompatibil. benef. c. 23. n. 100. Nam quo pacto potest hæc sententia admitteri, nisi præmittam, filios natos ante hæresim

hæresim poenis, canonicis puniri? Tametsi contraria sententia, imò quòd filij hæreticorum, nec ipso iure, nec per sententiam priuètur beneficijs ecclesiasticis, quæ tempore commissi criminis iam obtinebant, placeat Abbati in d. c. *vergentis*, post *Anto. ubi*, & *Gonsal. de Voluadiago de hæres. q. 23.* & *repertorio in quibuslibet*, filij, ac denique *Couarr. vbi supra*, & *Ocalora de mobil. 4. part. prim. c. 9. n. 9.* Quare & hæc sententia secundum cõpactum in *hispaniæ* recepta est, & retinenda contra communem, secundum *Hoxed. vbi supra*, sub d. n. 100. & eam probat n. m. seqq.

39 Secundò hæc eadem contra *Calder. sententia* probatur fortius, ut manifestius in c. *filij de hæret. in. 6.* vbi filij eorum, qui in articulo mortis hæresim commiserunt, poenas canonicas patiuntur: iustitiam de iaminatis nulli potest esse dabitur.

40 Tertiò idem probatur in c. *statutum, de iud. hæretic. n. 6.* vbi expressum est, filios hæreticorum, qui tales esse, vel tales decessisse probantur, non esse admittendos ad beneficium ecclesiasticum, nec publicum officium: igitur ut filij hisce poenis notentur, satis erit patrem hæreticum decessisse, nec oportet probari, patrem ante mortis tempus, & cum filij nati fuerint, hæreticum fuisse. Nec satisfaciendum dicitur non sequi. Pater decessit hæreticus: ergo filij erant nati ante hæresim, cum possent nasci post hæresim inceptam: ergo distinguendù est in hoc sicut per alia iura, tam canonica, quàm ciuilia, est distinctum inter filios antea & postea, natos quiniòdè ut ipsa naturalis ratio distinguit, nam respondeo, hoc locum minime habere posse cum præcesserint verba illa, *Qui tales esse*: & statim subiiciatur, *Vel tales etiam decessisse*. probantur: itaque his omnibus simul iunctis, sensus directus & literalis illius text. est, filios & nepotes hæreticorum, qui tales esse in vita probantur, vel tales etiã, scilicet, hæreticos, decessisse probatur, excludi à beneficijs ecclesiasticis, & officijs publicis: ergo præcise continentur filij ante hæresim nati,

stante distinctione illa alternatiua, *Vel, quæ propriè est accipienda.*

41 Huic tamen textui, quanuis vix respõderi posset fateatur *Siman. vbi supra. nu. 31.* ipse tamen ibi, & numeris seqq. nititur probare, eam decisionem non solum huic opinioni non fauerè, sed priorem probare, considerando, constitutionem illius text. à capite vsque ad extremum omnia in fauorem filiorum decreuisse: nam cum statutum *Innocentij*, & *Alex. Summorum Pontificum* excluderet filios hæreticorum à beneficijs ecclesiasticis, & officijs publicis, vsque ad secundam generationem, id Pontifex *Bonifacius* declarat ibi, ut per patrem nam lineam primus & secundus gradus comprehendantur, per maternam verò ad primum tantum gradum ea poena extendatur: quod itidem idem Pontifex intelligit de filijs tantum illorum hæreticorum, quorum parentes pertinaces in hæresi decesserunt: secus verò si eorum parentes ad Ecclesiæ vnitatem redierunt. Tandem inquit *Siman.* ob eam tantum causam exigere Summum Pontificem ibi, ut parentes probentur hæretici decessisse, quo planè constet, illos, nec emendatos fuisse, nec Ecclesiæ vnitati restitutos, non autem ut filij ante illorum hæresim nati constitutionis poenis comprehendantur indigne. Hæc *Simancas.*

Verum hæ doctissimi viri euasiones nihil præstant, cum text. ille expressus ac fortissimus sit pro hac secunda opinione in sua principali decisione, qua decernitur, ne filij hæreticorum, creditium, receptatorum, defensorum & fautorum eorum, vsque ad secundam generationem per lineam masculinã, & primam per lineam foemininã, hoc est maternam, qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur, admittantur ad beneficium ecclesiasticum, vel publicum officium: si igitur sufficit probare quod tempore mortis erant hæretici, vel credentes, &c. ad hoc ut filij eorum præd. poena canonica puniantur, necessariò consequitur, filios ante fuisse natos, ibi enim alterum ex duobus alternatiuè requiritur

quiritur in parētibus, nempe quòd fuerint hæretici, credentes, &c. vel etiam tales decessisse probentur. Demus igitur, quod quanuis genuerit filios ante hæresim commissam, vel committi opinatam, sed postea tempore mortis, aut paulò, ante eam commississe, ac demum in ea decessisse, quis audebit dicere filios eius non comprehendi in decisione ac pœna illius textus? Nemo profectò, cum expresse hoc decidat. tex. ibi, **vel etiam tales decessisse probatur**: ergo habemus intentum còtra Calderinum. Favor itaque à Bonifacio tributus filijs hæreticorum respicit gradus filiorum, hoc est, ne ultra secundum gradum pœna extendatur, olim contra eos indicta: filij autem intelliguntur, siue nati sint post commissum crimen, siue ante, cù de filijs in hæresi morientium, qui generare amplius non possunt, loquatur Bonifacius, vt rectè contra Simanc. considerauit Menoch. d. præsumpt. 33. nu. 27.

Quid impedit, quod tex. ille declarat. ut itatutum Innocentij, & Alex. in fauorem filiorum respectu graduum lineæ fœmininæ, cù tamen non idè inferatur in gradibus à Bonifacio ibi comprehensis, velle se fauere filijs natis ante hæresim parentum, cum potius contrarium expresse eis nocens decidat: nec interest quòd nuncupat im non loquatur de filijs natis ante crimen hæresis commissum, quia necessario de eisdem loqui censendum est, cum dicat, sufficere probari, parentes eorum hæreticos, vel credentes decessisse. Non etiam releuat altera eiusdem authoris consideratio, nèpe quòd cum filij eorum hæreticorum, quos emendatos esse constiterit, non subiiciuntur pœnis supra scriptis, vt in illo tex. in versic. non autem, iustius re-ctiusque impunitatem consequi debēt ij, qui ex Catholicis parentibus nati sūt etiam si postea in hæresim parentes eorum lapsi fuerint: hoc enim argumentum minime vrget, nec concludens est, illi, siquidem veniam merentur, vt in illo text. expresse cauetur, cum ad Ecclesie vnitatem parētes eorum redierint,

hi autem minimè, cum pertinaces eorū parentes in suo crimine hæresis decesserint.

Denique intellectus eiusdem Episcopi Simancas ad verba d. tex. quibus hæc nostra secunda sententia probatur, supra relatus, nullus est, quia non solū ob eam causam Pontifex ibi requirit probari per testes, hæreticos parentes decessisse, quo plenius constet illos emendatos non fuisse, sed etiam, vt sic pertinaces decedentes puniantur per filios proprios, excludendo eos à beneficijs ecclesiasticis, & officijs publicis: quòd de filijs etiam antea natis, vt prædiximus, necessariò intelligendum est: non igitur sustineri potest intellectus Septimancel. dum negat, ex intentione Pontificis comprehendi filios ante hæresim natos in constitutionis illius pœnis, cū potius generaliter & indistinctè Summus Pontifex in versic. hoc sane de filijs, decidat, filios hæreticorū decedentium in sua hæresi excludi à beneficijs ecclesiasticis, & officijs publicis, & sic comprehendat necessariò iam natos: nullè igitur euasione hæc verba admittere possunt, quin expresse, vel saltem per æquipollens hæc secundam sententiã probent.

Cum igitur ius canonicum filijs hæreticorum infamiam & alias pœnas irrogans nullum prorsus inter eos discrimen ponat, an sint nati ante vel post crimen commissum, sed solum per hoc quòd patres illorum fuerint vsque ad mortem in sua hæresi pertinaces, vt patet ex supradictis, consequens est, vt vtrosq; filios comprehendat, tam ante, quàm post hæresim natos, dum tamè parentes eorum in sua hæresi pertinaces decesserint.

Sed resp. Calderin. quòd licet ius canonicum indistinctè loquatur de filijs hæreticorum, quia tamen non est eadè ratio particularium contentorum sub illa vniuersali sententia, distinguēdi sūt filij antea nati ab illis qui postea nati sunt: qui enim postea nascuntur, descendunt à sanguine reprobato, & idè merito

42 ritò suspicādum est tales illos fore, quales parentes eorum fuerunt : † filij verò qui ante nati sunt, quia non descendūt à sanguine infecto, idèd iustum non est, vt in illis paterni criminis exempla metuātur. Pro cuius quidem distinctionis 1. parte facit doctrina sancti Gregorij homilia 20. ante medium dicentis: Et notandum, quòd malæ soboles, parentum actiões imitantes, genimina viperarum vocantur, quia per hoc quòd bonis inuidēt, eosque persequūtur, quòd quibusdam mala retribuunt, quòd læsiones proximis exquirūt, quoniam in his omnibus patrum suorum carnaliū viam sequuntur, quasi venenati filij, de venenatis parentibus nati sunt.

Nihilominus tamen prædicta Calderini responsio non satisfacit, quoniam vbi lex nõ distinguit, nec nos distinguere debem⁹, vt in. l. de pretio. ff. de Publi. in rem actio. c. quòd si dormierit. 31. q. 1. & in. c. solite. §. nobis autem, de maior. & obedient. cum simil. Quo fit, vt licet in crimine læsæ Maiestatis humanæ sit constituendum illud discrimen, quia leges regiæ præcitæ, ad quas hoc spectat illud constituano, sicut leges Imperiales distinguūt, in crimine tamen hæresis, & sic læsæ Maiestatis diuinæ, aliud sit dicendum, quia ius canonicum, ad quod spectat de crimine hoc censere, circa pœnas, quas filijs hæreticorum irrogandas esse censet, nullum posuit inter ipsos filios hæreticorum discrimen, per hoc quòd ante, aut post crimen commissum nati fuissent. Hinc est, vt omnes illas leges quas pro sua sententia Calderi. adducit, nihil illi suffragentur, quoniã et si in alijs criminibus ita faciendum esse ius ciuile apertè decernat, in crimine tamen hæresis ius canonicum nihil tale fieri præcipit.

Ratio præterea diuersitatis inter filios hæreticorum ante, vel post crimen hæresis commissum natos à Calderino assignata ex eo diluitur, quia etsi sanguis patris infectus posset vt cumque filijs postea nascituris nocere, vt inde ad aliqua peccata committenda illi incli-

43 nationem, & quandam pronitatem habeant, † hoc tamen verum non est in peccatis, quæ purè spiritualia cēsantur, vt pote quæ nullum habeant cum carne cōmercium, neque ab ea vllam originem trahunt, prout sunt omnes inuidiæ multæ superbiæ species, videlicet de suis meritis cōfidenter inniti, alios omnes ad sui cōparationem despiciere: hæresis autem, etsi à carnalibus vitijs aliquando oriatur, † præcipua tamē illius causa est superbia, quoniam hæc est vera omnium hæresum parens, à qua potissimum omnes hæreses generantur: unde licet aliquæ sint hæreses, quæ à carnis concupiscentia quodammodo oriuntur, plures tamen sunt, quæ nihil cōmune cum carne habent, sed omnis illarum error à sola volūtatis malitia procedit: circa has igitur hæreses sanguis patris, quanuis infectus, nihil potest nocere filio, vt in illo paternæ hæresis exempla metuantur, & inde apertissime conuincitur, nullum posse dari certum discrimen inter filios hæreticorum, ex hoc solum quòd ante, vel post crimen à patre commissum nati sunt, vt latius probauit aduersus Calderin. Alfons. à Castro in locis infra statim citandis.

45 Neque obstant, quæ contra modò dicta replicat Simanc. vbi supra, latè probans, quòd quædam alia vitia spiritualia, & reliqui animi mores in filios transire soleant sicut vitia carnis, † ac proinde ratio differentiæ Calderini in vitijs merè quoque spiritualibus militet, præcipuè quòd non in eo sit vis cōstituēda, vtrùm sit vitium spirituale, vel corporale, sed in hoc potius, quòd hi filij nati sunt ex hæreticis parentibus. Nam primo his respondeo, quòd licet non nunquam vitium corporale vsque ad animum perueniat, & cum vitiet, & non nunquam etiam infirmitas corporis ex animi peccato descendat, & secundùm Theopilaetum in Euāgel. Marci, difficiliōres morbi ex peccatis oriri solent, vt ipse Simanc. refert: nihilominus tamen hinc necessariò non consequitur, quòd regulariter hæresis aliquid commune

aci

go de la villa, y fortaleza de la Higuera, en favor de su hi-
jo Gongalo Perez, cuya muger era la dicha Mari San-
chez.

Nam id genus rerum, non solum mulier, vel vxor, sed

etiam quilibet vicinus, & coniunctus scire praestantur,

ut per text. in cap. quanto, 3. de translat. Episcopi, cum

Gorno, & Crauer. quos reuert, resoluit Roland. a Valle

consil. 19. num. 43. & seq. volum. 1. Rom. consil. 481. num. 3.

Bur. in consil. 234. num. 321. & seq. libr. 3. Decianus ref-

& seq. vol. 1. Petrus Sarrus, consil. 355.

de Tenoch. de presumpt. lib. 6. de presumptio-

de praesumptione, 24. num. 10. Relaez, de

prae. in noua editione, 4. part. quass. 20.

que la tiene verosimilitud, que sabiendo que la

ciencia de mayorazgo, dixera en su testamen-

ta que se dividiese a particion, y se particiese,

que no era posible que conforme

de su disposicion, argumento rex.

21. §. Imperatores, in fine, ff. ad municipal.

am satis confirmatur, por la escritura de

la dicha Mari Sanchez dio a Iua de Var-

dicho Gongalo Perez de Vargas. del Ca-

stillo, y vincula Higuera, luego que murio su marido,

porque en ella dice, que esta da Por pertenecerle auer, y be-

redar por mayorazgo el dicho lugar de la Higuera, con el

Castillo, y fortaleza, termino, y pertenencias, segun fuera es-

abdicado, y mandado por el dicho Gongalo Perez, assi en su

da, como en su posstrima voluntad, y no dize nada de

Donlo Fernandez de Vargas, ni de la disposicion de su re-

suerto, que predece oy la otra parte auer sido siempre

abdicado, y ser el titulo en cuya virtud han sucedido to-

dos sus predecesores.

Tambien por el testamento de doña Leonor Sua-

rez, muger que fue del dicho Iuan de Vargas, que tam-

bien consta auerle presentado en el pleyto de la carta exe-

cutoria

Num. 875.

Porque estas, no solo la

muger, pero qualquiera

Partido vezino se pre-

sume que las sabe.

Num. 876.

Y rapocoes verisimil, q

li tuentaria de ella,

dixera, que le pertene-

cia la mitad de la Higue-

ra, y que se particiese en-

tre sus herederos.

Num. 877.

Confirmate, por la escri-

tura de posesion que

la misma Mari Sanchez

dio a su hijo Iua de Var-

gas.

Num. 878.

Y tambien por el testa-

mento de doña Leonor

Suarez, en que afirma lo

misimo.

curoria donde afirma, y dispone lo mismo que Ma...

chez de Badajoz en el sayo.
Porque tampoco es de creer, que y ignorara la funda-
cion del mayorazgo de la Higuera, hecha por Alonso Fer-
nandez, ni que declarara crábienes partibles, y capaces
de division entre sus hijos, por las razones consideradas en
la persona de Mari Sanchez de Badajoz, sugeta de la di-
cha doña Leonor, que quidem pariter in ea locum ob-

tinent.
Lo septimo, que se puede ponderar, en
de nuestra verdad es un argumento, que
tiam probat concluder, no aucte p-

Porque entre los autos de la carta exc-
ferta una peticion presentada por Mencia
Arias de Vargas su hijo, en que pide on se les
boluer las escrituras presentadas por su parte,
tratado dellas en el proceso, refier e no esta
das, ni aucte alegado cosa alguna en una ellas
de la dicha doña Leonor Suarez.

Y tambien lo esta el auto proveydo en la
dad por los señores Presidente, y Oydor
cilleria de Valladolid, en que se las mandar
Y luego se refieren particularment
se auian presentado por parte de la dicha Mencia de Var-

gas.
Las quales parece que fueron, el restamto de Gong-
lo Perez de Vargas, que oy la otra parte en este pleyto
ha querido presentat, ni exhibir.
Y una escritura de Mari Sanchez de Badajoz, otor-

da en fabor de su hijo Juan de Vargas.
Y otra escritura de restamto, otorgada por esti-
cho Juan de Vargas, que tampoco oy se ha querido pre-
sentar.

Y por ningun caso se dice, que se hubiese presentado
en el pleyto el restamto de Alonso Fernandez de Var-
gas, ni que se mandasse boluer.

Luc-

Num. 872.
Porque tampoco lo ig-
notara.

Num. 880.
Lo sepumo se pndera,
en argumento, por rei e-
uidentiam.

Num. 881.
Entre los autos e la exc-
curoria ay una eticior
en que pidio Mencia de
Vargas se le boluesen
las escrituras presenta-

das.
Num. 882.
Y el auto en q se man-
daron boluer.

Num. 713.
Y luego se refieren las q
se auian presentado.

Num. 884.
Que fueron el estamen-
to de Gongalo Perez de
Vargas.

Num. 885.
Y una escritura otorga-
da en fabor de Juan de
Vargas.

Num. 886.
Y el restamto del di-
cho Juan de Vargas.
Num. 887.
Y no se dice esta presen-
tasse, ni mandasse boluer
el de Alonso Fernandez

acta
echa

de la posesion, para conuenecer,
vez fue en virtud dellaseñor de Ber-

Num. 625.

Porque puede ser verbal
y abultada, y en el
dominio, en la posesion.

no puede ser donacion verbal, que ab scribenti
una dice, por el qual se transfiere el domi-

forma de... i. q. si facta, si de...
... i. m. ...
... i. a. num. 23.

Num. 624.

Y tambien en razon del
to ha hecho probanza la
otra parte.

Quantas ha
o tan sub-

Num. 625.

No obsta, que la regla de
la ley, traditionibus, se li-
mita en los conratos de
los Principes.

tantum dominium
amplius do-
Mascardus d. conclus.
brat. Forens. cap. 310. nu.

Num. 626.

Y principalmente en los
privilegios, y donacio-
nes.

ius, y donaciones, que
om. Conarr. lib. 2. ca.

Num. 627.

Porque esto procede: que
do el Principe tiene el
señorio de lo que dona.

tion solo puede tener
señorio de la cola de
Piacca, & Socino,
... d. conclus. 541.

Num. 628.

Y quando tiene la pos-
sion.

en solo verbo vult transfer
... ut cum Alexand.
... d. c. 310.

Num. 629.

Y no quando le falta
cola

Porque no siendo señor el Principe, ni poseedor de la
II

Franciay
recho

